

TYROCINIUM,

E T

PANTONOMODIDASCALIA

ΠΑΝΤΟΝΟΜΟΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ

AD UNIVERSUM JUS CIVILE

Juxta formam quatuor Librorum Institutionum
Civilium.

IN DUOS TOMOS DIVISUM;

TOMUS SECUNDUS

AUCTORE

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO

D. FRANCISCO VERDE

In Regia Neapolitana Academia U. J. Publico Interprete,

E T

VICIÆQUENSIS EPISCOPO:

EDITIO TERTIA.

Aucta non mediocriter pluribus in locis, ut cuicumque utraque
exemplaria conferenti patebit.

CUM INDICE RERUM LOCUPLETISSIMO;



NEAPOLI, Ex Typographia Dominici Roselli MDCCLXXXVIII.
Superiorum Licentia.

TYROCINIUM,

ET

PANTONOMODIDASCALIA

ΠΑΝΤΟΝΟΜΟΔΙΑΣΚΑΛΙΑ

AD III. INSTIT. CIVILIUM.

AUCTORE D. FRANCISCO VERDE:

De Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.

TITULUS I.

1. Quid sit successio ab intestato, & quot modis decessat intestatus.



ED præfandum: quid? Quid expencendum, in bonorum defuncti luctuosa, & idè obscurissima successione? Quis enim poterit inter mortis scopulos verba velis intrepidum dare? Quis stabit, naufragante vita?

Nos, ut portum teneamus, rem istam, partito ordine, percurremus.

Quid sit, & quot modis contingat successio ab intestato?

Est, Aditio hereditatis ex dispositione legis. l. 3. §. legitima. D. pro socio.

Aditio hereditatis, est genus commune successioni ex testamento.

Ex dispositione legis, est differentia à successione ex testamento: deficiente enim voluntate legitimi testatoris, lex vocat successores universales; dictos hæredes legitimos, quia à lege vocatos ad successionem defuncti, l. 2. §. legitima. D. de suis, & legit. hæred.

Successioni ab intestato aperitur aditus, semper ac verificatur intestatum decessisse defunctum. Quod pluribus contingit casibus.

I. Si non condatur. II. Si condatur, sed invalidum testamentum.

III. Si validum faciat testamentum, sed deinde irritetur natiuitate posthumi, vel querela inofficiosi, vel si hæres nolit hereditatem, & ex aliis causis; de quibus lib. 2. cum de Testamentis dictum.

Modò videndum, qui, & quo ordine a lege vocentur. Et certum est, primò vocari consanguineos. *lex. hic in princ.*

Et ordine, quo vocantur calamo discussio indigtabimus.

Nos I. De Descendentibus. II. De Ascendentibus, dicemus. III. Ad Transversales. IV. Ad Coniuges. V. Ad Fratrum. VI. Ad Monasterium se deflectet sermo.

LEMMATI.

De Successione Descendentium.

Descendentes dicuntur ex linea recta Geniti: & isti dividuntur in Legitimos, & Naturales: Naturales tantum: Spurio: Natos ex damnato coitu: Legitimos, sequenti Matrimonio, Rescripto Principis, &c. Qui omnes Paternam successionem ab intestato ambiunt; sed non omnes admittuntur: Idè separemus certa ab incertis.

Certum est I. Filios legitimos, & naturales, ab intestato succedere Patri, & Matri, exclusis omnibus Ascendentibus, Transversalibus, & aliis cap. Raynaldus. De test. l. scripta. D. unde liberi. l. cum ratio. D. de bonis damn.

Talis Successio est de Jure Divino, secundum Gomez tom. 1. cap. 1. ad Galat. 4. ibi: Si filius & hæres. Lev. 25. Genes. 13.

Est etiam de Jure Canonico. d. c. Raynaldus, & c. Raynaldus. De test. Et de Jure Civili. l. 1. §. si filius. D. de suis, & legit. hæred. Et licet Filii olim repellentur à Matris successione Jure duodecim tabularum: l. 1. D. ad Tertullianum:

Hodie succedunt, siue sint Masculi, siue femine, siue emancipati, siue non. l. maximum. C. de liber. præter. l. meminimus. C. de legit. hæred. §. 1. Ant. de hæred. ab intest. coll. 9.

Cur autem filii legitimi, & naturales, in successione paternæ hereditatis, præferantur Avo, licet sint in eodem gradu. Ratio forte est; quia pater dicitur conservari in Filio, tanquam in simili, & non in Avo. Eccles. 30. n. 4. ibi: Mortuus est Pater, & quasi non esset mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Ergo bona Patris spectant ad Filium, non ad Avum. Nam quilibet præsumitur velle sua bona conservari apud illum, qui suam conservat personam.

Etiam Filius posthumus, hoc est, natus post mortem patris, conservat personam patris, & succedit exclusis omnibus aliis. l. 1. D. de sib. & posth. Jure tamen Hispano debet vivere saltem per 24. horas, & baptizari: secus dicitur abortivus; nec succedit. l. 13. Tauri.

Ex his deducitur, quod statim possent vendi bona patris, pro sustentando posthumo. Nam habet Jus ad bona patris, sicut filius natus.

Deficiente filio, succedit nepos, pronepos, aut alius descendens. §. posthumorum. Inst. de hæred. liber. Auth. in successione. C. de suis, & legit. lib. & subintrat nepos, pronepos in locum sui Patris, Avi, &c. Auth. Ut Fili Fratrum. §. cum filius. Voc. tit. Menoch. lib. 2. consil. 124. n. 56. Jaf. lib. 2. consil. 259. n. 2. Dec. consil. 316. n. 2. Cephal. consil. 16. n. 34. lib. 1. Gratian. c. 419. n. 1.

Quid requiratur, ut Descendens succedat?

Descendens, ut succedat immediate, debet saltem concipi in vita illius, cui debet succedere. l. si quis filio. §. sed hoc ita. D. de injust. rupto. l. sciendum. D. de suis, & legit. hæred. Et sic nepos debet concipi vivente Avo, ut immediate ei succedat, Ratio est, quia hæres repræsentat personam defuncti, quam repræsentare nequit, quando non existit. Igitur, si non existit saltem conceptus in vita Avi, non potest repræsentare personam Avi, nec ei immediate succedere. Hoc tamen non habet locum, si Nepos velit succedere ex persona sui patris; tunc enim jure transmissionis, potest petere hereditatem Avi, non ex propria, sed ex sui patris persona. l. Paulus. 2. D. de bonis libert.

Illa verò, quæ debentur Descendentibus Jure sanguinis, transmittuntur ad pronepotes, etiam si fuerint concepti post mortem Avi. cap. 1. §. & quia videmus. De his, qui feudum dare possunt.

A

Quot

3. Quot filiorum species.

4. Legitimus, & naturalis omnibus præfertur in successione.

5. Omnia Jure.

6.

7.

Pater conservatur in Filio.

8.

Filius posthumus succedit.

9.

10.

11.

Descendens conceptus in vita defuncti potest ei succedere immediate.

12.

Quot modis, quis succedere potest?

13. Quid sit successio in capita, vel in stirpes

Datur duplex successio. Una in stirpes, altera in capita. Successio in capita est, quando quis succedit immediatè ex propria persona, ut filius succedit patri. Successio in stirpes est, quando quis succedit ex persona alterius, ita ut petat sibi id, quod alteri debetur. Ita nepotes succedunt Avo ex persona Patris: Itaut, illud debeatur nepotibus ex bonis Avi, quod erat debitum patri. l. 2. & 3. C. de legit. hered.

14. In stirpes in descendibus est in infinitum.

Hæc successio in stirpes in descendibus est in infinitum. Nam omnes representant personam defuncti. Vasquez opusc. de test. cap. 4. conclus. 4. n. 11.

* Quotuplex sit successio in stirpes?

Duplex una Transmissiva, altera Privativa. Transmissiva est, quoties bona quaesita uni ad alium suum successorem transmittuntur: puta, bona Avi quaesita suo filio, à filio transmittuntur in suum heredem; & tunc hic tenetur etiam ad debita à transmittente cujus fuerunt bona quaesita, & transmissa.

Privativa est, quando bona non fuerunt transmittentis; quia illa noluit, renunciavit extinctive; tollendo, sc. se de medio; vel non potuit habere; quia jam filius relicto filio mortuus est ante suum patrem. Et tunc nequit nepos succedere Avo, in stirpes transmissive in locum patris, cum pater nequeat transmittere hereditatem, quam non acquisivit. Sed succedit in stirpes Privative, hoc est nepos succedit ad bona Avi in locum, & gradum Patris deficientis; nec tunc ex bonis Avi debet solvere debita sui Patris, à quo nil habet. *

15. Nepos succedens Avum non tenetur ad debita Patris, cujus non est heres.

Hinc solvitur. An Nepes succedens Avo tenetur ad debita Patris?

Nepos ex filio succedit avo simul cum alio illius filio vivente. §. cum filius. Inst. de hered. quæ ab indebted. Pa. l. 1. def. Peregr. de fideicom. art. 2. n. 6. Adnoth. 4. præsumpt. 95. n. 6. Nec tenetur ad Patris debita. l. Imperator. §. sigellum. D. de leg. 2. l. planè l. 2. §. si cui stiribus. D. de leg. 1. Bellon. conf. 9. n. 9. Nam illius hæres non est. Bald. in l. mutuum. §. 1. D. de acq. hered. Dec. conf. 254. n. 3. Surd. conf. 143. n. 8. lib. 1. Et bona dicitur habere ex voluntate avi. Sic in locum ita. §. fideicommissio. n. 5. D. de leg. 2. Menoch. conf. 200. n. 20. lib. 2. Lex enim vult nepotem loco patris in ordine ad succedendum avo, non in deditis, si nihil patris habuit.

16. Nepos tenetur ad bona Avi loco Patris privative hoc est ita, ac si pater non esset in medio. Non transmissiva, quæ pater suæ præjudicat filix, quæ venit ex persona propria sua transmissit ad filium.

Bart. in l. 2. C. de lib. præter. Nec venit ex persona patris transmissivè, sed privativè. Bald. in l. si avus. C. de lib. præter. Rub. conf. 22. n. 14. Surd. conf. 33. n. 12. lib. 1. Et succedit in locum patris, sed non in bonis patris, sed avi. Undè non excluduntur ob repudiationem factam à patre. Surd. conf. 35. n. 13. Et consuetudine de non succedendo facta à patre, matre, non præjudicat filix, quæ venit ex persona propria. Bart. in l. superstitis. n. 2. D. de acq. hered. Alex. conf. 75. lib. 1. Rolan. conf. 11. n. 4. Gabr. de jur. dot. conf. 1. n. 1. Natta conf. 470. n. 14. Recc. conf. 107. n. 16. Surd. conf. 35. lib. 1.

I. E. M. M. A. II.

De Successione filiorum naturalium.

Et Filius succedit ad hereditatem tam à Patre. Naturalis qui.

Filii naturales, jure prisco, erant nati ex Concubina domi retenta ad instar Uxoris; itaut cum illa potuerit contrahi matrimonium, l. penult. & ult. C. de Concubinis. l. si quis officium. D. de ritu nupt. Jure Pontificio sufficit si sit natus ex soluto, & soluta. Cov. 2. p. de matr. c. §. 4. n. 1. c. tanta. Qui filii sine legit. Babin l. fr. C. de nat. liber.

17. Isti filii naturales, jure antiquo, non succedebant patri ab intestato. l. humanitatis. S. C. de naturalib. lib.

18. Succedit in duas uncias ab intestato.

Hodie succedunt ad duas uncias, deficientibus ascendentibus legitimis, legitimatis, & uxore legitima. Et hoc, nè detur locus invidiæ. §. si quis autem. Auth. quib. mod. nat. eff. sui. Paleot. tr. de Noth. cap. 38. n. 4. Surd. de alim. tit. 7. qu. 10. n. 3. §. consideremus. Auth. de trien. & semiv. Aus. licet. C. de nat. lib.

19. Ex testamento tantum habere potest, nisi tamen casus deficiensibus.

Ex testamento verò tantum potest relinquere unciam extantibus justis liberis. §. Nos igitur. Aut. Quibus modis natur. eff. sui. Sed, si careat legitimis, & naturalibus, & instituat heredem extraneum, potest, si velit, plus relinquere. l. humanitatis. S. v. Si hoc scilicet naturalis pater soluerit. C. de natur. liber. Rom. conf. 34. Bald. in l. 1. n. 1. C. q. or. legat. Alc. lib. 1.

conf. 74. Guid. Papa dec. 426. in fin. & 632. n. 6. Vide lib. 1. num. 111.

Et si velit Naturalis impugnare paternas Tabulas, etiam alimentis, & litis sumptibus privatur arg. l. qui de inofficio. 20. D. de lib. agnosc. Peregr. de jur. f. sc. lib. 3. tit. 18. n. 24. Ruin. lib. 2. conf. 65. n. 7.

Filius naturalis succedit Matri. l. si qua Illustris. §. C. ad S. C. Orfi. l. hac parte. D. unde cog. quod aliquibus non placet, si mater sit illustris. Conar. l. 5. n. 15.

Pater, si habeat legitimam conjugem, relicta illi quarta, ut in Auth. præterea. C. unde vir, & uxor. residuum potest relinquere suis filiis naturalibus.

Est mutua successio inter patrem, & filium naturalem. Auth. quibus in his naturales efficiantur. §. De Nepotibus, collat. 7. Intelligas, si finis naturalis careat descendibus.

L. E. M. M. A. III.

De Successione Spuriarum.

Abemus Filium Notham, & Spurium. Nothus, ex vi Græcæ dictionis, significat Filium adulterinum. Rudeus in commentar. linguæ Græcæ. v. Nothus. l. vulgo concepti. 2. D. de stat. hom. At apud Nothos confunditur cum filio ex scorto, hoc est, ex publica meretrice. Ak. lib. 4. p. p. ergon. cap. 5.

Spurius est, qui patrem incertum habet l. vulgo concepti. 2. D. de statu hom.

Isti non succedunt patri ex testamento, neque ab intestato cap. non omnes. 33. qu. 2. §. fin. Auth. quibus modis naturales eff. sui l. 1. Auth. licet. C. de naturalib. lib. Matrî succedunt l. si qua Illustris. §. C. ad Orfi. Auth. Ex complexu. C. de incest. nupt.

Q. I. Quid sit faciendum, si Pater ex circumstantiis cognitus, aliquid relinquat spurio: An inquam tenetur illa bona restituere?

Resp. Filium posse illa bona retinere, usque dum condemnatur ad restituendum: Quia est pœna, quam non debet pati, nisi post sententiam. Caj. 2. 2. q. 6. art. 3. Sylvest. v. Affassinus. Alex. Bald. in l. si quis major. col. p. nult. C. de transf. Paris. conf. 3. n. 5. Ruin. conf. 50. n. 10. lib. 1. Fragos. 20. 1. De Republ. Christ. lib. 1. disp. 2. n. 166. Ex cap. cum secundum leges. cap. Vergentis. De hered. in 6.

Q. II. Quid sit faciendum, si aliquid relictum sit heredi extraneo sub onere, ut Spurio detur?

Resp. Hæredem posse illa bona sibi retinere, & non dare spurio, nec Fisco. Ratio est, quia non debentur spurio, cum hoc sit à lege prohibitum. Nec Fisco; quia est pœna, quæ debetur post sententiam Senec. 2. dec. 21. n. 15. Nemo enim tenetur seipsum prodere. S. Th. 2. 2. q. 62. art. 3. Rot. decif. 179. n. 3. post Farinac. conf. lib. 2. Ridol. p. 2. præf. cap. §. n. 172. Semper enim requiritur sententia declaratoria facti. cap. cum secundum. de hered. in 6. S. à v. Fructus. n. 1.

Nec officit in prædonis. D. de pet. hered. istos hæredes dici prædones. Nam id est inquantum post sententiam tenentur illa bona Fisco dare.

Sed quid, si hæres dicat Fisco, se institutum sub onere restituendi rem spurio?

Dicas, tunc Fiscum dare isti hæredi dimidiam partem bonorum. Et si spurio deferat consequetur dimidiam, in l. dicto. 13. & 149. D. de jure fisci. Si verò tertius deferat Fisco institutionem factam ad favorem spurii: tunc obtinebit medietatem omnium bonorum. d. l. dicto.

Casus in quibus potest Spurio aliquid relinqui.

I. Si Spurius instituat hæres à Patre, sub conditione, si legitime, vel cum eo dispensetur. Nam tunc instituitur incapax pro tempore capaci. l. in tempus. 62. D. de heredib. instit.

II. Avus potest instituere Nepotem legitimum filium sui filii spurii. Et tunc, in tali hereditate, Filius Spurius habebit usum fructum. Bart. & Jason in l. Gallus. §. quid sit is. D. de lib. & post. licet hoc negetur à Gomez.

III. Potest legare aliquid pro alimentis. Nam alimenta debentur filio spurio, etiam de jure naturæ. cap. Jus naturale. dist. 2. Et sic non potest tolli onus alendi per jus Civile. §. Sed naturalia. inst. lib. 1. de Jure Nat. Gent. & Civ. cum habeat. De eo, qui duxit in matrim. ubi etiam filii adulterini debentur sustentatio. Vide lib. 1. n. 112.

20.
21.
22.
23. Spurii sunt qui ignorant, vel tunc patrem quem sciunt, attendere nequeunt. d. vulgo concepti. succedunt non patri, sed matri non illustri.
24. Ante sententiam spurius potest bona retinere.
25. Pater post sententiam debetur.
26.
27. Premium deferentis hereditatem Fisco.
28.
29. Quid spurio possit relinqui.

DE SUCCESSIONIBUS AB INTESTATO.

An pater possit filia spuria pauperi dosem relinquere?

Dist. æquitatem à rigore juris.

Ex æquitate præsertim Canonica.

Affirma: Velasquez de privil. pauperum p. 1. qu. 15. Gonzalez in cap. cum haberet. §. n. 4. in fin. De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit. Et suadet plus ratio, nam ut Spurio alimenta, ita loco alimentorum dos. Idque fortius, si Pater dicat se elemosynaliter dare: ut enim extraneæ, ita filia pauperi elemosynam dari nequit jure prohiberi.

De rigore juris civis.

Negat Vivius lib. 2. select. c. 14. ex luxorem. 39. §. Pater. D. de leg. 3. ubi Glos. v. Pater. Spuria enim omnino à successione patris excluditur. Sed non placet: quia jus civile non tollit opus pietatis, ut est dos titulo elemosynæ relicta à patre in fraudem aliorum.

L E M M A IV.

De filiis natis ex damnato coitu.

36. Dantur filii, qui nascuntur ex punibili coitu: sc. quando adest impedimentum contrahendi matrimonium inter coeuntes; qui filii dicuntur Manseres. cap. nisi cum pridem. §. persona de reuuc. Isti filii, neque ex testamento, neque ab intestato, succedunt Patri, aut Matri, etiam non illustri. Auth. Ex complexu. C. de incestis nuptiis. Auth. licet. C. de natur. liber. ibi: Qui ex damnato sunt coitu, omni prorsus beneficio secundantur. Vasquez opusc. de testam. §. 7. dub. 1. n. 101. l. si adulterium. D. ad l. Juliam de adulter. Auth. de incestis, & nefarii nuptiis, in princ. colat. 1. l. qui etiam. D. de ritu nupt. Auth. quibus modis naturales effie. sui. §. penult. coitu. 7. Jure Hispaniarum, deficientibus naturalibus, & legitimis, succedunt ex testamento, & ab intestato. l. 9. Tauri.

L E M M A V.

De Filiis Clericorum.

31. Affili. in Constit. Regn. tit. 52. Voluit filium natum ex Sacerdote, & soluta succedere Matri, quod falsum dixit Covar. de matrim. 2. p. c. 3. §. 9. n. 17. Quia exorta sacris Canonibus fuit soboles Clericorum. cap. cum multæ. 15. q. 3. ubi talis filius sit servus Ecclesie: licet tale statutum quoad Clericos evanuerit. gl. in d. c. cum multæ. Filii tamen Clerici primæ tonsuræ, vel beneficiati, cum possint legitimari per subsequens matrimonium, succedunt Patri, & Matri. Covar. l. c. n. 17.

32. Filii spirituales Clericorum efficiuntur collatione Baptismi, Confirmationis, & absolutionis Sacramentalis. chap. veniens. cap. fin. de cognat. spirit. & isti ab intestato non succedunt Patri spirituali.

L E M M A VI.

De Successione Legitimatorum.

33. Quandoque filius naturalis legitimatur, quæ legitimatio fit. I. Matrimonio. II. Rescripto Principis. III. Oblatione Curia. IV. Ingressu Religionis. V. Confessione Patris, cum instrumento, vel in testamento. De quibus distinctius. Et I.

L E M M A VII.

De filio legitimo per subsequens matrimonium.

34. Filius natus præcedente matrimonio, est legitimus, & naturalis. cap. quod nobis. 9. Qui filii sint legitimi: Et hoc, etiam si matrimonium sit inter infideles, juxta morem suæ patriæ. cap. De infidelibus. 4. de consang.

35. Aliquando legitimatur per matrimonium subsequens, cap. tanta. 6. Qui filii sint legit. l. si quis. C. de naturalib. lib. quæ legitimatio prodest cæteris ex linea recta, & laterali consanguinitatis, & affinitatis. l. cum quis. 10. C. de nat. lib. c. innotuit. 20. De elect.

Ad hoc tamen requiritur, ut saltem pro aliquo tempore, in quo filius est in utero, potuerit contrahi matrimonium inter Matrem, & Patrem: arg. l. qui in utero. 7. D. de stat. hom. Ubi filius existens in utero habetur ut natus in casibus, in quibus agitur de sua utilitate. Facit etiam l. & servorum. §. §. ultim. D. de stat. hom. & in §. sufficit Inst. de ingen. ubi quoad libertatem filii, sufficit Matrem esse liberam pro aliquo ex temporibus filii existentis in utero. Covar. tom. 1. de matrim. 2. p. cap. 3. §. 2. n. 2. Contra Salyc. in l. filium. D. de suis, & legit. qui exigit habilitatem

Tom. II.

pro tempore conceptionis. Et contra Sarmientum 1. Select. cap. 5. num. 10.

Cum Covarr. consentit Aversa de matrim. qu. 22. sect. 2. §. E contra fieri potest, qui citat Card. Ostiens. Jo. Andr. in d. cap. tanta. Sequitur Molina de just. tract. 2. disp. 172. Sanchez 8. de matrim. disp. 7. n. 19.

Filius natus ex matrimonio publico, putative vero, etiam legitimatur. c. inter. c. perlatum. 8. c. quod nobis. c. ex tenore. 14. Qui filii sint legit. Et hoc, licet unus ex conjugibus sit in mala fide: dummodò alter habeat bonam fidem, usque ad conceptionem. d. cap. ex tenore. §. nihilominus. & c. fin. de clandest. de spons. Aversa l. c. v. requiritur, & Bellam. & Abb. in d. cap. super literas. ubi Aversa aliterit, omnes filios natos ex legitimo matrimonio esse legitimos, licet copula fuerit illegitima ratione voti. Nam jura solum requirunt legitimum matrimonium. l. filium. 6. D. de his, qui sunt sui, vel alien. Sancb. lib. 9. disp. 38.

Legitimatus per subsequens matrimonium succedit per omnia ut filius legitimus, & naturalis. l. Divo Constantini. 5. l. jubemus. 6. l. cum quis. C. de naturalib. liberis. §. fin. inst. de nupt. Novell. const. 74. & 39. Pontius lib. 11. c. 11. Tiraq. de jure primog. q. 34. n. 59. Ripa in l. si inquam. n. 76. C. de revocand. Abb. in d. c. tanta. n. 4. volentes comprehendere sub statuto vocante legitimos. Michalorius de Fratrib. p. 3. c. 24. n. 5. & sic isti excludunt foeminas, ex statuto excludente illas extantibus masculis non legitimis. Paulus de Castro conf. 130. lib. 1. Anch. consil. 242. Jason in l. cum acutissimi. n. 2. C. de fideicommiss. Boer. dec. 159. Dec. conf. 155. Et excludit substitutum sub conditione, si institutus sine liberis legitimis decesserit. Bald. in l. eam quam. C. de fideic. Rum. conf. 163. n. 6. lib. 3.

Facit tex. in c. cum in cunctis. 7. De elect. ubi Episcopus debet esse ex legitimo matrimonio. Et tamen legitimatus per subsequens matrimonium, potest esse Episcopus. c. innotuit. 20. ubi glos. de elect. Cast. in l. fin. C. de his, qui veniam ætatis impetr.

Nota hic filium naturalem natum ante filium legitimum, legitimari per subsequens matrimonium, & mortuo filio nepos ex tali filio naturali legitimatur, quia in d. cap. tanta. non coarctatur ad filios vivos, & sic etiam mortuus legitimatur, quo mediante legitimatur nepos. Cov. sup. §. 2. n. 19.

Difficultas est in feudis, Si sc. nato filio naturali contrahatur matrimonium, & ex tali matrimonio nascatur legitimus, & naturalis: An, inquam, ille naturalis legitimatus per subsequens secundum matrimonium, præferatur in feudo nato ex primo matrimonio legitimo.

Aliqui negant cum Tiraq. de primog. qu. 34. Michalorio De fratrib. p. 3. c. 24. n. 19. Nos affirmamus cum Peregr. de fideicommiss. artic. 24. n. 6. Quia legitimatio retrotrahitur ad tempus natiuitatis. Nam ejus temporis habilitas requiritur pro tempore, quo infans est in vetero ad contrahendum matrimonium inter Matrem, & Patrem. d. c. tanta. 6. Qui filii sint legit. §. fin. de nupt. Ergo est ita ac natus legitimus pro tempore natiuitatis.

Dices. Legitimatio non debet præjudicare filiis legitimis, §. licet. Auth. Quibus modis naturales effie. legit. l. si mulier dixerit. 20. D. sol. matrim. Ergo non præfertur legitimatur per subsequens matrimonium filio vero, & legitimo.

Resp. Covar. sup. §. 2. n. 23. v. verum. Non posse fictionem retrotractionis præjudicare alteri in jure quæsito, sed posse in jure quærendo. Et in re nostra sumus in jure quærendo, cum non adhuc feudum sit quæsitum. II. Respondet tex. procedere in legitimatioe per rescriptum Principis, qui non vult alteri præjudicare, non verò in legitimatioe ex matrimonio, cujus favor est extendendus. Felin. in c. prudentiam. col. 3. de off. de leg. Contra alios apud Sylvestr. v. Filii. q. 15.

L E M M A VIII.

De legitimatioe per Rescriptum Principis.

Potest Princeps legitimare. §. illud autem. Auth. quib. mod. nat. ff. sui. c. per venerabilem. 13. Qui fil. sint legit. Hæc legitimatio requirit potestatem, & voluntatem Principis. Theo. at. 60. cui est reservata in

A 2

signum

Natus ex damnato coitu non succedit.

Filius Clericorum non sacri legi, sed legitimi, & naturales succedunt.

Spirituales non succedunt Patri spirituali.

Quot modis filius legitimatur.

Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt gentis, post contractum matrimonium legitimi habeantur.

Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt gentis, post contractum matrimonium legitimi habeantur. d. c. tanta. 6. Requisita ad legitimatioem constante matrimonio.

36.

37.

Etiam in matrimonio putativo.

Votum simplex non obstat.

38.

Succedit ut legitimus.

39.

Potest esse Episcopus.

40.

Præfertur in feudo legitimo ante legitimatioem nato ex primo matrimonio.

43.

44.

45.

Retrotractio præjudicat, non juri quæsitio, sed quærendo.

Princeps potest legitimare.

signum supremæ potestatis. Bald. in l. 1. c. de jure Annonæ. Par. l. consil. 2. col. 2. Dec. consil. 150. col. 3. Patet ex tex. §. illud. Auth. quibus modis naturales eff. sui.

46.

Hæc legitimatio ex gratia Principis dispensatur, ubique prædest.

Hæc legitimatio sortitur effectum etiam extra territorium legitimantis. Theod. l. c. n. 11. Nam est res individua, & sic non potest pro uno, & non pro alio loco legitimari. Corn. cons. 1. num. 18. vol. 30.

Papa potest legitimare laicos, ut succedant in feudis ecclesiasticis. Molin. de just. d. sp. 173. §. legitimare. Malfes. ad Consuet. tit. de personis. q. 10. p. 2. n. 18. quod Dec. consil. 52. num. 3. vult posse fieri à Papa etiam in terris exteris, si non sit præjudicium tertii: sed Afflict. in cap. naturales. Si de feudo defuncti. num. 12. vult requiri consensum Domini illius loci, & ita servari in Regno: in quo hodie legitimatio ad feuda, potest fieri à Prorege cum subscriptione unius ex Regentibus Cancellariæ, & Præsidis S. R. C. De Pont. de potest. Proreg. rub. de diversis provis. tit. de legiti. num. 1. Gallup. in metodo fond. p. 3. cap. 2. num. 29. in fine.

47.

48.

Iste legitimatus non præjudicat naturalibus, & legitimis.

Nunquam tamen pro legitimo pronuntiatur in præjudicium legitimi, & naturalis. Facchin. lib. 7. contr. q. 50. Frecc. de subseu. lib. 2. n. 5. pag. 131. Molin. 3. de primog. lib. 3. cap. 3. num. 10. Roland. à Valle consil. 89. vol. 1.

Legitimati per rescriptum Principis, deficientibus legitimis, & naturalibus, succedunt. Imò Sylvest. de Filiis. q. 14. vult succedere simul cum legitimis pro æquali portione, dummodò adfit causa. Nam Princeps non potest sine causa diminueri bona aliquorum. Et quoniam variè Auth. Quibus modis naturales eff. sui collat. 7.

49.

L E M M A I X.

Legitimatio per oblationem Curia.

50.

Legitimus per oblationem Curia.

Non solum quis legitimatur per rescriptum, & dispensationem Principis, juxta tex. in §. illud tamen. Auth. quibus modis naturales eff. sui. & in l. 1. §. de naturalibus. lib. sed legitimatur etiam per oblationem Curia ad servitium Regis. l. si quis. 13. C. de naturalibus. tunc enim videtur Rex dispensare in illegimitate. Qui modus legitimandi jam non est in usu.

Legitimati per oblationem Curia succedunt ab intestato, deficientibus legitimis, & naturalibus. §. Alium. Auth. quibus modis naturales eff. sui.

L E M M A X.

De legitimatione per ingressum Religionis.

51.

Naturalis professione legitimitur.

Legitimatur filius naturalis professus Religionem, ita ut ad omnes ordines promoveri possit. cap. 1. de filiis presbyt. Non tamen potest talis obtinere sine dispensatione Ecclesiasticam dignitatem. d. c. 1. ibi: Prælationem vero nullatenus habent. Ipsi non succedunt, & an Monasterium succedat, infra dicemus.

L E M M A XI.

De legitimo per instrumentum.

52.

Legitimus batur instrumentum quando subisset et clandestinè nuptiæ.

Jure Civili, sante matrimonio clandestino, dicitur legitimatus filius, si Pater, publico instrumento tribus testibus vallato, vel testamento, fatebatur illum esse filium suum. Nam tunc præsumebatur, illum esse Matrem in Uxorem duxisse. Auth. Si quis. C. de naturalibus. lib. Auth. Ut liceat Matri, & Avia. §. ad vos autem. coll. 3.

Hinc, si matrimonium illud contrahi nequeat, non censetur legitimatus talis filius. Salys. in Auth. Si quis. C. de naturalibus. lib. cap. per tuas. Qui filii sint legit. Vasq. sup. §. 3. num. 40.

L E M M A XII.

De Successione Monachi.

53.

Difficultas est, quando succedat Monachus Patri?

54.

Jura filii prof. si transeant in Monasterium capax.

Dicas, Monachum transmittere jure suo ad Monasterium, & sic non ipse, sed Monasterium succedere, dummodò sit capax successionis, & nulla præcesserit renunciatio Monachi. Nam tunc Monasterium numeratur inter filios; cui saltem legitima competit. Auth. Si qua mulier. C. de sacros. Eccl. Et Monasterium tunc præfertur transversalibus in successione. Auth. Ingressi. C. de sacros. Eccl. In bonis ergo Monachi succedit Monasterium, §. si qua mu-

lier. Auth. de Sanctiss. Episc. s. Quia ingredientibus. 1989. 3. Et Jura sunitatis transeunt in Monasterium. l. fin. C. de Episc. & Cler.

Etiam sunitas.

L E M M A XIII.

De Successione Legitimorum tantum.

Filius legitimus tantum, est filius adoptivus. l. 1. D. de adopt. ibi: Filius familias non solum natura, sed adoptione facimus. Sed filius familias est legitimus: Ergo etiam adoptivus. Et cognatio ex tali adoptione contracta dicitur legalis. l. nam & semina. 21. D. de adopt.

55.

Adoptivi sunt legitimi.

Filii adoptivi succedunt ex testamento, & ab intestato. l. legem. 7. ibi: Successionesque tam ab intestato, quam ex testamento capiant, prout in arrogatis, seu adoptatis constitutum est. C. de nat. lib.

Succedat ex testamento, & ab intestato.

Adoptivus tamen non excludit fideicommissarium. l. fideicommissum. 75. D. de condit. & demonstr.

L E M M A XIV.

De Successione Ascendentium.

Deficientibus Descendentibus, modò explicato, succedunt Ascendentes: sic filio succedit Pater, & Mater; Sed ad memoriam revocanda est peculii divisio. Nam, in peculio profectitio Patris capit totum jure domini: cum peculium profectitium, quoad proprietatem, & usum fructum sit patris: & in illo tantum Pater admittatur. l. 2. & Auth. Defuncto. Cod. ad S. C. Tertyll.

Non excludit fideicommissarium.

56.

Profectitium jure Domini est. Patris.

In peculio adventitium Paterfamilias habet tantum usum fructum totum; soluta patria potestate, medietatem; & sic non succedit in medietatem usufructus. Quia sub ejus dominio est etiam soluta patria potestate.

Tota ergo difficultas est in illis bonis, in quibus Pater nihil habet.

Jure Cod. & D. D. excluderat matrem à successione filii. l. 2. §. obicitur. D. ad O fic. §. præferuntur. infra Inst. ad Tertyll. l. 2. C. ad Tertyll.

Jure vero Authenticorum, pater, & mater pariter admittuntur ad bona filii, & consequens. Auth. de hered. ab intest. venient. Et hoc etiam si filius sit emancipatus. l. 2. C. ad Tertyll. Nam hodie est sublata differentia inter emancipatum, & non emancipatum. Auth. Defuncto. C. ad Tertyll.

Difficultas secunda est, Quomodo, & in quibus, matris mater, & pater succedant filio?

Barz. in l. 3. §. ultim. C. de bonis quæ lib. Aug. in l. dotem. D. solut. matrim. volunt, patrem succedere filio in bonis ex parte patris, matrem in bonis ex parte matris, & idem de paterno, & materno Avocunt.

Sed opponitur Covar. in Epit. De success. ab intest. ad calcem operis de testam. nu. 2. Verum enim verò: Nam bona unita non sunt dividenda, nisi in casibus jure expressis. Sed nullo jure patet divisio bonorum in materna, & paterna bona. Ergo non est facienda.

Oppositio sententia probabilis.

Nota hic, quod Avus, & Avia materni retinent dimidium hereditatis; Avus, & Avia paterni aliam medietatem, si deficiat pater, & mater. §. Si igitur defunctus. v. Si autem plurimi. Auth. de hered. ab intest. venient. & d. Auth. Defuncto.

Q. An mater in bonis filii excludat Avum patrum?

Affirma. Quia in gradu proximior. Novella 118. De hered. ab intest. venient. Ant. Faber lib. 6. tit. 36. def. 14. num. 2.

L E M M A XV.

Successio Collateralium.

Collaterales quadrupliciter considerantur. Primo Fratres cum Patre. Secundo Fratres & Fratres. Tertio Fratres, & Nepotes. Quarto Nepotes cum Neptibus. Quinto alii Collaterales, Agnati, Cognati.

Ad primum, Fratres concurrunt ad bona fratris defuncti, utrinque conjuncti, in capita, simul cum patre, & matre defuncti. Auth. Defuncto. Cod. ad Tertyll. ibi. Si cum parentibus, fratres, & sororis utrinque defuncto conjuncti super sint, vocantur cum Ascendentibus gradu proximis, ita ut viriles portiones hant, exclusa prorsus omni differentia sexus, & patriæ potestatis.

Era

Frater, cum Fratribus.

57. Tres sunt fratrum exceptiones. Primo sunt fratres utrinque conjuncti, ex eodem patre, & matre. Secundo sunt *Conjungui*, scilicet ex eodem patre, & diversa matre. Tertio sunt *Uterini* scilicet ex eadem matre, & diverso patre.

Deficiente fratre utrinque conjuncto, ei succedit frater utrinque conjunctus, exclusis fratribus ex uno latere conjunctis. *Auth. defuncto. C. ad Tertulianum. l. lege. D. de legitimis heredibus. §. si igitur defunctus. l. 2. v. Unde consequens. Auth. de heredibus ab intestato venientibus.*

Si desint utrinque conjuncti, tunc Uterini succedunt uterino, consanguinei consanguineo. Si vero frater ex uno latere habeat uterinum, ex alio latere consanguineum, & decedat, tunc consanguineus admittitur ad bona, quæ habuit defunctus ex parte patris; Uterinus ad bona, quæ habet defunctus ex parte matris; & cætera bona dividuntur æqualiter. *Gloss. & Baldus in Auth. inaque. C. communis de successione. §. 1. in fine. Auth. de consanguineis, & uterinis. colat. 9. l. holojanus lib. 45. Synagmatum. §. 11. num. 6. ad 3.*

Frater cum Nepotibus.

58. Fratres cum nepotibus, hoc est patrui, vel avunculi, cum nepotibus succedunt defuncto fratri sed fratres defuncti utrinque conjuncti succedunt in capita; nepotes in stirpes. Ita ut excludantur ex uno latere conjuncti à fratribus utrinque conjunctis, ejusque filiis. *§. Si igitur. §. si autem. Auth. de heredibus ab intestato venientibus, accursus in d. Auth. cessante. Bartolus in l. post consanguineos. §. agnatio. D. de suis, & legitimis. Francus dec. 24. num. 9. & 10.*

Nepotes cum Nepotibus succedentes Patrui.

An succedant in Stirpes?

Affirma. *Accursus, Joannes Faber in §. ceterum. num. 4. l. l. iustionibus de legitima agnatorum successione. Gloss. in Auth. cessante. v. in stirpes. C. de legitimis heredibus. Clarus in §. Equum. q. 75. num. 2. Francus dec. 24. num. 11. Amendol. num. 15. à qua opinione non recedendum in judicando, voluit Guido Papa de test. 10. Gomez l. 8. Tauri. num. 10. 11. Vasquez de testam. l. 4. §. 3. dub. 1. num. 60. ubi dicunt probabile. Caranuel l. 4. rismegisti. art. 22. sect. 1. dicens, nostram sententiam æquioram, & magis probabilem; contra Cifuentes in l. 8. Tauri. Salycetus in Auth. cessante. C. de legitimis heredibus.*

59. Probatur I. Illi succedunt in stirpes, qui licet remotiores, excludunt alium in eodem gradu constitutum; nunc sic. Excludentes alium in eodem gradu constitutum, succedunt in stirpes. Sed nepotes concurrentes cum nepotibus excludunt alium, patrum defuncti in eodem gradu constitutum. Ergo nepotes concurrentes cum nepotibus succedunt in stirpes. Major patet, quia veniens Jure proprio, non potest excludere alium constitutum in eodem gradu consanguinitatis, nisi veniat in stirpes, in locum scilicet alterius proximioris.

Minor patet ex §. illud palam. ibi. *Illud palam est, quia Theos defunctis, masculis, & feminis, sive à patre, sive à matre præponuntur. Auth. de heredibus ab intestato venientibus, & Auth. Post fratres. ibi. Si autem fratrum filii, cum pares sint defuncti fratribus, præferantur proculdubio ejusdem defuncti patrui. C. de legitimis heredibus.* Ubi nepotes concurrentes cum nepotibus excludunt patrum defuncti, à defuncti successione.

Probatur II. Quia non est æquitati consonum, nec justum, ut filius habeat majus jus ad bona defuncti conjuncti, quam ipse pater; quia magis conjunctus, majus jus habet; qua ratione, ex utroque latere conjunctus præferatur alteri ex uno latere conjuncto; quia magis est conjunctus; qui ex duplici quàm, qui ex uno latere. *Auth. Defuncto. C. ad Tertulianum. §. igitur defunctus. ibi. Ex utroque patris conjungitur. Auth. de heredibus ab intestato venientibus.* Sed proximior est magis conjunctus; quam remotior. Ergo remotior non potest habere majus jus, quàm proximior. Sed si nepotes succederent in capita, haberent plus juris in bonis patrui, quàm

haberet frater defuncti; nam frater haberet medietatem, concurrens cum alio fratre, & ejus filii concurrentes cum filiis alterius fratris utrinque conjuncti, haberent plusquam medietatem, si essent multo plures numeri.

Probatur III. Ex *Auth. post fratres. ibi. Post fratres, fratrumque filios, vocantur quicumque sint proximiores, & Auth. cessante. C. de legitimis heredibus.* ubi, fratrum filios succedere in stirpes statuitur. Ergo nepotes cum nepotibus succedunt in stirpes. *l. 2. C. de suis, & legit. hered.*

Probatur IV. Ex §. si igitur defunctus. in fine. ibi. *Fratrum filii tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis vocantur Theos. Auth. de heredibus ab intestato venientibus.* Quæ propositio textus est absoluta non est modalis. Ergo etiam succedunt in stirpes, quando non succedunt cum Theois; aliàs illa propositio non est absoluta, sed modalis. Et idem esset, propositio absoluta, & modalis: Scilicet *succedunt in stirpes, quando succedunt cum Theois, & succedunt in stirpes tantum, quando succedunt cum Theois.* Quo nihil absurdius, ut absurdum est dicere, esse idem has duas propositiones. *Homo currit, quando movetur, & Homo tantum currit, quando movetur. Homo videt, & Homo tantum videt.*

60. Dices. Lex correctoria juris non est extendenda de persona ad personam, de casu ad casum, etiam si sit eadem, vel major ratio. *l. præcipimus. 32. C. de appellat. l. constitutionibus. C. ad municipalem. l. quod per q. Jus singulare. D. de legibus. l. quod contra. D. de reg. Juris.* Sed nepotes succedere in stirpes concurrentes cum patruo, est lex specialis correctoria juris communis in §. hoc etiam in fine. ibi. *Hæreditatem non in stirpes, sed in capita dividendam. Institutionibus de legitima Agnatorum successione. l. post consanguineos. 2. §. hæreditas. D. de suis, & leg. her. l. lege. 14. §. illo. C. de legit. heredi.* Ergo non debet extendi ex casu expresso in jure, quando sc. nepotes succedunt cum patruo, ad casum non expressum, quando sc. nepotes succedunt cum nepotibus.

Resp. Omnes hujusmodi casus esse expressos in §. hujusmodi. & in d. §. sed & ipsi, & in *Auth. post fratres. ibi. Hi autem fratrum filii, cum pares sint defuncti fratribus; ubi nepotes veniunt in locum defuncti. ibi. Cum pares sint.*

Secundo respondetur. Legem correctoriam extendi de casu ad casum, ad tollendam iniquitatem, invidiam, & in re nostra, nisi extenderetur, sequeretur iniquitas, invidia, sc. remotiores succedere in majorem summam, quàm proximiores. Ut ergo tollatur iniquitas, & servetur æqualitas, merito fit extensio legis ad casum, ad personas, ad quas nisi extenderetur, sequeretur iniquitas. *l. jam hoc Jure. 4. D. de vulg. & pupill. substit.*

Probatur V. ex *Caranuele l. c. Quia iniquum est patris immaturam mortem deteriorare unius afflicti filii conditionem, & meliorare conditionem aliorum non filiorum, sed patris nepotum: ita accideret si unus frater relinqueret unum filium, & alius frater relinqueret tres; nam si succederent in capita, plus haberent illi tres, quàm haberet ille unicus filius alterius fratris; & ita mors patris deterioraret filii sui conditionem, & melioraret conditionem filiorum alterius fratris; & ita immatura mors patris, afflicti filii conditionem deterioraret.*

Firmatur VI. Quia iniquum est, nepotem plus habere quando concurrat cum patruo, quàm quando concurrat cum filiis patrui; ut iniquum est, plus habere quando concurrat cum proximior, quàm concurrans cum remotiore minus jus habente in bonis defuncti.

61. Ut tamén ista clariùs inspiciantur tria servanda in successione fratrum. I. Jus representationis terminatum ad filios fratrum. §. hoc etiam addendum. *Instituat. de legit. agnat. success.*

Hoc jus representationis, non se extendit ultra filios fratrum. *§. si verò neque fratres, hoc est. Auth. post fratres. C. de legit. hered.*

II. Est, fratrem utrinque conjunctum præferri conjuncto ex uno latere, quod includit etiam filios

Pater magis conjunctus non debet habere minus jus, quàm sui filii. Ergo illa bona, quæ filiis competere debent patri competere. Nec filius plura bona quàm pater potest habere, in bonis patrui.

lios fratrum utrinque conjunctum. Nec locum habet in ulterioribus transversalibus. *Glof. in dist. Auth. post fratres.*

62. Nam in ulterioribus gradibus proximior admittitur, non considerato, an descendat ex conjuncto utroque latere.

63. III. Est, ut inter fratres defuncti, & filios fratrum, successio fiat in stipes. Sed deinceps in aliis gradibus fit in capita. *§. ff. vbi neque fratres. hoc tit.* Si vero frater cum suis filiis successione privetur tanquam indignus; puta, quia occidit defunctum fratrem; tunc hereditas devolvitur ad Fiscum, non ad alios proximiores secundum aliquos DD. in l. cum ratio. *§. An. D. de bonis damnat.* Sed æquius devolvi ad proximiores, antequam deferatur fratri-cida. *Bart. in l. hereditas. n. 3. C. de his, quibus, ut indignis.* Et ita judicatum refert *Capella Tholos. dec. 13. Gallus lib. 20. q. 146. Greg. Thoo. 45. Syntag. c. 11. n. 9.*

Si frater occidat fratrem.

L E M M A XVI.

An fratres utrinque conjuncti excludant fratres consanguineos, quando admittuntur masculi, exclusis feminis.

64. **D**icas, ad bona defuncti fratris, admitti simul cum utrinque conjunctis fratrem consanguineum. Ratio est, quia quando extantibus masculis, femina non succedunt, inspicitur solum conjunctio ex parte masculi, non ex parte feminæ. *l. 1. C. de legit. hered. ubi DD. & Jaf. in l. re conjuncti. n. 13. D. de legat. 2.*

Succedunt alii proximiores, non Fiscus.

Idemque in feudis etiam servabis, in quibus non consideratur conjunctio matris. *c. 1. de success. feudi. Bald. cons. 104. n. 11. lib. 2. Curt. 3. p. de feud. v. s. x. d. quaro.* Et decisum in Camera Imperiali testatur *Guill. obs. 151.*

65. Idque suaderi potest: Quia, licet nomen generationis comprehendat utrumque sexum. *Alex. lib. 6. cons. 61. n. 4. DD. apud Tir. de retr. d. lignag. §. 1. gl. 9. n. 241.* Tamen masculi excludunt feminas quando ex statuto, extantibus masculis, feminæ non succedunt. Nam femina, licet descendat ex masculino, non est masculus. *Corn. cons. 190. n. 3. lib. 3. Peregr. de fideicommiss. arr. 22. n. 23. Rebuff. in l. patri appellat. 62. D. de verb. sign. Imol. cons. 69. n. 2. Castren. lib. 2. cons. 300. col. 2. in m. d. Mantica 22. de ambig. tit. 15. n. 16.*

Consanguineus succedit, cum utrinque conjuncto ad bona, in quibus stantibus masculis femina non succedunt, ut in feudis.

L E M M A XVII.

Quid in Regno?

In linea recta, non in transversali, excluduntur feminæ a masculis. *Constitut. in aliquibus.*

In Civitate Neap. ex *Consuetud. Si quis, vel si qua. tit. de success. ab intest. defuncti.* bona dividuntur; ut in bonis habitis ex parte matris succedant proximiores ex parte patris; unde frater consanguineus capit omnia bona, exceptis maternis, quæ debentur uterino. *Napod. in d. Constit. si quis, vel si qua. c. 1. Fab. Anna consil. 119.* ubi decisum ait, Sed, si pater, vel mater sint in medio, habebunt omnia bona, non attentata linea materna, vel paterna. *Mina. dec. 38. Franc. dec. 91. & 606. Pisanet. ad d. Consuet. Si quis, vel si qua: ita ut pater succedat in bonis filii habitis a matre, unâ cum fratre, vel sorore uterina defuncti. Et mater in bonis filiis habitis a patre, unâ cum defuncti fratre, vel sorore consanguinea defuncti: & deficientibus fratribus, pater, & mater succedit cum filiis fratrum, & cæteri excluduntur. Franc. dec. 92. Molfes. p. 4. de success. ab intest. qu. 41. & 46. n. 13. De Marin. c. 70. n. 6. Licet etiam jure communi parentes ad filii bona admittuntur, rejectis omnino omnibus, etiam filiis ex uno latere conjunctis. *Auth. defuncto. C. ad S. C. Tertyll.**

66.

67.

Bona ex parte Matris proximioribus dantur maternis. *Et patrus etiam excludit uterinos fratres defuncti. c. 1. Fab. Anna consil. 119.* ubi decisum ait, Sed, si pater, vel mater sint in medio, habebunt omnia bona, non attentata linea materna, vel paterna. *Mina. dec. 38. Franc. dec. 91. & 606. Pisanet. ad d. Consuet. Si quis, vel si qua: ita ut pater succedat in bonis filii habitis a matre, unâ cum fratre, vel sorore uterina defuncti. Et mater in bonis filiis habitis a patre, unâ cum defuncti fratre, vel sorore consanguinea defuncti: & deficientibus fratribus, pater, & mater succedit cum filiis fratrum, & cæteri excluduntur. Franc. dec. 92. Molfes. p. 4. de success. ab intest. qu. 41. & 46. n. 13. De Marin. c. 70. n. 6. Licet etiam jure communi parentes ad filii bona admittuntur, rejectis omnino omnibus, etiam filiis ex uno latere conjunctis. *Auth. defuncto. C. ad S. C. Tertyll.**

68.

Pater con-

curret, et potibus.

69.

70.

Sed ex testamento, de bonis a se quæsitis, potest pro libito disponere bona verò a patre habita proximioribus paternis relinquere debet, ex *Consuet. Et si testator. De Marinis l. c. n. 7.*

Consuetudo hujus Civitatis non excludit feminas concurrentes cum masculis, quando masculus non tenetur dotare illas feminas. *Franc. dec. 199. n. 11. & dec. 475. n. 5.* ubi ad successionem Avunculi

fuerunt admittæ Uterinæ cum fratribus uterinis; *Qui non tenetur dotare. Quod tenetur dotare, non tenetur dotare, si concurrerent cum consanguineis, tunc, non tenetur dotare. Franc. excludit decif. 85.* Reruntibus fororibus, eorum filii non succedunt a successione consanguineorum, si concurrant cum aliis consanguineis, quæsum apud *Tasson. de antefato. v. 5. obs. 1. n. 39.*

L E M M A XVIII.

De aliis Collateralibus post fratres?

Deficientibus prædictis, admittuntur sequentes collaterales, juxta gradus prærogativam ad successionem defuncti.

Olim jure 12. Tabularum prius admittebantur Agnati, sc. descendentes ex parte masculorum, & isti deficientibus, succedebant Cognati, sc. provenientes a feminis. *§. sunt autem. v. at, qui per feminam. Inst. de legit. agnat. tutel. l. Jurisconsultus. §. Agnationis. D. de grad. ad finitum. Qui omnes vocabantur successivè, juxta gradus prærogativam. l. 1. D. de suis, & legit. hered. l. pronuntiatio. 195. D. de verb. sign. Unde tunc admittebantur filii fratrum, non filii fororum.*

Jure Prætorio aliæ adjunctæ fuerunt successiones, ut per unde liberi, per unde legitimi, per unde agnati, per unde vir, & uxor. *§. ad hoc autem. De bonor. poss.*

Jure novissimo rerum istæ ambages sunt sublata. Nam inter agnatos, & cognatos nulla est differentia in ordine ad successionem: sed proximior admittitur, sive agnatus, sive cognatus, sive masculus, sive femina in capite. *Auth. post fratres. C. de legit. hered. §. is autem. §. illud. §. si verò. Auth. de hered. ab intest. venient.*

Et hoc usque ad decimum gradum. *Ang. in §. fin. Inst. de success. cognator.* Licet in feudis detur successio ultra centesimum gradum. *Jaf. in l. ult. m. C. unde legit. si feuda sunt titularia. Dec. cons. 85. De Benedictis in cap. Ragnutius, v. Et uxorem nomine. n. 61. & 62. de testam. licet in §. hoc quoque. De success. feudi, sit coarctatum usque ad septimum gradum in collateralibus, at in descendentes in infinitum. §. hoc quoque. De his, qui feudum dare possunt.*

L E M M A XIX.

Casus, in quibus collaterales non succedunt, usque ad decimum gradum.

Sunt quatuor. I. Ad successionem liberti, agnati, & cognati patroni tantum succedunt usque ad 5. gradum. *§. Sed nostra Constitutio. v. Multis. De success. libert.*

II. Est, ut Ascendentes, Descendentes, & collaterales succedant tantum usque ad 3. gradum decedenti ab intestato post inestas nuptias. *l. si quis incesti. C. de incest. nuptiis.*

III. Est, quando bona descendentes confiscantur. Nam tunc Fiscus excludit agnatos, & cognatos. *Auth. Bona damnator. C. de bonis proscriptis.*

IV. Casus, Militi ab intestato decedenti jure civili succedebatur usque ad 5. gradum, postea bona dabantur Fiscò: & hoc a bona fortè de prædatis à Populo, vel Principe, facilius redirent ad Principem. *l. 2. D. de veteran. milit. success.*

L E M M A XX.

De successione lateralium circa adoptivos.

Jus civile communicavit adoptivis, familiæ, agnationis, & consanguinitatis jura, quoad civiles effectus. *l. qui in adoptione. 231. D. de adopt. §. si nemo suus. v. Nec dubium. Inst. de legit. agnat. success. l. 1. §. fin. & l. 2. D. suis, & legit. l. §. quis. 7. D. ad S. C. Tertyll.*

Notabis tamen adoptatos ab extraneo non transire in potestatem illius, & idem, non succedere collateralibus patris. *l. cum in adoptivis. §. sed ne articulum. C. de adopt.*

Adoptati verò ab ascendente, cum transeant in illius potestatem, succedunt, sicuti legitimi, & naturales, secundum de *Benedictis in c. Ragnutius. v. Et uxorem nomine. n. 192. & 193. De testam.*

Si adoptio non fuit emancipatione soluta, tunc succedunt agnatis, non cognatis. *l. qui adoptione. D. de adopt.*

Qui non tenetur dotare, non tenetur dotare, si concurrerent cum consanguineis, tunc, non tenetur dotare. Franc. excludit decif. 85. Reruntibus fororibus, eorum filii non succedunt a successione consanguineorum, si concurrant cum aliis consanguineis, quæsum apud Tasson. de antefato. v. 5. obs. 1. n. 39.

71. Agnati excludunt uterinas.

72.

73. Hods non excludunt cognatos.

74. Usque ad 10. gradum.

75. Liberto usque ad 5.

Incestuoso ad 3. in casibus, in quibus post sunt succedere.

76. Militi succeditur usque ad 5. gradum.

77.

78.

Adoptivus succedit ascendenti, &c.

L E M M A XXI.

De Conjugum Successione.

79. **O**missa congerie Jurium, qua Antiquitas diversa hac de re fanciebat.

Successio
Conjugum
quando
currat.

Fatemur, deficiente successione descendentium, ascendentium, & transversalium, in bonis unius ab intestato succedere conjugem superstitem. *l.1.C. unde vir, & uxor.* Nam conjuges dicuntur focii. *l.1.D. de ritu nupt. & focii,* quandoque ad invicem succedunt. *l.unica. C. si liberalitatis Imperialis focius. lib.10.* In qua lege, res ab Imperatore donata uni, accrescit ejus confocio, deficiente altero hærede. Vide *glos. ibi. 2. hærede.*

80.

Ad hanc successionem conjugum, I. Exigitur verum matrimonium, nec sufficiunt sponsalia de futuro. *l.1.D. Unde vir, & Uxor. ibi. Nihil enim capi per injuriam matrimonium potest.* ubi *glos. v. Capi,* ait focium Imperialis largitionis præferri uxori; & tu videas *glos. in l. jubemus. v. Hæredes. C. si liberalitatis Imperialis. lib.10.* Corneus in *l. non sine. C. de bonis, quæ liberis.* II. Conjux succedens non debet transire ad alias nuptias. *l.1.C. de secundis nuptiis.* III. Vir non succedit Uxori, quam ejecit, vel interfecit; Quia improbitas non debet aliquem sublevare. *l. si ab hostibus. §. si vir uxorem. D. sol. matrim. ibi. Si Vir uxorem suam occiderit, dotis actionem hæredibus Uxoris dandam esse, Proculus ait. Bald. in l.1.C. unde Vir, & Uxor. L. ex dec. 241. Ruin. cons. 11. lib.5.* Quid dicit idem, si ex justa causa interficiat.

L E M M A XXII.

Uxor pauper, an succedat simul cum filiis communibus?

81.

Mater
pauper
succedit
si
mul
cum
filiis.

Affirma. *Auth. Præterea. C. Unde Vir, & Uxor.* Et hoc, sive ex testamento, sive ab intestato. *Vivius lib.1. v. Uxor. n.2. Villalobos communium lib. M. n.137.* & succedit etiam contra testamentum. *Barb. & Jas. in d. Auth. præterea. n.18. Vivius sup. n.7.* Intellegas, nisi vir legasset Uxori aliquid, quo commodè vivere possit. Nam tunc habens unde vivat, cessat finis *Auth. Præterea.* Et sic debet cessare lex. *cap. Et si Christus. de jure jur. c. cum cessante. de appell. Alex. in d. Auth. Præterea.* Ex quo, si mulier est dives, cessat *d. Auth. Præterea. Dec. ibid. n.19. in fine.*

Nota dictam *Auth. Præterea,* esse ad favorem utriusque conjugis, ut ibi *Alex. & dec. n.2.*

L E M M A XXIV.

De Successione Fisci.

82.

Fiscus
succedit,
ut hæres
cæteris
deficientib.

Deficientibus omnibus prædictis, succedit Fiscus. *l.1.C. de bonis vacan. lib.10. ibi. Intestatorum res, qui sine legitimo hærede decesserint, Fiscus nostri rationibus vindicabit.*

Fiscus hæres repræsentat personam defuncti, eique succedit activè, & passivè, hoc est, ad onera, & ad lucra. *l. vacantia. 4. C. de bonis vacantib. lib.10.* Et sic Fiscus debet solvere æs alienum. *l.11. D. de jure Fisci.*

Nam ad Fiscum deveniunt, quæ devenirent ad hæredes. Sed ad hæredes devenirent bona, soluto ære alieno. Ergo ita devenirent ad Fiscum. *l. dicitur. ibi. Fiscus vendicatis hæreditatibus, & libertates, & legata maneat. D. de jure Fisci.*

Nunc quærimus, An Fiscus succedat in hæreditate delata, si ejus hæres ante aditionem, decedat sine alio legitimo?

Quid in
hæredita-
te delata?

Affirma, nisi institutus sit hæres suus. Nam hujus hæreditas semper censetur hæredi quæsitæ. *l. in suis. D. de suis, & legit. hæred. l. nolentibus. l. si fratris. C. de jure delib. l. apud. bosses. C. de suis, & legit. hæred.* Si verò hæres sit extraneus, non transit hæreditas ad Fiscum. Quia non est in bonis defuncti hæredis.

Jus deli-
berandi
transit ad
successo-
res, & Fi-
scum.

Sed cum jus deliberandi transmittatur ad omnes legitimos successores. *l. cum in antiquioribus. 19. ibi. Sancimus, si quis vel ex testamento, vel ab intestato vocatus deliberationem meruerit, vel si hoc quidem non fecerit, non tamen successioni renunciaverit, prædictum arbitrium in successionem suam transmittat. C. de jure delib.* Ergo, jus deliberandi transmittitur etiam ad Fiscum, qui est legitimus successor, aliis omnibus deficientibus. Secus si essent alii transmissarii juris deliberandi; de quibus *lib.2. tit. de hæred. qual. & differ.*

* D E C A D U G I S.

Occasione Fisci acquirentis bona vacantia, occurrunt cætera Fiscu addicta, quæ Caducis adnectebantur.

Quid sit Fiscus?

Fiscus, & Ararium olim distinguebantur. Fiscus erat Sæcus publicus, in quem inferebantur tributa Principis, & exactiois. *Isidor. lib.20. orig. cap.9.* dicta etiam Fiscella ad recipiendam summam; ad differentiam privatæ summæ, quæ dicebatur immitti in Arcam, Loculum, Saccellum.

Ararium publicum erat, in quod immittebantur, & custodiebantur bona publica Populi, dictum ad Aere; quamvis quandoque pro eodem sumptum Ararium, & Fiscus.

83:

Fiscus habebat Stationes, loca scilicet, in quibus recipiebantur. Ubi aderant Administrantes res Fiscoales; & Advocatus, dictus Fisci Patronus. *Spartianus in Geta:* distinctus ab administrante patri monialia Imperatoris. *l.1. D. de Procurat. Cesaris.*

Massa Fiscalis erat non purificata materia rudis argenti, æris, &c. quæ Scrinio conservabatur, inscripto anno. *l. quintus. D. de aur. & arg. leg. l.1. C. de metal. l. scrinii. C. de Palatin. sacrar. largit.*

Ararii, & Fisci introductio.

Ararium publicum primitus tantum Populi, ad instar Patris succedentis in bonis vacantibus, carenibus sc. hærede testamentario, & legitimo. Populus enim, & Civitas est Pater Civium. *Tacitus lib.3. annal. ibi. Parens omnium Populus vacantia tenet.*

Occupato Imperio ab Imperatoribus, divisum Ararium, & Fiscus; Ararium publica Populi, Fiscus continebat Tributa Cæsaris. *Strabo lib.2. sub Trajano. l.1. D. de bon. damnat.* Et bona vacantia Ararium Populi detinebantur. *l.1. §. an bona. §. Vivius. l. cum qui. 41. D. de jur. fisc. l. filius. §. 114. §. qui ab intest. 2. D. de leg. 1.*

Tandem Ararium, & Fiscus sub manu Cæsaris, ut de *Alexandro Severo* tradit *Strabo, & Lampridius, Bülleinger. de Imperio Romana cap. 25. lit. E.*

Caduca. Vacantia. Abreptitia.

Idem sunt. Sed *Caduca* applicabantur Fiscu in poenam. *Vacantia* deficiente hærede testamentario, & legitimo. *Abreptitia* auferebantur ab indigno.

C A D U C A.

Sunt non data illi, cui sunt relicta inter vivos, vel in ultimis voluntatibus, sed applicata Fiscu, vel alteri, ita ac si non essent relicta, promissa: Frequenter tamen sumuntur pro occupatis à Fiscu, & erat multiplex Caducitatis species. I. *relicta Orbo, vel Calibi* erant Caduca, & Fiscu quærebantur. *Tacitus lib.3. annal. Ulpian. tit. 17. in princip.* Ex quibus Caducis lex Julia, & Papia fuit dicta Caducaria. *l. liquidam. 96. §. 1. D. de leg. 1. Ulpian. tit. 28. §. 7.* dicta Caducaria, quia relicta cadebant ab hærede, à legatario in Fiscum; & hæc Caduca, ex lege Julia Papia, sive *Pappæa. l. unie. §. cum igitur. C. de Caduc. toll. l. 2. §. quintus. C. de veter. jur. enucl.*

84:

II. Species rei Caducæ inducta est à lege Junia Norbana, de Latinis: Lata decem annis post legem Papiam sub Tiberio, ab Urbe condita 772. *Dis lib. 57.* qua Latinus nequibat acquirere hæreditatem, legatum, nisi fieret Civis Romanus, saltem tempore Cretionis centum dierum; & ista cadebant in Fiscum.

III. Species Caduci erat, quando hæres moriebatur pendente conditione, qua pendente non poterat adire hæreditatem, vel moriebatur ante aperturam tabularum; tunc enim bona cadebant in Fiscum; nam olim statutum, ut dies non cederet, nisi ab apertura Tabularum. *l. unie. §. cum igitur. C. de caduc. toll. Bülleinger. lib. 9. c. 73. in fin.*

85:

Caducum etiam evadebat, si spatium cernendæ hæreditatis, quis non pateret legi Julæ. Quæ lege Papia, & Julia non tenebatur hæres suus, quia sine aditione est hæres à morte testatoris. *l. in suis. 11. D. de liber. & postb. nec servus hæres necessarius.*

Ad tollendas istas ambages inductæ sollemnitates in apertendis testamentis. *l. sicut. 11. D. quemad.*

testam. aper. l. in testamento. 31. l. cum, qui. 104. D. de
candict. & demon. l. cum hæres. 24. D. de liberat. legata,
Lulvra. §. ut in fin. D. de mortis causa. donat.

Quando ergo dicitur, legata pura, & ad diem cer-
tum, cedere à morte testatoris in l. 5. §. itaque. D.
quando dies legat. ced. intelligitur de Jure antiquo
ante legem Papiam; quod jus antiquum fuit postea
innovatum à Justiniano in l. unic. §. cum igitur. l. §.
in nov. §. no. C. de caduc. toll. suppressa lege Papiæ.
l. 1. §. sed & hoc. 7. l. 2. §. quint. C. de veter. jur. enucleau.

IV. Species caduci erat, si institutus pro parte
hæreditatis non adibat intra tempus cretionum:
tunc ejus portio evaderebatur caduca. l. unic. §. cum igitur.
C. de caduc. toll. ad quam caducitatem evitan-
dam fuit introducta conjunctio l. re conjuncti. D. de
leg. 3. d. l. unic. Vide sis Rarwof. tom. 2. lib. 4. reliquatio-
ne 35. num. 13.

Nulla autem erat caducitas, si moreretur hæres,
vel legatarius vivo testatore, cui remanebant bona
in patrimonio, cum facultates testandi. l. unic.
§. & cum. C. de caduc. toll. l. 22. D. de leg. 2. l. si id. 22.
§. 1. D. de liberat. legat. l. Divi. 6. §. fin. D. de jur. codicil.
Ubi evanescit legatum mortuo legatario vivo te-
statore, exclusa caducitate, & l. 2. §. ultim. D. de aur.
& arg. leg. ubi est extinctum legatum ornamentorum,
mandatum parari uxori, illa mortua vivo te-
statore, Nam mortuæ parari nequit: & l. ult. D. de
his, quibus ut indign. ubi non fit caducum legatum, nec
fisco acquiritur mortuo legatario, vivo testatore.

Jura verò ajentia fieri caducum, & Fisco acquiri
vivente testatore morte legatarii, ut refertur in
l. unic. §. & cum triplici. v. vel vivo. v. vel ipsum. §. pro
secundo. C. de caduc. toll.

Intelliguntur de legato tradito legatario vivo
testatore. l. Lucio. 22. D. de legat. 2. l. filia. 11. C. de legat.

Ex quo patet disparitas inter hæreditatem, &
legatum. Hæreditas enim non fit caduca mortuo
hærede, vivo testatore, quia vivo testatore non est
hæreditas. l. 1. D. de hæred. & aff. vendit. l. hæres. 54.
D. de acq. hæred. At legatum dari potest legatario à
testatore, & vivo testatore caducari. Ramof. tom. 3.
lib. 4. reliquatione 35. num. 24.

Sed quid si testator instituit hæredem, & fecit
alium legatarium, cui legatario mandavit, ut det
aliquid Petro sub conditione, & conditione pendente
Petrus mortuus est?

Dicas relictum Petro non fieri caducum, nec de-
beri hæredi, sed remanere ad beneficium legatarii,
ut prædilecti. Julianus. 60. D. de leg. 2. l. fraudem. 10.
§. 1. D. de his, quibus ut indign. l. Titio. 23. D. de hæ-
red. instit.

Q. An legatum ususfructus fiat caducum mor-
tuo legatario, vivo testatore?

Negatitaut Fisco nil debeatur. l. cum ab eo. 9. D. de
usufr. legato. l. si Titio. 33. D. de usufr. l. Titio. 96. D. de
condit. & demonstrat.

An sit caducum relictum uni cohæredibus mortuo?

Nega; sed accrescit aliis cohæredibus l. cum &
filio. 39. §. quidam. l. quidam. 30. D. de vulg.

Q. An substitutio tollat caducitatem?

Affirma. l. verbis. 120. l. lege. 130. D. de V. S. l. Cicero.
39. ibi. De hæredibus secundis. D. de penis. l. ut hære-
dibus. 50. D. de legat. 2. l. et, qui. 20. D. de mort. caus.
donat. l. si in testamento. 1. D. de vulg. l. Titius. 24. D. de
hæred. instit. Freqventius enim istæ substitutiones,
etiam reciprocae, licet introducæ antea magis re-
ceptæ ad excludendam caducitatem legis Juliæ, &
Papiæ.

Q. An fieret caducum relictum alicui in fraudem
legis Juliæ, & Papiæ, putà, secretè illum
obligando, ad dandum Calibi, Orto?

Affirma. l. in fraudem. 10. D. de his, quibus ut indign.
l. si totam. 83. D. de acq. hæred. l. ait Prator. 16. D. de
jur. fisci. l. Lucius. 123. §. 1. D. de leg. 1.

In quo nota aliquos dici Indignos, quia leges non
servant; aliquos dici indignos, quia non servant
voluntatem testatoris.

Indigni ob legem non servatam, privantur pri-
vilegiis, & bonis lege concessis, ut privilegiis quar-
tæ Fisci: & Juris accrescendæ. l. si totum. 83. D. de acq.

hæred. penult. D. de jur. fisci. At retinent bona ex
voluntate testatoris: eis relicta: nam de eo non sunt
male meriti, nec respectu ejus sunt indigni. l. cum
qui. 18. §. ult. D. de his, quibus ut indign.

BONA VACANTIA.

Sunt quorum successor Dominus deest, ex te-
stam. & ab intest. l. ult. C. de bon. vacantib. l. 2. §.
vacantib. l. 2. §. ult. D. ad Senat. Consult. Tertull. l. bo-
na. 22. §. 1. v. quod si nemo. C. de capro. Seneca lib. 7. de
beneficiis. cap. 6. Bulleinger. de Imperio Romano. c. 25.
litt. E. quæ ab initio Ærario Populi acquirebantur,
ut Patri acquiruntur bona filii.

Si defunctus, cujus hæreditas sit vacans habeat
statuas in publico erectas: istæ non acquiruntur
Ærario, nec Fisco, sed remanent in loco, sicuti nec
debentur creditori defuncti debitoris. l. Fulcinus.
29. D. de reb. auct. Judic. possid. Sunt enim ornamen-
ta publico jam quæsitæ. l. ultim. D. de loc. pub. l. quin-
tus. 7. §. ad auctoritatem. D. de ann. legat. l. si statua. 34.
D. de injur. Excepto crimine læsæ Majest. ratione
cujus memoria delinquentis deletur. l. corum. 24. D.
de penis. l. omnes. 17. §. omnes statua. C. Theodosiano, de
panis.

ABREPTITIA.

Sunt ablata ab indigno, & applicata Fisco, ut
bona damnatorum. Linius lib. 4. c. 15. & male
quæsitæ, ut res magni pretii fraudolenter minoris
emptæ. l. 1. D. de jur. fisci.

DENUNCIANTES CADUCA ABREPTITIA,
VACANTIA.

Præmio afficiuntur in l. 13. l. deferre. 18. l. res. 22.
l. 23. l. 29. l. fisci. 38. D. de jur. fisci. l. 1. C. de dela-
torib. l. unic. C. de his, qui se deferunt.

L E M M A XXV.

De Successione Monachi ab intestato.

Decedenti in Novitiatu succedunt consanguini
nei lineæ rectæ, ac transversalis modo expli-
cato, si aliter testamentum non condit. c. quicum-
que. 2. q. 9. ibi. Similiter de sanctimonialibus. §. si quis
autem. v. illud quoque. Auth. De Monachis. Nam idem
operatur mors, ac displicentia. l. apud Labeonem. 22.
§. fin. D. de præscript. Sed, si Novitio displiceret Reli-
gio, bona non deberentur Monasterio. Ergo etiam
si ibi moriatur. Abb. in cap. in præsentia. num. 68. ubi
Imol. num. 24. Bero. num. 552. Paris. num. 185. Guittie-
rez 2. can. c. 1. num. 101. Jas. in Auth. Si qua mulier.
n. 59. C. de Sacros. Eccles. Facch. 6. contr. c. 19. v. Mibi
probat. Cawalc. de c. 10. num. 37. p. 5. Contra Felm. in
c. cum aded. num. 3. de præsumpt. Clar. §. testamentum.
q. 28. num. 6. Surd. det. 303. num. 8. Idque etiam si de-
dicaverit bona sua Monasterio. Nam censentur
oblata sub conditione, si proficatur: nisi independen-
ter ab ingressu multò ante obtulisset. cap. in præ-
sentia. De probationibus. c. fin. de success. ab intest. Bero.
l. c. num. 553. Rodanus de spoliis. q. 8. num. 71. Contra
D. c. cum in d. cap. in præsentia.

Sequuta verò professione tacita, vel expressa, om-
nia transmittit ad Monasterium capax, & testari
nequit. Auth. Ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesiis. cap.
quia ingredientibus. 19. q. 3. Molina 10. 1. disp. 141. Et
hoc, etiam si Monachus ascendat ad Episcopalem
dignitatem, post Episcopatum acquirat suæ Eccle-
siæ, non Monasterio. Cum per Episcopatum solva-
tur à Religione quoad obedientiam Prælatorum.
c. un. 18. q. 1. S. Th. 2. 2. q. 185. art. ult. ad tertium.

Si professus habeat filios, potest bona inter illos
dividere relicta portione Monasterio, ad instar fi-
lii, sequuta professione. Si verò testamentum non
fecit: Distinguas, vel Monasterium est capax, vel in-
capax successioneis.

Si Incapax, succedunt cognati, agnativè, prout
supra, excluso Monasterio. M. noch. 6. præsumpt. 84.
num. 2. Guitt. 2. qq. can. c. 1. in fin. Bart. in Auth. Si qua Jura Mo-
nasterium. num. 13. C. de sacros. Eccl. ubi Jason. num. 1. n. 1. etiam

Si verò sit capax, omnia Monasterio, ut oblata suæ
debetur, reservata legitima filiis, aliisve debita. transsum-
§. illud quoque. Auth. de Monachis. §. si qua mulier. in Mona-
sterium.

87.

Novitio
decedenti
succedunt
agnati &
cognati.

88.

89.
Professo-
Monaste-
rium nisi
ante pro-
fessionem
leg time
disposue-
rit.

90.

91.

86.

Auth. de Sacros. Eccl. Auth. Si qua mulier. Auth. Ingressi. C. de Sacros. Eccl. c. si qua mulier. 19. q. 3. c. qui ingrediensibus. 19. q. 3. ibi. Res eorum ejusdem Monasterii juris sunt. Molin. tom. 1. disp. 141.

92. Quod si Monachus sit filius licet Apostata, tunc omnia jura etiam suitatis cum oblatis, transmittit in Monasterium. l. fin. C. de Episc. & Cler. ubi Gl. m. §. hoc autem. v. Parentum. Mant. 8. de conjest. tit. 12. n. 25. Quæ jura durant vivente professo filio. Eoque mortuo ante patrem, cessant jura suitatis. arg. §. mortuo. Inst. de acquirit. per arrog. Glos. in c. unico. 18. q. 1. Felin. in c. in presentia. n. 96. de probat.

93. Quod si pater in testamento non instituat filium professum, testamentum rumpitur præteritione filii; cujus jura sunt apud Monasterium. Paul. in l. si filius, qui. n. 15. D. de lib. & posth. Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 5. D. de lib. & posth.

L E M M A XXVI.

An Monasterium succedat, ut hæres in bona professi ab intestato.

94. Nega. Nam secus non acquirèntur Monasterio, vivente, sed mortuo naturaliter professo: sicut tunc sunt legata, & fideicommissa solvenda. l. cum pater. 79. §. hæreditatem, il. 1. D. de leg. 2. ubi fideicommissum non debetur deportatione, sed morte naturali sequuta. l. Statius. 48. §. Cornelio. D. de jure fisci. Legata autem solvenda sunt ab hærede. Ergo, si sequuta professione Monasterium esset hæres, deberet legata, & fideicommissa solvere contra d. l. Statius. 48. §. Cornelio.

Monasterium non succedit, ut hæres, sed jure incorporationis.

95. Ergo, si illicò non tenetur Monasterium solvere fideicommissa, nec succedit ut hæres. Et ita docet Innoc. in c. in presentia. n. 6. De probat. ubi Abb. n. 74. Paris. n. 198. Bald. n. 14. Bart. in Auth. Ingressi. lect. 2. n. 57. C. de Sacros. Eccl. Contra Glos. in d. Auth. Ingressi. v. Competere. ubi Alberic. n. 7.

Hæres, sed jure accessionis, oblationis. Bona enim tunc acceherunt personæ §. illud. Auth. de Monachis. ibi. Sequitur omnino personam. Et cum persona per professionem sit incorporata Monasterio, etiam ejus oblata bona. Auth. Ingressi. ubi Salyc. n. 4. C. de Sacros. Eccl. Gotofred. in Auth. si qua mulier. C. de Sacros. Eccl. Crassus §. hæreditas, quali. 6. Menchaca 2. de success. creatione. §. 16. n. 13.

96. Habebit ergo bona Monasterium, non ut hæres, sed jure accessionis, oblationis. Bona enim tunc acceherunt personæ §. illud. Auth. de Monachis. ibi. Sequitur omnino personam. Et cum persona per professionem sit incorporata Monasterio, etiam ejus oblata bona. Auth. Ingressi. ubi Salyc. n. 4. C. de Sacros. Eccl. Gotofred. in Auth. si qua mulier. C. de Sacros. Eccl. Crassus §. hæreditas, quali. 6. Menchaca 2. de success. creatione. §. 16. n. 13.

97. Ex quo fit I. Monasterium sine aditione acquirere dominium; & possessionem bonorum professi. Sicut enim persona, ita bona sola professione Monasterio incorporantur, ut bona arrogatis fiunt arrogantis, ipsa arrogatione. l. si adoptavero. D. de precario. In quo differt ab hærede, qui non est Dominus sine aditione, nec possessor sine apprehensione rerum hæreditatis. l. cum hæredes. D. de acq. poss. Cyn. in d. Auth. Si qua mulier. in fin. ubi Odof. n. 1. Bellap. q. 1. Bart. n. 17. Dec. in d. Auth. Ingressi. n. 18. Jason. n. 28.

98. Quod est Dominus, & possessor sine aditione.

99. Fit II. Monasterium, non quali contrahere cum legatariis. Nam non succedit ut hæres.

100. Nec quasi contrahit cum legatariis.

101. Nec facit inventarium suis expensis.

100. III. Fit nec teneri conficere inventarium, nec teneri in solidum, nec ultra vires hæreditatis. Felin. in d. c. in presentia. n. 41. Bald. in l. fin. n. 4. C. de jure delib. Roland. De confect. invent. 2. p. q. 12. à n. 6. Possunt tamen insiare creditores, & legatarii, ut ipsorum expensis fiat inventarium. Mol. 1. de primog. cap. 15. n. 34. Bertrand. consil. 163. n. 2. vol. 4. Nam, quod alteri prodest (ut est scire bona, in quibus possint creditum, & legata petere) & sibi non nocet, faciendum. l. 3. §. item Varus. ibi. Qui factus mihi prodesse potest, ipsi nihil nociturus est, hæc æquitas suggerit, & si jure stricto deficiamus. D. de acq. puv.

L E M M A XXVII.

An hæreditas delata professo, Monasterii fiat sine facto Professi?

102. Affirma. Etiam ignorante, aut refragante professo. Patet: quia Religiosus æquiparatur filio respectu Monasterii. Ergo sicut Pater potest capere hæreditatem delatam filio invito. l. fin. in princ. C. de bonis quæ lib. ita Monasterium capere poterit hæreditatem delatam Monacho invito. Innoc. in c. in presentia. n. 7. de probat. ubi Offiens. n. 11. Abb. n. 76. Franc. dec. 40. n. 2. Becc. consil. 74. n. 13. vol. 1. Sæ v. Religio. n. 27. Tom. II.

Hæreditas delata

Non enim Monachus habet velle, aut nolle. c. nolo. c. non dicatis. 12. q. 1. c. si Religiosus. De elect. in 6. Omniaque sua jura in Monasterium transtulit. l. fin. §. 1. C. de Episc. & Cler. d. Auth. Ingressi. Contra Purpur. in l. fin. n. 171. C. de past. Facchin. 6. controu. cap. 16. v. Ego video.

Nec refert Monachum servo æquiparari. Et Dominum nequire hæreditatem servo relictam acquirere sine facto servi. l. cum proponas. C. de hæred. inst. Nam æquiparatur etiam filio, quando id utilius est Monasterio. Quod enim modò filio, modò servo assimilatur, est favore Monasterii. Socc. in l. 1. §. per servum. il. 1. n. 11. D. de acq. poss. Alex. in l. 1. n. 23. D. de vulg. Tappia in d. Auth. Ingressi. v. Suacap. 1. n. 1. Ceval. comm. q. 446. n. 20. Undè, illa assimilatio tenet, quæ utilior est Monasterio. Nè in ejus damnum retorquentur, quod ejus favore inductum est. l. quod favore. C. de legib. c. quod ob pravam. De reg. jur. in 6.

L E M M A XXVIII.

An Monasterium possit acceptare hæreditatem post mortem Monachi, cui viventi fuit hæreditas delata, substituto excluso?

103. Deoatur Monasterio invito.

104.

105. Affirma. Nam jus adeundi hæreditatem est pennis Monasterium, ut patet ex dictis, quod non extinguitur morte Professi, sicut nec cætera jura in Monasterium, professione, transmissa. d. Auth. Ingressi. Cov. cap. 1. n. 21. De testam. Tappia in Auth. Ingressi. v. ipso. Inol. n. 6. D. de vulg. Abb. in cap. in presentia. n. 77. De probat. Contra Bart. in l. is potest. 24. n. 13. D. de acq. hæred. Cyn. in l. fin. num. 3. C. de Episc. & Cler. Facchin. 6. controu. c. 18. v. Ergo ad propositum: di stinguentem, & concedentem transmitti jus delincentur, berandi. Nec obstat filium non transmittere hæreditatem, non aditam. Ergo nec Monachus in Monasterium, respectu cujus se habet ut filius. Similiter, servo mortuo, Dominus nequit adire hæreditatem. l. 3. C. de hæred. instit. Ergo, nec Monasterium mortuo professo: qui se gerit ut servus. Nam ut patet ex dictis illis comparatur in lucro, non in damno, ut hic accideret.

L E M M A XXIX.

An illa, de quibus Professus potest disponere ex voluntate patris, & legitima licentia obtenta in morte, illo non disponente, debeantur Monasterio?

106.

107.

108. Affirma. Nam, qui potens disponere, non dissonit, se juri remittit vocanti aliquos ad bona. l. codicillis. §. matre. D. de leg. 2. l. conficiuntur. §. si quis cum nullum. D. de jure codicill. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. D. ad Trebell. Jure autem ad omnia, de quibus potest disponere Monachus, venit Monasterium. Imo, si alia non sit concessa legitima facultas, jus illud disponendi transit in Monasterium. Auth. Ingressi. C. de Sacros. Eccles. §. Sed in hoc presentia. Auth. de Sanctiss. Episc. c. in presentia. De probat. Franc. decif. 45. 600. Ricc. coll. 178. Gratian. cap. 221. & alii cit. quos sequitur De Marinis tom. 1. cap. 88. Et sic Bald. in l. cum filio. n. 4. D. de leg. 1. ait venire successores ab intestato, quoad bona, quorum quis poterat disponere, & non disposuit. Mant. 7. de conjest. tit. 7. n. 14. Cephal. consil. 152. n. 3. Tacite ergo Monachus disponit pro illis, quibus jure ejus bona debentur, ut est Monasterium. Surd. dec. 271. n. 12. Meuch. consil. 210. n. 16.

L E M M A XXX.

Quando quis dicatur ab intestato decedere? Ex §. Primo.

109. Monasterium succedit, si Monachus non disponit.

110.

111. Successio ab intestato, est Aditio hæreditatis, non ex voluntate Testatoris.

Fit multis modis. I. Si testamentum non sit sollemne: tunc enim est nullum, & defunctus ab intestato decedit.

II. Si sit Ruptum: putà, nativitate posthumi. III. Si sit irritum: putà, si hæres nolit, vel nequeat habere hæreditatem. IV. Si decedat quis sine testamento. tex. hic.

112.

113. Q. An debeantur legata, testamento annullato? Resp. Jure DD. nullo testamento debentur legata relicta in codicillis. l. si quis à se in 2. resp. D. de jur. codicill. Si verò testamentum sit ruptum, tunc

103. Deoatur Monasterio invito.

104.

105.

Et etiam mortuo Monacho, qui filius, vel servus, utile Monasterio.

106.

107.

108.

109. Monasterium succedit, si Monachus non disponit.

110.

111.

Decedens ab intestato quis fit

112.

113. Debeantur legata rursus pro testamento.

corruunt legata in codicillis relicta *J. 1. C. de Codicill.* Nam, valido testamento, codicilli inhaerent testamento, & sic corruunt, corrumpente testamento. Nam accessorium corrumpit destructo principali. *cap. accessorium. De reg. jur. in 6.* Hodie, siue testamentum sit ruptum, siue nullum, debentur legata in codicillis relicta. *Auth. ex causu. C. de lib. prater. modo, quo dictum lib. 2. de hærede exhæredato, & praterito.*

L E M M A XXXI.
De hærede suo.
Ex §. interdum.

114. **E**stet hic agendum de hærede suo, qui immediate est in potestate morientis. *tex. hic.* Unde, si filius non sit in potestate patris, non dicitur suus hæres. §. *Sui autem, hoc tit.*

115. Antiquitus erat gravis diversitas inter suos, & non suos hæredes; hoc est inter illos, qui erant in potestate immediata defuncti, & inter illos, qui non erant in tali potestate. At hodie est sublata differentia patriæ potestatis, & sexus. *l. maximum vitium. C. de lib. prater. §. cum filius, filiavè. hoc tit. l. si quis filio. 6. §. Sed hoc ita. D. de injusto, rupto. Sed de hoc lib. 2.*

L E M M A XXXII.
Quæ differentia sit inter suum, & non suum hæredem.
Ex §. Emancipati autem.

116. **J**am diximus indiscriminatim emancipatos, & non emancipatos succedere, ex *Auth. in successione. C. de suis, & legit. hæred.* Superest, ut adnectamus calamo, quæ superfuerunt.

117. I. Differit hæres suus ab hærede extraneo; quia suus transmittit hæreditatem non aditam ad quoscumque hæredes. §. *Sui hoc tit.* Sed emancipatus solum transmittit ad descendentes. *l. unius. Cod. de his, qui ante apert. tab.*

118. II. Suus hæres non potest pecuniam mutuo accipere; sed potest emancipatus. *l. 1. D. ad Maced.*

119. III. Hæres suus non potest testari, nisi de Caerenti, vel quasi: sed emancipatus potest simpliciter testari. *l. penult. C. qui testam. facere poss.*

120. IV. Hæres suus, ut stet in iudicio, requirit auctoritatem patris: non sic filius emancipatus. *l. fin. C. de bonis, quæ lib.*

121. V. Non suus, sed emancipatus habet tutorem, §. *permissum. sup. de tut.*

122. VI. Si suus hæres recipiat officium publicum presente, non consentiente patre, pater obligatur ipso jure, quod non currit in filio emancipato, nisi pater se expressè obligaverit. *l. 2. D. ad municipalem.*

123. VII. Suo hæredi impuberi, non autem emancipato, pater potest substituere pupillariter. *l. 2. D. de vulg. & pup.*

124. VIII. Suus hæres habet triennium ad repetendam patris repudiatam hæreditatem, rebus non diffractis: sed emancipatus habet annum. *l. fin. C. de repud. hæred.*

125. IX. Illa differentia est inter suum, & emancipatum, quam *lib. 1. tradidimus nasci ex patria potestate.*

L E M M A XXXIII.
Quomodo Adoptatus succedat Patri naturali, & adoptanti.

Ex §. *At bi. 10. §. Sed ea. 14.*

126. **D**E hoc diximus sup. nunc subdamus, filium adoptatum succedere patri legitimo, & naturali, ita ac si non fuisset adoptatus. *l. cum in adoptivis. 10. ibi. Sancimus per adoptionem quidem in extraneam personam factam, jura naturalis patris minime dissolvi: Sed ita eum permanere, quasi non fuisset in alienam familiam translatus. Et infra Manent integra jura, siue ad inefficiosi querelam, siue ad alias omnes successiones, siue ab intestato, siue ex testamento, quæ liberis deseruntur. C. de adoption.*

127. Adoptanti verò extraneo, Adoptatus succedit ex testamento, non contra testamentum, *d. l. cum in adoptivis. 10. §. Sed ne articulum. ibi. In hoc tantummodo processit eis volumus adoptionem, ut ab intestato patris extranei successione non defraudentur. §. Sed ea. 14. hoc tit. ibi. Ut possint ab intestato ad patris adoptivi venire successione.* Non tamen cogitur ei in testamento aliquid relinquere, *tex. hic in §. Sed ea. ibi.*

Adoptatus succedit patri naturali.

Et Adoptanti extraneo ab intestato.

Nec necessitas patri adoptivo imponatur, vel hæredem eum instituire, vel exhæredatum eum facere.

Adoptivus non succedit aliis liberis Adoptantis extranei. *l. prn. §. & idem sancimus. ubi gl. v. Tantummodo. C. de adopt.*

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE.

T I T. II.

Hic exponitur successio venientium, deficientibus Descendentibus, Ascendentibus, ut sunt Agnati conjuncti ex linea virili, sine differentia sexus. §. *Sunt. 1. §. ceterum. 3. in fin. hoc tit. §. reliquum.* *Auth. de hæred. ab intest. ven. coll. 9. ubi tollitur etiam differentia agnationis, & cognationis. Auth. Cessante. C. de suis, & legit. hæred.* Sive sint fratres utrinque conjuncti, qui germani etiam dici possunt, siue horum filii; qui fratres patruales, consobrini appelluntur. Et hi omnes juxta gradus prærogativam, successionem intestati Agnati petunt, *d. §. sunt. 1. in fin.* Proximitas attenditur tempore mortis, si nullum fecit testamentum; Si verò illud fecit, attenditur proximitas pro illo tempore, quo constat non esse hæredem ex testamento. §. *proximus. 6. hoc tit.*

L E M M A I.

Quomodo succedatur Avunculo?

Ex §. *hoc etiam addendum. 4.*

Antiquitus, nemo succedebat fratri ex parte sororis, prætor sororem, ejusque filios. *l. fin. §. Sed neque. C. de legit. hæred.* Hodie servatur, ut succedant avunculo filii sororum simul cum aliis ex parte illorum, qui veniunt ex parte masculorum. *Auth. Cessante. C. de legit. hæred. Auth. de hæred. ab intest. coll. 9. ibi. Nullam volumus differentiam esse in quacumque successione.*

L E M M A II.

Pater succedebat contra fiduciam filio emancipato.

Ex §. *fin.*

Pater succedebat filio emancipato, contra fiduciam. *tex. hic.* Contra fiduciam dicebatur, si pater emancipando filium, sibi reservabat jus succedendi expressè. *Glos. in l. nam & si. D. de inoffest.* Hodie omnis emancipatio intelligitur facta contra fiduciam, *tex. hic, & in l. fin. C. de emancip. lib.* Et Pater per emancipationem filii, retinet jura agnationis. *l. filius. 19. D. de suis, & legit. hæred.*

DE S. C. TERTYLLIANO.

T I T. III.

L E M M A I.

Quando Mater succedat Filiis?

Jure *12. Tabular.* Mater Filio non succedebat, nec filius matri: Jure prætorio succedebat Per undè Cognati, deficientibus agnati, Per Jus Tertyllianum, mater ingenua, sui juris tres filios habens; liberta habens quatuor, succedebant, etiam si fuisset in potestate parentum. §. *Postea. 2. hoc tit.*

Frater consanguineus, & pater, non Avus defuncti, excluderat matrem.

Soror consanguinea succedebat simul cum matre. §. *præferuntur autem. 3. hoc tit.*

Sed per jus Justinianæum mater, siue ingenua, siue liberta filio succedit, una cum fratribus defuncti. §. *Sed nos. 4. §. Sed cum antea. §. hoc tit.*

L E M M A II.

Casus, in quibus Mater non succedit Filio.

Ex §. *Sed quemadmodum. 6.*

Non succedit filio habenti filios legitimos, & naturales. *Auth. Cessante. C. de legit. hæred. Auth. in successione. C. de suis, & leg.*

II. Non succedit filio impuberi decedenti Mater transiens ad secundas nuptias. *l. 1. & 2. C. de secundis nupt. l. omne. ibi. Omnem matri siue ab intestato, siue jure substitutionis, si filius impubes moritur, denegandum volumus successionem, si ea legitima libertorum tutela suscepta, ad secundas, contra Sacramentum prestitum, aspiraverit nuptias. C. ad Tertyll. Intelligas, in bonis filii defuncti habitis à patre, in quibus mater transiens ad secundas nuptias tantum retinet usum fructum. Auth. ex testamento. C. de secundis nupt. ibi. Ab intestato, earum solum usum fructum percipit, quæ*

119.

130. Sublata differentia sexus proximitas admittitur.

131. Quo tempore debet esse proximior.

132. Succedunt filii fratrum.

133. Pater succedit filio emancipato.

134.

135. Mater succedit filio cum fratribus defuncti.

136.

137.

138.

139.

140. Non succedit Mater impuberi, si transeat ad secundas nuptias.

141.

de paterna substantia ad filium pervenerunt. In aliis vero bonis Mater succedit, etiam quoad proprietatem. d. Auth. ex testamento.

142. Si luxuriose vivat.

III. Non succedit, si luxuriose mater vivat. Auth. in eadem panis. C. de secundis nupt. nisi tempore mortis filii fuerit emendata. Nam tunc videtur homo novus. cap. ferrum. 17. dist. ibi. Non ergo in eo debet despicere, quod fuit, quia jam incipit esse, quod non fuit. cap. cum ex audiero. 19. dist. 50.

IV. Mater non succedit in feudo filii, nisi expressè in investitura sit cautum. cap. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi.

143. Si deponatur.

V. Filio delinquenti in Majestatem, succedit Fiscus, exclusa matre, l. à Divo Pio, 15. §. in venditione. D. de re jud. l. si adempt. §. C. de sententiam passis.

VI. Mater deportata non succedit, l. 1. C. de hæred. instit. Ubi Deportatus non potest esse hæres.

144. Si non petat tutorem filio intra annum.

VII. Non succedit filio impuberi decedenti, si ei non petiit tutorem infra annum à morte Matræ, tex. hic, l. matres, 3. C. ad S. C. Tertull. Dummodò mater non sit minor, l. 2. C. si ad ver. delictum. l. sciatis. ibi: Sciatis qui ad successionem vocantur pupi illi mortui, si defuncto ejus patre, tutorem ei secundum legem non poterint intrà annum, omnem eis, sive ab intestato, sive jure substitutionis successionem ejus designandam esse. C. de legit. hæred. Vel nisi alius matri in tutela præferatur, DD. in d. l. matres, 3. C. ad Tertull.

145. Nequit ex hæredati.

Nequit verò pubes factus, illam ex hæredato: quia tutorem non petiit. Nam causa non invenitur in §. aliud quoque. Auth. Et cum de appell. cognos. Ex §. ultim. hoc tit.

Mater succedit filio, vulgò quæsito, nisi sit illa hæris, l. si qua illustris, C. ad Orphicianam.

DE S. C. ORPHICIANO. T I T. IV.

LEMMATA

Quomodo Filius succedat Matræ?

146.

Per Jus Orphicianum filii, & filia succedebant Matræ ab intestato, l. 1. l. 3. C. ad S. C. Orphic.

Vulgo quæsitus non succedit matri in feudis, cap. naturales, si de feudo controverso fuerit. coll. 10.

147.

In aliis bonis, matri succedit, §. novissimè, 3. hoc tit. l. si spurius, l. hac parte, D. Undè cognat. nisi sit illustris, & extent ex iustis nuptiis nati, l. Modestinus, D. undè cognat. l. si qua illustris. §. C. ad Orphic. ibi: Jus filii liberis exhereditatis.

Qui, & in quibus bonis, filius succedat matri.

Natus ex damnato coitu, ut Nefarius ex linea recta, Incæstuosus ex linea transversali consanguinitatis, Sacrilegus, Adulterinus, & c. matri non succedit, Auth. ex complexu, C. de incæst. nupt. §. fin. Auth. quibus modis naturales. coll. 8.

148.

Ex §. fin. Si unus ex pluribus hæredibus repudiat hæreditatem, pars repudiata accrescit alteri, etiam si non sit adita, nè Testator pro illa portione decedat intestatus, l. un. §. in his itaque, C. de caduc. tollend. l. 1. C. de bis, qui ante. apert. tab.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM. T I T. V.

LEMMATA

Qui sint cognati, & quomodo succedant?

149. Cognatio generis.

Cognati per feminas conjuncti, l. inter agnatos, D. undè legitimi, appellati sunt, quasi ex eodem nati, l. 1. ibi: Cognati autem appellati sunt, quasi ex uno nati. D. undè agnati.

Cognatus sumi potest ad instar generis, prout comprehendit natos ex parte foeminarum, & mascululorum, l. 9. & l. 10. D. de gradibus, ibi: Inter agnatos igitur, & cognatos, hoc interest, quòd inter genus, & spe. iem. Nam qui est agnatus, & cognatus est. Et intrà: Cognationis origo, per feminas solum contigit.

150.

Ex quibus nota, ex parte mascululorum posse dici agnatos, & cognatos: ex parte foeminarum tantum dicuntur cognati, l. 4. l. Jureconsultus, 10. D. de gradib.

Quomodo succedebant?

Antiquitus cognati: scilicet nati ex parte foeminae, vocantur, secundum gradus vicinitatem ad Tom. II.

successionem definentibus suis, & legitimis. Hodie admittuntur jure communi una cum agnatis indistinctè sublata differentia inter eos, §. 1. Auth. de hæred. qui ab intestato veniunt. coll. 9.

151.

Ex §. hoc loco §. hoc tit. Successio dabatur agnatis, usquæ ad 10. gradum, & cognatis usquæ ad 6. Sed jure Gothicis modò omnes succedunt usquæ ad 10. Auth. in successione, C. de legit. hæred. Et in pure patronatus usquæ ad §. Sed nostra Constitutio, infra de success. liber.

DE GRADIBUS COGNATIONUM. T I T. VI.

Numerantur in hoc tit. gradus secundum lineam Ascendentium, Descendentium, & Transversalium, & datur in linea recta, regula, ita ut in illo gradu fiat numeratio, usquæ ad communem stipitem. Et regula sit. Tot sunt gradus, quot sunt personæ, una dempta. Sic Pater, & filius sunt in primo gradu quia sunt duæ, & demitur una. Nepos, & Avus sunt in secundo gradu: quia sunt tres personæ, & demitur una, & sic deinceps. tex. hic in §. 1. & 2. Quæ regula Jure Civili servanda est etiam in transversalibus: ita ut unus gradus de Jure Canonico, sit duplex Jure Civili. tex. hic in §. 3. Hactenus: sed quia de istis diximus lib. 1. merito properemus ad ulteriora.

152.

Gradus numerantur.

153.

DE SERVILI COGNATIONE. T I T. VII.

Servili cognatio est sanguinis conjunctio contracta inter servos in statu servitutis, vires sumens post manumissionem.

154.

Durante servitute, non datur inter illos successio, l. servus, 4. C. comm. de succ. Hoc tamen non currit, ubi servus se gerit, ut liber, de quibus videas l. penul. C. ad Syll. l. apud hostes. §. C. de suis, & legit. & in l. fin. C. ad Orphic. Et tunc, si Matræ Ancillæ fuit relicta libertas, & hæres fuit in mora dandi libertatem Ancillæ. Filius natus in tali mora est ingenuus, & succedit matri servæ mortuæ in tempore talis moræ d. l. fin.

Est ingenuus natus tempore, in quo hæres est in mora danda libertatis Matræ.

DE SUCCESSIONE LIBERTORUM. T I T. VIII.

Ex §. 1. per legem 12. Tabular. poterat libertus excludere in testamento Patronum; sed ab intestato ei succedebat Patronus, non extantibus naturalibus liberis.

155.

Ex §. 2. jure Prætorio, Patronus ex testamento habebat medietatem bonorum liberti, non extantibus liberis, etiam emancipatis, vel in adoptionem datis.

Exhereditati verò non excluderent Patronum: Nam exhereditati censentur mortui, Auth. de hæred. & falc. §. Exhereditatos, coll. 1. l. 1. §. si pater, D. de conjug. cum emancip. liber.

Ex §. 3. per legem Papiam, Patronus succedebat, prout in Tex. si libertus habebat pauciores, quam tres filios, quòd reprobatum est in l. un. C. de caduc. toll.

156.

Ex §. 4. liberi. Liberti non exhereditati excludunt Patronum; Sed Patronus succedit, exhereditatis, vel non extantibus liberis; Et, deficiente Patrono, succedunt filii Patroni, & istis, deficientibus, collaterales, usque ad §. gradum, §. multis aliis. inf. hoc tit.

Successio patroni ad bona liberti ab intestato.

In testamento potest libertus excludere Patronum, si habeat minus, quam centum aureos: Sed si habeat plus, relinquit Patrono tertiam partem: & si relinquit minus, suppletur, quòd deest.

157.

Ex testamento.

Dicta procedunt in omnibus libertis, §. ult. hoc tit.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORUM. T I T. IX.

Datur Jus patronatus laicum, ortum ex manumissione servi, quòd non transmittitur ad extraneos: sed solum ad hæredes sanguinis.

158.

Patronus potest assignare Jus patronatus in testamento, vel extra, etiam nutu, uni ex suis liberis, l. 1. §. assignare, D. de assign. libert. Si morietur sine liberis ille, cui facta est talis assignatio. Jus patronatus transit ad alios liberos Patroni. Et emancipati assignantur.

Cui conce- di possit jus patronatus.

tio per emancipationem filii, cui facta est. *tex. bio in §.1.* Intelligas, nisi assignatio sit facta emancipato, *lustrum*, ibi: *Utrum ei tantum, qui in potestate sit, an etiam emancipato filio assignare libertum Patronus possit, si modo non pauciores, quam duos præterea in potestate habeat, dubitari solet. Et magis est, posse, D. de assign. libert.*

160. Quid sit assignatio liberti?

Assignatio definitur. *Est dispositio Juris Patronatus liberti, facta à Patrono in beneficium unius ex liberis. Constat ex dictis.*

DE BONORUM POSSESSIONIBUS;

T I T. X.

Differentia inter hereditatem, bonorum possessionem, & possessionem bonorum.

161. Quid possessio bonorum?

HUc usque stetit pro Jure civili, vocat nunc nos Prætor, ut inspiciamus, quas ipse dedit successionum species, sub tit. *de bonorum possessionibus.* Ut tamen ista inconfuse procedant, moneo dari *bonorum possessionem, & possessionem bonorum.* Possessio bonorum est facti, vel juris, prout *lib.2. diximus.* Est *Instituta in re corporali, cum animo dominiandi.* Bonorum possessio est *Jurisdictione prætorio constituta. l.3. §. bonorum. D. de bon. poss.* Jure enim prætorio *bonorum possessor, est ille, qui Jure civili dicitur hæres. l.2. D. cit. lit.*

162. Bonorum possessio, non hereditas, requiritur Judicis mandatum.

Differt hereditas, à bonorum possessione. I. Quia bonorum possessio requirit Judicis mandatum, non verò hereditas, quæ animo aditur, §. *pro hærede, De hæred. qual. & diff. l. fin. C. qui ad bonor. poss. admitti poss.*

163.

II. Quia hereditas per alium: ut, per Procuratorem non acquiritur, *l. Paulus, ubi Arretinus, alias, per procuratorem, D. de acq. hæred.* Sed bonorum possessio acquiritur per alium, *l.3. §. acquirere, D. de bon. poss. Socc. in l.1. §. veteres, D. de acq. poss.*

164.

Adinvenit Prætor bonorum possessionem, qua personæ exclusæ Jure civili, *12. tabularum,* admittuntur, & quò ad effectum, idem est bonorum possessio, ac hereditas; itaut, quando competit hæredi, ad bonorum possessorem extendatur. *Craff. §. bonorum possessio. q. 1. §. n. 1. l. 1. & 2. D. de possess. hæred. aditione. Dixi 12. tabularum.* Nam etiam bonorum alique possessiones sunt Introductæ aliquo Jure civili, quod non est dispositum in *12. tabularum,* quæ est septima bonorum possessio, de qua infra. *Sapia, & de Nigris in Rub. C. qui admitti. n. 23.*

Datur exclusis Jure civili.

I E M M A I.

Quid, & quotuplex sit bonorum possessio?

Ex §. Sunt autem.

165. Quid. Quotuplex.

Est jus prosequendi, & retinendi, patrimonium defuncti, *l.3. §. bonorum possessio, D. hoc tit.* Bonorum possessiones sunt decem. Dux, contra, & secundum tabulas. Octo, ab intestato. Singulas discutiamus.

Remedium prætorium est utile.

I. Bonorum possessio contra tabulas conceditur liberis in potestate existentibus præteritis, §. *non solum. hoc tit.* Et sic filius præteritus habet duo remedia. I. *Civile,* quo dicit testamentum nullum. II. *Prætorium* per contra tabulas; quo bonorum petit possessionem, *l. p. sibi. n. 2. C. eod.* Et hoc est utile: quia remedium civile est continuum, & currit ignorantis; sed remedium Prætorium est utile, & currit scienti. *l. licet. C. de jur. delib. l. utile, C. qui ordo in bonor. poss.*

Datur per annum.

Insuper jus adeundi Jure civili præscribitur per 30. annos continuos, etiam contra ignorantem, *l. licet. §. C. de jur. delib.* Jus Prætorium durat per annum, *d. l. utile.*

166. Datur pupillo consensu Judicis.

II. Jure civili pupillus sine tutore non adit hereditatem; sed adit bonorum possessionem, consensu Judicis, & amicorum. *Bart. in l. penult. C. de bon. poss. Cagnol. in rub. C. qui admitti. n. 13.*

167. Quid in filio præterito?

Si verò filius emancipatus sit præteritus cum causa, aut sine, adhuc ei debetur bonorum possessio contra tabulas, jure *l. 1. D. de contra tabulas bonor.* Sed hodie, si sine causa filius sit præteritus, testamentum est nullum. Sed, si cum causa sit præteritus, testamentum tenet, & jure Prætorio datur filio bonorum possessio per contra tabulas, *glos. in*

Auth. de hæred. & falcid. §. ex hæredatos, v. noluit; I. E M M A II.

Bonorum possessio secundum tabulas, Ex §. Sin autem.

Introduxit Prætor hanc bonorum possessionem, secundum tabulas, qua confirmatur testamentum Jure civili ruptum. Et definitur est illa, qua ex testamento bonorum possessio datur hæredibus scriptis, quando Jure civili testamentum cessat.

168.

Hæc est necessaria in multis. I. In casu *l. filio præterito, 17. D. de injusto, rupto testamento.* Nam testamentum, in quo est præteritus filius Jure civili corruit. Sed, si talis filius præteritus se absteineat, testamentum reconvalescit ex bono, & æquo; & hæres scriptus in testamento, qui Jure civili non succedebat, succedit Jure Prætorio secundum tabulas. *Vasq. de success. x. sol. lib. 1. §. 3. n. 25.*

169. Validatur Patris testamentum, si filius præteritus se abstinente.

II. Est casus *l. posthumus, 12. D. de injusto, rupte, v. idem.* Ubi tractatur de testamento irrito præteritione filii, qui vivo Patre deceffit: quod testamentum reconvalidatur autoritate Prætoris, licet corruerit Jure civili.

170. Si posthumus præteritus illicè moriatur.

III. Casus *Pendente conditione, hæres institutus Jure civili non succedebat;* at nunc, jure Prætorio, habet bonorum possessionem secundum tabulas absque dominio illorum bonorum, quæ bona, si conditio non purificetur, restituntur illis, quibus debentur. *l. 2. §. si sub conditione, D. de bon. poss. secundum tabulas. Gomez. 1. var. c. 2. n. 13.* qui vult *tex. illum,* etiam in extraneo procedere.

171. Hæres pendente conditione caput bonorum possessionem.

Et prædicta bona Institutus sub conditione petit, etiam si alter sit purè institutus, secundum *glos. in l. 2. D. si pars hereditatis petatur. Jas. in l. planè, §. si conjunctim, D. de leg. 1. contra Azonem in d. l. 2.* qui putat interim totum deberi purè instituto. Quod placet aliis, si institutio sit facta simul utrique: scilicet si discriminatim una medietas purè uni, sub conditione alteri sint relicta alia medietas. *Bart. in l. plane, §. si conjunctim. D. de leg. 1. Alex. in l. verbi civilibus. D. de vulg. & pup. Gomez. 1. var. c. 2. n. 15.*

172. Nisi sit conjunctim vocatus cum aliè purè instituto.

IV. Successio inter conjuges per undè vir, est prætorica secundum tabulas, *l. 1. C. undè vir, & uxor.* deficientibus agnatis succedent isti ad invicem; Qui, si succedunt in quartam cum liberis, habent remedium civile. *Auth. Præterea, C. undè vir, & uxor, ubi Jafon n. 11.*

173. Successio per undè vir, & uxor.

Quatuor aliæ bonorum possessiones.

Deveniamus ad bonorum possessiones ab intestato. I. *Undè liberi,* quæ datur liberis ad habenda bona patris. II. *Undè agnati. l. 1. D. undè legitimi,* & datur ex parte masculorum, III. *Undè cogniti,* qua veniebant cognati, deficientibus agnatis, per quam filii, etiam petebant bona matris, *l. fin. C. undè legit.* IV. *Undè vir, & uxor;* & dabatur successio mutua inter conjuges, ad excludendum Fiscum, *l. 1. C. undè vir, & uxor.* De quibus nil speciale occurrit, præter allas dictas, sublata jam differentia inter agnatos, & cognatos. §. *reliquum, Auth. de hæred. ab intest. venient. collat. 9.*

174. Per undè libert undè agnati: undè cognati: undè vir, & uxor.

Septima bonorum possessio.

Hæc bonorum possessio est, quoties nova lege, quis ad successionem admittatur, quæ non sit *12. tabul.* ut, si datur successio alicui nullo modo conjuncto: civili non putà, uni de Collegio, quæ leges debent esse civiles latæ à supremo Principe. *Jas. in l. fin. n. 7. C. undè larum, legitimi.*

175. Ex lege 12. tabularum.

Tres aliæ bonorum possessiones.

Sunt. I. *litis agnoscendæ.* II. *De Carboniano editto.* III. *De ventre in possessionem mittendo.* Bonorum possessio causa *litis agnoscendæ,* est, qua filius à patre injustè fuit ex hæredatus, petit, ut Prætor det ei bonorum possessionem, ut possit querelam proponere adversus Patris testamentum, *l. Papinianus. §. ibi: Si filius post agnitam litis ordinaudæ gratia bonorum possessionem. §. 1. D. de ineffic. testam.*

176. Bonorum possessio litis agnoscendæ quid sit.

Bonorum possessio ex *Editto Carboniano,* est introducta à Prætorè; & habet locum, quando pupillus petit mitti in possessionem bonorum patris, licet ei sit mota quæstio status; scilicet non esse filium defuncti.

Tunc

177. Ex Car- boniano quid? Tunc enim reservatur hæc quæstio status, utque ad pubertatem; Et interim filius petit, & dantur bona patris, l. 1. C. de Carb. edit.

Præstat tamen talis impubes cautionem de restituendis bonis, si apparebit, se non esse filium defuncti, quæ cautio, si nequeat inveniri, tunc ipse, unâ cum aliis consanguineis defuncti, mittitur in possessionem illorum bonorum. l. 1. D. de Carb. edit. cum cæteris, quæ illustat I. C. maxime doctus, D. Nicolaus Vincentius Scoppa, quem habui discipulum, in Scholiis ad Controversen. s. R. Merit. cent. 2. cap. 85. ex num. 4.

178. De ventre in possessione mittendo. III. Bonorum possessio De ventre in possessionem mittendo, est, quando mater gravida petit mitti in bonorum mariti possessionem, nomine filii nascituri, ut alimentetur ex illis bonis. l. 1. D. de ventre in possessionem mittendo. sed & si his, l. 5. ibi: Cum omnium Edictis venter in possessionem mittatur, & alimenta mulieri præstantur propter eum, qui potest nasci. D. de Carbon. Edicto.

Quot, & quæ bonorum possessiones competant Ventri?

Ventris nomine venit uterus certò, vel dubiè plenus.

Hic Jure civili nequit institui purè hæres, ob incertitudinem eventus; sed potest institui sub conditione, si nascatur. Sed pendente conditione, nequit esse hæres; quia, Hæres, debet esse certus; & semel hæres nequit desinere esse hæres. Et, si esset hæres pendente eventu conditionis, conditione non purificata desineret esse hæres. Isti subvenit æquitas prætoria, ei dando bonorum possessionem, cum distinctione.

Vel Pater testamentum facit, vel non.

Si Pater facit testamentum, Distinguas,

Vel instituit filium, vel non.

Si Filium instituit. Tunc à Prætoribus datur ei Bonorum possessio secundum Tabulas. l. ult. D. de ventre in poss. mitt. cum nequeat Jure civili esse hæres.

Si non instituit.

Datur Bonorum possessio contra Tabulas paternas, l. 1. l. ubicunque, 7. D. de ventre in poss. mitt. ubi Cujac. in paratit.

Si pater sine testamento decedit.

Tunc Possitum in ventre datur bonorum possessio, triplex I. per unde liberi. II. per unde legitimi. III. per unde cognati. l. 1. §. & generaliter, l. ubicunque, 7. ult. D. de ventre in poss. mitt.

Qui Venter mittatur in bonorum possessionem?

Mortuo Patre datur bonorum possessio ventri, sive sit suus, sive emancipatus, etiâ respectu Avi. l. 1. §. etiam, §. si pater. D. de ventre in poss. mitt. l. si emancipatus. §. nepote. D. de bonor. poss. contra Tabulas. Effectus immisionis in bonorum possessionem.

Est multiplex. I. est ut interim nequeat alius hæres institutus adire hæreditatem. Bart. in l. 1. §. necessario, D. si ventris nomine mulier.

II. Ut prægnans interim nequeat accusari de adulterio. l. si ventris, 8. D. de ventre in poss. mitt. l. mulier, 11. §. quæ propter. D. ad l. Inj. de adult.

III. Bonorum possessio est mera detentio bonorum, quo usque pareat; nec jus dat in proprietate. l. 1. §. quandiu. D. de ventre in poss. mitt.

IV. Ad concedendam bonorum istam possessionem non requiritur plena probatio ventris pleni, nec plena cognitio causæ; sed satis est summaria, reservata plenaria probatione, & cognitione ad pubertatem nati. l. 3. §. acquirere, 7. servus, 7. D. de bon. poss. l. 1. §. si ea, D. de ventr. in poss. mitt. Contra Valenzuolam conf. 96. nam, 6. fecipientem plenam probationem.

L E M M A III.

De bonorum possessione Edictali, & Decretali.

180. Possessio Edictalis, & decretalis quid? Bonorum Edictalis possessio proveniebat ex Edicto Prætoris mortui; Decretalis pendebat à Prætoribus vivo; respiciebat jus quæsitum; & Prætor utebatur sollemnibus verbis expressa causa. Sapia rub. C. qui admitti num. 17. ubi Dec. num. 83. Menoch. de adipisc. poss. rem. 1. num. 9. vide l. fin. C. qui admitti.

Aliqui volunt, idem esse in re Decretali, & Edictali bonorum possessionem.

L E M M A IV.

Tempus statutum ad petendam bonorum possessionem.

Ex §. sunt 3. in fin.

Liberis, & Parentibus datur annus, etiam si sint naturales, & adoptivi, cæteris agnatis, & cognatis, centum dies utiles, l. 2. C. qui admitti. ibi: Habuisti spatium centum dierum utilium, ex quo eum defunctum scisti. l. emancipata, 4. C. qui admitti. Et si non petatur bonorum possessio, accrescit aliis petentibus ab intestato. d. l. emancipata, 4.

Hodie tale tempus est arbitrium Judici. Menoch. de arbit. lib. 2. casu. 3.

Tempus petendæ possessionis.

181.

DE ACQUISITIONE PER ADROGATIONEM.

T I T. XI.

Explicatur hic quomodo Adrogator habeat bona Adrogati: Et ex §. nunc autem 2. Adrogator habet usumfructum in bonis Adrogati: ut Pater ex justis nuptiis in bonis adventitiis filii fam. Et defuncto Adrogato sine descendentiis ab intestato succedit Adrogator. d. §. nunc autem, in fin. & l. cum oportet, 6. C. de bonis, quæ liber. ut alii dictum est.

Et fratres Adrogati, succedunt unâ cum Adrogante. §. consequens, Auth. de hæred. qui ab intestato veniunt.

Creditores verò Adrogati in bonis Adrogati sibi possunt satisfacere, si Adrogator negligat illum defendere, l. 2. in §. 1.

Adrogator ut pater legitimus adrogato filio succedit.

182.

183.

Deductio are alieno.

DE EO, CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

T I T. XII.

L E M M A I.

Quomodo libertas acquiratur servis hæreditate jacente?

Ex Constitutione D. Marci, unus ex servis, cui libertas est in testamento, vel ab intestato in codicillis relicta, si hæreditas ab hærede non adæatur, potest petere sibi bona addici, præstita cautione, de satisfaciendo creditoribus; Et hoc factum est, ut talis servus consequatur libertatem. l. 2. in princ. ibi: Nam, si ii, qui libertatem acceperunt à Domino in testamento, ex quo non aditur hæreditas, velint bona sibi addici, libertatum, conservandarum causa, audiuntur. & §. & ita, §. 2. §. 3. Et libertates semel datæ, hærede minore se abstinente ab hæreditate, per restitutionem in integrum non revocantur. §. si his qui, hoc tit.

Tunc talis libertus erit patronus aliorum servorum, qui libertatem habent, & si Fiscus velit hæreditatem defuncti, debent esse salvæ libertates. l. 2. in §. & ita D. Marci, in fin.

Non solum servus, sed quisvis alius potest petere additionem bonorum, causa libertatum conservandarum. l. fin. C. de manumiss. testam.

Deficiente hærede servus, cui libertas est relicta, petit sibi dari bona hæreditatis.

185.

Et est patronus aliorum servorum.

Quilibet potest petere sibi bona addici, causa conservandæ libertatis.

186.

Sublatæ successio per venditionem.

DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, Quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex S. C. Claudiano.

T I T. XIII.

Sublatæ sunt hic duæ successiones. I. exercebatur per venditionem bonorum debitoris: quæ creditor, quibusdam postis requisitis, de quibus DD. hic, poterat vendere bona debitoris. l. 1. D. de quib. causis in possessionem eat.

II. Erat miserabilis successio, qua mulier libera ducens servum, succedebat in illius servitutem, amissa libertate.

DE OBLIGATIONIBUS.

T I T. XIV.

Ut feracissimum obligationum campum ingrediamur, non incerto gressu. I. Obligationes in genere. II. In specie, exagitationibus, proponemus discutendas. Multa namque in genere omnibus con-

Et miserabilis.

187.

contractibus communia clarè cognita, iter sternent complanatum ad percurrendas singulas species absque tædiosa rerum repetitione, quod magno damno nostri Aevi facere multos, luctuoso temporis dispendio, vidimus, audivimus. Vos applicatote communia singularibus.

L E M M A I.

Quid sit Obligatio?

Ex §. 1.

188. Obligatio est Juris vinculum, quo necessitate adstringimur ad aliquid, tex. hic, & obligationum 3. sub hac. 3. D. eod. l. debitor. 108. D. de verb. signif. Bart. in l. rei, §. 1. D. de verb. signif.

Ly vinculum est genus commune patriæ potestati, religioni, consanguinitati. h. s. tutor. 9. D. de susp. tut. l. 1. C. de in lit. jur.

Ly necessitate, indicat cessare obligationem, cessante necessitate. l. debitor, 108. D. de verb. signif. Quæ particula etiam ostendit non posse obligationem remitti in voluntatem debitoris. l. 3. l. obligamur, §. 2. l. stipulatio, 17. l. censemus, 46. §. fin. ibi: Illam autem stipulationem, si volueris, dari? inutilem esse constat, l. quod sæpe. D. de verb. oblig. Et licet ab initio liberum sit contrahere, tamen, altera parte reluctante, nemo potest fuisse obligationi renunciare. l. si cut initio, §. C. de act. & oblig.

In tex. autem nostro hic additur, secundum jura nostra Civitatis. Quo tantum ostenditur, definiri obligationem civilem, & consequenter demenda sunt illa verba, ut habeas definitionem obligationis genericam, hoc est, communem civili, & naturali. l. holo. lib. 21. Syntag. cap. 3. num. 4.

L E M M A I.

Quotplex sit obligatio?

Ex §. Omnium. 1.

191. Obligatio est triplex. I. Naturalis. II. Civilis. III. Mixta.

Obligatio Naturalis est juris naturalis vinculum, &c. Et est, quando est pactum nudum, ex quo oritur naturalis, non civilis obligatio. l. 1. D. de passis. l. 1. D. de constit. pecu.

Civilis. Civilis est juris civilis vinculum, quo necessitate adstringimur, juxta jura nostra Civitatis. tex. hic in princ.

192. Mixta. Civilis, & Naturalis est juris civilis, & naturalis vinculum, quo necessitate adstringimur ad aliquid. De obligatione naturali.

193. Naturalis quotuplex. Hæc obligatio naturalis est duplex: una, quæ nascitur ex ipsa inclinatione naturæ: ut, Pater naturaliter obligatur ad danda alimenta filio. II. Obligatio naturalis nascitur ex contractu: posita enim voluntate contrahentium, nascitur onus servandæ promissionis, de qua obligatione in contractu inferrius.

Inter quos sit. Similiter naturalis oritur inter Minores, Pupillos, Servos, Contrahentes sine autoritate Tutorum, Curatorum, Dominorum. l. fidejussor. 16. §. fin. D. qui jussu. l. hæres à debitor, 21. §. quod si. D. de fidejussor. l. si fidejussor, 59. D. de condit. indeb.

194. Omni jure, ex promissione, & acceptatione de re non mala cum animo fe obligandi, nascitur naturalis obligatio. Non enim decipiendi sumus ab illo, cujus fidem sequuti sumus. l. naturales, 9. D. de act. l. fidejussor. 17. §. fidejussor accipi. D. de fidejuss.

In istis, obligatio naturalis est sine civili. Ear. in lex hoc jure, num. 10. ubi Jaf. au. 50. D. de just. & jur. Cov. 2. var. c. 3. Piccard. hic num. 14. Conda. 2. comment. cap. 3. Tuse. v. Obligatio. conclus. 28.

Effectus naturalis obligationis.

195. Ex hac naturali obligatione oritur I. Translatio domini, possessio, evictio, &c. quæ sunt de jure naturæ; licet non nascantur effectus civiles, quos lex civilis denegavit per non assentientiam, ad hoc, ut horum omnes firmiter, & cautius operentur, ad lites cavendæ, l. juris gentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact. Nitransyer-

Ex naturali omnes firmiter, & cautius operentur, ad lites cavendæ, l. juris gentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact. Nitransyer- mia enim fides perfidiam struebat iter: undè homitur dom- ni sic fidendum non est. ps. 145. Eneid. 4. ibi: Vincula num. s. adinvenit. l. in contractibus, 14. C. de non num. pecun. quæ tra l. obligamur, §. 1. D. de act. ditione. II. Exceptio civilis datur obligationi naturali.

Undè, si res sit in potestate creditoris ex obligatione naturali, potest se exceptione pro omni foro tueri, nè rem illam amittat. d. §. Sed cum nulla. ibi: Igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem, Bart. in l. 1. num. 9. D. de condit. indeb. Jaf. in l. eum quis, num. 9. & 12. Code jar. & facti ignor.

III. Oritur Jus compensandi, saltem in conscientia. Jaf. l. c. num. 14. Piccard. hic num. 13. l. etiam. 7. D. de compensat. ibi: Etiam quod natura debetur, venit in compensationem. Undè cum debito civili, potest naturale compensari.

IV. Obligatio naturali potest accedere Fidejussor, l. fidejussor, 17. §. fidejussor. ibi: Fidejussor accipi potest, quoties, est aliqua obligatio civilis, vel naturalis, cui applicetur, D. de fidejuss. qui fidejussor est obligatus civiliter, & naturaliter, l. Marcellus, D. de fidejuss.

V. Potest eidem accedere pignus, l. quæ situm, 14. D. de pignor.

DE OBLIGATIONE CIVILI.

Civilis obligatio nascitur ex dispositione Juris civilis, Gio. in l. generaliter, 3. C. de non num. pec. & nequit esse inter servum, & Dominum; Patrem, & Filium; Tutorem, & Pupillum. l. quod attinet, 23. D. de reg. jur. l. frater à fratre, 38. D. de condit. indeb. l. 4. D. de judic.

Exemplum obligationis civilis est, si quis solvat, quod tenetur, & scripturis, se tutum non reddat: tunc creditor, virtute aliam scripturarum, est civiliter creditor. Nam adhuc ipse, vel ejus hæres, virtute illarum, agere civiliter potest, quamdiu non constat de solutione.

L E M M A II.

An Civilis obligatio possit esse sine naturali?

Affirmat Alex. cons. 61. lib. 1. l. usc. concl. 23. nu. 14. Et patet in instrumento, cujus pecunia numerata non fuit, aut quando quis solvit indebitum. l. eum, qui mutua, 13. l. non adversus, 75. C. si cert. petat.

Sed dicas, Jus Civile præsumere naturalem obligationem, l. si unus, 28. D. de pact. Et sit, puto semper, ac re vera existit civilis, existere etiam naturalem obligationem. Piccard. hic, num. 20. Quatt. tom. 1. de contract. trafl. 3. disp. 7. num. 66. Nam quotiescumque deest naturalis, decet etiam consensus, vel aliud essentiale contractui, quod si innotescat, impedit etiã civilem obligationem, & actionem, l. 1. D. de liber. oblig. Secus Jus civile injustitiam foveret, arcuando ad solvendum, realiter non obligatum.

Civilis, & naturalis obligatio.

Obligatio civilis, & naturalis est, habens assentientiam Juris civilis, & naturalis: quæ ineluctabiliter firmat contractum, §. Prætorum, Instit. de jur. naturali. Jus autem, §. Prætorum, D. de just. & jur. l. sci. re oportet, 15. Consequens. v. Sufficit. D. de excus. tut. Et ex hac obligatione, quis efficaciter convenitur, & convenit, l. qui Romæ, 122. §. duo fratres. D. de fide. verb. oblig.

Tandem ex §. Omnium, etiam dividitur obligatio in Prætoriam, & Civilem. Civilis à lege civilis: à Præ-tore descendit Prætoriam; quæ honoraria etiam nuncupatur, d. §. omnium autem. ibi: Civiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobata sunt. Prætoriam sunt, quæ Prætor ex sua jurisdictione constituit, quæ etiam honoraria vocantur. §. Præ-torum edita. Inst. de jur. naturali, Gent. & Civ.

L E M M A III.

De obligatione ex contractu, quasi contractu, & distractu.

Ex §. Sequens divisio.

Traditur hic obligationis divisio in contractum, & quasi, in Delictum, & quasi. De delicto, & quasi, lib. 4. De Contractu, & quasi hic usque ad finem hujus Libri.

Contractus proprie exigit utriusque partis consensus: dictus est à contrahenda obligatione. Per contractum enim quis trahit ad se obligationem, ut. D. de contrab. empt. stipulat. &c. Et sæpe pro pacto sumitur, l. 1. l. juris gentium, 7. §. conventionis. D. de pact.

Quasi contractus est, quando adest causa sine conven-

196.

Oritur ex- ceptio ci- vilis.

197.

Jus com- pensandi.

198.

Fidejussio, & pignus naturali obligatio- ni accedit.

199.

Civilis o- bligatio in- ter quos nō oritur.

200.

Quando existit sup- ponit nat- uralem obligatio- nem.

201.

Obligatio- mista effi- caz affi- ve, & pas- sive.

202.

Obligatio civilis, & prætoriam.

203.

204.

Contractus,

205. Quasi contractus. Dicitur in figura est conventio destructiva contractus, cuius obligationem tollit: ut in compensatione. §. 15 quoque, infra. quibus modis re contrahatur oblig. Bald. in l. res fratres, C. de pactis. Quo sensu sub nomine contractus, non venit distractus. Bald. & Alex. in l. sine apud acta, C. de transact. ubi Jason. nu. 7. de quib. distract. infr.

Distractus. Distractus etiam sumi potest pro alienatione rei: Et sic, in quolibet contractu alienationis intervenit distractus: & omnis contractus onerosus est distractus, & contractus. Distractus in quantum dat, contractus in quantum recipit. Vocatur autem contractus: quia eius finis est accipere, magis quam dare. Alex. conf. 92. num. 20. Tusc. v. Distrabere. concl. 609. Sylv. v. Contractus, num. 2.

206. Omnis alienans distrahitur. L. E M M A IV. Quid sit contractus? Ex eod. §.

207. Contractus conventio plurium obligans ex iustitia. U T cum Arist. Cic. lib. 1. offic. & l. 1. D. si cert pet. a definitione nobis sciendi aditum aperimus, rejectis redundantibus, definitimus: Contractus est conventio plurium in idem, obligans ex iustitia commutativa.

Obligans ex iustitia commutativa, est differentia, per quam differt a simplici promissione, quae ex fidelitate, urbanitate, &c. obligat. Et obligatio ex iustitia est essentialis contractui, sine qua non subsistit, §. 1. hoc tit. l. stipulatio, 17. D. de verb. oblig. l. sicut, 5. C. de act. & oblig. Bonac. disp. 3. q. 1. punct. 1. num. 1. Onnatte tom. 1. tract. 1. disp. 1. sect. 3. num. 26.

208. Conventio est genus. Iy conventio est genus ad omnem aliam obligationem ex urbanitate, ex fidelitate. l. in omnibus, 54. ibi: Nisi animus utriusque consensus at, perducit ad effectum id, quod inchoatur, non potest. l. 1. §. adeo. D. de pact. ubi Bart. l. qui ita, §. si & Titium, §. qui ita, D. de verb. oblig. Piccard. hic, §. 2. n. 9.

209. Dicitur Plurium: quia essentialiter contractus saltem requirit duos, l. 1. D. de pactis. Et potest etiam inter Regna, Communitates, &c.

210. Onerosus obligatio ultra citraque. Non tamen per hoc reiicimus definitionem. l. labeo, 19. §. contractus, D. de verb. sign. ibi. Contractus est ultra citraque obligatio. Sed dicimus tantum competere contractibus onerosis, & tradi per effectum, cum obligatio sit effectus contractus: Quia ratione contractus, qui cum consensu recessit, etiam dicitur durare in effectu obligationis. Sic matrimonium quod ad tale vinculum durat, etiam si illo constante, voluntas repugnet. Vide D. Tho. 2. 2. q. 1. agens de permanentia peccati, etiam sine actuali voluntate. Less. 2. de Inst. cap. 15. dub. 1. Mol. disp. 252. n. 4.

211. Objectio. Dices I. Pacta nuda sunt veri contractus, nec ex illis nascitur obligatio ex iustitia. l. juris gentium, 7. §. Sed cum nulla. D. de verb. oblig. Ergo falsum est obligationem nasci ex contractu.

212. Solutio. Resp. Ex pacto nudo prodire obligationem Iure naturae, politico animo obligandi ex iustitia: licet Jus civile denegaverit actionem, ut cautius contrahentes sibi consulerent. Quam actionem concesserunt Hispaniae l. 3. tit. 3. lib. 3. ordinat. l. 2. §. 16. lib. 5. recopil.

213. Incipiens a traditione. Dices II. Donatio incipiens a traditione non parit obligationem in Donante. Ergo falsum est omnem contractum obligare. Antecedens constat, Quia traditio rei tollit obligationem. Ergo donatio, quae incipit a traditione, incipit a solutione obligationis. Ergo nunquam habet obligationem.

Resp. Quod si non est obligatio, neque solutio potest illam tollere. Nemo enim dicitur satisfacere obligationi, quae nunquam extat. Ergo, si donatio, quae incipit a traditione, tollit obligationem, illam supponit in priori naturae, sicuti lumen in priori naturae supponit Solem. Non enim quis in eodem instanti potest constalere, deliberare, & tradere titulum donationis, sed I. consulit. II. deliberat. III. tradit. Nec Donatarius accipit, nisi prius cognoscit, & accipit in titulum donationis: cum ex

alio titulo forte nollit recipere. Ergo in Dante adest deliberata voluntas ante traditionem, & in Accipiente ante acceptationem. Nihil enim volitum, quin praecognitum. Ergo ante acceptationem cognoscit voluntatem Donantis, & accipit, & deinde accipit, licet rudes id non distinguant. Et sic nego antecedens. Sed mox uberius degustabis.

De Promissione, Acceptatione, Consensu, & Pacto.

Jam promonstravimus ad essentiam contractus requiri Pactum, Consensum, Acceptationem, & Promissionem ex iustitia. Sed, ista difficultatum involueris, adhuc obvoluta, placuit examini diuturniori supponere.

DE PROMISSIONE.

Promissio tripartitam acceptationem obtinuit. I. pro proposito dandi aliquid alteri, sed sine aliqua voluntate se obligandi.

214.

II. Cum tali promissione potest esse voluntas se obligandi, non ex iustitia, sed ex alia virtute: puta, urbanitate, ut est promissio deambulationis.

Promissio valet pro obligandi, non ex iustitia, sed ex alia virtute: puta, urbanitate, ut est promissio deambulationis.

III. Promissio se obligandi ex iustitia ab altero acceptata, & est verus contractus.

Obligatio juxta voluntatem promittentis.

Acceptatio est velle accipere rem promissam, vel illam obligationem sibi factam, quae acceptatio essentialiter perficit contractum.

DE PACTIS.

Pactum unde dictum?

Pactum dictum a Pace: cum pacifici, sit actum pacis inire: scilicet actum concordiae, quo pacifici, inter se dissidentes concordant, l. 1. §. pactum ibi: Pacis nomen appellatum. D. de pactis. cap. 1. ibi: Pax fervetur, pacta custodiantur. De pact. c. pactum dicitur inter partes, ex pace conveniens 11. v. 5. Bart. Soccin. in rubr. C. de pact. Isidor. in cap. pactum. D. v. 5. Bald. tr. de pact. num. 4. Quia ratione confuso vocabulo, pactum dicitur: Pactio, hoc est pacis actio. l. juris gentium. 7. §. sed cum nulla. §. quod feret. §. pacifcar. l. si unus. 23. §. illud. D. de pact. l. 1. C. de pact. conventis. l. solent. 13. D. de praescript. verb. Nec placet, Pactum dici a Pago, quod significat Firmo, ut placuit Connazo 4. comm. 1. nu. 8. Nam, si diceretur a Pago, non pactum, sed pagum deberet dici. Secundo, quia sunt, & dantur etiam pacta infirma.

Pactum dicitur a pace, quia concordia voluntate fit a pluribus.

Quid sit Pactum, & quae differentia inter Pactum, & Contractum?

Pactum est duorum, vel plurium consensus in idem placitum, obligans, l. 1. D. de pact. ubi Bart. & Bald. Cujac. c. 1. de pact. ubi Abb. c. pactum. 11. De v. 5. l. pactum est duorum consensus, atque conventio. 3. D. de pactis, hoc est, plures ex condito, ex proposito consentiunt in eadem re dividenda, non dividenda; facienda, non facienda; renuncianda, non renuncianda; petenda, non petenda. l. divisionis. 45. D. de pact. Duaren. in l. 1. D. de pact. Morla. de pact. qu. 1. nu. 50. Alciat. in rubr. D. de v. 5. Bald. tr. de pact. n. 1. Per quae evanescunt contraria inculcata ab Ottomanis in rubr. de pact. §. 2. & §. posse: scilicet posse duo consentire in idem distributive, & tamen non est pactum, Nam per Iy Consensus in idem placitum, exprimitur consensus mutuo praemeditatus, vel mutuo cognitus, & reciproce acceptatus. Quia ratione, distributive idem decernentes, non dicuntur pacifici: quia non est reciproce consensus, nec obligatio ex illo nascitur. At in pacto paciscentes, reciproce consensu obligantur.

215.

216.

Est pluri in idem consensus reciprocus

Nec te moveat, in dicta definitione confundi pactum cum contractu. Nam confunditur, quod ad genus recipi consensus; non verò quod ad differentiam a thomam; idque ut deprehendatur clarius, sit.

An Pactum differat a Contractu?

Affirma. Gabr. a S. V. in de just. & jure disp. 3. n. 15. dicens deceptum Lessium de just. c. 17. dubit. 3. n. 17. identificantem contractum, & pactum. Zuccardus in rubr. de pact. num. 59. tom. 7. repetitionum, ex l. labeo, la seconda. D. de v. 5. ita ut, Jura prohibentia contractum, non prohibent pactum, & mandantia gabellas, collectas solvi ex contractu, non comprehendunt.

Differat a contractu.

hendant solvenda ex pacto, *l. fin. C. quando tut. vel curator intercessit.*

Probatur I. Quia pactum est genus latius patens, quam contractus, qui est species obligationis, *l. 1. D. de pact.*

II. Quia pactum est commune obligationi ex justitia, & ex mutuo consensu ortæ ex amicitia, & gratitudine.

III. Quia datur pactum, qui non est contractus. & pactum, qui est contractus. Ergo pactum est commune contractui, & non contractui. Antecedens patet: quia datur pactum contractus, & pactum distractus. Et pactum distractus non est contractus. Ergo datur pactum, qui non est contractus.

217.

*Pactum
resolvens
obligatio-
nem nō est
contractus*

IV. Quia in contractibus apponi possunt plura pacta, quæ pacta non sunt contractus. Ergo datur pactum, qui non est contractus. Antecedens patet in emptione, & locatione cum pacto legis commissoria, & pacto adjectionis in diem; quæ pacta non sunt contractus, sed sunt resolutiva contractus. Ita pactum legis commissoria, & adjectionis in diem, resolvit contractum locationis, emptionis. Ergo non est contractus. Ergo datur pactum, qui non est contractus. Ergo non valet: *Est pactum, ergo est contractus*; licet valeat: *Est contractus, ergo est pactum*. Idque, quia pactum est genus, & à genere affirmative non inferitur species: ut est animal. Ergo est homo. Sed à specie inferitur genus affirmative: ut est homo. Ergo est animal.

Ultimò probatur: quia datur pactum, qui non est contractus Nominatus, nec Innominatus. Ergo datur pactum, qui absolute non est contractus. Consequentia est bona, quia omnis contractus, vel est Nominatus, vel Innominatus, *l. juris gentium, 7. D. de pact. in principio*. Antecedens patet, quia pactum renunciationis beneficii coram Superiore acceptante: pactum de non petendo: de non agendo: renunciationis successione, est verum pactum, *l. Labeo, 2. in fine, l. si unus, 28. §. pactus ne peteret. D. de pact.* nec numeratur inter contractus nominatos, vel innominatos, ut ex se patet. Nè tamen in istis sterileat oratio, unum circa pactum inquiramus.

*Differentia inter Conventionem, Pactum,
& Contractum.*

218.

Conventio, Pactum, Contractus, inter se subalternantur, ut conventio magis late patet, quam Pactum; Pactum magis, quam Contractus, *l. 1. §. conventionis, ibi: Conventionis nomen generale est, D. de pact.*

Conventio enim analogè sumpta in genere, *l. §. adeo, D. de pact. ibi: Conventionis nomen generale est*. Primò supponit pro actione civili, quæ proponitur in judicio. Secundò supponit pro pacto altero subalternato; unde dicitur pactum conventum, *l. pacta conventa, in fine, D. de contrab. empt. l. differre, l. fin. D. de jure fisci*. Nam nequeunt pacisci, qui non conveniunt. Tertio Conventio est etiam, quando fortuitò aliquod coincidunt in idem, *l. 1. §. conventianis, D. de pact.*

At pactum inicitur concordie reciproca voluntate, *l. 1. D. de pact.* & latius patet quam contractus: ut genus est latius differentia.

Contractus supponit pactum, & deliberatam mutuum voluntatem, & superaddit obligationem ex justitia, non dissolvendam aliam obligationem, *l. 1. §. conventionis, D. de pact. l. sicut, §. C. de att. & oblig. l. consensu, 20. §. 4. l. 55. D. de obi. & att. l. 1. D. de pollic.*

Hinc pactum, ut sic, obligat. Pactum in specie addit specialem obligationem juxta propriam differentiam, ita ut in voto sit pactum obligans ex religione; in pacto gratitudinis, vel urbanitatis, aut amicitia, obligatio nascatur ex amicitia, gratitudine, vel urbanitate.

Pactum verò determinatum per differentiam contractus, vel distractus obligat ex justitia. Sed contractus, & distractus inter se differunt: quia Contractus inducit obligationem ex justitia: Distractus ex justitia tollit aliam præexistentem obligationem, & parit exceptionem, *l. Labeo, 2. ibi: Pro futuram conventionis exceptionem placuit, l. si unus,*

28. §. pactus ne peteret, ibi: Ei detur exceptio, D. de pact. Montan. contrav. 10. num. 4.

*Differentia inter Pactum, Promissionem,
& Pollicitationem.*

Differt Pactum à Promissione, quia promissio potest haberi sine pacto. Promissio est genus competentis pacto nudo, distractui, contractui, & pollicitationi. Sed illud attendendum, si *ly promissio*, si *ly promissit*, inveniatur scriptum instrumento à Notario, tunc intelligitur stipulata promissio, & consequenter præsumitur pactum interrogationis, & responsionis in idem, *l. sciendum, D. de v. o. Glos. in l. 1. C. de usur.* Quia Notarius conficit instrumentum inter partes, *§. nos autem, Auth. de Tabell.* Ergo præsumitur stipulatio, *l. 1. C. de contrab. stipul.*

Si verò Testis deponat, alium promississe, non præsumitur stipulatio, quia potest etiam promissio pollicitatione fieri, *l. pactum, 3. D. de pollic. Glos. in l. 1. C. de usur.*

Differt Pactum à Pollicitatione.

In multis. I. Quia pactum est plurium mutuum consensus, sive tacitus, sive expressus, *l. 1. D. de pact. l. 3. D. de pollicit.* At pollicitatio est solius offerentis promissio, ut ait *l. 3. D. de pollicit.*

II. Pactum semper obligat, sive inter absentes, sive inter præsentem, *c. 1. de pact. l. 1. D. de pact.* Pollicitatio non semper obligat, sive fiat inter præsentem, sive inter absentes, *l. 1. & l. toties, 6. D. de pollicit.*

III. Differt, quia pollicitatio potest fieri pactum, accedente acceptione illius, cui quis pollicetur, *l. pactum, 3. D. de pollicit. Bald. de pact. n. 8.* At pactum non potest transire in pollicitationem.

Verum, quia confusa satis, & valde ambigua est pollicitationis materia, & in Foro etiam contentioso agitata, ut est videre apud *Anellum Amatium conf. 16.* ideo ad tollendam confusionem, & ad clarius discernendum in quo discriminetur à pactis, merito.

DE POLLICITATIONE.

Pollicitatio est ultrò solius se offerentis promissio, *l. 1. pactum, 3. D. de pollic.* ut si nemine interpellante, requirente, viens quid necessarium, utile, ad decorem Republicæ, Ecclesiæ, particularis, pollicetur se illud velle facere: puta ornare, vel ampliare viam, *l. 1. 3. §. in privatis, 12. D. de pollic.* circa quam illud primò controvertitur.

An Pollicitatio possit fieri absentem, vel presentem.

Affirma, potest fieri absentem, vel presentem, ex causa onerosa, vel lucrativa. *Decius in rubr. C. de pact. n. 3. & 4.* licet falsò putet, pactum esse expressum consensum præsentis: at consensum tacitum præsentis esse pollicitationem.

Est contra *Jasouem in rubr. D. de v. o. nu. 6.* ubi *Alciat. num. 10. Menoch. 3. præsumpt. 41. num. 4. Abbatem in c. per tuas, de arbitr. agentes, pollicitationem esse tantum factam absentem.*

Est contra *Socinum in rubr. C. de pact. num. 1. Cynum in l. 1. opposit. 2. C. de pact. Alexandrum in l. 1. nu. 13. D. de pact. F. uigosiun conf. 217. Cagnolus in rubr. C. de pact. nu. 14. Anellum de Amato conf. 16. n. 17.* distinguentes inter causam onerosam, & lucrativam, & agentes, pollicitationem factam presentem, in causa lucrativa esse pactum, ob tacitam acceptionem; in causa onerosa, esse meram pollicitationem, quia in onerosis tacens non dicitur consentire.

Probatur I. Ex *lex pollicitatione, D. de pollicit.* ubi facta coram Republica, est pollicitatio.

II. Ex *Decio* patet, quia si inter præsentem pollicitatio non esset; nec esset inter absentes, quia in favorabilibus non solum præsentem, sed etiam absentem consentire præsumitur; cum inter absentes etiam possit esse pactum, & consensus tacitus, *l. 2. ubi Bald. num. 4. C. de pact.* Ergo si inter absentes ultrò se offerentis promissio, non est pactum, ita nec inter præsentem.

III. Patet, quia taciturnitas illius, qui potest dis-

Pollicitatio est ultrò solius se offerentis promissio.

219.

Nec est pactum nisi inter præsentem.

sentire . est res insensibilis, indifferens ad nolle, & velle . Ergo nisi aliunde eluceat consentire, vel dissentire, remanet sola pollicitatio. Maxime quia consensus merè internus nullo externo signo sensibili patefactus, non sufficit ad contractum inter homines sensibiles.

Taciturnitas non inducit consensum

IV. Quia ex sola taciturnitate, etiam in lucrativis, consensus non arguitur, quia audiens ultro-neum pollicitatorem, hic, & nunc non erit urbanus, si dissentiat, nec ei erit expediens consentire, ob onera gratitudinis, & amicitiae, quibus forte non vult se vinciri; undè etiam in lucrativis tacens non censetur consentire, nec dissentire, *cap. qui tacet, de reg. jur. in 6.* nisi possint, & teneatur rub aliqua poena, vel onere dissentire. Nam tunc verum est: *Qui tacet consentire videtur, e. is, qui tacet, de reg. jur. in 6.*

Nisi tacens possit, & teneatur dissentire.

V. Quia non potest contrahi pactum sine voluntate pacifcentis. Ergo si pollicitator praesenti careat voluntate pacifcenti, non erit pactum; nec acceptatio alterius sufficit ad constituendum pactum, quia deest voluntas pacifcenti in illo, qui vult pollicitari solum, & non pacisci; ita ut velit ex sua libertate, non ex obligatione aliquid facere, sive alius acceptet, sive non.

Si verò altero acceptante, ipse acceptanti consentiat in idem animo se obligandi, tunc erit pactum.

Ergo pollicitatio facta praesenti sine animo obligandi, non est pactum, etiam si praesens pollicitationi consentiat: Nam consentit in pollicitatione, non in pacto.

Necquid enim pollicitatio transire in pactum voluntate unius, non alterius: quia pactum non fit voluntate unius, sed utriusque; Ergo si volo pollicitari tantum, non autem pacisci, erit pollicitatio, non pactum; nisi nova voluntate velim pacifcentium consentiente pollicitationi. Nam actus agendum non operantur ultra eorum intentionem. *Iurisgentium. 7. D. de pact.*

An Pollicitatio obliget?

Distinguas, vel pollicitatio est, vel non est cum causa, *l. 1. 2. & 3. D. de pollicit.*

Si est cum causa, affirmo obligare, sive vir, sive alius polliceatur, *l. 1. l. toties, 6. D. de pollicit.* Sic qui pollicetur subvenire Civitati, incendio; ruina; inundatione perfunata; dicitur ex causa polliceri, & obligari, *l. 1. ibi: Ob honorem promiserit, decretum sit, vel decernendum, vel ob aliam justam causam: se-rebitur ex pollicitatione. l. 4. ibi: Propter incendium, vel terremotum, vel aliquam ruinam, quae Reipublicae contingit, si quis promiserit, tenetur. l. ob casum, 7. l. ex pollicitatione, 9. l. in privatis, 12. l. Imperatores, 13. & l. si quis, 14. D. de pollicit.*

Hinc pollicitus causa honoris sibi, vel alteri absenti, vel obtinendi, vel ad evitandum damnus Reipublicae, pollicitatione tenetur etiam si nihil inciperit, *l. 1. l. 3. ibi: Equissimum est huiusmodi voluntates in Civitate collatas, penitentiam non revocari, l. ob casum, 7. l. ex pollicitatione, 9. l. si quis, 11. l. Imperatores, 13. l. si quis, 14. D. de pollicit.*

Si absque causa polliceatur, etiam pro Republica, pro se, vel alio: Subdistinguas, vel incipit, vel non incipit exequi promissum.

Si non incipit, non obligatur pollicitatione, *l. 1. §. si verò sine causa promiserit. Non erit obligatus, §. denique, ibi: Qui non ex causa pecuniam Reipublicae pollicentur, liberalitatem perficere non coguntur, D. de pollic.*

Si incipit exequi, & impleri promissum, pollicitatione tenetur, *l. 1. §. item si sine causa promiserit, capere tamen facere, obligatus est, qui capit; cepisse sic accipimus, si fundamenta jectis, vel locum purgavit, vel si locus illi petenti denegatus est, item si apparatus, sive impensum in publico posuit. l. pactum, 3. ibi: Captum opus, licet non ob honorem promissum, perficere promissor cogitur: si quisquam ex pollicitatione tradiderat rem municipalibus, & vindicare eam velit: repellendus est à petitione, l. si quis, 11. ibi: Nisi forte ab eo, vel ab ipsa Republica, eo vivo opus fuerit incubatum, D. de pollicit.*

Et his resolvitur.

Tom. II. Lib. III.

An haeredes possint conveniri ex Pollicitatione defuncti, ob honorem promittentis pecuniam si moriatur Pollicitator antequam honorem, vel magistratum ineat?

Nega. *l. si quis, 11. D. de pollicit.* Sed an haeredes pollicitis teneantur implere promissum defuncti? Affirma, dummodò pollicitatio sit causa honoris, sibi, vel alteri, & sit incepta executio rei promissae. *l. toties, 6. ibi: Locum habet diminutio pollicitationis in personam haeredit, & ibi: Ceterum si ob honorem facta sit pollicitatio, aris alieni loco habetur, & in haereditum persona non minuitur, l. si quis, §. sed si quis ad honorem opus facturum se in Civitate aliquid promiserit, atque inchoaverit, & priusquam perficeret, decesserit, haeres ejus extraneus necesse habet, aut perficere, aut partem quintam patrimonii, Civitati dare, l. si quis, ibi: Ad perficiendum, 14. l. ex pollicitatione, 9. ibi: Haeredit, D. de pollicit.*

An haeres teneatur voto defuncti?

Videfis *l. si quis, 2. D. de pollicit.* & nos antequam praedictam quaestionem resolvamus, discutiendum duximus.

An ex mera Pollicitatione nascatur actio, & naturaliter quis obligetur, saltè in conscientia?

Nega. *Morla tit. 3. empirii, qu. 3. Covar. in cap. quamvis, p. 2. §. 4. n. 15. Bart. in l. si unus, §. pactus, n. 16. D. de pact. Abb. in cap. cum inter universus, column. fin. de elect. Jason in l. jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact. Alsat. in rubr. D. de v. o. n. 7. Lugo de just. disp. 23. n. 35. Anton. à Spir. Sant. tom. 3. direct. tr. 10. n. 458. dicens, non obligare naturaliter nec civiliter, nisi fuerit acceptata, etiam si facta fuerit Civitati, vel Ecclesiae. *Glos. in l. scimus, 12. q. 1. dicens, specialem actionem dari ex pollicitatione facta Reipublicae, vel Deo. Contra Furtivum in l. post rem judicatam, q. 8. n. 10. D. de r. judic. Gomez tom. 2. cap. 3. n. 3. Fortunius in l. 1. D. de pact. Dianus p. 3. tr. 5. resol. 107. Duennan lib. 1. regula 119.**

Patet, quia actio non datur nec Jure Civili, nec Jure Naturali, cum nascatur ex obligatione, quae hinc deest. *l. 1. ibi: Nulla esse obligationem, D. de pact. Nec Jure Canonico, cum tale Jus nullibi inveniatur.*

II. Nec nascitur naturalis obligatio: quia obligatio nascitur ex voluntate volentis se obligare, & natura pollicitationis; Et volens polliceri tantum, non infert obligationem, nec actus agentium operantur ultra intentionem eorum, *Iurisgentium, 7. D. de pact.*

III. Quia nec Donatio obligat: antequam acceptetur, potestque tunc liberè revocari, *l. 1. §. sed si donaturus, l. absentis, D. de donat.* Ergo multo minus pollicitatio obligabit, nisi intercedat animus donandi, & acceptatio. Ergo volens polliceri, non donare, non obligatur, etiam si fiat praesenti.

IV. Probat, quia qui pollicetur, nisi opus incipiat exequi, non obligatur, *l. 1. §. si verò §. denique, ibi: Liberalitatem perficere non coguntur, D. de pollicit.* Ergo nihil tenentur ex mera pollicitatione.

An autem stante juramento, ex pollicitatione nascatur obligatio?

Affirmat Covar. loc. cit. num. 15.

At non video, quam obligationem inducere, vel firmare valeat juramentum desitutum obligatione principali, cui accedit.

Remanet ergo pollicitatio mera, nisi mutetur in pactum, in donationem acceptatam, nullam producere obligationem ex justitia, nec in foro fori, nec in foro conscientiae: quia deest hujus obligationis titulus, deficiente voluntate pollicentis volentis liberè, non coactè exequi: quod promissit.

Hinc resolvitur.

An ex voto nascatur actio Forensis?

Nega. *Isernia in c. 1. §. donare, n. 12. v. qualiter olim feudum. Decius cons. 931. in fine. Barb. in rubr. s. m. p. 3. n. 93. Abb. in cap. cum inter, in l. secundum, de elect. Succin. in rubr. D. v. o. n. 10. & 11. Contra Anellum de Amato cons. 16. scribentem in contingencia, pro voto facto à Principe Bisiniani, duodecim mille aureorum, favore Domus Lauretanæ, si ei masculus nasceretur: quae causa tunc agitavit mentes quinque Mi-*

220.

Ex pollicitatione non nascitur actio.

Quia deest voluntas obligandi.

G

Mistromus

astrorum deputatorum à Proroge, Sed errarunt in terminis.

Patet primò, quia actio nascitur ex contractu nominato, vel innominato, & votum non est contractus nominatus, nec innominatus. Ergò in Foro nulla nascitur obligatio.

II. Patet, quia actio nascitur ex obligatione ex justitia, cum Judex justitiam ministrat penitenti. At ex voto nulla nascitur obligatio ex justitia, sed obligatio ex religione. Ergò non potest in judicio ex voto agere.

Cum ergò votum sit actus religionis, decepti sunt Doctores volentes brachium justitiæ implorandum pro eo, quod ex justitia non debetur.

Nec acceptatio Dei, cui sit votum, alterat naturam promissionis, quæ regulatur à voluntate promittentis volentis se obligare ex religione, non ex justitia.

Nec dicas, contrarium esse *text. in l. 2. D. de pollicit.* Nam *textus* non loquitur de voto facto Deo, sed de voto: scilicet promissione facta Principi, ut interpretatur *Alciatus lib. 1. paradoxor. cap. 2.* Vel de promissione facta Reipublicæ, ut intelligit *Alberic. in d. l. 2.* immeritò reprehensus à *Riminensi juniore in l. 1. n. 118. C. quid admitti.* Patet, cum *l. 2. D. de pollicit.* asserat, votum factum à Patre tenere, non verò factum à filiofamilias sine Patris consensu. Ergò non loquitur de voto facto Deo, sed de promissione facta homini. Nam etiam votum factum à filiofamilias tenet, & est validum, atque obligat, ut alibi de voto diximus.

Dices II. Pollicitatio in beneficium Reipublicæ ex causa tenet, *l. 1. D. de pollic.* Ergò etiam pollicitatio facta Deo per votum.

Resp. Argumentum deficere, quia non negamus, votum obligare; sed negamus ex voto dari actionem contra voventem in judicio, vel ex voto nasci obligationem ex justitia.

Dices II. Cum *Anello de Amato loc. cit. n. 17. & 18.* Votum non esse pollicitationem, sed esse pactum. Nam factum Deo præsentis, & acceptanti, *l. si remunerandi, 6. §. si passus, l. qui patitur, 18. D. mandati, & sic est pactum nudum, c. 2. causa, 27. q. 1.*

Resp. Primò, non esse undequaque verum, cum Dea Creaturam posse pacisci, & sibi obligare Deum ex justitia, nisi aliunde constet, Deum se velle obligare ex justitia Creaturæ; quod multis Theologis, etiam displicet.

II. Non Negamus, votum esse pactum, sed esse pactum animo se obligandi ex religione: quia votum est actus virtutis religionis, & sic ex religione vovens tenetur, & etiam ejus hæres, si votum sit reale: hoc est de danda elemosyna. Non verò si sit personale, hoc est peregrinandi, *cap. si hæredes, 6. de testam. c. ex parte, 18. de censibus.* Exceptis etiam votis realibus, quæ si vovens profiteatur religionem approbatam, extinguuntur, *cap. scriptura, de voto, D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 7.*

Ex his patet. An ex pollicitatione acceptata possit agi in terris Ecclesiæ?

Affirmant *Ripa de pact. n. 8. in fin. ex c. 1. de pact.* Sed prius debuisset probare animum pollicitandi mutatum esse in pactum ex justitia, quod ex dictis, sola acceptatione constat.

Ex dictis infertur, pollicitatorem non posse reperere tanquam indebitam rem promissam traditam, quia res illa est debita saltè ex fidelitate, posita promissione executâ, *l. 1. l. nam quando, D. de condict. indebiti, Ripa l. c. in fine.*

Quotuplex sit Pactum?

Pactum multiplicem recipit divisionem, utilem, humano convictui frequens, ex cujus clara intelligentia inconfusus sermo proderit.

I. Divisio Pacti in *Informativum, Reformativum, & Transformativum.*

Informativum. Sic enim dividitur ex *l. petens, 27. C. de pact. Informativum* est, quando dat formam qualificativam, vel quantificativam actui, ratione cujus, actus principalis magis se extendit, *l. bonæ fidei, 13. C. de pact.* Et est de isto pacto verum; *Partes dant formam, sive*

constituunt primum contractum, sive aliquid aliud novo pacto superaddant, quod non destruit primum pactum, *Bart. in l. juris gentium, 7. §. quinimo, ibi: Informat ipsam actionem, D. de pact. l. fundi partem, D. de contrah. empti. l. si sterilis, §. cum per venditorem, D. de actionib. empti.*

Reformativum est, quando retenta eadem specie contractus, aliquid illius coarctat, ac moderatur: puta si res vendita sit pure, deinde vendatur sub conditione; vel vendita centum, vendatur septuaginta, *l. juris gentium, 7. §. ad eò, ibi: Reformare, l. si annis, §. pactus, D. de pact. l. pacta conventa, C. de pact. l. ea lege, C. de condict. ob causam datam.*

Transformativum est, mutans obligationem ex una in alteram eo modo, quo materia transit ex una in aliam formam, quæ Transformatio potest esse secundum formam contractui essentiali, vel secundum accidentalem, ut patet in Novatione, quæ potest esse secundum substantiam, & secundum qualitates, *l. mulieris, 13. §. res, D. de v. s. l. æquissimum, §. sed prædium, ibi: Transformare, D. de usufructu, l. Titius, in fine. D. de præscript. verb. ubi Mutuum, ob pactum, transit in contractum innominatum. Depositum transit in mutuum, si addatur pactum, ut quis utatur re deposita. Et pactum non revocandi adjectum donationi causa mortis, transfert donationem causâ mortis, in donationem inter vivos, *l. ubi ita donatur, D. de donat. causa mor. Contra Xertem dec. 11. Antonium Fab. de errorib. pragmaticor. decade 45. errore, 1. tom. 2. agentem, Donationem causa mortis posse esse irrevocabilem.**

II. Divisio Facti in *Personalissimum, Personale, & Reale.*

Secundò Pactum dividitur in *Personalissimum, Personale, & Reale, l. juris gentium, 7. §. pactorum quædam in rem sunt, quædam in persona, D. de pact.*

Personalissimum est quod non egreditur personam paciscentis. *l. idem. 27. §. personale, ubi Paul. de Castro num. 1. D. de pact.*

Et consequenter *personalissimum* non extenditur ultra personam expressam, soletque indigitari per *ly dumtaxat, vel tantum, l. idem 27. l. & hæredi, 22. §. in his, ubi Paul. de Castro. n. 3. D. de pact. Cephal. vol. 2. conf. 353. num. 18. & 22.*

Personale est, quod afficit personam, eamque sequitur, *l. idem, 27. §. personale, D. de pact.*

Differt Pactum *Personale* à *Personalissimo*, quia *Personale* potest, & quandoque transit ad hæredem, licet non transeat ad particulares successores, *l. si tibi decem, 18. §. pactum, D. de pactis.*

Quotuplex sit Pactum *Personale*?

Duplex. Primum *Negativum*. Ut promitto me non petiri; &c. non molestaturum, &c. Secundum *Positivum*. Ut promitto me recuperaturum, &c. *An transeat ad hæredes.*

Positivum, sive Affirmativum Personale, ad hæredem transire, ait *Cynus in l. veteris, in fine, ubi Alexander, C. de contrah. lit. Cephal. loc. cit. n. 34. & censetur pro commodo paciscentis, ejusque hæredis, l. si ita stipuler. D. de v. o.*

Negativum transire ad hæredem absolutè, negat *l. cit. Cynus, & Cephal. l. cit. n. 9. 10. & 13.*

Sed affirmat *Barr.* Nili subintelligatur taxativa, ratione cujus fiat *personalissimum* in *l. qui in futurum, §. 1. D. de pact.* ubi subintelligit taxativam in pacto non petendi, ratione cujus ad hæredes non transit.

Et sic promittens non gravare A. censetur promississe, etiam non gravare ejus hæredes, *l. juris gentium, 9. §. pactorum, D. de pact. l. si pactum, D. de probat. l. veteris, C. de contrah. empti. l. sicut, §. penult. D. qui bus modis pignus solvitur, J. son. lib. 2. conf. 217. col. 2. Decius conf. 213. in medio.*

Excipias pacta, quæ jure ad hæredem transire nequeunt: ut societatis, compromissi, &c. ob electam industriam personæ, *l. societas, §. ad eò, l. actione, §. morte, D. pro socio, Cephal. tom. 4. conf. 630. n. 4. in fine. Cioffus conf. 70. n. 10. dicens n. 11. id verum, etiam si pacto dicatur, nè Cessionarius utatur cessione contra Sedentem tantum; Nam nec poterit uti contra hæ-*

hæredem Cedentis, quia eadem persona, cum defuncto, §. 1. *auth. de jure jur. à moriente præstito*, Tyraquel. *retr. convent.* §. 1. *v. ejusvè hæredes glos. 6. n. 1. ex l. pactum, 3. D. de probat. c. 1. de duobus fratribus.* Et sic promittens mihi, censetur etiam promittere meo hæredi, *l. sicut, §. penult. D. quibus modis pignus tacite contrahatur, l. viam veritatis, C. locati, l. veteris, C. de contrab. stip.*

Si verba ambigua, personalia nè, an realia, secuta observantia declarantur, *Roman. cons. 271. Soccin. junior cons. 33. n. 32. lib. 3. Cravetta cons. 101. n. 3. Cephal. vol. 4. cons. 700. n. 2.*

Pactum Reale,

Pactum Reale, sive **Pactum in rem**, sequitur rem, quam afficit, & cum re transit etiam ad singularem possessorem, *l. si tibi decem, 18. §. pactum, D. de pact.* **Pactum in rem**, *D. de jure jur.* idq; etiam sine cessione: exceptiones enim non ceduntur, sed cum re transferunt; undè pactum de non petenda tali re, est pactum Reale, ita ut omnis ad quem transit talis res, excipere possit, si molestetur, per pactum de non petendo. Nam tale pactum in rem, competit illi, cui sit principaliter, & habenti causam ab ipso, *l. rescriptum, §. fin. D. de pact.* sic, pactum de non petendo, quod prodest principali, cum sit reale, prodest etiam fidejussori, *l. & hæredi 22. §. in his, qui, D. de pact.*

Hinc Pactum Reale durat durante re, *l. ea quidem §. C. si mancipium alienetur, ut manumittatur.* Ubi servus venditus, fortè ob delictum contra Dominum, cum pacto, nè ad libertatem perducatur sub certa pœna: si ab emptore manumittatur, non sit liber, nec pœna committitur. Non sit liber: quia pactum est reale in rem scriptum. Non committitur pœna: quia re vera non sit liber, & pœna deberetur consecuta libertate, *l. 2. D. ut legatorum nomine caveatur.* Imò, nec tertius emptor posset servum manumittere: quia illud pactum est reale, non personale; & idè non evanescit mutata persona Domini, *l. peto, §. fratre, D. de legat. 1. l. pater, §. 15. D. de legat. 2.*

Similiter Pactum **Injectionis manus** est reale, & sequitur rem apud quemcumque possessorem, *l. si quis sub hoc pacto vendiderit ancillam, nè prostituat, & si contra factum esset, ut liceret ei abducere, & si per plures emptores mancipium decurrit, ei, qui primò vendidit, abducendi potestas est, D. de contrab. empt. l. 1. C. si mancipium ita fuerit, l. Titius, D. de servis exportandis.*

Sed undè dignoscendum, Pactum esse Reale, vel Personale; cum semper inearit inter Personas?

Dignoscitur: quia quandoque persona venit demonstrative, quandoque taxative.

Persona venit **Demonstrative**, quando demonstratur in Dativo persona, cui promittitur, ut sciatur, cui pactum servandum sit; & tunc pactum est reale: ut promitto tibi, me non petiturum; vel aliquid daturum, aut facturum, *l. juris gentium 7. §. pactorum. ibi: In rem sunt, quoties generaliter paciscor, nè rem petam, in personam sunt, quoties nè à persona, idè nè à Lucio petam, D. de pact.* ubi concluditur, inspiciendam mentem, non verba contrahentium ad cognoscendum, an pactum sit reale, an personale.

Personale est, si persona exprimitur in actu executivo: ut promitto non petere à te, *d. l. juris gentium, §. pactorum. ibi: Quoties nè à persona petam, D. de pact.* & erit Personale si apponatur taxativa: puta, non petere dumtaxat à Petro; & tunc pactum non transit ad alterum. Si verò desit taxativa, erit pactum personale transiens in alium, fortè etiam in fidejussorem vivo pacifcente, *l. qui in futurum, §. 5. §. 1. D. de pact.* ubi *Bart. & alii*, volunt etiam transire ad hæredem; Ut si quis promittat non petere à Petro, intelligitur etiam ab hærede Petri, *l. si necessarias, §. de vendendo, D. de pign. act.* Sicuti promittens se non petere, nec ejus hæres, potest petere. *l. stipulatio ista, in princ. D. de v. o. Licet Bart. velit in l. & hæredi, 22. §. fin. D. de pact.* pactum personale ad hæredem non transire.

Hinc pacifcens pro se, & Petro suo hærede, facit pactum reale, transiens cum hæreditate ad quos-

Tom. II. Lib. III.

eumque hæredes, etiam si hæres non sit Petrus demonstratus in pacto: quia falsa demonstratio actum non vitiat, nec reddit pactum reale, personale, *l. tale pactum, §. fin. D. de pact. l. eum qui ita, D. de v. o. nisi constet aliunde uni ex hæredibus voluisse prospicere, l. avus, D. de pact. dotalib.*

III. Divisio Pacti in Utile, & in Inutile.

Inutile esse caret, *l. Juris gentium, 7. §. pactorum, D. de pact.* sicq; exceptione, & actione.

Utile habet esse, & parit exceptionem, vel actionem, *d. l. Juris gentium, 7. §. qui inimo, D. de pact. l. si unus, §. pacta, C. de pact.*

IV. Divisio pacti in Publicum, & Privatum.

Publicum est de re publica: puta, de pace inter Reges, *l. conventionem, §. i. Juris gentium, 7. §. si paciscar, D. de pact.*

Privatum fit à persona privata, & si lege firmetur, dicitur pactum legitimum, *l. legitimum, 6. D. de pact.* si verò absolute sit firmum, dicitur simpliciter pactum. Et privatum nequit obesse bono publico, nec legibus, *d. §. si paciscar, W. semb. de pactis. n. 4.*

V. Divisio Pacti in Expressum, & Tacitum.

Expressum exprimitur verbis, nutu, scripto. Tacitum, subintelligitur Juris dispositione, vel verisimilibus conjecturis, *l. Labeo, 2. D. de pact.* Ut scilicet non petatur, nisi instantibus nuptiis: ut hostium Legati sint securi, *Glos. in l. conventionem, in fin. D. de pact.* Sic etiam tacite videtur reconduxisse, qui tempore finito, manet in re conducta, *l. qui ad certum tempus, 15. ibi: Qui ad certum tempus conducit; finito quoque tempore, colonus est, D. locati. l. si creditores, 18. C. de pact. l. item quaritur, 14. §. qui impleto, D. locati. Natta cons. 253. n. 2. & 3.*

VI. Divisio.

Est pacti obligantis ex Justitia, in pactum Nudum, Vestitum, Contractum, & Distractum: quæ pacta possunt esse pura, sub conditione, ad diem, perpetua, prout divisio est communis omnibus actibus humanis, quæ dividuntur in Purum, Conditionale, Modale, Ad diem, ex die, *l. 1. l. dies, D. de cond. & demonstr.* Et Purum illicò peti potest, *l. eum qui, 41. §. fin. D. de v. o.* Non verò Conditionale, Ad diem, *quæ hoc anno, 42. D. de v. o.*

Dies semper intelligitur pro Reo, si aliud non sit expressum, *l. 41. §. 1. v. d. es adjectus, D. de v. o.* & solvens ante diem certam, nequit repetere solutum, ut indebitum, *l. in diem, 10. D. de cond. & demonstr.*

Ut tamen cognoscatur ratio differentialis pacti, & specierum, ita statuas.

Pactum obligans ex Justitia in genere dividitur in suas species, Purum, Vestitum, Contractum, Distractum.

Pactum ut sic, obligat ex Justitia, præscindendo à vi productiva exceptionis, vel actionis.

Species habent differentialem respectum, Pactum Purum obligat ex justitia productiva exceptionis; undè est pactum purum ex justitia productivum exceptionis.

Pactum Vestitum est productivum per se exceptionis, per accidens actionis.

Contractus est Pactum productivum actionis, & exceptionis per se.

Distractus est Pactum per se productivum obligationis destructive præexistentis alterius obligationis.

Ex quibus habes differentiam sub uno genere obligationis ex justitia, & solum remanet distinguendum, in quo pactum nudum, & contractus innominatus differant.

Sed præcedat aliis pactum nudum, & vestitum altiore exigens investigationem.

De Pacto nudo, & vestito.

Insupèr pactum dividitur in Nudum, & Vestitum, *l. juris gentium, 7. §. Sed cum nulla, ubi Glos. Bald. & Bart. & l. si intra, 41. D. de pact. l. legem, 10. C. eod.*

Pactum Nudum est conventio, quæ retinet solum rationem pacti, & nullo munimine Juris roboratur, *Bart. & Bald. c. Abb. in c. 1. n. 3. D. de pact. Alex. lib. 4. cons. 91. n. 3. Cov. in c. quibusvis, p. 2. §. 4. n. 12. Gomez. 2. 2. var. c. 9.*

Vestitum est pactum Juris subsidio roboratum. Vestis enim est ultra rationem pacti; ut, si incedat

C A

322

223.

Pactum reale rem sequitur.

Et dura re durat.

Pactum injectionis manus est reale.

224.

225. Expressum tacitum.

Exempla pacti taciti in re-conductione.

226.

227. Nudum, & vestitum.

Nudum quid?

Vestitum quid?

traditio, juramentum, stipulatio. Sic, do tibi equum, ut des bovem, est pactum nudum: si superaddatur juramentum, stipulatio, traditio, est vestitum.

Differt nudum à vestito. Nam vestitum, non nudum, obligationem, & actionem civilem parit, d.l. Juris gentium, 7. §. Sed cum nulla, lex placuit, 3. C. de rer. permut. l. si tibi, 27. C. de locato, l. si tibi, 17. C. de pact. Afflict. dec. 389. n. 1.

Non datur actio, sed exceptio ex nudo.

Exceptiones verò ponit *Glos. in d. §. Sed cum nulla*: in quibus actio ex pacto nudo datur: ut in dote, l. ad exactionem, 6. C. de dotis promiss. Sed ego non agnosco pactum nudum, ex quo nascitur actio: Nam semper est vestitum stipulatione, vel legis adhaerentia: ut est in dote, l. un. C. de rei ux. actio.

cum pacto nudo datur obligatio alii, & fidejussor, & pignus.

II. Pactum nudum parit exceptionem, & non tollit compensationem, l. Juris gentium, 7. §. Sed cum nulla, de pactis, & si adit animus obligandi illam naturalem obligationem parit, l. cum lege, ubi Bar. D. de fidejuss. l. 1. D. de novat. D. T. b. 2. 2. g. 100. art. 3. ad §. Gomez. 2. var. c. 9. n. 2. Et ratio est: quia pacto nudo accedit fidejussor, & pignus. Ergo supponitur obligatio naturalis, ratione cujus verificantur verba illa: *Pacta servato*, de quibus in d. l. Juris gentium, 7. §. ait Prator, ubi Bart.

Jure Canonico parit actionem.

Jure tamen Canonico pactum nudum parit obligationem, & actionem civilem, cap. 1. ubi Abb. n. 5. c. qualiter, ibi: *Studio agendum est, ut ea, quae promittuntur, opere compleantur. De pact. D. D. in cap. per tuas, de arbitris, Bald. in l. legitima, 2. D. de pact. Afflict. l. c. Mant. 1. de tacit. tit. 7. n. 18. Et etiam de Jure Castell. q. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. l. 2. tit. 16. lib. 5. recopilatio, Vestimenta Pacti nudi.*

228. Vestitu nomine. Traditio.

Multa sunt. I. Est contractus nominatus. Nam pacta nuda nomine non gaudent, d. l. Juris gentium, ubi Bart. & Bald. n. 1. Abb. in cap. 1. n. 4. De pactis.

Scriptura

II. Est impletio contractus: ut est traditio rei, d. l. Juris gentium, 7. in princ. l. in traditione, 48. D. de pact. l. legem. 10. C. de pact. ubi Gl. Bald. Salyc. Paul. de Castr.

Stipulatione.

III. Est Scriptura, vel publicum instrumentum, Gomez. 2. var. c. 8. n. 4. Bald. in l. Titius Sejo, D. de const. pec. l. si filiusfam. D. ad Trebell.

Juramento.

IV. Est stipulatio, l. cum proponas, 21. C. de pact. l. divisionis, 45. ibi: *Divisionis placitum, nisi traditione, vel stipulatione sumat effectum, ad actionem, ut nudum pactum, nulli prodesse poterit. D. eod. l. Juris gentium, 7. §. quod ferè, Bal. conf. 199. Alex. lib. 2. conf. 16.*

Influatone.

V. Est Juramentum, l. si quis major, 41. D. de pact. arg. tex. in Auth. Sacramenta puberum, C. si adversus conditionem, c. quamvis pactum, 2. de pact. in 6. c. cum contingat, 28. ibi: *Servare debent hujusmodi juramenta sine vi, & dolo praestita, cum in alterius prajudicium non redunt, nec observata vergant in dispendium salutis aeternae. De jur. jurand. Afflict. l. c.*

Calore judicii.

VI. Influatio facta coram Judice, Rom. conf. 176. n. 19. Tbusc. v. Pactum, n. 6.

VII. Si adhaerentia alterius contractus, d. l. Juris gentium, 7. ibi: *Subsit causa, & §. quinnimò.*

VIII. Geminata promissio Jaf. in d. l. Juris gentium, 7. §. Sed cum nulla, n. 16. Card. in c. per tuas, 11. de arbitris, Rom. in l. si vero, §. De viro, D. sol. matr. Sed jura non allegat.

IX. Si pactum nudum fiat in judicio, vestitur Calore judicii, Jaf. in d. §. Sed cum nulla, n. 19. ex l. cum ostendimus, §. fin. D. de fidejuss.

X. Lex est vestis, non omnis, sed illa, quae expresse dat actionem pacto nudo, l. legitima, 6. ibi: *Legitima consentio est, quae aliqua lege confirmatur, & idè interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quoties lege, vel S. C. adjuvatur, D. de pact.*

In quo differat Pactum nudum, & Contractus Innominatus.

229.

Differt quia, non Pactum Nudum, sed Contractus Innominatus ex se habet vim productivam actionis, & exceptionis, l. Juris gentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact. l. legitima, 6. ibi: *Interdum ex pacto actio nascitur, vel tollitur, quoties lege, vel Senatus Consulto adjuvatur, D. de pact.*

Dices: Contractus Innominatus habet exceptionem, non actionem, l. habeo, 2. l. Juris gentium, 7. ibi: *Parcat exceptionem, D. de pact.* Ergo Pactum Nudum

non differt à Contractu Innominato.

Respondetur, Contractum Innominatum esse; quando adest actualis factio, vel datio, l. Juris gentium, 7. ibi: *Dedi rem, ut mihi aliam des; dedi, ut aliquid facias, D. de pact.* Et ante actualem dationem, & factionem non est Contractus Innominatus; l. divisionis, 46. ibi: *N si traditione sumat effectum, D. de pact.* Cum qua traditione, vel factione, contractus constituitur, l. in traditionibus, 49. D. de pact. Quando autem est Datio, vel Factio, actio semper nascitur, d. l. traditionibus. Ergo si contractus innominatus essentialiter traditione, vel factione constituitur, d. l. Juris gen. 7. ibi: *Dedi, D. de pact.* semper habet actionem.

Contractus innominatus differt à Pacto nudo.

Idque lucidius patet, si inspicias formulam Contractus Innominati, quae significat cum tempore praesenti, non cum futuro. Non enim est, *Dabo, ut Dabis; Faciam, ut Facies*, sed *Do, ut Des; Facio, ut Facias; Facio, ut Des*. Ergo exigitur actualis executio rei promissae pro constitutione contractus innominati. Semper autem, ac est actualis traditio, sive executio: nascitur actio *Prascriptis verbis*, l. Juris gentium, 7. §. sed ea, ibi: *Prascriptis verbis, D. de pact.*

Antequam ergo executio sequatur, non est Contractus innominatus; sed est Pactum nudum. Quae diligentè notanda, ut evitemus confusionem, & dignoscamus, quando possit opponi exceptio Carentiae actionis, & quando possit se tueri exceptio ne Pacti nudi.

Pacta autem interpretanda sunt contra Actorem, qui potuit, & noluit se clarius explicare, l. veteribus, 40. D. de pact.

Tandem, ut haec materia inoffenso pede decurratur: nam subtilitate alias excedit, & frequentia rerum tumet, ut ait Ripa post Jasonem in rubr. D. de pact. & ut utilius vigilis insistas, rerum copia redundantem, jejunum te nolo.

Primo consideramus, Nudum Pactum solitarie per se tantum initum inter partes. Secundò Pactum nudum initum in aliis contractibus; de quo in titulo *Codicis de pact. int. empt. & vend.* Et in tit. *Codicis de pact. conventis*. Et in tit. *Codicis de pact. pignorum*. Quarò indagabimus Pactum illicò adjectum. Quintò Pactum adjectum contractui nominato, vel innominato ex intervallo. Quae omnia servanda sunt: nam absque errore, quae de uno negantur, de altero indistinctè asserti non possunt.

DE PACTO NUDO SOLITARIE INITO INTER PARTES.

An detur Pactum nudum?

Affirma. Donellus in rubr. de pact. n. 4. Wesembecius tit. de pact. n. 2. Contra Cujacium, & Duarenum in l. 1. D. de pact.

230. Dantur pacta nuda.

Patet ex l. legem, 10. ex l. cum proponas, 21. l. si certis, 28. C. de pact. l. 1. C. de pact. conv. tam super dote, l. 7. §. 3. & l. inter, 26. §. filius D. de pact. ubi expresse nominatur pactum, ex quo nascitur exceptio, non actio, quod tantum est pactum nudum. Similiter textus distinguit contractum emptionis, pignoris, dotis, à pactis initis inter emptorem, & venditorem, in pignoratione, & datione.

Remanet ergo, inquiramus.

Quid sit Pactum nudum?

Definitur: *Est reciprocus consensus productivus exceptionis initus inter partes volentes se obligare ex Justitia.* l. 1. C. de pact. conv. tam super dote, l. 7. §. 3. D. de pact. l. legem, C. de pact. Connarus commentar. c. 3. n. 5. Morla in rubr. de pact. n. 21. Gomez 2. var. c. 9. n. 2. Connarus in cap. quomodo pactum, §. 4. n. 12. de pact. in 6.

Pactum nudum productit exceptio-nem.

Haec definitio, si penetretur, suis numeris est absoluta. Nam genus est, *reciprocus consensus*, competens omni pacto obliganti ex Justitia, vel ex Religione. Caetera habent vim differentiae expresse in ly obligans ex Justitia.

Nec placet definitio dicentium: *Pactum nudum est inefficax ad agendum.* Quia haec competit etiam pacto inutili, stipulationi nullae. Secundò quia Contractus nominatus quandoq; est etiam inefficax ad agendum; maxime in emptione, ex qua Venditor nequit agere ad pretium petendum, si evictio immincat, l. si emptio, §. item si emptor, D. de contrah. empt.

Nec

Nec secundò placet aliorum definitio: *Pactum nudum est, quod non habet vim subsistendi.* Nam potest esse pactum nudum, & habere causam subsistendi: ut patet in *l. si ex pretio, C. si cert. pet.*

Definitio pacti nudi.

Optima ergò est præjacta definitio: *Pactum nudum est reciprocus consensus obligans ex iustitia, productivus exceptionis, l. 1. C. de pactis conventis tam super date.*

Posita ergò notitia existentia, & quidditatis pacti nudi solitariè sumpti, ulterius post moveamus orationem, inquirendo.

An ex Pacto nudo solitariè accepto nascatur Naturalis obligatio?

Affirma. *Ant. Faber in l. 7. §. 4. D. de pact. ubi Cujacius, Vaconius Avacuna lib. 1. declarat. 23. Arctim. in l. 1. colum. 4. D. de v. o. Hunn. de pact. cap. 7. q. 1. Prat. tom. 2. discept. c. 25. Contrà Commatum l. 7. comment. juris, c. 1.*

231. Ex pacto nudo nascitur obligatio naturalis.

Patet ex *l. naturalis, D. de præscript. verb. l. f. bicum, §. naturalis, D. de sol. l. cum amplius, §. is, D. de reg. jur. l. 2. D. de constit. pec. l. ex pacto, ubi Gonzalinus nu. 13. Bellapertica num. 1. C. de rerum permut. l. in iis, §. 2. D. de sol. ubi debentur usuræ ex pacto nudo, Ergò est saltè naturalis obligatio.*

Secundò patet: quia indebitum solum repetitur, *l. 1. D. de cond. indeb.* Sed solum ex pacto nudo non repetitur, *l. cum proponas, 21. C. de pact. l. inter, 26. D. de pact. dotalibus.* Ergò solum ex pacto nudo non est indebitum. Ergò est debitum, sed non civiliter, *l. Jurisgentium, 7. D. de pact.* Ergò saltè naturaliter.

Tertiò patet: quia servare pacta, est secundum Jus naturale, *cap. 1. & ult. de pact. c. quamvis, de pact. in 6. l. 1. & l. 7. D. de pact.* Ergò adicit obligatio, non Civilis. Ergò naturalis, secundum quod verificatur dictum Prætoris: *Pacta servanda, l. 7. §. Prætor ait, D. de pact. l. penult. C. de pact.* Si enim nulla naturalis obligatio adesset, fallum esset, pacta servanda ex æquitate Prætoris, *l. 1. D. de const. pec.*

Nec contra prævalet *l. naturales, 9. D. de oblig. & act.* ubi obligatio naturalis producit actionem; sed ex pacto nudo non nascitur actio, *l. 7. §. Prætor, D. de pact.* Ergò signum est, nullam adesse obligationem naturalem.

Nam Resp. quandoq; pacto nudo dari actionem, *l. pupillus, 5. D. de auct. tut.* ubi pupillus locupletatus sine autoritate tutoris, convenitur ex pacto nudo, in quantum est locupletatus. Idque ad servandum aliud Jus naturale, nè quis iniuste locupletetur aliena jactura, *l. 27. D. de reg. jur.*

Nemo debet aliena jactura locupletari.

Dices II. Obstat *l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact.* ubi ex pacto nudo non nascitur obligatio.

Resp. cum *Alciato loc. cit. num. 14. textum* intelligi, non nasci obligationem plenam: scilicet civilem, & naturalem in ordine ad agendum; quo cum rectè fiat, nasci obligationem semiplenam; scilicet solius Juris naturalis vinculum.

Ex his resolvitur.

An ex Pacto nudo jurato nascatur obligatio?

Affirma. *Bart. in l. si quis pro eo, num. 12. D. de fidejuss. Covar. in cap. quamvis, part. 2. §. 4. nu. 15. Guff. part. 1. de juram. cap. 34. Contrà Corneum in Auth. Sacramenta puberum, col. 2. C. si adversus vend. Alex. in l. si quis major, nu. 14. de transact. ubi Jason nu. 14. Alciatum in cap. cum contingat, num. 242. de jure juran.*

232. Juramentum est de his pacti nudi.

Patet ex *l. si quis major, Cod. de transact. l. juris jurandi, D. de oper. libert.* ubi tunc nascitur plena obligatio.

Nihil in oppositum evincit *l. si quis pro eo, D. de judais*, ubi non nascitur obligatio. Nam illud accidit ex defectu personæ contrahentis, & ex defectu materiæ; consequenter juramentum tunc nihil, ut nihil fidejussio operatur.

An ex obligatione pacti nudi nascatur Exceptio?

Affirma. Patet ex *l. Jurisgentium, 7. D. de pact. & ex l. f. bicum, §. naturalis, D. de sol. ex l. naturalis, D. de præscr. verb.* Et exceptio deservit ad sanjendas

lites, si repetatur solum, tanquam indebitum. Nam excipitur de debito ex pacto nudo, qua exceptione lis extinguitur.

Dices. Ex pacto nudo non nascitur exceptio. Ergò falsum est, exceptionem nasci. Antecedens patet, accipiens rem ex pacto permutationis, ut det frumentum, si non dat frumentum, non habet exceptionem nè restituat, quod recipit. Ergò ex pacto nudo non habet quis exceptionem non solvendi receptum.

Resp. recipientem rem ex permutatione, non posse illam retinere: quia ipse fidem non servat, recipiendo rem sibi promissam, & non tradendo rem à se promissam, ex quo dans habet actionem præscriptis verbis ad repetendum solum, quia permutatio secuta traditione ex parte unius, non est pactum nudum, sed transit in contractum in nominatum, *Do, ut Des. l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, §. igitur nuda, D. de pact.*

Cæterum ex pacto nudo valido semper nascitur exceptio. Sic ex pacto nudo divisionis inter fratres, licet non detur actio, datur exceptio, *l. cum proponas, 21. D. de pact. Marcian. tom. 1. disp. 17.* quæ exceptio cessat, ut non possit opponi ab illo, quæ fidem non servat in pacto divisionis promissam, *d. l. cum proponas.*

233. Ex pacto nudo datur exceptio, quia est defensio jure natura concessa.

Exceptio semper nascitur ex pacto nudo.

An ex Pacto nudo transferatur Dominium?

Nega. Nam nec ex pacto vestito transferatur: putà, ex venditione, vel ex pacto stipulato sine traditione, *l. traditione, 20. C. de pact. l. quoties, §. penult. C. de rei vindic.* Et de traditione verificatur: *Quod nostrum est, factum nostrum in alium transferatur, l. id, quod nostrum, D. de reg. jur. l. commissaria, C. de pact. int. empt. l. 1. C. de donat. quæ sub modo.* ubi dominium sine possessione non acquiritur, *Cujacius lib. 4. cap. 19. Morla de empt. in emptorio, tit. 9. qu. 5. Romanus illustrum cap. 11.* ajens, dominium regulariter sine possessione non acquiri: quia Jure gentium dominium acquirebatur divisione, & occupatione rei nullius.

234. Dominium sine possessione non acquiritur.

An ex Pacto nudo nascatur actio?

Nega. *l. Jurisgentium, 7. D. de pact. §. sed cum nulla.* Sed est difficultas.

Cur nascatur exceptio, & non actio ex Pacto nudo?

Aliqui respondent, non nasci actionem: quia pactum nudum præsumitur levitate, sine deliberata voluntate se obligandi initum. *Alexand. & Iramola in rubr. D. de v. o.* Sed hæc ratio, nulla est.

I. Quia, si deesset deliberata voluntas, deesset etiam obligatio naturalis, & exceptio: nam exceptio non datur pro re indeliberatè facta.

II. Quia, nec Prætor deberet pacto nudo assistere: ut non assistit pacto indeliberatè facto à Furio, à dormiente.

III. Quia deberet dari actio, stante saltè confessione partis assententis deliberatè pepigisse: cederet enim tunc præsumptio veritati, cui illa semper cedit, ut ex *l. si obographum, 24. cum l. seq. & l. imperatores, 29. in fin. D. de probat.* elegantè oblervat *D. Scoppa in Scholis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 74. num. 7.*

IV. Quia non servans pactum nudum, non peccaret, si indeliberatè initum esset; At peccaret, si deliberatè fuerit emissum. *Covar. in c. quamvis, p. 2. §. 4. nu. 10. Contrà Alciatum in rubr. D. de verb. obl.*

Ratio ergò est, quia expedit Republicæ lites finiri, *l. properandum, C. de jud.* Et, ut extinguantur lites, denegatur actio, & datur exceptio: quia Actio tendit ad litem instituendam; Exceptio ad illam extinguendam. Undè habens rem ex pacto nudo, si repetatur, ille opponens, pacto nudo se retinere, actionem extinguit.

235. Actio ex pacto nudo non nascitur; sed datur exceptio.

Denegatur actio, ne lis instituat. Datur exceptio, ne lis moveatur, & mota extingatur.

Pacta ergò semper obligant, & servanda, *Ricc. p. 1. dec. 27. num. 1.* nam legi æquiparantur, *l. fin. C. de reb. alienis non alien. Surd. dec. 271. nu. 7. Joan. Andr. in c. 2. de consuet. in 6. Ricc. p. 2. dec. 140. m. 2. & 3.* Sed non semper ex pacto quis litem instituere, licet exceptio illam extinguere possit.

An in Regno ex Pacto nudo detur actio?

Affirma. *Kovil. prag. 1. de ordin. judic.* quia proceditur

236. dicitur veritate inspecta, quæ veritas consistit in naturali obligatione.

In Regno non auditur carens actione. Sed assumptum est falsum: quia licet procedatur veritate inspecta; non per hoc proceditur, ubi est defectus actionis. Nam etiam in Regno, currit exceptio: Quod tua non interest, sive defectus actionis. Ergo, licet procedatur veritate inspecta; non tamen conceditur actio, ubi jure non est concessa, nec auditur, qui actione caret; maxime quia sumus in correctoriis Juris communis, & Jus municipale debet restringi, quo minus Jus commune corrigatur, l. un. c. de inoff. dotib.

II. Patet, quia hæc Pragmatica est introducta ad finiendas citius lites, & si daret actionem, foveret, non extingueret lites, & sic produceret effectum contrarium.

An Jure Canonico ex Pacto nudo detur actio?

237. Nega. Alciat. 7. paradoxor. cap. 3. Fasc. lib. 2. cap. 10. Connan. 5. comment. cap. 3. num. 6. Felin. in cap. 1. de pact. Jafon in l. Juris gentium. 7. §. sed cum nulla, D. de pact. Morla in emptor. tit. 2. q. 2. Contra Covarruv. in cap. quamvis. p. 2. §. 4. n. 14. de pact. in 6. Vesemb. parat. de pact. num. 9. Innoc. in cap. 1. de pact. Gabr. à S. Vinc. de justit. disp. 8. num. 20.

Cir Jure Canonico non datur actio ex pacto nudo. Patet, quia est standum Jure civili, semper, ac oppositum non est expressum Jure Canonico, cap. 1. & 2. de novi oper. nunc. c. cum expediat, de elect. in 6. At Jure Canonico non invenitur expressum, dari actionem pacto nudo; sed tantum dicitur: Pacta servabo, cap. 1. 2. 3. & fin. de pact. Et pactum servari potest secundum suam quidditatem, actione, vel exceptione vallatum.

Sic etiam Jure Civili sunt servanda pacta, lex placito, C. de rer. permut. nec inde concludenter concluderetur, dari actionem.

Probatur II. Quia actiones inducuntur sunt Jure Civili, l. 2. §. ex actis, D. de orig. jur. Nam judicia Jure Civili introducta, & firmata. Ergo etiam actio, sine qua judicium moveri nequit. Ergo si pro pacto nudo denegatur Jure Civili actio, d. l. Juris gentium, 7. §. sed cum nulla. Nec dabitur Jure Canonico, quo actiones nec inventæ, nec introductæ, sed servatæ fuerunt.

III. Patet: quia si daretur Jure Canonico actio, non imploraretur Judicis officium ad servanda pacta, l. qui concionem, §. 1. D. de actionib. empti. Nam Judex ex officio procedit deficiente actione, & in publicis judiciis. At pro servando pacto imploratur officium Judicis, c. ult. de foro comp. in 6. Ergo non datur actio.

Nec in oppositum evincit cap. 2. & cap. qualiter. 3. de pact. ubi pacta servanda. Nam primò hinc non eruitur dari actionem, cum possint servari sine actione ex propria voluntate, & obligatione paciscentis; vel possit implorari officium Judicis, Præterquam quod in dicto cap. 1. pactum erat vestitum, & erat etiam secuta traditio, divisione confinium executi; quam divisionem unus ex Episcopis paciscentibus servare volebat, imò usurpabat aliena, ut refertur in Conc. 5. Chartag. cap. 12.

Nec 2. oppositum evincit textus in cap. 1. de jud. ubi Episcopus non servans promissa, instante adversario, fuit excommunicatus. Nam ibi adfuisse stipulationem, indignant verba textus, ibi: Interrogatus promissit.

Nec 3. obstat tex. in cap. dilecti, de jud. Nam ibi Episcopus procedit ex bono, & æquo. Ergo non vi actionis.

Nec 4. dicas cum Fortuzio in cap. 1. de pact. Jus Divinum cogere naturaliter obligatum. Ergo etiam Jus Canonicum. Nam verum est antecedens, & falsa consequentia. Verum antecedens, quia pro foro interno; falsum consequens, quia pro foro externo nulla actio introducta est à Jure Canonico. Idque jure optimo, quia ut obligatio pro foro interno tollit lites, secuta satisfactione in conscientia; ita defectus actionis, pro foro externo tollit lites. Sic læsus infra medietatem, nullam habet actionem pro foro externo, licet pro foro Conscientiæ teneatur injustè acceptum restituere.

Urgebis: Pactum Nudum legis dispositione firmatum habet actionem, l. legitimum, D. de pact. l. naturalis, D. de præser. verb. lex hoc jure, D. de justit. & jure. Sed pacta nuda sunt firmata à lege Canonica, cap. 1. & 3. de pact. Ergo habent actionem de Jure Canonico.

Resp. Pacta servanda secundum propriam naturam, nec habere actionem à lege, nisi ex speciali dispositione. Nec sufficit dicere: Pacta servabo, quia hæc est generalis dispositio Jure Canonico, & Civili recepta, cap. 1. de pact. l. 1. D. de pact. Quæ autem sint pacta nuda, quibus specialiter Jus dedit actionem, oratio inferius propalabit, cum de Assistentia legis.

Replicabis in cap. 1. de probat. instantè Tancrede servanda erant pacta facta cum Imperatore.

Resp. ibi, ex officio, absque actione, pro bono pacis, & aliis conventionibus sancitum in non recognoscentibus Superiorem; in quibus ut cessat lex ita actio, legis beneficio introducta, & servanda naturalis obligatio, l. Princeps, D. de leg. l. Casar, D. de publicanis, & vestigal.

Instabis ultimò Jus Canonicum æquitate regitur, cap. dilecti, de jud. At æquitas vult pacta servanda, l. 1. & l. 7. D. de pact.

Resp. etiam Jus Civile æquitate regi, l. placuit, C. de jud. in omnibus, 91. D. de reg. jur. & tamen Jure Civili denegatur actio. Ergo etiam Jure Canonico quia expedit Reipublicæ, ut lites finiri; ita pacto nudo actiones denegari: & si æquitas suadeat, implorari poterit officium Judicis, ut ex dictis innovuit.

DE PACTIS NUDIS:

In Contractu Nominato, vel Innominato adjectis.

238. Explicuit pacta nuda solitariè sumpta, nunc pacta in Contractu disquirat oratio. Enimvero in contractibus, sive nominatis, sive innominatis solent opponi multiplicia pacta, de non petendo, de restituendo intrà certum tempus, de aliquo faciendo, vel non faciendo; ut vendo fundum mille: ut pro me eas Romam: ut servum manumittas: ut statuat ponas: ut liberes filios ab hostibus. Dono domum, ut mihi dones rus. Quod pactum potest esse favore contrahentis, favore dantis, favore recipientis, utriusque, vel extranei.

Quæ Pacta nuda apponi valeant in Contractu?

Omnia, & quælibet, juxtà, ultrà, & præter contractum principalem, Confirmatoria, Reformatoria, Resolutiva contractus, l. ubi ita donatur, 29. D. de donat. caus. mort. Cyriac. contr. 151. num. 11. Surd. lib. 1. conf. 34. n. 24. Marefcot. & alii, quos sequitur Marotta forens. cap. 25. n. 24. Dummodò bonis moribus non repugnent, l. pactus, C. de pact. l. Juris gentium, 7. §. Prætor ait, D. de pact. Pratus tom. 1. cap. 17. n. 41. & servanda sunt non solum pacta principalia; sed etiam cohærentia, sive connexa, sive tacita, sive expressa, l. pacta conventa, D. de pact. quia aliter partes non contraxissent, l. si quis aliam. 46. D. de sol. l. cum ejusdem, 44. ibi: Cum manifestum sit, non nisi ovine, D. de adhib. l. si creditor, 7. de fidejuss. ita ut altera parte non implente: putà non solvento interesse tempore præfixo, licitum sit implenti recedere à contractu, etiam nominato, Bald. in l. pacta conventa, lectura 2. n. 1. D. de contrab. empt. Cravest. conf. 192. n. 24. Cyriac. contr. 546. n. 42. cum aliis, quæ D. Scoppa edisserit in Dbeorico-Practico Observat. ad decis. Gratian. obser. 159.

An Pactum esse Incontinenti adjectum, possit probari per testes, si in Instrumento desit?

Affirma. Cephal. tom. 5. conf. 666. n. 14.

Patet ex l. in exercendis, C. de fide instrum. l. pactum, quod bona fide, C. de pact. cap. 2. de probat. Non enim rejicitur probatio per testes in rebus dubiis; cum tantum probent testes, quam instrumentum, d. l. in exercendis, Cephal. loc. cit. n. 15. ex l. petens, l. in bona fidei, 13. D. de pact. & l. lecta, D. si cert. petat. cum aliis, ex quibus clarum esse, dicit D. Scoppa in Scholiis ad Contr. forens. R. Merlin. cent. 2. cap. 91. n. 19.

Quæ Pacta dicantur inesse actus principali?

Omnia illa, quæ sunt incontinenti, eodem temporis

238. Omnia pacta legibus non reprobata apponi valent.

Pacta etiam cohærentia possunt apponi.

239. Testes tantum probant, quantum instrumentum.

Jafus in fide medietatem non habet actionem pro foro externo.

poris tractu coram eisdem Notario, & Testibus, etiam si fiant diverso instrumento, *l.lecta, D. si cert. pet. l. petens*, ubi *Bald. n. 49. C. de pact. Alexand. lib. 3. conf. 90. n. 3. Lanar. conf. 62. n. 3. Decian. lib. 2. conf. 32. n. 114. Hodierna forens. c. 1. n. 60. Tiraquel. in l. si unquam, v. donatione largitus, n. 103. C. de revoc. donat. Mantica 2. de tacit. tit. 3. n. 20. Gramm. dec. 103. n. 158. Giurba decis. 85. n. 18. Franc. dec. 569. n. 4. Menoch. conf. 1. n. 145. & conf. 156. num. 16. Cyriac. lib. 1. contr. 128. num. 84.*

Quando dicantur incontinenti apponi?

241.

Semper ac contractus principalis non est undequaque completus a principio usque ad finem, & immediatè ante, vel immediatè post, ita ut partes ad alia non commigraverint, *Bart. in l. lecta, D. si cert. pet. Curtius in l. bona fidei, 13. num. 22. C. de pact. Francisc. Soccin. in l. petens, n. 3. C. de pact.*

Patet, quia tunc censentur inesse actui immediatè subsequenti, concomitanti, antecedenti, ex regula: *Qua statim fiunt, censentur inesse, l. lecta, 40. D. si cert. pet.* Censentur enim partes successivæ ejusdem contractus initi, *l. Juris gentium, 7. §. 15. D. de pact. l. continuus, D. de v. o.*

Plura ex voluntate partium unum continentium individuum.

Patet 2. ex *l. petens*, ibi: *Antecesserit, ex l. 4. §. 1. D. de pact.* ubi pacto adiicitur conditio stipulationi, jam purè conceptæ.

Tertiò: Quia immediatè posita completo actu, censentur intercessisse, *l. 9. §. 5. D. de nuct. tut. l. si quis 25. §. 4. D. de acquir. hered. Revert. dec. 153. ubi de Marin. num. 3. ajentes, incontinenti ceteri pactum appositum, si in eatur intrà eandem diem, eodem loco, & coram eisdem Notario, & testibus. Gramm. dec. 76. num. 6. Bald. in l. 1. §. mulier, D. si m. Capolla de simulatione contractuum, num. 12. id remittens, in arbitrium Judicis.*

An Pacta Incontinenti inita, & quæ dicantur Correspectiva?

242.

Omnia, etiam diversa causam separatam habentia, facta illicò unico temporis continuato tractu coram eisdem Notario, & testibus, sunt Correspectiva, in quantum singula, ut singula non essent inita; sed singula simul sunt inita, in quantum unum respicit alterum, nec unum esset sine altero initum, *Surd. dec. 155. num. 9. Castill. dec. 69. num. 10. Muta dec. 73. Afflic. decis. 306. num. 10. Mantica dec. 238. num. 4. Gramm. dec. 103. num. 156. Cyriac. lib. 2. contr. 43. num. 42. & contr. 128. num. 96.*

Patet ex *l. cum ejusdem, 34. D. de adil. edicto*. Secundo: Quia hujusmodi pacta correspectiva ex voluntate Contrahentium, sunt sicuti correlativa, quæ simul tempore, natura, & cognitione existunt, & unum censetur veluti finis alterius, ita ut invicem se foveant, remittant, intendant, & qualitates invicem communicent, *Dec. conf. 278. Gratian. cap. 624. num. 2. & cap. 627. num. 21. & cap. 924. num. 2. Larrea decis. 72. num. 11. p. 2. Caputaq. p. 11. dec. 307. num. 12.*

Pacta correspectiva sunt sicuti correlativa.

Correlativa, licet plura continent unum individuum

Pacta adjecta incontinenti Correspectiva faciunt unum cum principali. Ut accidentia constant unum individuum compositum, *l. continuus, D. de v. o. l. petens, C. de pact.* Et regulantur ab ipso toto, ita ut si totum sit irrevocabile, vel si principalis contractus sit irrevocabilis, sint irrevocabilia pacta adjecta, *Guidon. Papa decis. 145. num. 2. Franc. dec. 205. num. 1. de Marin. tom. 3. alleg. 29. num. 15. Qua ratione pacta adjecta in Capitulis matrimonialibus sunt indissolubilia, sicuti Contractus nuptialis: quia connexorum idem judicium, Galeota 2. Illustrium cap. 30. num. 58. Prat. lib. 1. forens. cap. 12. num. 23. & 3. forens. c. 44. num. 24. Masstrill. dec. 211. Amat. conf. 56.*

An sit Individuum Aggregatum adjectivum cum principali; ita ut omnia, & singula impleri valeant?

Affirma. *Latro lib. 2. consult. 113. num. 17. Mantica de tacit. lib. 2. tit. 3. num. 20. Gratian. forens. c. 350. num. 24.*

243.

Ratio: quia pacta Correspectiva indivisibiliter sunt plura; nec unum sine altero initum fuisset, *l. cum ejusdem, 34. D. de adil. edi.* ita plura faciunt

unum individuum: ut corpus, & anima per unionem constituunt unum hominem individuum.

Nec officit, esse plura pacta. Nam individua, non solum lege, aut natura; sed etiam conventionem fiunt, ex voluntate, scilicet, Contrahentium, nolentium unum sine altero existere. Ut, ex Correlativis, unum sine altero non existit, *l. cum, qui, §. pro parte, D. de his, quibus ut indignis, l. pedius, D. de recept. arbitr. l. cum ejusdem, §. inserendum, D. de adil. edicto, Costa de ratione ratæ, q. 138. nu. 12. Castill. 5. quotidian. cap. 100. num. 16. Larrea dec. 40. n. 11. part. 1. Buratt. conf. 340. nu. 7. Marotta vol. 1. conf. 37. nu. 5. Merlin. cent. 2. forens. c. 15. num. 29. ubi D. Scoppa in Scholii, ibid. num. 6, alios recentiores cumulat, & probat.*

Qua ratione, pacta conventa non dicitur servasse, unum non servans, *Marcian. vol. 2. conf. 7. num. 6. Paul. de Calir. conf. 88. & conf. 176. Roiland. vol. 4. conf. 69. num. 34.*

Secundò resolvitur totum, si ex parte non servetur, *l. cum proponas, la 2. ubi Dec. num. 5. C. de pact. Alexand. lib. 2. conf. 101. nu. 7. Gratian. forens. cap. 275. num. 15. Muta dec. 74. num. 10.*

Tertiò se fundans in contractu, licet impleverit cætera, uno omisso, dicitur contractum non implevisse; & altera pars potest non stare promissis, ob individuitatem; & quia malum ex singulis defectibus, *l. 2. C. de pact. inter empt. l. cum proponas, 2. Cod. de secus in di. pact. ubi Cagno. n. 59. l. si apud, l. si quis major, l. de trā. vidua non facti, Coier. de proce. execut. p. 4. c. 1. n. 86. Bald. in l. Ju. r. gentium, 7. §. pacta conventa, num. 1. D. de pact. J. son lib. 2. conf. 216. num. 1. Menoch. lib. 1. conf. 8. num. 268. Beccius conf. 45. num. 10. Surd. dec. 202. num. 20. Quo enim jure se fundat in pacto, qui pactum non servat? *Alex. vol. 2. conf. 49. Cravett. conf. 151. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locato, definit. 57. num. 2.**

Singula, & omnia implenda, Cod. de secus in di. vidua non impleta. Instrumētum pactonatum non liqui-datur.

Ex quo quartò confurgit, instrumentum garantigiatum pactonatum non posse liquidari, nisi liquidans ostendat se omnia pacta implevisse, quia aliàs liquidum non est, *Gaius de credito, c. 2. tit. 8. num. 31. Vivius dec. 39. num. 7.*

Possunt etiam in contractu principali apponi pacta Rescissoria, Executiva, & pactum propria auctoritate ingrediendi rem, si pacta alia non serventur, de quibus mox; nunc tertium, & quartum caput explicemus, oportet, & primò.

DE PACTO INCONTINENTI,

Et ex Intervallo apposito.

EX dictis habes, quæ pacta sint apposita incontinenti, quæ ex intervallo. Modò alia inquiramus, oportet.

Differentia inter Pactum Incontinenti, & ex Intervallo adjectum?

244.

Plures differentie adiunt inter pactum ex intervallo, & incontinenti adjectum.

Pactum omne potest illicò apponi.

I. Quodlibet pactum Jure expressè non reprobatum, potest illicò, non ex intervallo apponi. Sic bona possunt ab initio vendi Minori, cum pacto, & gravamine, & tamen non possunt hujusmodi pacta apponi ex intervallo, *l. 2. D. de bonis eorum.*

Hypotheca per pactum incontinenti appositum habet prælationem: Et ex intervallo.

II. Differentia. Pactum illicò appositum habet aliqua privilegia, quæ non competunt pacto ex intervallo apposito. Sic pactum hypothecæ factum in traditione rei, habet prælationem; ita ut præferatur omnibus Creditoribus, quod non habet pactum hypothecæ ex intervallo adjectum, *l. licet, C. qui non adject. in pig. Guit. de cred. c. 4. q. 7. nu. 439. Merlin. cent. 1. forens. c. 26. Olear. de cess. jur. tit. 2. q. 2. num. 23.*

III. Differentia. Pactum incontinenti adjectum habet exceptionem, actionem, & replicationem: at adjectum ex intervallo habet exceptionem, & replicationem, *Juris gentium, 7. D. de pact. l. pacta non vssima, 12. l. in bona fidei, 13. ubi Decius num. 2. Mar. tian. tom. 2. conf. 7. num. 43.*

Habet actionem principalem.

IV. Pacta incontinenti adjecta vestiuntur incontinentia contractus principalis, cujus habent actionem, *l. petens, C. de pact. l. ex emptio, C. de act. empt. l. 2. ex inter. C. de pact. int.* At pacta ex intervallo carent actione, *vallo.*

& 107

& solum habent exceptionem, & replicationem, l. legem, l. bona fidei, 13. ibi: Nam, & postea, ubi Rom. num. 1. & 6. Dec. nu. 5. & 6. C. de pact. l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact.

Incontinenti: V. P. &ta incontinenti adjecta regulariter resolvuntur, resolutio contractu principalis non sic pacta ex intervallo adjecta, Cyn. in l. bona fidei, C. de pact. Hodierna lib. 1. forens. cap. 1. num. 212. & 213. Ex quibus, quia plura, & difficultia remanent. Nos utiliora proponamus. & primo, An omnia Pacta, quae simul, possint etiam ex intervallo adici?

245.

Difficultas in eo est, an, inquam possit res vendi, donari Ecclesiae, Pupillo, cum pacto resolutivo, vel reservativo hypothecae in re vendita ab initio?

Pactum etiam resolutivum potest adponi.

Affirma, quod quando fit contractus, potest adponi quodlibet pactum, etiam resolutivum contractus, reservativum hypothecae, vel ut res alteri vendatur, Gutt. p. 3. de tutel. num. 38. Gratian. forens. c. 242. nu. 3. Larrea tom. 1. dec. 40. num. 70. Oica de c. ff. jur. tit. 1. qu. 2. num. 14. & num. 25. dicens nu. 26. summe difficilem, inextricabilem intellectum l. 1. in fin. & l. 1. de rebus eor. Franc. dec. 369. Ponte dec. 4. num. 44. Gutt. de credit. q. 7. nu. 445. Ant. Faber lib. 3. de conj. cap. 12. Cyriac. lib. 2. controu. 239. nu. 15. Pezegra de restit. integ. ver. Contractum fecisti, Valentuola conf. 56. num. 37. Cagnol. lib. 2. C. de pact. int. Afflic. in c. 1. num. 10. de j. do dato in vicem legis comm. ff. Dec. conf. 15. Cal. de restit. in integ. q. 22. & novissime, aliis adductis, D. Scoppa in Scholii ad Controu. for. R. Merlin. cent. 1. c. 26. num. 5.

Contra Vacianam de pignor. lib. 2. c. 2. num. 9. Paul. de Castro lib. 1. conf. 115. Barbof. in l. si constante, num. 124. D. sol. matr. Pinedi. in l. 1. C. de bon. matr. p. 3. n. 52. Fachin. lib. 2. c. 3. Ant. de Amato tom. 1. cap. 3. num. 47. Trentacinq. lib. 2. var. tit. de minorib. c. 9. nu. 7. Larum in compendio vita hominis, cap. 23. num. 1. Acof. de priv. credit. reg. 2. ampl. 4. num. 3. Ant. Fabr. sibi contrarium in Juris prudentia Papiniana, tit. 12. de tutel. princ. 3. illat. 55. Scobar. de juris. pontif. & regia, cap. 55. num. 16. agentes, tenere venditionem, rejecto pacto hypothecae.

Inde concludentes, Venditorem cum pacto hypothecae in re vendita Pupillo, vel Ecclesiae, carere praerogatione: quia in istis deest hypotheca, in qua fundatur praerogatio, Amat. l. c. Cappo. Larro decis. 24. nu. 16. Merlin. cent. 1. controu. forens. d. c. 26.

Probat. I. ex cap. verum, 4. ubi Gloss. v. conditione, de cond. app.

II. Ex l. si emptionem, 35. D. de minorib. ubi potest vendi res Minori cum pacto de retrovendendo.

III. Quia tenet pactum emptionis. Ergo tenent omnia adjecta, quae cum illo constituunt unum individuum pactum: ut partes cum suo toto, l. quacritus, 17. ibi: In totum, D. de bon. libert. l. si ita stipulatio, l. nam absurdum, D. de bon. libert.

IV. Pacta adjecta unum constituunt cum eo, cui adiciuntur, individuum, Mantrea 2. de tacit. tit. 3. num. 20. Ergo debent omnia valida, vel invalida esse, Roland. vol. 4. conf. 69. num. 43. Marcian. vol. 2. conf. 7. nu. 6. Ergo, si per adversarios tenet pactum principale venditionis, tenent etiam adjecta. Et si per adversarios corruunt adjecta, corruit etiam principale, quod non fuisset positum sine Corruptivo.

V. Patet: quia de Jure Codicis Testator potest velle suum praedium dari Ecclesiae sub conditione, ut possit alienari sine decreto Judicis, l. 1. & 3. Cod. quando dec. opus non fit. & l. 1. ibi: Nisi, ut id fieret. parentes testamento caverint, & l. fin. ibi: Si secundam voluntatem defuncti testamento scriptam, praedium rusticum pupillare vendiderint, D. de reb. eor.

VI. Patet: quia rem meam in alium transferre possum, cum pacto, & conditione, quae mihi placet, l. Gajus, 23. D. de manumiss. l. contractus, 23. D. de reg. jur. l. in re mandata, C. mandati. Quia alias non contraxissem, l. quid id, quod, 33. §. ea lege, D. de donat. l. si quis alium, ibi: Non accepisset, D. de sol. l. cum ejusdem, 34. §. interdam, ibi: Non nisi omnes quem empturum, vel venditurum fuisse, D. de adl. edic.

Cum principali pacta adjecta constituunt unum individuum

Testator potest velle, esse alienabilia sua bona relicta Ecclesiae: ut potest ad tempus relinquere.

Disponit enim de re sua.

VII. Probat. quia de Jure Digestorum alienatio, & onus necessarium non exigit Juris solemnitates in rebus Ecclesiae, vel minoris, alienandis, obligandis, l. 1. D. de fundo dot. ibi: Quia haec alienatio non est voluntaria. l. alienationes, 13. ibi: Dumtaxat rebus neque voluntarie, non quae causam necessariam habet. D. cessarius, fam. ercisc. l. sed si, 3. §. item quari, D. de reb. eor. l. 1. & l. 3. C. quando decr. opus non est, l. Divus, D. de pet. hered. l. pater, D. de legat. 3. l. peto, §. praedium, D. de legat. 2. ubi alienationis prohibitionem venit alienatio voluntaria, non necessaria, Tirag. de retr. lignag. §. 1. gl. 14. num. 11. Ita bona Ecclesiae sine assensu Summi Pontificis alienantur: ut etiam alienantur bona fideicommissa subiecta, si alienatio sit necessaria. Sed est videre, quod praecipit Extrav. Ambrosiana, de rebus Ecclesiae non alien. At in re nostra pactum hypothecae praecedens traditionem, reddit onus necessarium: ut necessarium est onus a testatore injunctum, l. fin. D. de reb. eorum, l. 3. C. quando dec. opus non est. Ergo non requiritur consensus, & decretum Judicis.

Alienatio necessaria non exigit assensum.

VIII. Probat. quia qualitas principalis contractus communicatur pactis adjectis, l. bona fidei, 13. C. de pact. l. Labeo, 50. D. de contrab. empt. l. 4. D. de lege commiss. Ergo, si principalis contractus tenet sine Judicis decreto, l. 1. in fine, D. de reb. eor. etiam valida erunt pacta adiacentia pignoris sine Judicis decreto.

Pacta adiacentia cedentia principalis naturam sequuntur.

IX. Patet: si non posset tenere pactum hypothecae in re a se vendita, nec posset imponi servitus ad favorem Venditoris, vel alterius. Consequens absurdum. Ergo, & unde sequitur.

Probat. sequela. Quia, nec servitus, nec pignus potest imponi in re propria, l. neque pignus, D. de reg. jur. Nam vel imponitur ante, vel in, vel post translat. onem dominii. Non ante, nec in. Quia tunc ipsemet est dominus; & in re sua nequit pignus, & servitutum habere. Nec post translationem dominii. Nam tunc res est Ecclesiae, est Minoris. Quae gravari nequit sine licentia legitimi Judicis, l. 1. §. siq. D. de reb. eor. At, hoc est absurdum in servitute viae, usufructus, quam quis sibi, vel alteri constituere, & reservare valet, in re donata, vendita Ecclesiae, vel minori. Ergo etiam erit absurdum in pignore. Ergo ut servitus vi pacti praecedentis confurgit, ubi primum res fit Minoris, vel Ecclesiae, ita hypotheca confurgit vi praecedentis pacti. Ad quod non requiritur licentia Praetoris: ut non requiritur ad contractum principale, cujus qualitates sequitur pactum adjectum.

In re propria non datur servitus.

X. Probat. quia facultas paciscendi est de genere permissorum; ita ut pacta substantia, nisi expressè prohibita fuerint, l. juris gentium, 7. §. Praetor ait, D. de pact. cap. 1. De pact. l. 1. §. si conveniat, D. de deposit. l. legem, C. de pact. ita ut nemo valeat altero invito a pactis recedere, l. in conventionalibus, D. de v. o. Sed nullibi invenitur prohibitum pactum hypothecae, cum pacto venditionis factae Ecclesiae, vel Minori. Ergo, est pactum validum, nec Minor poterit acceptare contractum quod ad venditionem, & respuerit quod ad pactum hypothecae: cum non possit pro parte acceptari, pro parte respici, l. si quis aliam, D. de sol. ubi Bart. & Castrens. Capbal. vol. 4. conf. 666. num. 11. Et consensus censetur praestitus eo modo, & qualitate, quo contractus initur indivisibiliter, l. Pomponius, §. cum quis, D. de acquir. poss. l. pro hereditariis, D. de hereditariis action.

Pacta sunt de genere permissorum, cum sine partes sumantur.

Obiicit primò. Pactum hypothecae nequit sublineri in re vendita Ecclesiae, vel Minori. Ergo, tenet venditio rejecto pacto hypothecae, ut utile per inutile non vitiatur.

Antecedens patet: quia illa hypotheca, vel est ante, vel postquam dominium est quaesitum Ecclesiae, vel Minori. Non ante: nam tunc venditor haberet pignus, & hypothecam in rebus suis, contra l. neque pignus, D. de reg. jur. & l. si rem, D. de pignor. Nest postquam dominium est quaesitum Minori, vel Ecclesiae: nam tunc gravaretur sine decreto Judicis res Minoris, vel Ecclesiae, contra tex. in l. 1. §. fin. & l. 2. D. de bon. eorum.

Resp.

Resp. primò, consequentiam non inferri ex illo antecedenti, ex quo debet inferri oppositum, dicendo: hypotheca, & pactum hypothecæ non subsistit in re vendita Ecclesiæ. Ergò, corrumpitur totus contractus correlative constans: quia nequit contractus constans ex correlative pro parte subsistere, pro parte corrumpi, l. si quis aliam, D. de sol.

Vi quædam tituli, rei dominium, & hypotheca corrumpitur.

Resp. secundò, Nego antecedens, & ad probationem ajo, hypothecam non constitui antequam transferatur dominium, nec postquam dominium est translatum, ita ut post acquisitionem domini hypotheca constituat vi pacti: sed simul in primo instanti acquisitionis domini constituitur hypothecam, ita ut nunquam Ecclesia habuerit dominium rei non hypothecatae venditori. Quod, luce clarius ostendit titulus individualis, in quo non datur prius, & posterius. Et sic eodem titulo, quo dominium quaeritur, hypotheca constituitur: nec prius habet vim titulus translatus domini, quam titulus constitutivus hypothecæ: Nam titulus est pactum, quod cum sit individuum, non habet prius, & posterius. Ergò Ecclesia, Minor in primo instanti, quo acquirit dominium, illud acquirit simul tunc hypothecatae vigore præcedentis pacti.

Postquam dominium est quasi-tum Ecclesiæ, minori, nequid res illa obligari.

Quam doctrinam si advertissent, non exhorruissent, tanquam ad difficultatis monstrum prima, & maxima Juris Consultorum capita, ad tex. l. i. §. fin. & l. 20. D. de bon. eor. Nam in d. §. fin. ut patet ex verbis textus, dominium ante erat quaesitum, unde merito negatur, posse post constitui hypothecam sine decreto Prætoris. Verba textus sunt: Si minor viginti quinque annis emerit prædica, ut quoad pretium solverent, essent pignori obligata venditori: non puto pignus valere. Nam, ubi dominium quaesitum est minori, cepit non posse obligari. Hactenus Ulpianus. En ante dominium acquiritur, & deinde obligatio constituitur. Quod non verificatur, quando individuali pacto transfertur dominium cum pacto hypothecæ.

Si hæc inquam advertissent, non confugissent ad subterfugia, nec textum saltassent cum Baldo in d. l. 1. D. de bon. eorum. Nec Faber. textum decurtassent, & parum sibi constans, pro nostra sententia staret lib. 3. de conject. c. 12. corrigens, & delens verba textus illa: Si igitur talis species, & deinde contrarium statuisset in Juris prudentia Papiniani tit. 1. 2. princ. 3. illat, 55.

Nec secundò opponas l. 2. D. de reb. eor. ubi in fine, requiritur rescriptum Principis, ut bona Minori vendita hypothecentur.

Nam sunt considerandi in d. l. 2. tres casus. Primò, quando simul cum dominio hypotheca constituitur. Et tunc Paulus ait, posse constitui hypothecam, ibi: Cum dominio rignus quaesitum sit, & ab initio obligatio inbasit. Et hic primus casus decidit nostram quaestionem.

Fisco vendente, illa bona, pro pretio sunt hypothecata.

Secundo loco Paulus transit ad Fiscum vendentem bona Minori, & decidit, certum esse bona vendita à Fisco esse hypothecata pro pretio; idque five apponatur, five non apponatur pactum hypothecæ, five illicò, five ex intervallo. Et ratio id evincit: quia hæc est hypotheca à lege, & ab initio cum translatione domini bona hypothecantur Fisco, ex privilegio fisci.

Tertio loco transit Paulus ad particularem vendentem rem Fisco, & asserit, sola venditione non quaeri hypothecam in bonis venditis Venditori; sed ad hoc opus esse rescriptum Principis; quasi dicat: privilegium hypothecæ concessum Fisco, non est concessum particulari sine rescripto Principis. At, non decidit quaestionem: An possit opponi hypotheca? quia illam supponit decisam in præcedentibus.

Deveniamus modò ad secundam partem quaestionis: An ex intervallo possit poni hypotheca in bonis Minori, vel Ecclesiæ quaesitis sine consensu Prætoris, vel Summi Pontificis.

Nega: quia tunc hæc hypotheca nequit esse Minori utilis, & jam supponitur dominium ei perfectè plenè quaesitum. Secundò, quia pactum hypothecæ ex intervallo adjectum, non facit unum in Tom. II. Lib. III.

dividuum cum principali venditione; cum illi non dicatur inesse, l. petens, l. in bonafidei, 1. C. de pact. l. lesa, D. si cert. pet. Ergò, non sequitur naturam contractus principalis, nec dicitur pactum necessarium, non indigens requisitis à Jure, l. magis puto, §. si pupillus, vbi pater, D. de reb. eor. Ergò exigit omnia requisita à Jure, cum sit pactum mere voluntarium, nec poterit adici sine autoritate Judicis, l. si ad revocandam, 7. C. de prediis minor. l. 2. C. si adversus donatorem. Gratian. forens. c. 26. num. 6. Surd. dec. 244. n. 25. Larrea decis. 40. num. 70. tom. 1. Cyriac. controu. 204. num. 50.

Pacta ex intervallo non faciunt unum totum individuum cum principali.

Hinc clarè resolvas. An perfectò Pacto possint adici alia pacta, conditiones, &c. merito altero Contrahente?

Nega, Nota tom. 5. recent. dec. 393. n. 7. Cravet. conf. 985. n. 37. Menoch. conf. 94. n. 74. Castil. 3. controu. c. 10. Fontanell. dec. 46. & 47. Faber. decade 48. errora 5.

246.

Nam actus jam perfectus incapax est ulterioris oneris, l. perfecta donatio, C. de donat. qua sub modo. Ex quo donatio facta filio ob studium, ob nuptias, nequit ex post facto gravari, limitari, fideicommissio supponi, nec velle, ut ad donantem revertatur, vel ut detur alicui, l. fin. §. filia, D. de legat. 2. Censal. ad Peregr. de fideicommiss. ar. 29. Larrea dec. 33. num. 55. Hodierna forens. c. 15. n. 11. Nisi pactum super additum veniret ex dispositione Juris: nam tunc ab initio subintelligeretur, nisi ei expressè renunciatum fuisset, Castil. tom. 5. contr. 67. n. 44.

Pactum duorum consensu firmatur, unde altero invito nequit imponi.

Remanet nunc explicanda differentia. Pactum illicò adjectum parit Actionem, Exceptionem, & Replicationem: Ex Intervallo parit Exceptionem, & Replicationem.

De Pacto illicò appposito, patet ex dictis.

De Pacto ex intervallo.

247.

Affirma, parere Exceptionem pro Pacifcente, Replicationem pro Actore, cum Francisco Saccino in l. petens, n. 25 & 26. C. de pact. cum Paulo de Castr. & Alex.

Patet ex l. fin. §. pactus, D. de pact. putà si quis stipuletur sibi decem libras: & ex pacto ex intervallo Reus declaravit esse libras auri.

Replicatio contra exceptionem oritur etiam ex pacto nudo.

Tunc si Reus stipulandi agat ad decem libras auri: & Reus promittendi excipiat de incertitudine: Actor poterit replicare, rem esse certam, & debori libras auri ex propria confessione pacti nudi. En ex Pacto Actor, qui non habet actionem, habet replicationem, l. sale, pactum, §. qui provocavit, D. de pact.

An corrumpente Contractu principali, corrumpantur Pacta adjecta?

248.

Difficultas ex eo adolescit: quia pactum adjectum illicò, vel ex intervallo, verificatur, quando destruitur, constituitur contractus principalis: ut videre est in pactis resolutivis, quæ in actum prodeunt, & verificantur, quando destrunt principalem contractum: ut, vendo tibi A. & si intra mensem non solvas pretium, res tibi sit inventita. Do tibi rem in emphyteusim cum pacto affrancandi; tunc quando pactum affrancandi verificatur in effectu, cessat census emphyteuticus. Unde ardua est quaestio: An destruitur principali, adjecta pacta affrancandi, &c. remanent? In qua multum desudant Doctores, Hodierna forens. c. 1. Gratian. c. 45. Alciat. in l. petens, n. 17. C. de pact. Et nos, ut confusionis tenebras repellamus, distinctum sermonem instituiamus.

Pactum resolutivum quando verificatur.

Primò mihi certum est, quòd quando pacta resolutiva destrunt contractum principalem, tunc ipsa remanent sine principali, five ex intervallo, five incontinenti adiciuntur.

Patet: quia tunc remanet effectus eorum, scilicet, dissolutio principalis contractus. Ergò tunc remanet causa dissolvens: cum nequeat effectus sine causa haberi.

Ita remanet reemptio fundi, extincta prima venditione. Remanet affrancatio, extincto census; l. 2. C. de pact. int. l. 1. D. de in diem adject. c. ad nostram, de empt. & vend. l. 1. & 2. D. ad l. Commiss. Pactum autem remanere, est ejus effectum remanere. Si enim tunc pactum non existeret, nequiret vringendo destruere pactum principale. Idquè censetur actum inter partes dividuantes pacta, quæ earum voluntate individua

Pactum remanet, cum ejus effectus remanet.

dividua correspectiva constituta fuere, volentes tunc unum alterum pactum destruere.

Nisi subtilius velis, tunc pacta destruentia corrue- re cum pacto principali destructo: ut febrilis calor hominem interimens, cum homine interrupto perit. Et ignis depascens materiam illa consupta perit.

Difficultas ergo remanet, in examinando: Si contractus principalis, desinat alia, ex causa: puta, si creditores alienationem revoceat, tanquam factam in fraudem, juxta l. 1. 6. & 10. D. de revoc. iis, quæ in fraud. Vel, si res vendita, ad Regem deveniat. Vel si contractus principalis jure corruiat: puta, si ob non solutionem canonis incidat in commissum: tunc enim evanescit contractus emphyteuticus. Et est controversia, an remaneant cætera pacta: puta, pactum affrancandi; ita ut valeat sibi retinere rem per pactum affrancandi, quam amiserat non solutione canonis. Ad quam difficultatem.

Negã remanere pacta, destructo principali contractu, Tiraquell. de retr. lignag. §. 23. gl. 1. Jason in l. 2. num. 5. ubi Salyc. num. 3. C. de jure emphyt. Beccius conf. 45. num. 34. Hodiern. lib. 1. forens. à num. 22. ad 48. Felin. conf. 21. num. 20. Gratian. tom. 4. forens. c. 45. num. 75. Surd. conf. 217. Rota p. 1. in noviss. decis. 115. Cavale. part. 2. decis. 16. num. 26. Franc. dec. 267. num. 6. Gutt. conf. 12. art. 2. num. 17. Francisc. Curtius in l. petens, num. 61. C. de pact.

Contrã Capbalum tom. 3. conf. 370. n. 9. & 11. concludentem, cadentem a transactione, non cadere à pacto juris luendi, Cornucum lib. 3. conf. 288. colum. penult. Decrum in l. bona fidei, C. de pact. Alciat. in l. petens, n. 17. C. de pact. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. casu 275. n. 20. Burfat. lib. 1. conf. 60. n. 30. agentes, non obstante caducitate, posse emphyteutam uti jure affrancandi; sive in eodem, sive in alio instrumento adjectum sit pactum affrancandi. Et contrã alios agentes, cadentem a jure suo ob canonem non solutum, vel ob alienationem factam, Domino irrequisito, adhuc posse uti pacto affrancandi, apud Marcian. tom. 2. conf. 37. n. 4.

Nequit affrancari, si non existit.

Probatur I. Quia, affrancare, ex se supponit, existere rem, quam affrancare intendit. Nam illam tollit, & nequit tollere id, quod non existit. Ergo census emphyteuticus jam extinctus, affrancari nequit.

Probatur II. Quia, pactum affrancandi extinguitur extincto censu, vel re avocata à Creditoribus anterioribus Censuantis, vel à Rege. Ergo etiam cessat pactum affrancandi extincto censu, ob canonem non solutum.

Probatur III. Ex dictis: quia, pacta illicò adjecta correspectiva constituunt unum numero contractum: ut partes cum suo toto, unum numero totum constituunt, l. fundi partem, D. de contrab. empt. l. si sterilis, §. si tibi, D. de act. empt. l. adiles ajunt, §. fin. l. si plures, l. Labeo, §. idem ait, D. ad l. ed. ubi unus est, licet plura contineat pacta, Gabr. lib. 1. conf. 168. n. 11.

Probatur IV. quia nemo præsumitur velle unum sine alio inire, nec velle ex uno sine alio pacto obligari, Mantica lib. 2. de tac. tit. 3. n. 16. Surd. conf. 417. n. 14. & 20. atque ad eò omnia pacta videntur affixa principali; quo corrueat, evanescunt, l. etiam, §. ex hac causa, D. de minor, l. fin. D. de accus. l. clemens §. 1. D. de hæred. inst. Menoch. lib. 1. præsump. 2. n. 2. Giurb. dec. 85. n. 20. Amat. conf. 36. n. 3.

Connexorum idem judicium.

Probatur V. quia connexorum idem judicium, & illa pacta sunt connexa ex individuante voluntate contrahentium.

Probatur VI. ex l. quæro, §. inter locatorem, D. locat. ubi pactum de non expellendo, in censu emphyteuticis, si emphyteuta ex solutione canonis non cessaverit. Ergo pactum luitionis, seu affrancandi censum, intelligitur durante validitate contractus illo scilicet, non resolutio, & ita pactum luitionis intelligitur durante contractu emphyteutico, non verò re vera re ad Dominum directum.

Obicies I. cum Capbalo, Alciato, & aliis l. c. Poena legalis destruens contractum principalem est strictè interpretanda, c. odia, c. in panis, de reg. jur. in 6. Ergo, si afficiat pactum principale, nequit afficere pa-

ctum affrancandi. Ergo, licet destruat pactum principale, non debet destruere pactum luendi, & affrancandi, l. in facto, D. de cond. & demon.

Resp. Nego suppositum: scil. pactum affrancandi destrui à poena destructiva contractus principalis, sed pactum affrancandi deficit ex defectu materiæ: quia destructo censu principali, deest id, quod affrancari potest: Unde non extenditur poena à pacto adjecto principali, ad pactum adjectum affrancandi. Idque licet non essemus in pactis correspectivis individuatis ex voluntate contrahentium, in quibus unum sine alio pacto stare nequit, & omnium idem judicium, Bart. in l. petens, in fin. C. de pact. Giurb. dec. 35. n. 20. Marotta forens. c. 27. n. 11. Menoch. lib. 3. conf. 201. n. 169.

Obicies II. Luitionis pactum est diversum distinctum ab emphyteutico. Ergo, non est pars contractus emphyteutici. Ergo, corrueat emphyteutico, non corruiat.

Resp. Etiam totum physicum individuum diversis partibus constari; idèque pactum individuum potest constitui diversis pactis, ut totum partibus diversis componitur, & corrueat toto, partes correspectivè corruiant.

Dices III. Cum Alciato de præsum. reg. 3. præsum. 45. n. 3. Capbal. tom. 2. conf. 370. n. 94. & 95. post Tiraquell. in l. si unquam, v. donatione largitus, n. 101. C. de revoc. donat. Natta conf. 115. n. 2. Duobus modis posse pacta adjecta inesse. Primo verè. Secundo fictè verè infunt, quæ apponuntur durante confectione contractus: Fictè infunt, quæ immediatè ante, vel post adiciuntur: nam hæc finguntur inesse, l. lecta, D. si immediatè cert. per. Nunc asserunt: Pacta, quæ verè, non quæ tẽ ante, fictè infunt, corrueat, corrueat contractui principali, l. Jurisgenium, 7. §. quiniimò, ibi: Pacta infunt, D. de pact. Ergo concludunt, pactum affrancandi remanere: quia fictè, non verè, inest contractui principali corrueat.

Pacta adjecta verè sunt quædo actu sic actus; fictè adjecta sunt, vel post adjecta.

Resp. Pacta, sive verè, sive fictè inhærentia corrueat, corrueat contractui principali, cui inhærent. Nam in utroque casu sunt correspectiva, & partes aliter non contraxissent. Et quod operatur veritas in casu vero, operatur fictio in casu ficto. Sive pacta sint in eodem, sive in diverso instrumento: semper enim resultat ex voluntate partium unum totum individuum ex separatis partibus, sive simultaneè, sive continuè, successivè positis, Bart. in l. petens, in fin. C. de pact.

Dices IV. Pactum affrancandi destruit pactum census emphyteutici: Nam indicat plenum dominium acquisitum affrancanti. Ergo cessat contractus emphyteuticus, in quo non transfertur dominium plenum in emphyteutam, l. 2. C. de jure emphyt.

Resp. Primò, pactum affrancandi non esse affrancationem, nec tollere contractum emphyteuticum, antequam sequatur affrancatio. Unde potens affrancare non acquisivit dominium plenum, quousque re ipsa affrancaverit, sicuti potens emere, nisi re ipsa emat, dominium non acquirit.

Pactum affrancandi quando contractus emphyteuticum removeat.

Resp. Secundò, pactum affrancandi posse stare cum ipso pacto emphyteutico; sicuti pactum depositi potest stare cum pacto, ut quis utatur deposito; sed remanet depositum usque quò re ipsa utatur re depositata. Nam tunc incepto usu, transiit in mutuum in ræ, quæ usu consumitur; in commodatum, quæ usu unico non consumitur, l. quod si, 10. D. si cert. per.

Pacta ergo contraria, quæ infunt, non omnia eodem tempore effectum habent, sed sunt accipientia secundum propriam naturam; alias simul existerent: quia ponuntur; & simul non existerent: quia destruantur. Ergo accipienda sunt in illo sensu, in quo Contrarietas, & destructio substat; in quo Contrarietas, & destructio substat, sc. tempore, l. ubi pugnantia, D. de reg. jur. Mantica de tacit. lib. 12. tit. 4. num. 19. Cacher. eod. decif. 164. num. 5. Ut fideicommissum relictum pore debet cum libera facultate alienandi, remanet fideicommissum, donèc non alienatur res, sed secuta alienatione desinit res esse fideicommissum subjecta, Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres,

Respicientia diversita temporis contra-rietatem non includunt, quæ eodem tẽ- ret existere.

tres, n. 22. D. de v. o. Cullii. dec. 230. n. 97. Hodierno ad Surd. dec. 93. n. 13.

Inhabis. Pactum, quo directum dominium transit in emphyteutam, tollit naturam census emphyteutici, quo dominium directum est penes concedentem, l. 2. C. de jure emphyt. Sed pactum affrancandi transfert dominium directum in debitorem census. Ergo destruit naturam census emphyteutici.

Resp. Pactum affrancandi non transferre dominium: quia non est alienandi, sed promissio alienandi, Grat. vol. 2. cons. 222. n. 2. & 3. Affrancatio enim, non pacto de affrancando, dominium transfertur. Unde pactum affrancandi non est contra naturam census.

Nec dicas: tunc esse censum simplicem affrancabilem. Nam census simplex, etiam sine pacto est affrancabilis. At census emphyteuticus non est affrancabilis, nisi constituatur cum pacto affrancandi.

In uno casu, æquitate suadente, manentur pactum affrancandi, corruebat contractu emphyteutico, & est, si vendens sem suam, illam iterum ab emptore recipiat in emphyteuticum, cum pacto affrancandi; tunc, si incidat in commissum, & corrueat contractus, & pactum emphyteuticum, juxta l. 3. C. de jure emphyt. bene poteris ex æquitate uti pacto affrancandi, soluto pretio domini directi. Et æquitas in eo sita est, ut res revertatur facilius ad suum pristinum dominium: quia valde lugubre est, Avita bona in extraneos transire, & in isto casu est vera decisio de Franchis 267. n. 6. & 7. & decis. 392. n. 2. & decis. 610. Enimvero tunc pacto affrancandi, censetur recessum à pacto emphyteutico, & dominium plene transferatur in possessorem, favore volentis conservare sua bona in familia, vel penes se, l. sicut emptio, §. 1. D. locati. Et consentit Hodierna loc. cit.

hæc esse dicendum, si aliunde constaret de voluntate partium: ut præsumitur, quando ex intervallo apponitur pactum affrancandi: tunc enim per tale pactum censetur recessum à pacto emphyteutico, & illic transferatur in censum consignativum, vel reservativum: ut depositum pure initum amittit naturam depositi, si ex intervallo concedatur potestas, ut quis utatur re depositata; tunc enim partes videntur recessisse à deposito, & contraxisse mutuum. Et ita tunc, quia potest uti pacto affrancandi, non obstante caducitate, Alexand. cons. 222. Bursat. lib. 1. cons. 60. n. 30. Menoch. de arbitr. casu 276. n. 19. Theaur. lib. 1. forens. q. 12. n. 15. Anna sing. 392. Nota. part. 2. n. noviss. decis. 338.

Explicuimus varias differentias inter pactum illic, & ex intervallo adjectum. Et jam diximus, in continenti adjectum habere actionem; ex intervallo exceptionem: quia ex intervallo remanet nudum pactum, non vestitum continentia contractus, l. legem, l. in bona fidei, 13. ibi: Nam, & pacta, ubi Roman. n. 3. & 6. Decius n. 5. & 6. C. de pact. l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, D. de pact. Modò perscrutandum.

Quæ actio nascatur ex pacto Incontinenti adjecto? Est lacerto sa difficultas, & obscura nimis. Tu distinguas pacta adjecta resolutiva à non resolutiva.

Si pacta adjecta non sint resolutiva; Affirma, actionem datam pro contractu principali, dari pro observantia aliorum pactorum; ita Bulgar. de Mulgaris in l. petens, C. de pact. n. 19.

Contrà Francisc. Curtium in d. l. petens, n. 38.

Probat. l. ex l. Labeo, 50. ibi: Ego etiam ex vendito agi posse, puto. D. de contr. empt. l. in bona fidei, 13. ubi Decius n. 2. C. de pact. l. si fundum, 2. ibi: Ex vendito tibi debetur, Lqui ea lege, 3. C. de pact. int. l. 4. D. ad l. commiss. l. pacta conventa, 2. l. qui fundum vendidit, ut eum certa mercede conductum habeat, vel, si jectis non vendat, non aliis, sed sibi distrahatur, vel simile aliquid resolutiva paciscatur ad complendum, quod pepigerunt, ex vendito agere poterit, 75. l. fundi partem, 79. D. de contrah. empt. ubi pro servandis pactis in emptione datur actio ex empto.

II. Quia pactum incontinenti adjectum facit u- contractus num, tanquam pars cum toto, & sequitur naturam principa- contractus principalis, l. fundi partem, 75. D. de con- trah. empt.

Tom. II. Lib. III.

III. Quia Jura abhorrent à superfluis, l. 2. C. de vet. jur. snuc. Et frustrantur per plura, quod potest haberi per pauciora, l. cum fundus, §. servum suum, D. si cert. pet. Sed in re nostra actione principalis pacti obtineri omnia possunt, l. 4. D. de l. commiss. ibi: Ex vendito actionem competere. Et frustra recurrimus ad actionem præscriptis verbis.

IV. Quia, actio præscriptis verbis est subsidiaria; scilicet datur deficiente alia actione, l. 1. & 2. D. de præscript. verb. Sed in re nostra adest alia actio principalis contractus, quæ datur pro implendis aliis pactis inhærentibus, l. bona fidei, 13. C. de pact. l. si fundum, C. de pact. int. l. 4. D. de lege commiss. Ergo cessat actio præscriptis verbis.

V. Actio contractus principalis datur pro principali, & pro adjectis pactis: ut actio, quæ datur pro principali, datur pro accessoriis, cap. accessorium, de neg. jur. in 6. l. ex pupillari, D. de vulg.

VI. Quia pactum illic adjectum, ex se non habet producere actionem: quia ex se est pactum nudum, nec habet actionem, nisi ut faciens unum cum principali. Ergo habet sibi communicatam actionem principalis, cui adhæret: quia totum communicat vim suis partibus; & actio totius competit partibus, tanquam informatis forma totius, à quo esse, & activitatem habent, l. in bona fidei, 13. C. de pact. Tunc enim non consideratur solitarium esse pacti nudi; sed consideratur esse totius, ejus forma omnia pacta informantur, & à qua forma actionem habent. Ex quo dicitur: ex pacto adjecto actionem nasci, in quantum pactum adjectum confians unum cæteris participat actionem, quæ datur pro toto: l. accessoria, & partes totius naturam sequuntur, l. ann. qui ados, D. de usucap. Auth. de imperfect. testam.

Dices, in l. Jurisgentium, 7. §. quinimum, D. de pact. dicitur, actionem nasci ex pacto adjecto. Sed hæc actio non est illa, quæ datur pro principali. Ergo erit actio præscriptis verbis. Ergo dabitur duplex actio: una pro principali: altera pro adjecto præscriptis verbis.

Resp. ex d. lege, ex pacto adjecto actionem nasci, in quantum pactum, ut pars, informatur forma, & actione totius. Quia partes sunt activæ activitate totius, & actio competens partibus, est actio totius; & ex pacto pullulat actio illa principalis contractus, quæ se diffundit per omnia pacta. Sic in naturalibus, in homine sensus habent sensationes; sed activitate totius, auris audit, lingua saporem percipit; sed virtus illa sensitiva est totius; ita ex pacto adjecto datur actio totius, non verò diversa.

Replicabis. Exceptio nascitur ex pacto ex intervallo adjecto, l. 1. C. de pact. conv. l. Jurisgentium, 7. §. quinimum, D. de pact. Ergo, Actio debet nasci ex pacto incontinenti adjecto.

Resp. Concedo antecedens, & distinguo consequens. Nascitur Actio ex pacto incontinenti adjecto: Actio scilicet totius, concedo. Actio, quæ non sit actus, nego consequentiam. Enimvero Exceptio nascitur ex natura ipsius pacti nudi. Actio non nascitur ex ipso pacto nudo, sed ex toto, cujus est pars pactum nudum, quia activitas totius partibus communicatur.

Et ita intelligas l. in bona fidei, 13. C. de pact. ubi actio nascitur ex pacto & scilicet ex pacto, ut pars totius est, à toto activitatem recipiens, l. penult. C. ad exhibendum.

Obicies secundo, l. Labeo, 50. D. de contr. empt. ubi Ulpianus primo loco proposuit opinionem Labeonis dantis actionem præscriptis verbis; deinde posuit suam, dicens: dari actionem ex empto. Ergo ex pacto adjecto nascitur duplex actio, prima præscriptis verbis, altera contractus principalis ex empto.

Resp. primo Ulpianum. proposuisse opinionem Labeonis, deinde præposuit suam, ut amplectendam; quasi diceret, actionem pro empto datam pro principali, dari etiam pro pactis adjectis, & pro reliquis contractus principalis.

Resp. secundo, in d. l. Labeo, proponi duas illas actiones, hoc modum fuit venditio sub cõditione,

Cum quo constituant unum totum individuum.

Actio totius partibus communicatur.

Exceptio & non Actio, nascitur ex pacto nudo.

Ex aq-
tast, ut
rem suã
antiquam
aliam
traque-
nat medi-
dum, in
commis-
sionem
vi pacti
affrancandi
ut servare
procurat
rei emphy-
teuticæ

Pacta ex
intervallo
sunt tan-
tum pacta
nuda me-
rita actio-
ne carent.

249

Pacta ad-
jecta non
vendat, non
aliis, sed
sibi distrahatur,
vel simile
aliquid
resolutiva
paciscatur
ad complendum,
quod pepigerunt,
ex vendito
agere poterit,
75. l. fundi
partem, 79.
D. de contrah.
empt. ubi
pro servandis
pactis in
emptione
datur
actio ex
empto.

Actio prescriptis verbis quando actur.

si Campani locum venderet pro ponenda bibliotheca empta. Et hæc venditio non fuit verificata; unde vere non poterat competere actio ex empto, & consequenter stando eras in subsidium actio prescriptis verbis, inspecta veritate rei. Sed, quia juris fictionis conditio illa habebatur: ut impleta, cum per emptorem steterit, quin impleretur, l. Jure civili, D. de cond. & demonst. idem datur actio ex vendito. Hinc secundum diversam rationem datur actio prescriptis verbis: quia revera ibi non existit contractus venditionis, & ex fictione juris, qua fingitur purificatus contractus, revera non purificatus, datur actio ex empto.

Dices tertio cum Francisco Curtio in l. petens, n. 29. C. de pact. semper ac pactum vestitur, nascitur actio prescriptis verbis ex pacto, l. petens, l. in bona fidei, 23. C. de pact. l. 2. C. de pact. int. Sed per coherentiam pactum est vestitum, l. Jurisgentium, 7. §. quimimo, D. de pact. Ergo parit actionem.

Resp. ex dictis, actionem totius informare singula pacta, & ex singulis pactis nasci eadem actionem totius.

Ex quo habes, inepte agere, qui agit prescriptis verbis, quando ei competit actio contractus principalis, & opponitur exceptio dilatoria ineptæ actionis. Et Judex decernit, ut aptius, sive rectius agat.

Deveniamus modo ad aliam hujus controversiæ partem, quando pacta sunt destructiva contractus principalis.

An nascatur actio ex istis, quæ nascitur ex valido principali contractu.

Distinguas. Vel vi pacti quis agit ad destruendum contractum principalem, Vel destructo principali, agit pro reliquiis primi contractus: puta, pro repetendis pretio, damno, & expensis primi contractus.

Si destructo pacto principali, agit pro reliquiis, quæ peti possunt ex pacto principali; tunc datur actio ipsius contractus principalis, quæ ut datur pro principali, ita pro ejus consequentibus, l. si fundus, 4. ibi: l. ex vendito actionem competere, D. de l. comm. §. l. sed Celsus, 6. §. 1. ibi: Ex vendito eo nomine actionem esse. D. de contrab. empt. Et ratio est ex eodem §. 1. quæ contractus, donec durant reliquæ, in effectu durat; & sic durat actio ex vendito, quæ est effectus contractus emptionis, ut patet in d. l. sed Celsus, §. 1. ibi: Cum in lege hoc duntaxat actum esse apparet, ne venditor emptori, pecunia ad diem non soluta, obligatus esset; non ut omnis obligatio empti, & venditi utriusque solveretur. Ergo, dissolutus contractus emptionis, donec restituatur venditori res vendita, una cum fructibus, accessionibus, & damnis, in effectu perseverat, una cum obligationibus, & actione. Nam adhuc durant reliquæ illius contractus, ut videre est in d. l. si fundus, 4. D. de l. comm. §. 1. in l. qua fundum, 55. ibi: Ad complendum, quod pepigerunt, ex vendito agere poteris. D. de contrab. empt. Ergo dissoluto contractu remanet actio contractus principalis pro observando eo, quod conventum est in casu dissolutionis.

Si verò per pactum resolutivum solum per se intendatur destructio pacti principalis; tunc non datur actio ipsius contractus principalis, sed datur actio prescriptis verbis, ut docet Gilkel in l. bona fidei, 13. num. 29. C. de pact.

Pater primo: quia quod est impossibile secundum naturam, est impossibile secundum leges, l. adoptio, D. de adoptionib. Sed secundum naturam est impossibile, ut quis per se tendat ad destructionem sui ipsius. Ergo etiam secundum leges. Ergo actio, quæ tendit ad destructionem emptionis non potest esse actio ex empto. Nam secundum naturam unumquodque per se tendit ad sui conservationem. Ergo ex contractu emptionis non potest nasci obligatio, & actio, quæ destruat contractum emptionis. Ergo actio, quæ nascitur ex empto non potest per se tendere ad destruendam emptionem, sed ad illam conservandam, ut effectum fortietur. Confirmatur: quia destructio à contrario provenit secundum naturam. Ergo destructio contractus nequit ex ipso contractu per se pullulare. Ergo quando pactum resolutivum per se tendit ad destruendum contractum principalem,

non potest habere actionem ejusdem principalis contractus; sed aliam actionem, quæ dicitur prescriptis verbis; & datur semper, ac non adest actio propria: nam datur in subsidium, l. 2. D. de presc. ver.

Secundo probatur ex l. 4. D. de l. comm. §. ibi: Actio prescriptis verbis, vel ex vendito tibi dabitur. l. qui de lege, 3. C. de pact. int. empt. l. sed Celsus, 6. D. de contrab. empt. ubi diiunctivè datur actio prescriptis verbis, vel ex vendito. Ex vendito si agatur de petendis exuviis principalis contractus, ut scilicet restituatur, quod datum fuit, d. l. sed Celsus, & d. l. 4. D. de l. comm. §. Sed si agatur per se ad dissolvendum contractum principalem, tunc datur actio prescriptis verbis; quia tunc pactum resolutivum transit transformativè in contractum innominatum, Do, ut facias. Non fecisti, ex prescriptis verbis ago, & tollatur pactum, l. 2. D. de presc. verb. & ita concordantur hujusmodi Jura, quæ magna agitatione Scholæ agitant, & implacabili contentione doctissima diverberarunt ingenia.

An pactum nudum adjectum principali conditionali, pendente conditione, vestiatur ad hærentiam contractus.

Nega, Capbal. tom. 2. consil. 2. 12. n. 127. & 128.

Probatur: quia conditione pendente obligatio principalis contractus est suspensa, carens effectu pro se, l. bares meus, §. qui post, D. de cond. & demonstr. Ergo etiam est suspensa pro pacto adjecto, l. ubi pactum, C. de transact. At purificata conditione nascitur actio pro contractu principali, quæ communicatur pactis adjectis, l. potior, l. qui balnearum, D. qui pot. in pig. l. sub conditione, D. de sol. l. Mevius, D. de cond. & demon.

An dicta currant in pacto tam bonæ fidei, quam stricti juris?

Affirma. Bulgarus de bulgaris in l. petens, C. de pact. n. 1. ad 14. Glos. in Jurisgentium, 7. §. quimimo, v. bona fidei, ubi Jason n. 2. D. de pact. Hosomanus illustr. q. 36. Ant. Fab. lib. 9. de conjest. cap. 10.

Contra Socc. in l. 3. §. si stipulati, n. 2. D. de verb. ob. Alciat. in l. bona fidei, 13. C. de pact. Eujac. in l. Jurisgentium, 7. §. quimimo. D. de pact. Donell. in l. lecta, D. de rebus credit. Curtium in l. petens, n. 1. C. de pact.

Probatur I. Stipulatio firmat pactum nudum, & illi actionem communicat, l. 5. §. conventioales, D. de v. licet sit stricti juris, l. quidquid distinguenda, D. de v. o. Nec dicas, id esse speciale. Nam id est refugium miserorum; nec est ratio specialitatis.

Probatur II. Ex l. lecta, 4. D. de reb. cred. ubi pactum incontinenti adjectum stipulationi, ab illa informatur, & actionem participat.

Probatur III. Quia, ut pacta adjecta unum faciunt cum contractu bonæ fidei; ita unum cum aliis stricti juris. Nam unum sine alio non esset initum, & sunt pacta correspectiva individuata voluntate contrahentium, censenturque unum. Ergo una actio pro omnibus, & regula communi: Connexorum idem iudicium, Galeota 2. illustr. c. 30. n. 58. Prat. lib. 1. forensis, 12. n. 23. Mastrill. dec. 211. & in correspectivis eadem cognitio, Franc. dec. 205. n. 1. de Marinis tom. 3. alleg. 29. num. 29.

Probatur IV. Quia contractus innominati regulantur secundum naturam contractus nominati, aut assimilantur, l. 1. §. si quis servum, D. de positi. Purpurat. tom. 2. consil. 297. n. 8. Ergo sicuti actio contractus nominati bonæ fidei transfunditur; ita etiam contractus stricti juris principalis communicatur pactis adjectis ex natura connexionis, ex natura individuationis, & ex natura accessorii: quia principale communicat adjectis, connexis, & accessoriis suam naturam, & actionem.

Dices. Pactum contractus stricti juris censetur omissum ab initio non adjectum, l. quequid adstringenda, D. de v. o. Ergo actio data pro principali stricti juris, est omissa pro pactis adjectis.

Resp. Distinguo antecedens. Censetur omissum, quod non est explicatum, si ex natura rerum non comprehendatur. Concedo antecedens. Si comprehendatur ex natura rerum. Nego antecedens. Ita in re nostra ex natura individuationis, & natura

§. 1. Condicio malis comm. prescriptis verbis non communicatur actio nisi pactis iudis adjectis, quia est suspensa obligatio actio.

§. 1. Sive bonæ fidei, sive stricti juris unum individuum communicatur adjectis pactis aliis.

250. Pacti adjecta resolutiva, an habeant actionem principalem contractus, quæ non resolvunt.

Si agatur pro ser. vandis in casu dissolutionis.

Actionem prescriptis verbis habent, si agatur tantum ad destruendum contractum principalem.

connexionis communicantur qualitates, & actiones etiam non expressæ. Nec mirum, nam etiam privilegia personalia communicantur annexis, & ratione individuationis materia, privilegia unius alteri communicantur. Ergo actio contractus stricti juris ratione individuationis contractus, & ratione connexionis communicatur pactis adjectis; ita ut nequeat repelli exceptione carentiæ actionis.

Urgebis. Jura, quæ volunt, contractum vestire pactum adjectum, loquuntur de contractibus bonæ fidei, non de contractibus stricti juris, l. in bonæ fidei, & l. petens, C. de pact. Ergo non debent extendi ad contractus stricti juris.

Resp. primo: Nego antecedens. Nam etiam cum stipulatione, quæ est stricti juris, pactum facit unum, l. cum proponat, 2. l. si certis, 2. C. de pact. l. ex placito, C. de rer. permut.

Resp. secundò: Nego consequentiam. Quia licet Jura loquerentur de contractu bonæ fidei, adhuc comprehendere dispositione generali contractum innominatum, ex regula: *Connexorum idem iudicium, & ex regula: Individua eadem actione reguntur.*

Hinc dicta de rebus individuis, & de causa communi, cum æquè currant in bonæ fidei, & stricti juris, quò ad hoc, est utriusque dispositio, l. scire leges, D. de leg.

An Pactum nudum vestiatur coherentiæ contractus necessarii?

Affirma. Contrà Capitulum tom. 4. conf. 120. num. 23. Soccinam in l. legens, colum. penult. C. de pact.

Ratio est: quia eadem ratio correspondivitatatis, individuationis invenitur, sive contractus fiat sponte, sive necessarii. Ergo eodem modo dicendum de utraque ut actio contractus principalis, sive necessarii, sive voluntarii competat utrique, l. in bonæ fidei, 1. C. de pact.

Dicens cum Capitulo: Quæ dicuntur de alienatione libera, non dicuntur de necessaria. Ergo licet contractus liber sit vestis, non erit vestis coherentiæ contractus necessarii. Antecedens patet: quia prohibita alienatione, est prohibita alienatio voluntaria, non necessaria, l. alienationes, D. fam. erciso. l. 1. D. de fundo dotali. l. Divus, D. de poss. hered. l. magis puto, §. si pupillus, D. de rebus eorum, l. peto, §. prædictum, D. de legat. 2. l. pater, D. de legat. 2. l. Tiro, de ratra. l. mag. §. 1. gl. 14. num. 11.

Resp. Concedo antecedens, & nego consequentiam. Disparitas est: quia in re nostra quò ad actionem currit correspondivitas, ratione, cujus actio eadem communicatur pactis adjectis, quæ unum individuum pactum constituit cum principali. At in alienatione quò ad assensum Superioris, requiritur assensus in alienatione voluntaria, non necessaria: quia non est eadem ratio utriusque. Nam in alienatione necessaria consensus, est prætitus à lege, quæ præcipit tunc alienari, non verò est prætitus in alienatione voluntaria.

An Pacta in contractu nominato: puta, emptio-nis, possunt reddere, transformando nomen in innominatum?

Affirma, Cumam in l. 1. §. si stipulanti, D. de ver. obl. Contrà Francisci Curtium in l. petens, n. 36. C. de pact.

Ratio est: quia potest desinere contractus nominatus: puta, emptio-nis, vi pacti resolutive, & tunc contractus remanet innominatus. Nam secuta traditio ex parte unius, verificatur. Do, ut facias, vel Do, ut des. Ut, vendo tibi domum, ut eas Romanam si emptio resolvatur, domus restituenda est.

Nec dicas: Contractus nominatus, & innominatus sunt oppositi. Ergo non possunt simul verificari. Antecedens patet: quia innominatus potest poenitentia retractari, non verò nominatus, re integra, l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio-nis disci.

Resp. oppositionem non officere. Nam tollitur repugnantia secundum diversas rationes, ita ut secundum unam rationem verificetur nominatus, secundum aliam rationem innominatus contractus, ut optime concludit Salyc. in l. petens, C. de pact. Licet donominatio semper sumenda sit à potiori, l. 1. D. de usufruct.

DE PACTO NUDO.

Aliis constipulato qualitatibus, & decorato vestibus, ut actione fruatur.

I. Pactum nudum stipulatione firmatur, ac vestitur, l. cum proponas, 21. l. si certis, 23. C. de pact. l. divisionis, 45. D. de pact. l. ex placito, C. de rer. permut. ubi Bellapertica num. 2. ubi ex pacto stipulato permutandi datur actio, etiam ante traditionem rei, l. si pacto, D. de pact. l. blanditus, C. de fidejuss.

Ex quo pactum nudum actionem habet, Præf. 10. forens. cap. 18. num. 24. Decius conf. 475. & 415. nu. 35. Innocentius in l. quod iussit, colum. fin. D. de re judic. Anchar. conf. 66. col. 3. Aretius in cap. at si clerici, col. 6. de jud. Soccin. lib. 3. conf. 87. colum. 2. Paris. lib. 2. conf. 24. colum. final. Capitul. vol. 2. conf. 236. nu. 24.

II. Legis Assistentia.

Pactum nudum vestitur, aquæ vallatur actione, Legis assistentia, hoc est, Lex dat ei specialiter actionem, & tunc pactum dicitur legitimum, lege scilicet firmatum, habens actionem, & exceptionem, l. legitima, 6. D. de pact. l. inter focerum, §. convenit, D. de pact. l. si tibi decem, 13. §. quaedam actiones, ubi Paul. de Castro num. 2. D. de pact. Croc. 2. conf. 265. num. 5.

Quæ Pacta nuda firmat Legis assistentia?

Primò est Donatio, quæ ex pacto nudo actionem habet; ita ut pactum donandi actionem habeat, si promissio donationis sit de præsentibus, & illam habeat à lege, tanquam pactum legitimum, l. si quis argentum, C. de donat. Menoch. 1. præsumpt. 43. num. 7. & lib. 4. præsumpt. 39. num. 10. Merlin. cap. 78. nu. 13. Qui volunt, actionem istam dari pacto expresso donationis de præsentibus, non tacito; nè concurrant duo specialia simul: Primò, pacto nudo actio non dari. Secundò, pacto nudo tacito. Bart. in l. Jurisgentium, 7. §. quimim, & l. si tibi, D. de pact.

Non ignora tamen denegante actionem dari pacto donationis; nisi stipulatione firmetur, Paul. de Castro in d. l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, D. de mul. con. pact. Covarr. in cap. quomodo pactum, p. 2. §. 4. num. 13. in fine.

Et insuper nec ignoro, alios velle, donationem non esse pactum nudum, sed contractum nominatum consensu perfectum, & ita actionem parere, ex l. si quis argentum, §. fin. C. de donat.

Secundò, Dos pacto nudo lege firmatur; ita ut actionem habeat, l. ad expactionem, C. de dot. promissio-ne. Et hodiè firmatur, etiam stipulatione facta, l. unice, C. de rei uxor. act.

Tertio, semper, ac lex ipsa pactum nudum investit, dicitur illud vestire, & adjuvare efficaci actione, l. legitima, 6. ubi Bald. num. 9. & 10. D. de pact. Sic pactum inter hæredem, & fideicommissarium, est efficax ex legis assistentia, Bart. l. c. Ita pactum donationis inter Virum, & Uxorem, morte firmatur, legis autoritate, traditione secuta, l. si stipulata, D. de donat. int. l. Papinianus, D. cit. tit.

III. Impletio, siue Interventus rei promissæ.

Vestit pactum nudum, l. legem, C. de pact. l. traditionibus, D. de pact. l. ex placito, C. de rer. permut. ubi Bellapertica, nu. 3. Et sic pactum permutatum, secuta traditione rei promissæ ex parte unius, dicitur vestitum, l. Jurisgentium, 7. D. de pact.

Ratio est: quia tunc rei interventu pactum nudum, transit in contractum innominatum Do, ut facias: Do, ut des, ex quo nascitur actio præscriptis verbis, l. Jurisgentium, 7. D. de pact. Glos. in l. legem, 10. C. de pact.

Ut autem pactum vestiatur traditio-nis, siue colore traditionis, debet traditio intervenire non ex intervallo, sed quando fit pactum. Nam aliàs pactum remanet nudum, l. legem, 10. C. de pact. l. in traditionibus, 13. D. de pact. ut de pacto, vestito adherentiæ contractus dictum est.

Si verò quis tradat rem, se referens ad pacta apponenda ex intervallo, tunc pacta vestiri illa traditione, ait Roman. in l. legem, 1. nu. 5. C. de pact. probans paritate testamenti conditi validè, cum nominatione hæredis relative facienda in aliis scripturis, in quibus possunt conditi ultimæ voluntates, l. an.

239. Contra-tus si om-ni, siue ne-cessaria dicitur, actio-nem pactis ad-jectis.

252. Cir Super-ioris as-sensus non requira-tur in a-lienatione necessaria.

253. Contra-tus nominatus quando in-nominatus efficitur.

254. Pactum nudum stipulatum, permutandi datur actio, etiam ante traditionem paritatis apponitur.

255. Habet actionem, si lex ei deservit.

Specialis duo ne-pactum si de Castro in d. l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, D. de mul. con. pact. Covarr. in cap. quomodo pactum, p. 2. §. 4. num. 13. currere.

256.

Traditio rei facta in actu pacti, illud vestit.

l. institutio in D. de condit. infer. Consentur enim tuc relative illa pacta inesse.

Impletio ergo pacti firmat, & transformat pactum nudum in contractum innominatum. Et in traditione rei, quæcumque pacta apponantur, traditione firmantur, & vestiuntur, l. in traditionibus rerum quodcumque pactum fit, id valere, manifestissimum est, l. divitionis, 49. l. petens, 27. l. Jurisgentium, 7. §. adeo, D. de pact. l. perfecta, C. de donat. qua sub modo. Larrea alleg. ff. 40.

An Impletio vestiat Pactum pro, an contra Impletentem?

237. Impletus pactum pro se vestiat, non pro non impletente.

Affirma vestire, & producere actionem pro Impletente contra non Impletentem, non vero pro non Impletente contra Impletentem. Et tunc Impletens contra non impletentem habet actionem præscriptis verbis, l. Jurisgentium, 7. §. 1. D. de pact. & agit petendo: vel ut alter impleat, quod promissit: vel ut solvat interesse: vel ut dissolvatur pactum per poenitentiam, conditione causæ non secutæ.

Ita docet Francisc. Curtius in l. petens, num. 44. C. de pact. dicens, posse cogere alium ad implendum, quod promissit, Anna consil. 3. nu. 4. Anell. Amatus consil. 42. nu. 7. & 8. dicens, facta renunciatione à sorore cum pacto, ut recipiat dotem competentem: si ei dos non datur competens, renunciationem non solvi, Saccin. volum. 2. consil. 272. num. 4. Ripa in l. fin. q. 34. num. 116. C. de revoc. donat. Mantica lib. 2. q. de tacit. tit. 9. num. 8. Eugo de just. disp. 22. nu. 1. Ant. à Sp. San. tom. 3. direct. p. 10. disp. 10. n. 429. Tusc. lit. C. conclus. 996. Noguero. alleg. 18. num. 97. Larrea dec. 69. nu. 28. Carleval. de judic. disp. 7. n. 1038. Gomez lib. 2. var. cap. 8. n. 3. Gufman. de eversionib. q. 29. num. 11. Mol. disp. 258. to. 2. Gratian. forens. cap. 307. nu. 36. Piccard. §. actionum, q. 27. nu. 28. Inst. de action.

Probatur I. Ex l. naturalis, §. 1. D. de præfer. verb. l. 1. §. fin. D. de rer. permut. ubi agere potest ad interesse.

Obligatio nequit induci ex alio deserv. sive obligationis.

Probatur II. Ex l. si certis annis, ubi Glos. Bar. & Francisc. Curt. num. 1. & 3. C. de pact. ubi qui ex pacto nudo solvit per multos annos, quod promissit, non potest ex eodem pacto cogi ad solvendum in futurum. Ergo pro, non contra dantem actio producit ex pacto impletione vestito.

Probatur III. Quia effectus amentis vestire, & armare se contra seipsum.

Probatur IV. Quia solutio, impletio pacti non tendit ad obligandum impletentem, sed ad illum liberandum. Ergo nequit inducere obligationem, & actionem contra impletentem. Nam nequit facere effectum contrarium ad illum finem, ad quem traditio rei est instituta, l. legata inutiliter, D. de legat. 1.

Hinc incipiens solvere, & per plures annos solvens, quod pacto nudo promissit, non potest cogi ad solvendum in futurum. Text. formalis in l. si certis annis, C. de pact. ubi Gosalin. num. 2. Bald. in cap. 1. §. si verò vassallus, in. quid sit investitura. Nam tempus non est modus inducendæ obligationis, & actionis, per regulam l. obligationum fere, §. placet, D. de action. & obli. quam probat D. Scoppa in Scholiis ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 39. num. 19. & cap. 78. nu. 2.

Tempus non est modus inducendæ obligationis.

Dices. Consentur donasse, scienter solvens indebitum, locutus per errorem, D. de reg. jur. l. 2. D. de cond. indeb. Et ex pacto nudo donatio habet actionem, l. si quis argentum, C. de donat. Ergo solvens ex pacto nudo, tanquam Donator, poterit cogi ad persolvendum in donatione, & solutione in futurum.

Resp. primò, ex pacto nudo expresso facto animo donandi, actionem nasci, quale non est hic. Francisc. Curt. l. c. n. 2. Bart. in l. Jurisgentium, 7. §. quini. mo, D. de pact.

Resp. secundò, recipientem habere exceptionem vi pacti nudi ad retinendum, quod recepit, non verò ad petendum: quia hæc actio non datur favore recipientis, sed dantis.

238. Sola causa non est vestis pacti nudi.

IV. Causa an sit vestis Pacti nudi?

Nega, nisi sit simul cum impletione rei promissæ, l. Jurisgentium, 7. D. de pact. ubi Bald. Abb. in cap. si cautio, col. 2. de fide instr. Felin. in cap. 1. de pact. Covar.

de pact. p. 2. in sup. quamvis, n. 14. & multò minus causa mala, vel inepta rejecta, pactum vestit, l. Jurisgentium, 7. §. si ob maleficium, D. de pact.

V. Pactum conditionale purificata conditione, an dicatur impletum?

Nega; nisi sequatur traditio, sive executio rei promissæ, l. si intra, l. naturalis, D. de pact. Bald. et de pact. num. 20.

VI. Ex Pacto nudo divisionis inter Fratres, an datur Actio?

Nega; quia ibi nulla intervenit executio, & consequenter remanet sola Pactio nuda, ex qua datur exceptio, l. cum proponas, 21. C. de pact. quæ exceptio etiam cessat, si altera pars fidem non servet, d. l. cum proponas, Marcián. disp. 17. tom. 1. Facit textus in l. di. visionis, 45. & l. petens, 27. D. de pact.

VII. Scriptura?

Pactum nudum etiam sovetur Scriptura, & firmatur, ut actionem habeat, Tusc. o. pactum, conclus. Mantica 1. de tacit. tit. 6. n. 9.

259

Scriptura

VIII. Juramento.

Pactum nudum etiam Juramento vestiri, ait Roman. consil. 176. ex l. si quis major, 41. D. de pact. & ex l. final. D. de liber. causa.

260.

Juramentum

Sed hujus oppositum tenens docet Chaldierin. rubi de pact. consil. 4. Primò, quia juramentum est introductum ad credibilitatem, & fidem, non ad solemnitatem. Juramentum enim non est aliud, quam Deum in testem veritatis invocare. Ergo juramentum veritatem respicit.

Solum in duplici casu speciali juramentum est veluti vestis, & ei actio datur, Primò, favore libertatis, cujus favore juramento valet se obligare, l. fin. D. de liber. cau. Secundò, in juramento judiciali, maxime delato, vel relato, ex quo nascitur actio in factum jure jurando, favore judicii, l. qui jurasse, D. de jure jur. Ergò in aliis non expressis remanet firma dispositio Juris Communis; cum exceptio firmet regulam, l. 1. D. ad munirip.

IX. Pactum nudum in Judicio.

Vestitur Colore, & Calore Judicii, quo sovetur, & actionem habet, Jason in l. Jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, n. 19. D. de pacto Curtius junior in l. pacto novissima, 12. n. 10. D. de pacto. Crot. vol. 2. consil. 151. n. 134. Contra Decium in d. pacto novissima.

261.

Calor judicii.

Pact ex regula generali: Judicialia efficaciora est, quam Extrajudicialia. Ità ut confessio, non extrajudicialis, sed judicialis probet plene & sufficiat ad condemnandum, cap. si cautio, de fide instrum. Leconte domde, D. de probat.

X. Geminatum Pactum nudum.

Actionem habet præscriptis verbis, Paris. lib. 10. consil. 82. n. 16. & consil. 16. n. 12. Caphal. vol. 4. consil. 714. Crot. vol. 2. consil. 151. n. 52. & tom. 3. consil. 328. n. 17. & consil. 363. n. 18. Felin. in cap. si cautio, de fide instrum. Angel. in l. petens, C. de pact.

262.

Pactum nudum geminatum

Pact ex l. 1. §. debitum, D. de const. pec. §. de constitut. ta, Inst. de acton. l. si mulier, l. 2. C. ad Veil. & ratio id suadet. Quia in Jure geminatio majorem vim habet, quam res simplex. Ergò, plus operari debet liberalitas, D. ad Trebell.

Idque hinc geminatio fiat incontinenti, sive ex intervallo, sive eodem, sive in diverso instrumento, Furpurat. tom. 1. consil. 353. n. 21. & 22. Felin. in cap. 1. de pact. Crot. vol. 3. consil. 218. n. 17. Contra Dec. in l. legem, de lib. 110. n. 9. C. de pactis, Carleval. tom. 1. de jud. lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 1040. rogantes geminatum pactum nudum parere actionem, & si nasceretur, debere nasci, tantum ex pacto adjecto ex intervallo.

263.

Geminatio

Et ratio est: quia ipsa geminatio indicat deliberationem, & majorem voluntatem se obligandi, cuius magis assistit, Bald. in l. nec damnosa, C. de precib. Imp. off.

Dices. Quando adest geminata promissio, datur actio constitutæ pecuniæ, §. de constituta, Inst. de act. Ergò non datur actio præscriptis verbis. Probatur consequentia. Quia actio præscriptis verbis datur deficiente certa actione, l. 1. l. 2. ibi: Cum deficiunt vulgata, atque usitata nomina actionum, præscriptis verbis agendum est. D. de præscript. verb.

264.

Respond. actionem constituta pecuniae tantum dari certo pacto nudo gemitato, quo quis constituit debitorem pro suo, vel alieno debito, l. 1. D. de const. pecun. actio autem praescriptis verbis datur in omnibus aliis suis gemitatis promissionibus.

XI. Prorogatio.

Prorogatio jurisdictionis Judicis est pactum nudum, nec vestit, nec actionem habet, l. si convenitur, 18. D. de jurisd. omni Jud.

An Factum Consequens initium tollat Pactum Antecedens?

Affirma, si ex intervallo sit adjectum mutuo consensu partium, & nequeat cum primo observari, Decius in l. pacta novissima, C. de pact. ubi Bart. & Dec. tom. 2. conf. 454. n. 5. & 6. Alexand. conf. 122. lib. 2. concludentes, Cedentem recessisse a cessione, si deinde compromittat id quod cessit, Capbal. tom. 4. conf. 161. n. 17. concludens, pacta posteriora derogare prioribus inter easdem personas in eodem, vel in diverso instrumento.

Patet ex l. pacta novissima, C. de pact.

Sed difficultas est.

An perfecto pacto, valeant adijci nova pacta, conditiones, altera parte invitata?

Nega. Rota tom. 5. rec. dec. 393. n. 7. Cravet. conf. 985. n. 87. Menoch. conf. 94. n. 74. Casil. 3. controu. c. 10. Fontanell. dec. 46. & 47. Ant. Fab. dec. 43. err. 5. & nuper D. Scoppa in Scholiis ad Controu. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 5. num. 49.

Patet. Nam pactum de novo exigit consensum novum, nec valet existere altero invito, cum sit duorum consensus in idem, l. 1. D. de pact. l. pactum, 3. D. de pollic. Ut enim ab initio, ita ex intervallo pactum exigit consensum duorum, ideoque nequit apponi altera parte invita; maxime perfecto jam primo contractu, l. perfecta donatio, C. de donat. qua sub modo.

Hinc perfecta donatione facta filio ob causam studii, vel ad suscipiendos ordines, nequit deinde a patre jam donante gravari fideicommissis, vel alio onere, cum jus sit perfecte quæsitum filio, quo invito spoliari nequit, nec in illo gravari, l. fin. §. filia, D. de legat. nisi tale adiciendum fuerit ab initio reservatum, Censal. ad Peregr. de fideic. art. 29. Larrea dec. 33. n. 55. Hodierna forens. cap. 15. n. 11. Casil. tom. 5. controu. 67. n. 44.

An omnia Pacta: Principale scilicet, & Adjecta explicanda sint in obtinendo Assensu, ita ut alius Assensus censetur Subreptitius, vel Obreptitius?

Affirma. Rosa consult. 59. n. 52. Capyc. dec. 32. Aff. in Const. Constitutionem Divae memoriae, n. 61. Casperar. in c. Imperialem, Franc. dec. 48. n. 7. & 9. Gizzarell. dec. 3. n. 9. Rovit. conf. 18. n. 13. Novar. 2. forens. a. n. 4. ad 10.

Ratio est: quia Assensus pendens ex voluntate Superioris non comprehendit, nisi volita. Ergo non comprehendit, nisi cognita. Ergo non comprehendit, nisi expressa in petitione. Nam tacita, & non expressa non sunt cognita, nec volita. Unde Assensus corrumpit, ut subreptitius, vel ut obreptitius, cum dilecto, c. super litteris, de rescript. Capyc. Latro lib. 2. consult. 8. num. 63.

An in Pactis, sive adjectis, sive non, requiratur Scriptura.

Nega. Valasc. de jure emphyt. q. 17. Surd. dec. 331. n. 3. Cancer. 1. var. c. 13. n. 10. Oica de cess. jur. tit. 1. q. 5. n. 12. & 22. ubi ait, in cessionis pacto non requirere scripturam, Cacher. dec. 58. n. 4. Bart. in l. nomen, C. quares pignori. De Marin. tom. 2. c. 238.

Patet ex l. pactum quod bona fide, C. de pact. l. contrahitur, 4. D. de pign. act. l. cum instrumentis, l. in exercendis, C. de fide instr. ubi in litibus exercendis potest pactum probari per scripturas, vel testes, cap. 2. de probat. Ergo non exigitur scriptura ad valorem pacti adjecti, vel non adjecti, Franc. Curt. in l. pactum, quod, num. 3. C. de pact. Specul. tit. de locato, §. nunc aliqua, v. quinto quaritur, Bart. in l. 1. C. de emphyt. Roman. conf. 103.

Ergo scriptura solum requiritur pro facilliori probatione, Roman. conf. 103. Capbal. tom. 4. conf. 666. n. 14. & 15.

Quando requiratur Scriptura?

Affirma l. exigi in judicialibus actis ex actis c. quoniam contra, de probat. l. ne in arbitris, C. de pact. & de aliis videas Glos. in c. 1. §. postquam, de censu. in 6. Manric. de tacit. lib. 1. tit. 11. nu. 11. de Marin. tom. 2. resolt. 238. Hodiern. ad Surd. dec. 10. Sanchez. 7. Decal. c. 5. num. 76.

II. Censum emphyteuticum requirere scripturam, ex l. 1. C. de jure emphyt. Affirmant multi cum Baldo in l. 2. C. de jure emphyt. volentes, censum debitum Principi, Ecclesiae, Republicae, probandum essentialiter per scripturam, ex l. 1. C. de apoc. publ. lib. 10.

At censum emphyteuticum essentialiter non exigere scripturam, docet Franc. Curt. in l. pactum, quod, C. de pact. num. 3. cum Bart. in l. 1. C. de jure emphyt. & Specul. l. c.

An non habens interesse, agere possit ex pacto?

Nega. l. ex conventionione, 11. ubi Roman. C. de pact. l. si Carenis interesse ab agendo repellitur.

In quibus capitibus locum habeat Actio Praescriptis Verbis?

I. In Contractu Innominato, l. naturas, D. de praeser. verb. Bellapert. in l. ex placito, num. 9. & 10. C. de rer. permut.

II. In Pactis Adjectis, modo, quo supra diximus, l. legem, C. de donat.

III. Semper ac incertum est, si contractus sit nominatus, vel innominatus. Vel est incertum, qui nam contractus nominatus sit: puta, an sit contractus locationis, venditionis, an census? tunc enim datur actio praescriptis verbis.

DE PACTIS IN SPECIE.

Matremus orationem, & ad utiliora illam circumspectando declinemus; Primo agendo de pacto tacito. Secundo de pacto executivo. Tertio de resolutivis, aliisque usu receptis.

De Pacto Tacito, & Expresso.

Hæc indagatio, licet generalis, præcludit, aliis, ut necessaria.

Pactum Expressum exprimitur expressis verbis, scripto, facto, l. labeo 2. D. de pact.

Tacitum imbitur in re ipsa, l. 2. ubi Angel. C. de pact. l. labeo, 2. ibi: Tacito consensu convenire intelligitur, l. item 4. ibi: Conventiones etiam tacite valent, D. de pact. Idque vel dispositione legis, qua stipulatio continetur in dotatione, l. un. C. de rei uxor. aff. ut etiam in dote continetur pactum tacitum, l. elege subintellectum: ut scilicet dos solutis nuptiis restituatur, & ut fructibus sustineantur onera matrimonii, l. un. C. de rei uxor. aff. l. 2. D. f. m. Vel ex tacita voluntate paciscentium, qua venditor tenetur de evictione, licet nihil expressum fuerit, Monterius in l. 2. num. 12. C. de pact.

Et in pacto tacito etiam exigitur tacitus consensus, l. 1. nec ignorans, D. de pact. l. qui ad pactum, D. locati, ut patet in tacita Reconductione. Qui tacitus consensus invenitur in consequentibus, & annexis, etiam ignotis, & inter absentes, si fuerit præstitus in antecedentibus, & principalibus. Nam qui consentit in causa principali, consentit in mediis, ac in dispositionibus, sine quibus effectus commodè haberi nequit, l. post venditionem, 2. C. de pact. ubi pactum tacitum prædest absentibus, & ignorantibus. Qua ratione pactum tacitum non requirere præsentiam paciscentium, ait Angel. in l. 2. C. de pact. Intelligas, si consensus adsit in principali: Nam tunc tacite excurrit per accessoria.

Differentia inter Pactum Tacitum, & Expressum.

Duplex est. Prima, quia Pactum Expressum semper exigit consensum, & est ab homine, l. 5. & l. labeo, 2. D. de pact.

Pactum Tacitum quandoque est præsumptum à lege, l. post venditionem, ubi Francisc. Curt. num. 10. C. de pact. l. solutum, §. solutam, D. de pignor. aff. l. item quaritur, §. Prætor, D. locati.

267.

Scriptura quando requiratur.

268.

Actio præscriptis verbis quando datur.

269.

Pactum expressum vel tacitum qualiter habeatur.

Consensus in pacto etiam tacito exposcitur.

270.

Pactum expressum in quibus à tacito distet.

263.

264.

Pactum etiam ex inter vallo, duorum consensum exigit.

265.

Nil volitum, quin præcognitum.

266.

Secunda verb, quia Pactum Expressum Resolutivum tollit obligationem naturalem, & civilem; non semper per Pactum Tacitum. Nam quando venit ex dispositione legis, non tollit obligationem naturalem, Bald. in l. pacta, qua contra, C. de pact. Fr. isic. Curt. l. c. num. 11.

Et sic in istis non currit: Taciti, & Expressi eadem est virtus, de quo in l. petens, C. de pact. Nam expressum, non verò tacitum pactum tollit obligationem, si tacitum sit inductum à lege, Bart. in l. Titium, D. de v. o.

An Pacto possit renunciari Pactis?

Affirma. Itaque l. Pacto legis Commissoriae potest renunciari, & recedi à pactis: puta si intra decem annos non solvat pretium, tunc elapso termino censetur recessisse tacite à pacto, ut nequeat ad illud redire, l. post diem, ibi: Legi commissoriae renunciatio videtur. D. ad l. commiss. l. commissoriae, C. de pact. Merlin. tam. 1. forens. c. 31. nu. 3.

II. Venditor, qui facit pactum liquidum cum Emptore, ut post quatuor annos solvat interesse, si elapso quadriennio non liquidat rescindendo instrumentum, sed petat tertias, censetur tacite recessisse à pacto, ita ut amplius liquidare nequeat, si Emptor solvat uturas. Nam qui recipit, vult recipere interesse. Ergo non vult recipere sortem principalem; & sic eligendo unum, alteri renunciat, l. mater, D. de inoff. testam. Nequit enim simul velle, contractum sustinere, & rescindere, l. cum proponas, C. de pact. Undè recipiens tertias post terminum, censetur prorogasse terminum ad solvendam sortem principalem, l. commissoriae, Cod. de pact. inter. Theaur. 2. forens. c. 54. Cuiuslibet decis. 1. orat. 1. nu. 149. Ruin. conf. 155. nu. 11. Cravetta conf. 106. num. 2. Gratian. forens. c. 391. nu. 59. & Merlin. d. c. 31. num. 7. & 9. ubi tamen vide D. Scoppa, qui elegantè illustrat in Scholiis ibid.

III. Qui rescisso contractu, adhuc exigit usuras, censetur renunciavisse rescissioni contractus tacite, Merlin. l. c. nu. 16. Rovit. prag. 1. num. 42. de censib. Paschal. de virib. patriae potest. p. 4. c. 6. nu. 59. & patet ex l. 2. C. de jure domn. impetr.

IV. Dominus directus recipiendo canonem ab Emphyteuta, censetur recessisse à pacto rescindendi contractum, & remisisse obtentam caducitatem, Menoch. 1. praesumpt. 112. num. 11. Surd. dec. 317. Gratian. c. 152. & optimè D. Scoppa in Scholiis ad Merlin. d. cap. 31. num. 16.

V. Dominus directus recipiens laudemium à secundo Emptore, censetur approbasse tacite alienationem, undè nequit velle in illa re praferri. Nam repugnat velle praferri in illa re, & recipere laudemium, quod datur pro approbatione alienationis in novum emphyteutam, Abb. in cap. potuit. de locato. Marcan. tom. 2. conf. 37. nu. 9. Ex l. post diem, D. de lege commiss. l. Commissoriae, C. de pact. int.

Imò Tirag. de retr. lignag. §. 34. gl. un. num. 7. & 11. ait, sola petitione, etiam extrajudiciali, approbati novum Emphyteutam, ut nequeat deindè à Domino jure praedationis expelli, quod potuisset, nisi approbasset, l. 2. C. de jure emphyt.

DE PACTO TACITO, VEL EXPRESSO NON PETENDI.

An inducatur Tacitum Pactum de non petendo creditum, si Creditor tradat Debitori scripturam illius crediti?

Affirma. Menoch. 3. praesumpt. 140. Tholosan. lib. 21. Syntag. c. 6. Ruin. lib. 1. conf. 44. Bald. tr. de pact. num. §. 1. Faber in rational. ad l. 1. D. de pact. ubi Cujac. & Castrenf. Connan. lib. 5. comment. c. 4. num. 2.

Probatum primò, quia à se tollens probationes: ut est scriptura, l. 4. D. de pignori. l. 4. D. de fide instr. censetur illis uti nolle. Ergo censetur pacisci tacite de non petendo: Ut cancellans testamentum, censetur illud revocasse, l. fin. D. de bis, qua in testam. delentur.

Secundò probatur ex l. servum filii, 46. §. eum, qui chyrographum legat, non tantum de tabulis copiat, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis con-

tinetur. D. de legat. 1. l. qui chyrographum, §. 9. ibi: Qui chyrographum legat. D. de legat. 3. ubi non censetur velle dare chartam, sed titulum ibi scriptum, l. 1. C. de don. ubi donatis scripturis emptionis servi, est donatus servus, l. creditricem, 7. C. de remiss. pign. ibi: Jubentem eandem cautionem reddi, pignoris etiam jus remississe videri, manifestum est. l. Labeo, 2. ibi: Si debitori meo reddiderim cautionem, videtur inter nos convenisse, me petere, profuturamque ei conventionis exceptionem placuit. D. de pact.

Tertiò patet ex l. 3. D. de liberat. legata, ex l. hujusmodi, §. 6. §. si ita legatum, ibi: Tabulas chyrographi mei haeredi meo tradiderit, haeres meus eidem decem dato. D. de legat. 1. ubi traditione chyrographi, debitum censetur remissum.

Obiicies primò. Scriptura cancellata apud creditorem, non est pactum tacitum de non petendo sibi debitum, l. si chyrographum, 24. D. de probat. Ergò nec scriptura à creditore debitori tradita.

Resp. Concedo antecedens, & nego consequentiam. Et ratio disparitatis est, quia in traditione scripturae est pactum tacitum de non petendo, quod non est in cancellatione.

Esse pactum tacitum de non petendo in traditione scripturae, patet: quia ibi invenitur consensus dantis, & accipientis scripturam, non dantis, nec accipientis ad alium finem, nisi ut non petatur debitum. At tale pactum non invenitur in cancellatione facta voluntate solius Creditoris, qui ut solus nequit facere pactum expressum, ita nec tacitum, cum utrumque pactum factum ex dispositione hominum, sit plurium consensus in idem, l. 1. D. de pact. l. pactum, 3. D. de pollic.

Ex cancellatione tamen instrumenti, licet non nascatur pactum de non petendo; nascitur tamen praesumptio solutionis, si probetur cancellatio facta voluntate Creditoris, Aub. ad hoc, §. ille autem, C. de lat. liber. toll.

At Creditor potest probare liquidis probationibus adhuc sibi aliquid deberi, Gloss. in l. postquam, 3. de pact.

Obiicies secundò. Amisso instrumento adhuc Creditor valet probare aliud sibi debitum, l. argentiarius, 10. §. fin. D. de edend. Ergò etiam tradito instrumento debiti ipsi debitori, debitum non erit extinctum, & per alias probationes constare poterit.

Resp. Concedo antecedens, & nego consequentiam. Et disparitas est, quia pactum tacitum nequit esse in amissione instrumenti, deficiente mutuo consensu partium, sed potest esse in traditione scripturae, in qua adest mutuus consensus dantis, & accipientis, volentis quid utile dare, quid utile recipere, l. qui chyrographum, §. 9. D. de legat. 3.

Hinc si tradens scripturam debiti, velit petere debitum, & ex aliis probationibus ostendere se creditorem, se non satisfactum, repellitur exceptione pacti taciti de non petendo, l. 2. ibi: Profuturamque ei conventionis exceptionem placuit. D. de pact.

Sed nunc est gravis difficultas. An dans scripturam hypothecae, pignoris, censetur remittere obligationem realem pignoris, vel personalem?

Affirma, censeri remittere titulum obligationis realis, vel personalis, qui est in scriptura, l. qui chyrographum, §. 9. ibi: Sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur, & ibi: Postquam pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit, debitum posse peti, dubium non est. D. de legat. 3.

Hinc si in scriptura tantum sit obligatio realis, pignoris, illa, non personalis ex contractu remissa censetur, Bald. tr. de pact. num. §. 1. Hotboman, in l. 3. D. de pact.

Patet ex l. Labeo, 2. D. de pact. ex l. postquam, 3. ibi: Postquam pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit: debitum posse peti, dubium non est, & l. Labeo, §. sed etiam, D. de pact.

Nec mirum, quia cum pignus sit accessorium obligationi principali, potest remanere principalis obligatio personalis, sine accessoria obligatione pignoris. Et cessa obligatione accessoria pignoris, non censetur cessa obligatio principalis. Eo-

271. Ex quibus pacto renunciatur.

Qui utrum exigit alteri renunciat.

Quid inter sit inter traditionem, & cancellationem scripturae.

Pactum tacitum, de non petendo quò adfit.

272.

Testamentum c. n. cellatione revocatur.

273.

Obligatio personalis potest stare sine hypothecaria.

Eodem modo dicendum, si Creditor det pignus debitori. Nam per hoc tantum jus pignoris, non debitum principale censetur tacite remissum, l. 3. ibi: Possquam pignus vero debitori reddatur, si pecunia soluta non fuerit: debitum posse peti, dubium non est, nisi specialiter contrarium actum esse censetur, D. de pact. Nam datione instrumenti, tantum censetur datum in illo contentum, quia illud tantum instrumentum probat.

Sed si quis habeat duo instrumenta ejusdem debiti, quod esse potest, l. fin. C. de novis. l. unum, D. de testib. l. Sempronius peculio, D. de legat. 2. & unum tradat debitori, possit ne agere ex reliquo?

Nego, quia idem est, utriusque scripturae valor, l. 1. §. si in duobus, D. de secundat. alias traditio unius scripturae vana esset. Nisi sit idem debitor, sed ex duplici diverso titulo: puta nomine proprio, & hereditario: & tradat scripturam obligationis nomine proprio; tunc enim tantum resolvitur obligatio nomine proprio, non vero nomine hereditario: Nam cedit, quod tradit, non vero, quod non tradit, l. 3. D. de pact.

Si uno instrumento duo sint Correi insolidum, & instrumentum à Creditore datur uni. An censentur cessae actiones adversus Corream, extincto debito respectu Accipientis?

Affirma. Bald. Perus. tract. de pact. n. 52. & 53. Burt. in l. 2. §. sed etiam vacato, n. 5. D. de pact. ubi Angel. Albertic. & Fulgof. Morla p. emptoris. de fide instr. n. 8. Contra Alexand. in l. 2. §. 1. n. 10. D. de pact. ubi Jason n. 4. Duaren. n. 1. Menoch. 3. prae sumpt. 140. n. 6. docentes, partem Correi non esse donatam, sed exigendam, & tradendam Creditori, ita ut quod ad illam portionem veniat Gessionarius, veluti procurator Cedentis.

Portio unius accrescit alteri legatario liberationis, Cuius. 1. pratt. qu. 6. Cum ergo scriptura non proficit alteri, cui non est tradita, tota proderit accipienti. II. Patet, quia dans scripturam, dat contenta in illa, l. 1. C. de donat. l. 2. §. 1. D. de pact. Ergo dat etiam actionem adversus Corream, quae in illa scriptura continetur.

III. Patet, quia interpretatio facienda est adversus illum, qui potuit, & noluit se clarius explicare. Et scienter dans indebitum donare intelligitur, l. 1. & 2. D. de condit. indob. l. campanus, D. de operis libertor. ubi sciens se non teneri, promittens centum, censetur donasse, Abb. in c. si cautio, colum. 3. D. de fide instr. Sed talis scriptura, & contenta in illa sunt indebita accipienti. Ergo censentur donata accipienti à dante illa scienter.

IV. Patet, quia dans Tertio scripturam, censetur totum accipienti donasse, l. qui c. hyrographum, D. de legat. 2. Ergo etiam dans uni ex debitoribus, censetur eidem totum donasse, nisi aliter se explicet.

Ex quibus cessat motivum Menoch. lib. 3. prae sumpt. 140. n. 6. scilicet, donationem non praesumi, nisi debiti ipsius accipientis: quia hoc satis est, ne scriptura sit inutilis, & traditio non sit vana. Ergo parte Correi debet restituere Domino danti scripturam.

Nam non ideò censetur totum donatum, ne sit inutile; sed quia dans scienter indebitum, totum donat, l. 2. D. de condit. indob.

Secundò nec officit l. fin. C. de pact. convent. tam super dot. ubi traditione scripturae, solum censetur datum mandatum ad exigendum.

Nam textus loquitur, quando ex dispositione Juris quis nequit sibi acquirere, sed tantum exigere illa bona: qualis est Vir, qui nequit sibi acquirere bona Uxoris, ob prohibitionem donationis, de quo loquitur l. fin. C. de pact. convent. tam super dot. Sed tantum Vir potest exigere, & administrare bona dotalia, l. si ego, §. dotis, D. de jure dot. Guid. Papa de cis. 468. Cassill. som. 2. cap. 23. in fin.

An Pactum Tacitum insit, ut bona in vestra in fundum rusticum, vel urbanum, sint hypothecata?

Affirma esse pactum tacitum à lege, non ab homine inductum, ad instar stipulationis pro dote.

Tom. II. Lib. III.

Patet ex litem, 4. ibi: Quia conventionis, etiam Bona intacta valent, placet in urbanis habitationibus locandis illa in vestra, illata, pignori esse, etiam si nihil nominatim convenerint. D. de pact.

Hinc disputant. An id verum sit in praediis urbanis, & rusticis?

Et quidam, in rusticis, non in urbanis, esse hypothecam, nisi exprimatur, asserunt Connus. 3. comment. 1. 16. Menoch. ad ipi. remed. 3. q. 4. n. 33.

At nobis placuit, utrobique tacitam hypothecam inductam ex l. 3. D. in quibus causis pign. vel hypoth. & in l. clavibus, 24. D. de contrah. empt. & in l. corti juris, 5. C. locat. in praediis, 7. D. in quib. causis pign. & in l. fin. ibi: Saepimus de investis à conductore rebus, & illatis, quae domino pro pensionibus tacite obligantur, Cuius quibus causis pignus.

DE QUALITATIBUS CONTRACTUS.

JAm explicimus Essentiam, & Divisionem contractus. Modò Circumstantias hic evocemus discutendas, quae disperisae per diffitas Juris partes, in unum sunt colligendae, ac pluries se offerant examinandas.

Qualitas contractus est, quidquid ejus circumstat essentiam: ut est Juramentum, ratione cujus contractus dicitur Juratus. Dies, Conditio, Modus, Causa, Demonstratio, Alternativa, Conjunctiva qualitas. Quibus contractus carens est purus, l. 1. l. hae conditio, 10. §. si sic legatum, l. hae scriptura, 26. D. de condit. & demonstrat. Et illicò potest exequi, l. qui Kalendis, 41. §. quoties, D. de verb. obl. l. cedere diem, 213. D. de verb. sig. l. in omnibus, 69. D. de reg. jur. Et alii illicò denotat, ubi primam exequi commodè valet, l. quod dicitur, 105. ibi: Debere statim solvere: cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est; nec enim cum sacco adire debet. D. de solut. l. promissor, 21. §. 1. D. de const. pecun. De qua dilatione arbitrabitur Jsdex: Et solet esse decem dierum in constituta pecunia, d. l. promissor, 21. ibi: Sed modicum tempus statuendum est, non minus decem dierum, ut exactio celebretur. D. de const. pecun. d. l. qui Kalendis, 41.

De singulis ergo qualitatibus differamus: Et I.

DE CONTRACTU JURATO.

I. E M M A VI.

Quid, & quotuplex sit Juramentum?

Hodie cuilibet contractui accedit juramentum, definitur. Invocatio Divini Nominis in testem. Ve. natus. Dividitur in Assertorium, & Promissorium. Assertorium, quo quis asserit, & jurat, rem ita esse, vel non esse. Promissorium, quo quis promittit, & jurat servare promissum, Quo Juramentum promissorium, regularitèr interponitur in re nostra, De quo lib. 4. à n. 561. Hic inquirimus.

L E M M A VII.

An Juramentum sit servandum, si nullus sit contractus, cui accedit?

Affirma: si possit servari sine praesudicio, & dispendio, etiam veniali animae: bono communi, & lege non resistente, cap. quomodo pactum, 2. de pactis in 6. cum contingat, 23. c. si verò, 9. de jure jur. l. 1. C. si adversus venditorem, Glof. in c. si aliquid, 22. qu. 4. Suarez 2. de juram. cap. 22. n. 1. Idque sancitum est favore Religionis, ut intemerato juramento homines Divino cultui litentur.

Dixi, Lege non resistente. Nam Juramentum cum contractu corrumpit, si lex juramento resistat: ut in Matrimonio clandestino jurato. In Renuntiatione, & Professione, ante legitimam aetatem, Trid. sess. 24. cap. 1. & c. 16. de reformat. regul. cum ceteris, quae probat D. Scoppa in Scholis ad Controv. forens. R. Merit. cent. 1. cap. 56. n. 12. Nec tenet renuntiatione jurata Fori facta à Clerico, cap. si diligenti, 12. ibi: Nec juramentum licitè servari potuit, quod contra canonica statuta illicitis pactibus informatur: De foro compet. cap. mulieri, 34. & cap. si verò, 8. de jur. jur. & scribit Carleval. de judiciis, qu. 6. sect. 4. à n. 464. quem sequitur Dom. Scoppa d. cent. 1. cap. 49. n. 19. Similitèr Juramentum contra jus tertii, & communitatem corrumpit, d. cap. cum contingat, 26. ubi Abb. num. 3. Bald. num. 5.

E Alciati,

Ejusdem debiti possunt duo esse instrumenta.

274.

Portio unius accrescit alteri legatario liberationis.

Interpretatio fit contra eum, qui potuit se clarius explicare.

Dans scienter indebitum censetur donare.

Vir non acquirit, sed administrat bona Uxoris

275.

Bona intacta, & illata censentur hypothecata.

276.

Qualitas contractus qua?

Purus

quando exequatur.

277.

Juramentum quidditas.

Contra

est juratus corrumpit lege resistente.

Contra

jus tertii.

Alciat. n. 39. de jur. jur. Ang. in l. si quis pro eo, ubi Paul. n. 5. de fidejuss.

L E M M A VIII.

An ex vi Juramenti contractus nullus valeat?

Certum est Juramentum, sua natura, non justitiae, quae est in contractu, sed obligationem religionis producere, & confirmare veritatem, quam supponit.

278.

Hinc fit, Juramentum non validare natura sua contractum; sed Jure positivo. Ita, ut Jus positivum reddat favore juramenti, obligationem, quam abstulerat à contractu, Bald. in Auth. Sacramenta puberum, n. 4. ubi Paulus n. 17. C. si adversus vendit. Patet: quia Juramentum non firmat Professionem irritam, nec Matrimonium. Ergo signum est, natura sua, non firmare contractus; sed tantum Jus positivum favore Juramenti reintegrare obligationem contractus, quam abstulerat.

Non juramentum, sed lex intuitu juramenti reintegrat obligationem quam abstulerat.

Duo sunt genera contractuum nullorum. Unum genus natura sua est nullum: ut, est contractus infantium; amentium. Alterum genus ex dispositione legis: ut, Professio ante 16. annum: Donatio facta à patre filiofam. à minore extraneo. Quae professio, & donatio est nulla, ita disponente Jure positivo.

Si contractus fit nullus Jure naturae, tunc, juramento, nequit reconvalidari Jure positivo: Quia Jus positivum non potest supplere consensum, quod ipsa natura deest. Potest enim Jus positivum restituere obligationem, quam abstulit contractibus: non vero consensum, qui ab ipso non pendet.

Si vero Contractus fit irritus civiliter, non naturaliter: ut si adfit obligatio naturalis, tunc potest juramento firmari: Quia jumentum est veris, Guit. lib. 4. cap. 34.

Sed si lex abstulerit etiam naturalem obligationem: ut, in matrimonio clandestino: professione ante 16. annum: obligatione pupilli respectu Tutoris. Tunc videndum tantum refert; An, interjecto juramento, Jus dederit obligationem, quam abstulerat? & consequenter nihil in hac decidenda controversia dici potest absque Jure.

Juramento validatur.

Contractus minoris.

Renunciatio.

Donatio inter virum.

Patrem, & Filium. Mulieris obligatio.

Et I. certum, contractum Minoris juramento firmatum, valere. Nam lex vult, ut subsistat, l. 1. & Auth. Sacramenta puberum, ibi: Sacramenta puberum super contractibus rerum suarum, non retractandis, inviolabiliter custodiantur. C. si adversus vendit. Intelligas, si sit prudens, Juramenti vim cognoscât, aget, ut major, nec sit inexpertus, aut graviter laesus circumventionem alterius, vel propria fragilitate, ut lib. 1. num. 608.

II. Renunciatio Legitima ultra dotem, juramento appposito, validatur, cap. quamvis pactum, 2. de pact. in 6. nisi sit in praedictum filiorum, vel creditorum, & c. d. c. quamvis pactum, 2.

III. Donatio inter virum, & uxorem, nulla, Jure positivo, juramento firmatur, Bart. in l. si quis pro eo, D. de fidejuss. ex c. cum contingat, de jur. jur. c. l. c. mulier. 2. eod. tit. in 6.

IV. Juramento firmatur donatio inter patrem, & filium. Sed clarè id Jure non probatur.

V. Mulier nullitèr se obligat ob Vellejanum; sed juramento interposito se obligat, c. ex rescripto, 9. de jur. juran. Alex. conf. 146. Bar. in d. l. si quis pro eo, n. 11. D. de fidejuss. Et ratio est: quia juramentum facit valere actum eo modo, quo potest, l. cum pater, 79. §. filius matrem, D. de leg. 2.

L E M M A IX.

An, & quando juramentum relaxari possit?

In causa non relaxatur; sed rationabili urgente causa relaxari potest: puta, si contractus sit factus, vi, dolo, metu, ignorantia. Ratio est: quia fiet alitèr injuria parti, quae sibi juramento tantum voluit, Auth. Sacramenta puberum, ibi: Inviolabiliter observetur, C. si advers. vend. d. c. quamvis pactum, 2. ibi: Omnino servetur. At quando adeat causa rationabilis, tunc irrationabiliter est in vita, cap. 1. ibi: Creditores ad juramenta, super usuris sibi solvendis praestita, relaxanda, Ecclesiastica districtione, cognatis, cap. si vero, §. de jur. juran. Ang. conf. 160. n. 3. Gabriel lib. 2. tit. de minore, conclus. 5. n. 3. Surd. vol. 2. conf. 193. n. 24. Sanc. 3. decalc. 12. n. 59.

279.

Juramentum relaxatur ex causa.

Parte irrationabiliter in vita relaxari potest.

Poterit compelli à Superiore extorqueus injustè juramentum, ut illud remittat, cap. debitores, 6. de iuro jur. D. Thom. 2. 2. qu. 89. art. 9. ad 2. Et Mol. disp. 149. §. aliud. Onnat. de contract. tract. 4. disp. 40. n. 157. ait, posse relaxari à potestate laica, si hoc ad commune bonorum conducatur. Nam, qui potest conferre bono communi: ut est potestas laica, potest etiam adhibere media necessaria; Sed rectius id concedas Praelatis, quibus Deus jurisdictionem circa spiritualia, concessit.

A quo relaxetur.

Sed, si quis juret, se non petiturum relaxationem juramenti, tunc ipse non petit; sed Superior ex justa causa, etiam parte ignorante, juramentum relaxare potest, d. cap. debitores, 6. & c. 1. de jur. jurand.

Quid sit quis juret non petere absolutioem juramenti. 280.

DE CONTRACTU IN DIEM.

Contractus in diem dicitur, quando executio differtur ad diem aliquem: ut vendo tibi equum, dandum post mensem. Ex quo statim oritur obligatio, suspensa executione. Si vero dicatur, contraham tecum post mensem, tunc contractus non est, sed erit.

Quando contractus incipit obligare, dicitur cedere diem. Quando venit tempus executionis, dicitur venire diem, l. cedere diem, 213. D. verb. signif.

Quid sit venire, vel cedere diem.

Dices, vel est certus, vel incertus. I. de certo, deinde de incerto loquimur.

DE DIE CERTO.

Dies certus individuus, est quando de eo constat: ut, si quis promittit se daturum die Paschatis primo venturo.

281. Individuus.

Hic contractus illico parit obligationem, sed ejus solutio differtur usque ad adventum diei. l. 1. D. de cond. & dem. l. quodcumque, 28. §. inter certam, l. centesimis, 46. D. de verb. oblig. ibi: Praesens obligatio est in diem autem dilata solutio, Bart. l. tit. stipulatus, D. eod. obligatio.

Contractus ad diem certum parit obligationem, suspensa executione. In dubio est favore debitoris dies.

Debitor potest solvere; sed Creditor petere nequit creditum ante talem diem, l. continuus, 137. §. non ita, D. de verb. oblig. l. scrupulosam, D. de contrab. empt. §. fin. in l. de inutil. stipulat. Et dies semper in dubio censetur favore debitoris, l. stipulatio ista, §. inter certam, l. quae in hoc anno, D. de verb. oblig.

Si debitor solvat ante talem diem, non repetit solutum. Nam re vera solvit, quod debet, l. fidejussor quamvis, D. mand. l. in diem, D. de condit. indeb. Cyn. Bald. & Salys an l. cum quis, C. de jur. & fact. ignor.

Dies debet esse completa favore debitoris, l. 1. D. de oblig. ibi: Nisi novissimus totus dies compleatur, non finit, qui hoc anno, D. de inutil. stipul. Gomez 2. var. cap. 11. n. 22. Mol. disp. 174.

Comple. tut.

Sed si debitor promittat alimenta annua, tunc debentur in principio cujuslibet anni, l. C. quando dies legati cedat. l. in singulos, D. de ann. leg. l. 15. tit. 11. p. 5. pio anni.

Alimenta in principio anni petuntur.

Similiter, si quis promittat solvere die S. Pauli, vel S. Francisci, intelligitur de prima die, licet sint multi dies dicati S. Paulo, vel S. Francisco, l. C. quando dies legati cedat, l. nec semel, D. eod. l. singulos, D. de ann. leg. l. quod in diem, D. de solut. l. cum qui Kalendas, D. de verb. oblig.

Haec in die individua; sed si terminus praefixus solutioni sit dividuus: hoc est divisibilis, extensio nem multam recipiens: puta, sit annus, vel mensis, tunc, si est ad favorem Creditoris, potest petere ab initio debitum, l. liber homo, la 2. §. decem, l. stipulatio ista, §. inter certum, l. quae in hoc anno, D. de verb. oblig. Mol. disp. 274. n. 10.

DE DIE INCERTO.

SI dies sit incerta: puta, quando morieris; licet mors sit certa, 2. ad Hab. 9. n. 25. Statutum est hominibus semel mori. Legatum, vel contractus est conditionalis. Nam, licet mors sit certa, dies ejus incerta est, cum ignotum sit, in quo die morietur, Luc. 12. Nescitis diem. Et ita constat ex l. si cum haeres morietur, legetur: conditionale est legatum. Denique vivo herede, defunctus legatarius, ad heredem non transfert, l. l. hujusmodi, 13. in fin. D. quando dies leg. ced. l. 1. l. heredes meus, D. de cond. & dem. l. si pecunia, 12. §. quod ita, D. de leg. 2. l. un. C. ut actiones ab heredibus & contra hered. ubi in istis casibus incipiunt ab haerede obligationes,

282.

Quando morietur, est actus conditionalis.

tiones, & actiones. Unde ante sunt, ut conditionales suspensae obligationes.

Nec obstat d.l. si cum haeres, 4. D. quando dies leg. cedat, ubi legatum relictum, cum legatarius morietur, transmittitur ad haeres legatarii. Ergo etiam legatum relictum, cum haeres morietur; transmittitur ad haeres legatarii mortui ante haereditatem. Nam respond. mortuo legatario purificari legatum conditionale ei relictum, quando morietur; sic ut purum ad ejus haereditatem transmittitur. Quod non est in casu mortis haereditatis decedentis post legatarium: nam tunc conditio verificatur post mortem legatarii. Et sic legatum, cum sit conditionale, non transmittitur ad haeres, l. si pecunia, 12. §. quod ita, D. de leg. 1.

Et obligatio illa suspensa adhuc potest purificari, l. feni, §. 1. D. de donat. causa mort. Bald. conf. 199. Angel. conf. 203. Tusc. concl. 594. n. 74.

Vim conditionis habent (si non) Roman. conf. 436. Bald. lib. 1. conf. 241. (Cum) Cuman. conf. 161. (Dum) Roman. conf. 434. (Dummodo) Geminian. conf. 96. n. 4. (Nec alias aliter, nec alio modo) l. evictis agris, D. de usufr. Ruin. conf. 152 Tusc. v. Clausula n. 314. (Ablativum absolutum) d. l. evictis agris, Calderin. conf. 545. Ang. conf. 373. Scoppa in Sebolis ad Controv. R. Merlin. cent. 8. cap. 81. num. 44.

Conditio, non de praesenti, aut de praeterito; sed tantum de futuro habet veram essentiam conditionis. Nam suspendit actum: ut, do mille, si navis venerit. Non enim sum obligatus ad damnum, nisi post navis adventum.

Conditio est triplex. I. Impossibilis. II. Necessaria. III. Contingens.

Impossibilis est, si verificari nequeat: ut, do mille, si nascetur hircoceruus. Necessaria est, quae omnino verificabitur: ut, do mille, si Sol orietur. Contingens est; quae potest esse, & non esse: ut, promitto centum, si cras pluet. Potest enim esse, ut pluet, & non pluet. Et dicitur Contingens semper, ac non pendet a voluntate illius, qui promittit se daturum, vel facturum.

Conditio Contingens, subdividitur in Casualem, Potestativam, & Mixtam. Casualis est omnino pendens a casu: ut, si masculus nascetur. Potestativa est pendens a voluntate illius, qui tenetur illam implere: ut, si veneris. Mixta pendet, partim a voluntate, partim a casu: ut si navis ad talem locum primo venerit. Nam, quod veniat primo, est casuale: quod talem portum petat, est voluntarium, Alex. lib. 2. conf. 121. Bart. in l. Lucius, §. tres haeres, D. ad Trebell. Abb. lib. 2. conf. 44.

Insuper conditio Contingens, alia honesta, alia turpis. Honestam, nulli opponitur decentiae, & Juri. Turpis est, quae culpa impletur, vel Juri opponitur: ut, promitto mille, si vidua permanferis, quae contra leges civiles olim erat.

Kursus conditio alia tacita, alia expressa. Tacita subintelligitur: ut, relinquo fructus agris, tacite intelligitur conditio, si nascetur, l. 1. D. de cond. & dem.

Expressa esset conditio, si diceretur, veniam, si cras non pluet.

Omnis conditio Contingens, Potestativa, Casualis, Mixta, voluntate hominis intercedens, suspendit obligationem, l. cedere diem, 213. D. de verb. signif. l. haec conditio, 25. D. de cond. & dem. l. bovem, §. sub conditio, D. de adil. edit. l. grege, §. fin. D. de pign. cap. super eo, ubi Abb. m. 4. de condit. appositis.

Sunt tamen aliquae conditiones, quae actum non suspendunt, de quibus infra.

L E M M A X I.

An ex contractu conditionali actualis obligatio oriatur?

Ratio difficultatis est: quia, si actu non existit obligatio. Ergo nec actu existit contractus, qui parit obligationem. Ex alia parte, conditio suspendit obligationem. Ergo suspendit contractum. Ergo actu nulla est obligatio contractus conventionalis.

Respondes. Actu adesse contractum conditionalem, ex quo obligatio non oritur, sed suspenditur, usque ad tempus, in quo conditio purificatur, d. l. cedere diem, 213. ibi: Si conditio impleta non est, neque cessit dies, neque venit. D. de verb. signif.

Hinc vere conditionales sunt creditores; & debitores, l. 1. cui, 41. D. de obl. & aff. ibi: Pendente conditione, creditorem esse. l. creditores, D. de verb. signif. Et si unus sub conditione se obligat uni, deinde pure alteri, praefertur primus creditor, l. potior, §. videamus, D. qui pot. in pign. Vide Gomez 2. var. c. 11. n. 13. agentem, nullam nasci obligationem, antequam purificetur conditio, cum aliis, quos sequitur D. Scoppa in Sebolis ad controv. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 35. num. 130.

In die mortis est conditio-nale. l. 1. D. de cond. & demon. Unde caveas ab Onnat. to. 1. de contr. tr. 14. disp. 12. sect. 3. n. 58. agente, contractum in casu mortis esse purum, sed tantum suspendi executionem: quia dies certa est ventura. Nam mors est certo ventura, & mors non est dies, sed venit, nescimus quando, Luca 42. Et jura ab ipso citata nihil de hoc dicunt, vel probant oppositum, ut patet in d. l. un. C. ut aff. ab haered.

II. In die omnino incerto, nulla nascitur pura obligatio. Nam illa dies re vera est conditio, l. qui promittit, D. de condit. indeb. l. quodcumque, 45. §. non solum, l. stipulatio ista, 38. §. inter certam, D. de verb. obl. l. dies incertus, l. dies, D. de cond. & demon. str.

L E M M A X.

An contractus iam initus: promitto mille, si Monumentum fuerit factum, si non fuerit factum, sit conditionale?

283. Pecunia, An oratio, siue factum, siue non factum fuerit, sit conditio-nalis committit fallaciam plurimum interrogatio-nem, et modus unius. Es sic distinguendum. An intelligatur dies, vel non. Costa 1. sect. c. 18. nu. 1. nostram praepugnat sententiam dicens d. l. bujusmodi, in tribere diem. Leges declaranda, juxta rubricas.

Respond. dist. Si promissor voluerit, ut praecedat una pars d. siunctive orationis. siue fuerit factum. siue non. Ita ut noluerit se obligare, non expressa obligationis enim causa praecedere debet nec praecedente causa una. Et tunc contractus est conditionalis. Quia incertum est, ex quo capite debeatur, nisi unum existat: puta, Vel fiat. Vel eo devenierit, ut amplius fieri nequeat. Semper enim, & fieri potest, non recte verificatur, altera pars non fiat: cum licet non fiat, possit deinde fieri. Et sic nunquam certe verificatur, ly non fieri. Si vero promissor noluit, ut una causa praecedat obligationem absolutam. Sed absolute velit se obligare, contractus est purus.

Sed si apponat diem: puta, si in tali die factum fit, vel non tunc contractus est conditionalis. Nam licet confusum certum sit alterutrum exiturum, tamen incertum est, quid ex duobus exitur. Unde facit conditionem: quia contingens semper est unius casu existentia pro illo tempore. Et haec omnia colliguntur ex l. bujusmodi, 13. D. quando dies leg. ced. quae lex tacite diem imbibit, cum sit sub Rub. quando dies leg. ced. Et rubricae legem dubiam declarant. Probatur ex l. 1. D. si cert. pet. ubi Alciat. m. 7. Gloss. in l. 1. C. de cap. civi. causa, ex l. 12. l. 1. C. ne liceat rei appell. Idque ex eo patet: quia, ut inquit Dec. in l. bene, 1. D. si cert. pet. m. 2. Rubricae ostendunt, quod in nigro continetur; & ad hoc fuerunt instituta. Secus dicendum esset, dementate processisse doctissimos Viros supponentes leges titulis. Quod cum temeritate sapiat, concludendum, leges explicandas, juxta Rubricas, in dubio: & ita intellectas ab excellentiss. illis Viris. Quid quid, sibi contrarius, pleno verborum, rerum vacuo fragore, dixerit quidam.

DE CONTRACTU CONDITIONALI.

Conditio est duplex. Una Suspensiva, altera Resolutiva. Resolutiva est, quae contractum resolvit: Ut, vendo tibi domum; sed, sit invendita, si alius infra decem dies offerat pretium majus: tunc enim, si alius offerat majus pretium, venditio prima resoluta corrui.

Conditio Suspensiva est, quae tollit puritatem contractus, & obligationem suspendit. Ut vendo domum, si cras pluet. Tunc obligatio est suspensa, usque dum conditio verificetur. De conditione Resolutiva infra, hic de Suspensiva.

Conditio est Suspensio obligationis in futurum eventum, l. 1. D. de donat. l. potior, C. de his, quae sub modo. Tom. 11. Lib. 111.

284. Conditio resolutiva. Suspensiva. Quid sit.

285. Impossibilis Necessaria.

Contingens.

Contingens dividitur in casuales, potestativam, & mixtam.

Honestam Turpem.

Est suspensiva, quae intelligitur ab homine, non, quae a lege.

286.

Conditio-nalis est creditor.

LEMM A XII.

Quæ conditiones non suspendant ?

Conditioes multæ actum non suspendunt, quas hic delibare placet.

287. Non suspendit obligationem conditio. I. Condicio tacite inhærens actui natura sua, non suspendit actum, l. conditiones extrinsecus, 98. l. ali-

Tacite inhærens. De præstitio talis, 10. D. de condit. Inst. ibi: Cum nulla sit

De præstitio talis, 10. D. de condit. Inst. ibi: Cum nulla sit conditio, quæ in præteritum conuertitur, vel quæ in præ-

Necessaria. III. Condicio necessaria non suspendit actum, l. si pupillus, 9. §. qui sub condicione, ibi: Qui sub condicione stipulatur, quæ exitura est, purè videtur stipulari.

Impossibilis. IV. Condicio impossibilis non suspendit, sed vitiat contractum, l. non solum, 31. D. de obl. & act. ibi: Nullius momenti sunt, l. si ita stipulatus, 97. l. impossibilis, 7. D. de verb. oblig. §. si impossibilis, Inst. de mut. stipul.

Voluntas dissentit ab impossibili. Eodem modo dicas de Conditione turpi, quæ impossibilis Jure reputatur, & annullat contractum, l. non dubium, 1. 22. l. 64. l. 69. l. sed si hoc, §. cum vir uxori. D. de cond. & dem. l. Generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti, l. 17. D. de verb. oblig.

288. Condicio turpis tollit contractum. Nec obstat: Conditionem impossibilem, & turpem non annullare contractum matrimonii, cap. fin. de condit. apposit. ubi subsistit matrimonium, rejecta condicione impossibili. Et idem est in ultimis voluntatibus, quæ subsistunt, exclusis conditionibus impossibilibus, l. cum tale, 22. §. falsam conditionem, D. de hæred. Inst. l. si quis ita, D. de condit. Inst. ibi: Cum quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis ejus fecisset, cum monumentum triduo confici non possit, dicendum est conditionem evanuisse, quasi impossibilem.

Subsistit testamentum, matrimonium, rejecta condicione impossibili. Nam hoc factum favore matrimonii, & ultimæ voluntatis, communiter fatentur DD. Ecclesia enim præsumit, non serid, sed jocè tales conditiones matrimonio, & ultimæ voluntati appositæ. Nam præsumit Ecclesia neminem peccare, adeoque illas conditiones serid non esse appositæ. Nam, si apponeretur serid, peccaret contrahens, decipiendo proximum in re adèd gravi. Illuderet enim contrahenti matrimonium, & hæredi.

Cur. Præsumptiones iste, quæ currunt in matrimonio, & ultima voluntate, non sunt adèd vehementes in aliis actibus. Ità DD. communiter.

Displicet. Sed ista mihi omninò non satisfaciunt: cum etiam in aliis contractibus damnificaretur, vel eluderetur conreus. Accedit, difficultatem remanere in suo robore in aliis conditionibus, quæ annullant contractum matrimonii, ex eod. cap. fin. de condit. apposit. Habetur enim inibi, conditiones contra essentiam matrimonii, quæ sunt impossibiles de Jure, annullare matrimonium: ut, si quis dicat: Duco per annum uxorem: Nubo tibi, ea condicione, ut possim alteri nubere.

289. Deindè ex eodem cap. fin. conditiones impossibiles, quæ sunt extrà substantiam matrimonii, reiciuntur, firmo remanente matrimonio: ut duco, si Cælum digito tangas. Nunc habes insolutam difficultatem. Nam si reiciuntur, quæ sunt extrà, debent etiam reici, quæ sunt contrà essentiam ma-

rimonii. Cum in utroque casu damnificaretur proximus, & irritaretur Sacramentum. Ergò, si præsumantur jocè appositæ conditiones impossibiles, quæ sunt præter essentiam matrimonii, præsumi debent jocè appositæ aliæ, quæ sunt contra essentiam. Et hoc, nè quis præsumatur, rem tam seriam, fucato mendacio, voluisse potius irridere, quam perficere. Idque violentiùs confirmatur: quia conditio impossibilis, sive intranea, sive extranea reddidit actum impossibilem: Cum perfici non possit. Ergò tollit consensum efficacem celebrandi contractum. Nam voluntas non potest velle impossibile. Ut patet, si dicam: Dabo mille, si digito Cælum tangas, ut ex l. non solum, 30. D. de verb. oblig. ibi: Nullum majus potest esse signum dissensus, quàm contrahentes apponere conditionem impossibilem.

Voluntas nihil impossibile velle potest.

Scio Osnat. tom. 1. tr. 4. disp. 13. n. 146. velle, conditionem impossibilem esse jocè appositam; sed contractum matrimonii efficaciter intendi à contrahentibus, quando conditio est extranea matrimonio. At, quando est contrà essentiam, tunc non potest velle serid essentiam matrimonii, quam contrahens, impossibili condicione, annullat; sicuti, quis non potest velle hominem, quem non vult rationalem.

Alia responsio.

Sed adhuc, non quiescit animus: Nam possent contrahentes velle serid essentiam matrimonii, & jocè conditionem contra essentiam.

290.

Impugnatur.

Fateamur, manutenendum jus c. fin. de condi. apposit. sed abditissimis difficultatum involueris, se subtrahere rationem disparitatis intrà arcana Principum, nec magis inquirendum, l. non omnium, D. de legib. quod falsus Durand. in 3. dist. 34. q. 4. n. 9.

V. Substinemus, omnem contractum, & dispositionem nullam esse, si Serid conditio impossibilis apponatur. Nam tunc cessat Juris præsumptio, quæ non potest supplere deficientem consensum in contracto, l. in rebus, 30. Cod. de jur. dot. ibi: Non enim, quòd legum subtilitate transitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, idèd rei veritas deleta, vel consu-

LEMM A XIII.

Quando debeat impleri Condicio potestativa ?

Potestativa conditio duplex est. Una Affirmativa: ut, Do mille, si Capitolium ascenderit. Altera Negativa: ut, Do mille, si Romam non ieris, si non discesseris ab Urbe.

291.

Prima implenda est, ubi primùm commodè potest, l. hæc conditio, si in Capitolium ascenderit: sic recipienda est, si cum poterit, Capitolium ascenderit. 29. D. de condit. & dem. Inst.

292. Condicio potestativa negativa non impedit rei acquisitionem, præstita Mutiana.

In negativis, distinguas, de ultimis voluntatibus, & de aliis.

In ultimis voluntatibus, statim dies venit: hoc est, debetur relictum, præstita Cautione Mutiana illi, ad quem, deficiente condicione res pertinere debet. Sic dicta à Mutio, qui illam introduxit: Est est, ut caveat, de restituendis bonis, si condicione aliquo tempore obtemperatum non fuerit, Auth. Cui relictum, C. de indist. vid. toll. l. sed si hoc, 61. §. fin. l. Mutiana, 7. l. 1. l. cui, 18. l. cum sub, 66. l. hæres meus, 28. §. qui, post Mutianam, & §. quamvis, D. de cond. & dem. Costa 2. Select. interpret. c. 6. n. 1. D. Scoppa ad decis. Gratian. obsero. 3. num. 1.

In ultimis voluntatibus.

Hoc etiam modò dicas de libertate, data etiam inter vivos sub condicione negativa, idque favore Libertatis, l. Libertas, §. 1. D. de manum. testam. ubi Bart. Secus legatum esset inutile, si in vita Libertate non frueretur.

293.

In libertate seruo patriam non petat.

In reliquis actibus debetur mortuo illo, qui, negativa condicione, tenetur: Ut, do tibi mille, si Romam non petas. Mille non ei, sed ejus hæredi dantur, & expectatur totum tempus vitæ: Quia conditio, si Romam non petas, potest semper exigit, l. Publius Mævius, 26. §. Titia, ubi Bart. l. sub diversis, 10. l. legato sub condicione, 64. l. 65. D. de cond. & dem. l. 5. l. bujusmodi, 13. D. quando dies legati cedit.

294.

Sed non sic in aliis.

L E M M A XIV.

Quid, si non stet per illum, cui interest conditionem impleri?

295. Certe est nihil deberi, si potens, quis non impleat conditionem potestativam, l. si a conditione, 3. l. legatum, C. de condit. insertis, ubi Bart. & Salyc. l. si fundum, 114. D. de verb. obl.

Voluntas regit conditiones, l. 19. D. de cond. & dem. n. 16. Gomez, 2. var. c. 11. n. 29. Tbusc. conclus. 208.

296. III. Condicio, quæ pendet ex voluntate alterius, vel casu, etiam si sit mixta, reputatur, ut Casualis: Et nihil debetur, si non purificetur, licet non stet per illum, pro cuius utilitate apposta est, l. cedere diem, D. de verb. sign.

297. Sed melius distinguas: vel fiat per disponentem: vel per illum, in cuius favorem condicio redundat: aut fiat per tertium, vel casu.

298. Tunc dicas, in actibus largitionis, quibus quis alteri dat: ut titulo donationis, hæreditatis; Et debetur relictum, quoties accipiens non est in culpa. Nam censetur testatore velle ei dare, dummodò non sit negligens: cum illius intendat utilitatem, Lanar. conf. 20. num. 28. Surd. dec. 182. num. 14. & alii, quos sequitur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 153. num. 8. & ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 40. nu. 8.

299. In onerosis verbò oppositum dicendum. Nam, tunc promittens aliquid, magis suam, quam alterius, cum quò contrahit, utilitatem querit. Quæ sunt duæ præsumptiones juris, & de jure, l. juri civili 24. D. de cond. & demonst. l. si post diem, §. item, si qua conditio, D. quando dies legatis, l. 1. C. de inst. & substit. l. si ea, C. de condit. insertis, l. 14. tit. 4. p. 6.

L E M M A XV.

An Condicio impleta retrotrahatur ad tempus contractus.

300. Ideas, in potestativa incipere à tempore, quo impletur, in casuali, retrotrahi ad tempus contractus, l. potior, 9. D. qui pot. in pig. l. si debitor, §. si filius, D. de fide inser. l. qui pecuniam, 30. D. si cert. per. Bald. in l. si is, qui pro emptore, col. 4. num. 46. ubi Inf. nu. 42. D. de usucap. Intelligas, nisi conditio casualis sit dividua: puta, in contractu annuo multiplicabili. Nam tunc incipit annuatim, l. cum in annos singulos legatur, non unum legatum esse, sed plura, constat, l. 11. l. nec semel diem ejus cedere, sed per singulos annos, D. quando dies leg. ced. & legatum annuum pro primo purum, pro secundo anno est conditionale, si vixerit, ut in l. si in singulos, 4. & l. cum in annos, D. de ann. leg. ex quibus probat D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 4. sub n. 5.

301. In quo differt legatum à stipulatione in annos singulos mex vitæ, quæ est una pro omnibus, l. si stichum, 160. Stipulatio hujusmodi in annos singulos una est, & incerta, & perpetua, D. de verb. obl.

L E M M A XVI.

DE CONTRACTU MODALI.

302. Modus est qualitas contractus, quæ ejus obligationem non suspendit, l. 1. D. de donat. Explicatur per particulam, Et, ad, pro, in, nê, nomine, hac lege, hac conditione, hoc onere: Puta do mille, ut reficias Ecclesiam, ad reparationem, pro reparatione, in refectionem, nomine refectionis, nê in refectione maneat, nê innupta, nê indotata; hac lege, hac conditione, hoc bonere: ut manumittas; nê ædifices, &c. Tbusc. v. conditio, conclus. 585. Olt. ad. conf. 108. Alex. lib. 1. conf. 102. Bart. lib. 1. conf. 4. Fulgof. conf. 202. col. 4. Molin. disp. 208. nu. 2. Bonac. disp. 3. q. 1. punct. 4. nu. 1. Sylvest. v. Condicio, q. 4.

303. Vocatur Modus: quia moderatur contractus. Non enim potest re aliter uti: Ut, do tibi mille ad studendum: Illis mille uti debet in studendo: undè modus est dispositionis moderamen, Bart. in l. quibus diebus, §. Termillius, D. de cond. & dem.

Si quis modum non servet, contractus resolvitur, & privatur re. Undè, multis placuit, Modum esse conditionem resolutivam, ex l. 1. D. de donat. ibi: Item cum ipse, ea mente, dat, ut statim quiddam faciat accipientis, si tamen aliquid factum fuerit, vel non fuerit ad se revertatur, totum hoc donatio est, quæ sub conditione solvatur, l. 19. D. si cert. pet.

Si modus sit ad utilitatem legatarii, vel gravati, valet legatum, & actus, licet modus non servetur; nisi oppositum sit expressum à testatore, vel contrahente, l. Titio centum, 90. D. de cond. & dem. ibi: Titio centum, ut fundum emat, legata sunt. Non esse cogendum Titium cavere, Sextus Cæcilius existimat: Quoniam ad ipsius duritiam emolumentum legati rediret, l. 2. §. fin. l. 3. D. de donat. Alex. conf. 127. num. 4. lib. 7. Tbusc. concl. 293. num. 33.

Si verò modus respiciat utilitatem contrahentis, vel tertii; tunc resolvitur contractus; nisi impleatur modus, l. 1. D. de donat. l. cum ab eo, 42. D. de contrab. empt. l. quibus diebus, 44. §. Termillius, ubi Bart. D. de cond. & demon. Molin. disp. 208. n. 7. Tbusc. v. modus, concl. 296. num. 4. Castrens. lib. 2. conf. 292. Paris. lib. 2. conf. 19. num. 255.

Accipiens debitum sub modo, debet cavere hæredi, se servaturum, & executurum modum, l. si tibi legatum, 19. D. de leg. 3. & tit. Cod. de his, quæ sub mod.

Hinc patet concordia Jurium dicentium modum implendum, ita, ut secus restituatur acceptum, l. 1. D. de donat. d. l. cum ab eo, d. §. Termillius, & d. sit. C. de his, quæ sub modo, quæ currunt in modo ad utilitatem dantis, vel tertii.

Jura verò, quæ volunt, posse retineri acceptum, etiam modo non impleto, loquuntur de modo ad utilitatem folius accipientis, d. l. Titio centum, D. de condit. & dem.

Ex dictis fit, in modo ad utilitatem dantis, & tertii, præstandam esse cautionem de restituenda re, si dispositio modalis non impleatur, l. Titio centum, 71. ibi: Atque adeò cautionem interponendam, D. de cond. & demonst. l. 3. §. idem erit, si decem dederò, ut sic cum manumittas, l. si pecuniam acceperis, ut Capuam eas, l. si extraneus, l. donaturus, l. si filius, l. fin. D. de causa data, non sequuta, Imola conf. 136. Dec. lib. 3. conf. 34. num. 90. Bero. conf. 153. num. 2.

Quæ differentia sit inter Conditionem, & Modum?

Dux. I. conditio, non modus, suspendit obligationem, l. 1. D. de donat. l. 1. D. de l. commissoria, Bald. lib. 1. conf. 219. Castrens. lib. 1. conf. 5. Butr. conf. 48. Alex. lib. 7. conf. 127. num. 2.

II. Differentia, legatum modale, non conditionale, mortuo legatario ante adimpletionem modi, transmittitur ad hæredes legatarii, Imola conf. 133. num. 2. Bald. lib. 3. conf. 407. & alii, quos sequitur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 153. nu. 6.

Ex his fit I. modum contra naturam contractus illum vitare: ut, vendo tibi equum, ut illo non utaris: nam id est contra naturam contractus, l. servum, 14. §. 1. D. de usu, & habitatione.

II. Modus impossibilis non vitiat actum, sed reiiicitur. Nam nemo ad impossibile tenetur, Molin. 2. de primog. c. 2. nu. 42. Palud. in 4. dist. 29. §. 5.

L E M M A XVII.

DE CONTRACTU CAUSALI.

Duplex est causa. Una Impulsiva, altera Finalis. Impulsiva est, quæ existit, & impellit ad operandum: ut, morbus, qui existens movet ad sumendam medicinam. Finalis acquiritur post actum: & est quæ movet agens ad sui consecutionem. Ita salus est causa finalis medicinæ: quia medicina utimur ad acquirendam sanitatem.

Si impulsiva cesserit, vel sit falsa, tenet actus, dispositio, contractus, l. demonstratio, 27. §. quod autem juris est in falsa demonstratione, hoc, vel multò magis est in falsa causa, D. de cond. & demon. Si finalis cesserit, contractus corrumpitur, ut elegantè pluribus probat D. Scoppa in Scholiis ad Controv. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 87. num. 2.

Si causa apposta contractui non est vera, sed per erro-

303. Non servatur re- solvit actum

304. Nisi sit ad utilitatem gravati.

305.

Juris an- timonia tollitur

306.

Præstan- da est cau- tio, ut im- pleatur modus.

307. Modus nō suspendit obligatio- nem.

308. Quando vitiat con- tractum.

309.

310. Causa im- pulsiva, fi- nalis quid

311.

Repetitur solutum, si causa desit.
 errorem: ut, dono tibi mille, quia studuisti juri: Si juri non studuisti, donatio corrui. Patent omnia ex l. 1. ibi: *Falsam causam repetitionem inducere*, l. 2. & l. 3. *dedi, §. liber homo jussus manumitti, datis decem, dicitur ea non deberi, quia postea constitit liberum esse*, D. *causa data, causa non sequuta*.

Omne, quod per errorem solvitur, nisi deinde donetur, repetitur, si error sit in causa solvendi, l. 1. D. de cond. indeb. Bald. conf. 139. *Medin. C. de rest. qu. 24. §. sequitur. Vasq. cap. 7. de rest. dub. 10. nu. 190. Reginald. lib. 25. num. 65. Alex. lib. 5. conf. 9. nu. 12. Thuse. v. Causa, conclus. 140. nu. 14. Molin. disp. 209.*
 Cæterum scietur jus exemplis, quibus repetitur solutum per errorem in causa finali.

L E M M A XVIII.
 DE CONTRACTU DEMONSTRATIVO.

313. *D*emonstratio est, qua quis ostendit rem, vel personam aliquam. Fungitur enim vice nominis, l. 34. D. de cond. & dem. puta, *Lego tibi meum equum album: Lego centum Cajæ sorori tuæ. Ly Sorori est demonstratio, si adsint multæ Cajæ, Bald. in l. debet vim monstratio falsa, 17. D. de cond. & dem. Gomez, 2. var. nominis, c. 11. num. 74.*

An verò demonstratio sit adimplenda? pendet à voluntate partium, in conditionibus, 19. §. hæc scriptura, ibi: *Nisi forte hoc animo fuerat testator, D. de cond. & dem. Mol. disp. 211.*

314. In dubio, falsa demonstratio in omni actu causa mortis, & inter vivos, non vitiat dispositionem, l. demonstratio, 17. l. si nominativum, 34. l. falsa, 33. D. de cond. & dem. l. quibus diebus, §. qui dotalem, D. de leg. 2. Bart. in l. cum pater, §. mente, num. 8. D. cit. tit. Thuse. v. Demonstratio, concl. 191. num. 5. S. à v. Legatum, nu. 12. Ceph. conf. 137. num. 37. U. *Dono, lego fundum, 50. jegeram: Dono decem, quæ habeo in arca. Debetur fundus, etiam si sit decem jegerum; & debentur decem, etiam si non sint in arca, sed alibi.*

Si verò prorsus dicta non habeat, nihil debetur: quia est error in substantia rei, Bonac. disp. 3. qu. 1. punct. 4. num. 8.

Extendas dicta ad omnem contractum, nisi ex errore demonstrat, putans relictum, quod relictum non est; vel erret in substantia contractus. Tunc enim sunt nolit res, & contractus, circa quos fuit erratum: ut, ex centum, quæ Titio legavi, quinquaginta hæres Sejo dato. Titio enim nihil debetur: quia deest voluntas ei legandi, & testator vult diminuere legatum, quod ex errore credidit illi relictum fuisse, l. cum tale, 71. §. fin. in fin. D. de cond. & dem. l. quibus modis, §. qui dotalem, D. de leg. 2. Vasq. opusc. de restit. c. 7. dub. 10.

L E M M A XIX.
 DE LOGO CONTRACTUS.

316. *D*ebemus modò alias qualitates examinare, & I. *Locum*. Facemur traditionem fieri debere in loco, in quo sit contractus à Creditore, nisi aliud in conventionem fuerit expressum, l. 1. l. is, qui, 10. C. quod certo loco.

Si tamen quis stipuletur domum fieri: tunc addendus est locus fundationis, cum nullibi, vel ubique edificari nequeat, l. non utique, 3. §. si quis Insulam, D. de eo, quod certo loco, Alex. conf. 49.

317. *Fundatio*. Rursus Debitor solvit in loco contractus: Nam in hoc non est claudicandum, l. 1. l. is, qui certo, 10. D. de eo, quod certo loco.

318. Partes tamen possunt determinare locum. Nam contractus à conventionem legem accipiunt, l. contractus, 30. l. semper, D. de reg. jur. Voluntas namque paciscentium est servanda, l. 1. D. de pass. l. qui Romæ, 122. D. de verb. obl. l. centum Capuæ, 9. l. si post moram, 11. D. de eo quod certo loco. Et tunc nequit unus altero invito à contractu deviare, sicuti nequit unum pro altero solvi, d. l. qui Romæ, 122. d. l. centum Capuæ, 9. l. 9. Bald. lib. 4. conf. 253. Alex. lib. 4. caus. 49.

319. Si Creditor petat in alio loco, in quo non debetur, cum hoc possit esse valde damnosum, tunc consurgit actio arbitraria Judicis, ad componenda juria, qua consulitur Actori, & Reo, ut ad magis, vel

minus fiat condemnatio, secundum qualitatem loci, & damni, l. 2. D. de eo quod certo loco. Idque currit, etiam in contractibus stricti juris, l. in bonæ fidei iudiciis, 8. D. de eo quod certo loco.

L E M M A XX.
 DE TEMPORE CONTRACTUS.

Obligatio incipit à tempore consummati contractus, si consensu, traditione, scriptura, verbis perficiatur, & hoc, etiam si dies certa apponatur, quæ spectat tantum ad executionem, non ad inceptiorem obligationis, l. cedere diem, 122. D. de verb. sign.

Contractus aliquando fit per annua, bima, trima: hoc est tertiatim. *Annua* indicat post primum annum à die contractus: *Bima* post duos: *Trima* post tres, l. un. C. de rei ux. act. Quod antiquis usu placuit recipere, nec modò apud omnes abrogatum est.

Non apposito solutionis die, statim sine interpellatione debetur, l. in omnibus, 14. D. de reg. jur. l. cum qui, 41. §. quoties, D. de verb. obl. l. 1. D. de cond. & dem. Datur tamen congruum temporis interstitium, l. quod diem, C. de sol.

Apposita die, anno, mense, in ultima die anni, mensis, debetur, l. 101. D. de reg. jur. & obligans solvere ante Kalendas, solvit completo die Kalendarum, l. qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus anni, vel mensis præteritis, non rectè petet, & l. qui ante Kalendas, 13. D. de verb. oblig. l. si in annos, 48. D. de cond. & demonstr.

Adveniente die, est sine interpellatione solvendum: cum dies interpellat pro homine, l. quoties, D. de solut. Covar. in reg. poss. ff. p. 2. §. 6. nu. 5. Guttier. p. 1. c. 17. num. 7.

Si dies sit ad favorem debitoris: ut, semper præsumitur, l. cum, qui Kalendis, 41. §. 1. D. de verb. obl. Potest debitor invito Creditore solutionem prævenire, l. quod in diem, 7. D. de solut. Et potest, si post diem solvat, purgare moram, æquitate Canonica, Guttier. de jur. confir. p. 3. c. 17. n. 5.

Debitor, qui totum debitum, congruo tempore, & loco, offert, si Creditor consumaciter nolit recipere solutionem, liberatur à pœnis, usuris, & damnis, pro omni foro. Et, si Creditor persistat in contumacia, & iterum Debitor ei offerat solutionem, liberatur à solvendo debito principali. Si hæc tria fervet. I. Si offerat decreto Judicis. II. Si deponat illam pecuniam in loco tuto arbitrio Judicis. III. Si id denunciât Creditore, ut tollat pecuniam. l. soluturus, D. de solut. l. obfirmare, C. eod. l. acceptum, C. de usuris, Molin. disp. 564. n. 6.

L E M M A XXI.
 DE DIVISIONE CONTRACTUS.

Ex §. Sequens divisio.

Indagaturi contractus quidditatem cum suis circumstantiis, definitione usi, nunc, ut species contractuum cognoscamus, divisione utamur.

I. Contractus alii sunt *Nominati*, alii *Innominati*. *Nominati à lege nomen habent*: Ut emptio, locatio, *Innominati nomine sunt orbat*, l. jurisgentium, 7. D. de pass. l. naturalis, ubi Padilla, D. de præscrip. verb. l. emptio, 1. §. diversa, D. de contrah. empt. l. 1. D. de rer. perm.

Innominati sunt quatuor: Do, ut des: Facio, ut facias: Facto, ut des: Do, ut facias: & Permutatio inter contractus innominatos reponi solet. Nam omnes fere contractus onerosi permutationes continent, l. 1. D. de rer. perm. gl. ult. in l. 1. C. eod. Parit tamen actionem: quia perlicitur traditione, non pacto nudo.

* *Divisio bonorum est contractus innominatus, Fdibus Anna conf. 31. n. 1. post Bartol. in l. divisiones, D. de pass. Alex. in l. Jurisgentium, n. 3. D. de pass.*

Et divisio facta arbitrio Judicis habet vim permutationis, qui est contractus innominatus, l. cum pater, §. hæreditatem, D. de leg. 2.

320. *Annua, bima, trima*

321. *Purum illic tur*

322.

323.

324. *Deis in dubio est ad favorem debitoris.*

324.

325. *Deponens legitime rotum debitum liberatur.*

325. *Duplex.*

326. *Nominatus, & innominatus.*

327. *Permutatio licet in nominatus contra illud parit actionem ratione traditionis.*

L E M M A XXII. Differentia inter contractus Nominatos, & Innominatos, &c.

327. Ex sunt differentie. I. Contractus Nominatus actionem, & exceptionem parit. Non sic Innominatus, l. 1. juris gentium, D. de pact. l. divisionis, 4. l. legem, C. de pact. Bald. in l. petens, C. de pact. Gomez. 2. var. cap. 8. n. 4. Et nota, quod in d. l. juris gentium, §. sed, cum multa, pacta nuda sumuntur pro contractibus innominatis: Nam pariunt exceptionem.

II. Nominati regulariter, stipulatione, mutuo exceptis, sunt bonæ fidei. Innominati sunt stricti juris. In quibus contractibus bonæ fidei censetur inesse pacta, & conditiones ex natura contractus, & æquitate prudenter apponi solitæ, l. in emptionibus, 34. D. de pact. l. ex pacto, l. Julianus, §. in vendita, D. de act. ampl. Quod non competit Innominatis. De quibus, cum Jura uberius non agant, standum est pactionibus, & verbis præscriptis à Contrahentibus; licet agatur actione bonæ fidei, præscriptis verbis, ut lib. 4. nu. 140. explicavimus.

329. Contractus stricti juris interpretantur strictè, l. l. item varius, D. de aqua plu. arc. l. placuit, C. de jud. l. in his, D. de cond. & dem.

In bonæ fidei servatur bonum, justum, & æquum, l. & si quis, 14. §. de act. D. de relig. & sumpt. fun. l. bona fides, D. de dep. l. 2. D. de act. & obi. Budeus in l. 2. D. de just. & jure, §. actionum, Inst. de act.

330. III. Differentia. Nominati non admittunt punitentiam, quam secundum aliquos Innominati admittunt, l. si quis, C. de obl. & act. l. cuius bonis, D. de Curator. re furios. l. 1. §. 1. D. nauæ, capones. Undè in contractibus innominatis, qui implevit, alio non implente, potest discedere à contractu, & repetere, conditione ob causam, vel præscriptis verbis, l. si cum fundum, D. de pact. l. si pecuniam, D. de condit. ob causam, l. ex pacto, C. de rer. perm. ut.

331. IV. In Nominatis dantur actiones nominata: ut, actio ex vendito, ex empto, &c. §. actionum, de actionib. Innominati habent actionem generalem, præscriptis verbis bonæ fidei: ut scilicet agant, juxta tenorem verborum, l. 2. D. de præscript. verb. l. Manic. l. de tacit. s. num. 7.

332. V. Differentia. Metus dans causam contractibus nominatis annullat illos ipso jure. Innominati vero ex metu dante causam, sunt annullandi, l. 1. D. quod metus caus. c. 2. ad audientiam. De his, que ui. Sed hæc differentia, infra impugnabitur, ubi omnes contractus metu. injusto gravi initos, nullos, esse demonstrabimus.

VI. Dolus dans causam contractui stricti juris reddit illos annullandos; at in contractu bonæ fidei reddit nullos, l. delegatar, 7. D. de dolo, l. in causa, 17. D. de innoxib. Sed, de hoc infra, cum de contractu dolo celebrato.

333. Tandem nota secundum communem opinionem, Jure Canonico, etiam pacta nuda parere obligationem, & actionem in foro contentioso, ut sup. dicebamus, Mant. l. c. num. 17. Alex. in l. si pecuniam, 22. D. de condit. ob cau. Rolin Rub. C. de rerum perm. quod etiam currit Jure Hispano, l. 31. tit. 8. lib. 3. ordinat. & l. 2. tit. 16. lib. 5. recopilationum.

L E M M A XXIII. Alia divisio contractus in Re, Verbis, Litteris, Consensu.

334. Dividitur etiam contractus in Re, Verbis, Litteris, Consensu, celebratus, l. ex hoc in §. sequens. Re perficitur, actuali traditione: ut in mutuo, commodato, in quo, remota traditione, cessat contractus mutui, commodati.

335. Verbis essentialiter celebratur contractus, qui, remotis verbis, corruiat: ut, patet in stipulatione, l. 1. & l. 5. §. stipulatio, D. de verb. oblig.

Litteris perficitur, quando essentialiter scriptura exigitur: ut Guarantigia instrumentorum, Schedules banchales, Litterarum obligatio. Et antiquitus in omnibus ferè contractibus erat adhibenda scriptura, Nupero jure ferè in nullo requiritur, nisi in emphyteuli, feudo, & quoties partes ad scripturam

se referunt, Bald. conf. 220. lib. 1. Castus in l. cum res, C. de probat. num. 4. Thusc. v. Contractus, concl. 990. n. 1. Dec. conf. 11. nu. 2. Alex. lib. 1. conf. 74. num. 3. Rom. conf. 174. num. 2.

Consensu perficitur contractus, in quo essentialiter nec literæ, nec verba, nec rei traditio, requiritur; sed tenet quocumque signo sensibili consensus manifestetur: ut, nutu, per procuratores, &c. Licet enim in omni contractu exigatur consensus; tamen, ultra consensum, contractus, qui celebratur re, exigat traditionem: qui celebratur verbis, exigat verba: qui celebratur litteris, exigat scripturam; & qui celebratur consensu, nihil illorum determinatè exigat, sed sufficit, si quovis modo manifestetur consensus exterioris.

De istis contractibus infra suis locis distinctius. Modò examinemus. I. Qui possint contrahere. II. In qua materia possit fieri contractus in genere.

DE CAUSA EFFECTIVA CONTRACTUS; L E M M A XXIV.

Qui possint contrahere?

336. Omnis potest contrahere, si ei Jure naturali, vel positivo, non sit prohibitum. Jure naturali, ut, si careant usu rationis; tales sunt infantes, amentes. Jure positivo, ut minores, l. sicut ab initio, C. de act. & oblig. Gomez. 2. var. c. 1. De quibus Imperator sæpius geminatum in diversis locis agit, §. pupillus, de inutilib. stipul. §. placuit, de auctor. tutor. Sed, quia res est universalior, nec tantum eoartanda certis contractibus; idè placet hic examini dicta supponere, omnibus aptanda contractibus: nè inutili rerum repetitione, irreparabili temporis jactura, cogamur multoties, idem ad calamum revocare. Et primò.

L E M M A XXV. De carentibus usu rationis.

340. Diximus ad contrahendum requiri liberum consensum. Undè sit I. Infantes, & Infantia proximos, contrahere non posse, l. 1. D. de obl. & act. l. infans, D. de sicar. l. 1. C. de falsa monet. l. 1. C. si advers. de delict. §. pupillus, inf. de inutilib. stip. Clem. si furiosus, de homicid. Thusc. concl. 118. Abb. in c. 1. de delict. parror. Sac. in c. ad audientiam, nu. 22. de his, que vi. Dec. in l. pupillum, & l. ferè, D. de reg. jur.

II. Furiosi non contrahunt, l. 1. D. de act. & oblig. d. Clem. si furiosus, l. cum furiosus, D. de jud. Et hoc si ve propriè sint Furiosi, carentes perpetuo usu rationis, rabie, & furore, constipati: si ve Amentes, scilicet infans, sine furore, & rabie: si ve sint Demontes, Delirantes: scilicet desipientes, dempto aliquo usu rationis, licet circa alia acutè discurrant, Menoch. conf. 82. num. 217. Thusc. conf. 339. num. 6. & 7. Sive Fatui, scilicet Mentecapti, Stupidi, Stolidi, Attoniti nihil discurrentes. Sive Frænetici, scilicet febris inflammatione, in cerebro læsi: hoc est, lunaribus radiis desipientes, mutatione temporum, conjunctionum, & oppositionum Lunæ: aut Maniaci, scilicet delirantes circa unam, vel alteram materiam, quæ omnia comprehendit furiosus nomen. Intellegas proportionaliter in illa re, circa quam desipiunt. Et tunc, quando ratione non utuntur. Nam quando, constanti rationis usu, operantur, rectè contrahere possunt, Alex. lib. 7. conf. 147. Thusc. conclus. 339. n. 2. 1. Boer. dec. 23. n. 97. &c.

III. Se loco esserunt Ebrii, & Dormientes, qui destituti rationis usu tempore ebrietatis, & somni, non contrahunt, d. Clem. Si furiosus, l. 1. §. tutor, D. de auctor. tut. cap. majores, §. item queritur, de captiv. c. meritò, c. sanè, 15. qu. 1. l. si servus servum, §. si Fornicarius, D. ad l. Aquil. Idque etiam statemur de habentibus semiplenum rationis usum, ut in Semisopitis orbatis pleno ratiois lumine, qui nulliter contrahunt. Requiritur enim ad contrahendum plenus usus rationis.

DE HABENTIBUS DIMINUTUM RATIONIS USUM.

345. Roperandum ad illos, qui suffulti ratione claudicant adhuc in ejus usu: ut sunt Pupilli, Minores.

Pactum nudum: cui contractus innominato esse destituito confunditur.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

Litteris.

336. Consensus celebratus.

337.

338. Contractus nullus jure naturali, vel positivo.

339.

340. Carens rationis usu non contrahit.

341. Amentes, furiosi.

342. Amens demens.

343. Stupidus.

344. Lunaticus.

345. Maniacus.

346. Dormiens.

347. Semisopitus.

348.

nores, Prodigii, quos ad limam revocat Oratio.
L E M M A XXVI.

De Contractu Pupilli.

Pupillus, Tutoris autoritate destitutus, nulliter contrahit. Se obligando valide sibi acquirit, si Curatorem, 3. C. de integ. rest. l. pupillus 11. ibi: Pupillus quantum ad acquirendum non indiget Tutoris autoritate: aliter verò nullam rem potest, nisi præsente Tutore auctore, D. de acq. rer. dom. l. sed si ex stipulata, D. de verb. obl. l. 1. C. de inutil. stipul. l. obligari, 9. D. de auct. tut. l. pupillus, 190. D. de reg. jur. l. Marcellus, 26. D. de fidejuss.

346. Naturaliter obligatur.

Naturaliter tamen obligatur, nisi sit infantis proximus. Nam potest ei accedere fidejussor, d. l. Marcellus, 26. ibi: Si quis pro pupillo sine Tutoris autoritate obligato, vel prodigo, vel furioso fidejusserit. Qui fidejussor essentialiter supponit naturalem saltem obligationem, l. cum len, 47. l. fidejussor, 17. D. de fidejuss. l. si pupillus, 21. ubi Gl. D. ad l. falc. l. cum illud, 29. §. hæres, D. quando dies leg. ced. l. si ejus, 61. ibi: In me naturalis obligatio translata est, D. ad Treb. Bart. in l. 1. nu. 7. ubi Paul. nu. 6. Angel. nu. 4. D. de novat. Fulgos. in l. quod pupillus, nu. 2. & 3. D. de condic. indeb. Gomez. 2. var. c. 14. nu. 1.

347. Excepto mutuo.

Excipias Immutuum, ratione cujus, nec naturaliter pupillus ligatur, ob exceptionem Macedoniani, l. pupillus, 58. ibi: Pupillus mutuum pecuniam accipiens, ne quidem jure naturali obligatur, D. de obl. & act.

348. Et, alienatione illegitima.

II. Nec naturaliter obligatur, si alienet bona, quæ servari possunt: puta, mobilia pretiosa, sine autoritate Tutoris, decreto Judicis, causa cognita pro pupilli utilitate, l. quæ tutor, 22. C. de admin. tut. l. 1. C. ad ver. tut. transfat. DD. in tit. D. de rebus earum, qui sub tutela sunt, sine decreto Judicis non alienand.

349. Quæ alienes.

Idem dicas de minore, l. non solum, 4. C. de prad. min. l. si. C. si major factus, Alber. in l. 1. §. illud non interest, nu. 4. D. de novat.

350.

Quæ verò servari nequeunt, licet pretiosa, alienantur, autoritate Tutorum, l. si Curatorem, 3. C. de integ. rest. l. lex, quæ tutores, ubi Gl. & Bart. C. de admin. tut. Restituuntur tamen in integrum, si lædantur, l. 1. & 2. ibi: Minoribus annis viginti quinque etiam in iis, quæ præsensibus Tutoribus, vel Curatoribus in judicio, vel extra judicium gesta fuerint, in integrum rest. auxilium superesse, si circumventi sint, placuit, C. si tutor interven. De quo, nos lib. 1. n. 580. Alii tamen obligantur naturaliter, & civiliter pupillis, cum quibus contrahunt, l. Julianus, 13. §. si & pupillo, D. de act. empt. §. pupillus, Inst. de inutil. stipul. l. contra juris, D. de post. l. non eo minus, C. de procur. In quo inspicis contractus claudicationem.

L E M M A XXVII.

De Minore contrahente.

DE Minore habente Curatorem, dicas, quæ de Pupillo diximus, l. si Curatorem, 3. C. de integ. rest. l. si sciens, 26. D. de contrab. empt. l. lex, quæ, 22. C. de adm. tut. l. Marcellus, 26. D. de fidejuss. tit. Cod. de fidejuss. minor. l. 4. tit. 1. p. 5. ubi Lopez, Gomez. 2. var. c. 14. nu. 1.

351. Minor non alienat bona.

Si Minor sit Curatore destitutus (nam ei invito non datur, §. datum, Inst. De Curat. Et acceptatus Curator semper, durante minori ætate, regit minorem, Abb. vol. 1. conf. 91.) non alienat immobilia, sine decreto Judicis, causa cognita, l. lex, quæ, 22. C. de adm. tut.

352. Quæ?

Bona verò mobilia etiam pretiosa, quæ servari nequeunt, distrahi possunt civiliter, & naturaliter, l. si Curatorem, 3. C. de integ. rest. l. puberes, 101. D. de ver. obl. Idque consultius fuit, ne rerum propriarum usu, quibus spoliatur, si tamen lædatur in integrum restituitur, tit. C. de integ. rest.

L E M M A XXVIII.

De Contractu Prodigii.

353.

Suppullulantibus difficultatibus occurrentes Prodigios etiam admittimus ad censuram.

Quis sit prodigi?

Prodigium est, qui infræni animositate profusè dilapidat bona sine modo, & sine, l. 1. D. de Cur. furiosi. Et solet Judex causa cognita interdicare administrationem rerum. Nam interest Reipublicæ, ne quis re sua abutatur, l. 2. C. de Curat. Jur. §. sed & major,

Inst. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, ibi: Expedi Reipublicæ, ne quis re sua male utatur, l. 6. D. de Curat. Bart. in l. 2. D. sol. matr. cum aliis, ex quibus erudite illustrat D. Scoppa in Scholis ad Controv. s. v. R. Merim. cent. 2. cap. 43. nu. 21. & seq.

Si ei non sit interdicta administratio, & Curatore careat, valide civiliter, & naturaliter contrahit. Nam ratione utitur, & dominium rei habet, Bald. lib. 5. conf. 391. Cast. lib. 2. conf. 248. Sanchez. 6. de magistr. disp. 38. num. 27.

354. Quando valet contractus?

Si verò Curatorem habeat, qui prodigo invito, & citato, dari potest, filiis, vel uxore, petentibus: tunc sine Curatore nulliter etiam naturaliter contrahit, l. 6. ibi: Is cui bonis interdictum est stipulando sibi acquirit, tradere verò non potest, vel promittendo obligari, D. de verb. obl. l. 1. C. de Curatore furioso, l. is, cui lege, ubi Alex. D. de testam. l. si Curatorem, 3. ubi Caldas num. 22. D. de integ. restit.

Nec fidejussor accedere potest, d. l. is, cui bonis, ibi: Ideo nec fidejussor pro eo intervenire poterit, sicuti nec pro furioso, l. 5. tit. 1. p. 5. ubi Lopez, de Senis conf. 31. num. 1. Gomez. 2. var. c. 14. num. 31.

355. Nulliter contrahit sine Curatore et dato.

Prodigi sine dicta autoritate contrahentes dominium non transferunt: Quia deficit titulus, cum contractus sit nullus, l. Julianus, 10. D. de Curat. furioso, l. is, cui bonis, 7. ibi: Tradere verò non potest, vel promittendo obligari, Bart. in l. 1. nu. 1. D. de novat. l. Marcellus, D. de fidejuss. Nec contractus juramento firmatur, cum sit contra jus filiorum, cap. quævis pactum, de postis, in 6. Auth. Sacramenta puberum, C. si advers. vend.

Etiam cum Juramento.

L E M M A XXIX.

De Delinquente, cujus bona sunt publicata.

Contractus facti in fraudem Fisci, etiam ante delictum, revocantur à Fisco, delicto patrato, si fuerit fraus ex parte accipientis, l. in fraudem, 49. ibi: In fraudem Fisci non solum per donationem, sed contra quocumque modo res alienata revocantur, D. de jur. ctus. factis. l. si aliquis, 7. D. de donat. causa mort. Cyn. in l. si post hanc, nu. 2. q. 2. ubi Ang. nu. 3. Fulgos. n. 7. Cod. de bonis damn. Sanchez. 2. Decal. cap. 21. num. 29.

356. Fiscus revocat contractus factos à delinquente in fraudem.

Facti tamen non in fraudem, etiam post sententiam, quæ transit in rem judicatam, sunt validi, nec revocantur, sequuta sententia, l. 15. ibi: Post contractum capitale crimen, donationes factæ valent, em Const. Divorum Veri, & Antonini, nisi condemnatio secuta sit, D. de donat. l. si quis, 9. §. si quid etiam, C. de bonis damn. l. 2. tit. 4. par. 5. Nam ante sententiam Reus, nec dominium, nec bonorum administrationem amisit per tale delictum, l. res uxoris, C. de donat. inter. l. auferitur, 7. §. in reatu constitutus bona sua administrare potest eique debitor rectè bona fide solvit, D. de jur. fisc. tit. 1. n. 178. Gomez. 2. var. cap. ult. n. 4.

357. Ante sententiam.

Si verò contractus fiat post rem judicatam circa bona, quorum amisit dominium, est nullus, l. post contractum, 15. ibi: Nisi condemnatio sequuta sit, D. de donat. Sanchez. 2. decal. cap. 21. nu. 36.

358.

Si verò delicta sint cum publicatione bonorum, ipso jure, tunc etiam retinet dominium ante sententiam, l. quæsitum, 15. ibi: Quoniam ante damnationem Dominus est, D. qui, & à quibus. Et Fiscus intelligitur dominium habere sub conditione, si sententia feratur, Simancas de cathol. inf. tit. 9. n. 241. Molin. disp. 95. Covar. de sponsal. c. 6. §. 8. n. 10.

359. Facti post rem judicatam sunt nulli.

Hinc, Reus non tenetur bona sua Fisco dare ante sententiam declaratoriam, Sanchez. l. c. n. 7. citans 30. DD. Non enim quis tenetur Rei, & Actoris partes agere, Imò nec tenetur ante executionem sententiam, secundum Adrian. Nav. Covar. & alios apud Sanchez. cap. 22. n. 8. Fulluc. tract. 33. c. 3. num. 53. Molin. disp. 95. Et ly, ipso facto, intelligitur post sententiam, irrobata, & delicto, ut optime observant Sotus, & Serra, & ex Juristis illustrat D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. p. 1. c. 9. n. 1. & seq.

360. Reus ante sententiam est dominus.

Hinc contractus facti, etiam ab Hæretico ante sententiam, subsistunt, Bannez. 2. 2. q. 12. ar. 2. ad 2. Vasq. p. 2. q. 96. art. 3. disp. 15. l. c. 2. Sanchez. l. c. sup. n. 50. Contractus verò facti post sententiam, quæ transit in rem judicatam, sunt nulli, i. post contractum, 15. D.

361. Contractus facti ante, non post rem judicatam tenent.

362. 15. D. de donat. l. 2. tit. 4. par. 5. Idque non intelligas de contractibus necessariis, qui fieri possunt licite: ut pro alimentis familiae, pro solvendis debitis, pro funere, pro valetudine sua, & suorum, pro refectione, l. alienatione, 13. ibi: Alienationes enim post iudicium acceptum interdicta sunt, dumtaxat voluntariae, non quae veteriorem causam, & originem juris habent necessarium, C. sam. erc. sc. Saeb. l. c. c. 2. n. 55.

L E M M A XXX.

Qui contrahere ex parte nequeant?

363. **C**onstat jam de impotentia ad contrahendum, Jure naturali, & positivo. Superest recrudescentibus mederi vellicationibus doctrinarum. Hinc l. quibus sit interdictum contrahere certis casibus, vel locis ex extrinsecis causis. Et primo Judicis, aliique publici Magistratus, nequeunt valide edificare domos, per se, aut per interpositam personam, naves conficere, nec quidquam emere per interpositam personam, praeter necessaria ad victum, & vestitum, in loco ubi jurisdictionis utuntur exercitio, l. un. C. de contractibus Judic. l. principalibus, 33. ibi: Principalibus Constitutionibus cavetur, ne hi, qui Provinciam regunt, quive circa eos sunt, negotientur mutuam pecuniam dent, seu usque exercent, l. Praesidis, 34. l. qui, 30. D. si cert. petat. l. qui officii, 62. l. non licet, 46. de contrab. empt. ibi: Non licet ex officio, quod administrat, quis emere quid, vel per se, vel per aliam personam, l. 2. tit. 6. lib. 3. recop. Et hoc ne minoris emant, aut eripiant. Imo in Ditione Castellae, Senatores Regii nequeunt nuptias contrahere in loco, in quo jurisdictione fruuntur, l. 1. tit. 47. lib. 9. recopilat. Molin. disp. 343. Quod severe observari refert Onnate tom. 1. tract. 2. disp. 4. n. 195. in fine.

Non contrahunt, ubi jurisdictionem exercent.

364. **C**ur: II. Tutores, & Curatores valide non contrahunt cum pupillis, & minoribus suis, l. si in emptione, 34. §. ult. ibi: Tutor rem pupili emere non potest, idemque porrigendum est ad similia: id est ad Curatores, Procuratores, & qui aliena negotia gerunt, l. fin. D. de contrab. empt. l. cum ipse, C. de contrab. empt. Et emptio, secus facta, est nulla, & multata solutione quadrupli, l. non licet, 46. D. ibi: Non tantum rem amittit, sed & in quadruplum convenitur secundum Constit. Divorum Veri, & Antonini. D. de contrab. empt. Idque statutum, ne tali sub praetextu usurpent illorum bona.

III. Advocatus, lite durante, non contrahit cum parte, l. quisquis, 1. C. de postul. Gomez. 2. var. c. 14. IV. Medicus non contrahit cum infirmo, durante morbo, ne infirmi compellantur suas res vendere, vel proicere, l. Medicus, ibi: Compulit, ut ei possessiones suas eger venderet, incivile factum Praeses Provinciae coarceat, remque restitui jubeat, ubi Glos. & Alberic. D. de variis, & extraord.

V. Executores testamenti non possunt contrahere, nec per mediam personam, de rebus testatoris, l. si in emptione, 34. §. ult. ibi: Idemque porrigendum est ad similia: id est, ad Curatores, Procuratores, & qui negotia aliena gerunt, l. non licet, 46. D. de contrab. empt. ibi: Non licet ex officio, quod administrat, quis emere quid, vel per se, vel per interpositam personam, alioquin non tantum rem amittit, sed & in quadruplum convenitur, Molin. disp. 343. & 248.

VI. Bona Ecclesiae non alienantur, nisi certis solemnitatibus, Extravag. Ambrosio, de reb. Eccles. non alien.

DE ILLIS, QUI ALIENI JURIS SUNT, AN POSSINT CONTRAHERE:

369. **P**roperemus ad illos, qui non contrahunt, quia sui juris non sunt: ut est Filius, Uxor, Servus, Religiosus. Et I.

L E M M A XXXI.

De Filio, contrahente.

370. **F**ilius familias, non impubes, nec minor (tunc enim regulatur ex supradictis) potest contrahere de peculio Castrensi, & quasi, etiam sine licentia patris, l. fin. C. de inoffic. test. l. 1. & 2. C. ad Macedon. licentiam operet, §. cum autem, C. de bonis, quae lib. Jas. in l. frater a fratre, n. 2. C. de condit. indeb. l. miles praecipuum, §. accidit, l. seq. l. ex nota, D. de Castrensi pecul. l. 6. tit. 13. par. 4. Quod idem dicas de Clericis, quorum peculium

Tom. II. Lib. III.

acquistum post Clericatum, est quasi Castrense, l. sacrosanctae, 32. ibi: Ea quaecumque in eodem Clericali gradu, locoque viventes acquirere, & habere poterint, etiam si in Patris, Avique, aut Proavi potestate constituti sint, & adhuc superstitibus habeantur, tanquam bona propria vindicent, de his (si quando eis licentia fuerit) testandi, vel donandi, vel quolibet alio titulo alienandi libera facultate concessi, &c.) Auth. Praesbyteros, C. de Episc. & Cler.

De Peculio profectio, sine licentia Patris, non tenet contractus, l. 3. §. utrum. D. de minor.

De Adventitio non contrahunt sine licentia Patris, l. fin. §. filiis autem, C. de bonis, quae lib. Bald. lib. 4. conf. 295. Alex. lib. 6. conf. 196. num. 2. Tusc. v. Filius, concl. 362.

Et in istis casibus, nec civiliter, nec naturaliter obligantur: nam carent administratione, & dominio. In quo differt a pupillo, & minore, qui naturaliter obligatur, modo quo dicta suadent.

Sed cum licentia Patris filius, major potest contrahere de adventitio, & profectio, l. si Curatorem, 3. C. de in integ. restit. l. si quis, 42. §. si servus mihi, ibi: Si servus mihi, vel filius, fundum vendidit, & tradidit, habens liberam peculii administrationem, uti in rem actione poterit, D. de rei vindic. l. un. omnibus, 39. D. de oblig.

De aliis actibus, exceptis peculii dictis, & mutuo, de quo infra, ob exceptionem Macedoniani, filius, major efficaciter obligatur, l. tam ex contractibus, 57. D. de jud. l. filius, 39. D. de oblig. & act. l. 13. §. 15 autem solus, 3. D. ad Maced. Boer. class. 2. disp. 7. h. h. 16. lit. B. edit. 2. H. v. p. p. t. tom. 3. In sit. tit. quibusmod. re contrab. oblig. n. 40.

L E M M A XXXII.

De Contractu Uxoris.

Dicas, nec naturaliter posse validos contractus inire sine licentia Viri, Auth. Ut nulli Judicium, §. & illud, coll. 9. Auth. Si qua mulier, ibi: Si qua mulier crediti instrumento consentiat proprio viro, aut scribas, & propriam substantiam, aut seipsum obligatam faciat, jubemus, hoc nullatenus valere, sive semel, sive multoties hujusmodi aliquid pro eadem re fiat, sive privatim, sive publicum sit debitum, sed ita esse, ac si neque factum quidquam, neque scriptum esset, C. ad Vell. l. 2. tit. 3. lib. 5. recopilat. 155. Tauri, Bart. Bald. Paul. Mol. Alex. in l. 1. §. fuit quaesitum, D. ad Trebell. Covarr. de sponsal. 2. par. cap. 7. §. 1. n. 1.

Maritus enim est Uxoris caput, ejusque bona administrat, ad Eph. 5. n. 23. Molin. 2. de primog. c. 10. n. 35. Gut. prax. q. 121. Molin. disp. 417. Et consequenter tanquam sine consensu, qui est in Viro, cui subordinatur, non tenet Uxor contractus, etiam juratus. Nam esset in praedictum auctoritatis Mariti. cum contingat, de jur. jur. c. quamvis, 2. de pass. in 6. nullus est Covar. l. c. n. 3. Tirag. ad l. conub. gl. n. 26. Guttier. 1. de jur. confirm. c. 55. n. 1.

Præcedente saltem tacita, vel generali licentia Viri, Uxor contrahit valide, l. si quis in conscribendo, 39. C. de Episc. & Cleric. 3. tit. 3. lib. 5. recopilat. Bart. in l. si quis mihi bona, §. Sed utrum, D. de acquir. hered. Reginal. lib. 25. num. 160.

Et si Vir, quando tenetur, nolit consentire tunc sufficit Judicis licentia, ut Uxor valide contrahat, l. 57. Tauri, l. 4. tit. 3. lib. 5. recopilat. Bart. & Bald. in l. si cum dotem, §. eo autem, n. 2. ubi Alex. n. 14. D. sol. matr. Nisi velis dicere, licentiam irrationabiliter negatam haberi, ut concessam, De quo alibi videndum, quando false asseratur.

Non potest tamen pro Marito fidejungere, etiam illo consentiente, tit. C. ne uxor pro marito, l. 5. ubi Bart. & Bald. C. ad vell. l. 1. ibi: Omnis omnino obligatio S. C. V. Comprehenditur, sive verbis, sive re, sive quocumque alio contractu interceserit, D. ad Vell. Salyc. in Auth. Si qua mulier, C. ad Vell. Sed de his cum de Fidejussoribus.

L E M M A XXXIII.

De Contractu Servi.

Peculium, quasi pusilla pecunia, vel patrimonium pusillum, l. de positi, ibi: Peculium dictum quasi pusilla pecunia, vel pusillum patrimonium. Peculium autem

371. Non de profectio Nec de adventitio

372.

373. Sine licentia patris.

374.

375.

376. Uxor contractus etiam juratus est sine consensu viri.

377. Rationabili.

378.

379.

380. autem est, quod servus Domini permissu separatam à rationibus dominicis habet, deductio inde, si quid Domino debetur, D. de pecul. Est id, quod servus habet permissu Domini separatam à rationibus Domini: crevit, decrevit, extinguitur, d. l. de positi, & l. 41. D. de pecul.

In servo peculium non constituitur sine consensu, saltè tacito, & traditione Domini, l. peculium, 4. §. ex bis apparet, ibi: Ex bis apparet, non quod servus ignorante Domino habuit, peculium esse, sed quod volente, l. non statim, 8. D. de pecul. Et potest etiam ab extraneo ei concedi, l. quam Tuberonis, 7. D. de pecul.

381. Omnes res possunt esse in peculio servorum, d. l. quam Tuberonis, 7. §. in peculio autem, ibi: In peculio autem omnes possunt esse res, & mobiles, & soli, ubi voluntate Domini peculium transit in dominium servi: pro libito tamen Domini revocabile, l. non statim, 8. D. de pecul. Nisi sit concessum absolute servo. Nam tunc servus esset Dominus, l. §. servus, D. de off. Præfetti, & tali pecunia, posset servus se redimere, Molin. tract. 2. disp. 38. n. 4.

Quod peculium est sub dominio servi.

382. Nunc quoad principale quaesitum fatemur, servum sine voluntate Domini civiliter non obligari in peculio, d. l. quam Tuberonis, l. servi, 14. ibi: Civiliter quidem non obligantur, sed naturaliter, & obligantur, & obligant, D. de obligat. & aff. l. quod attinet, D. de reg. jur. naturaliter tamen obligatur, l. naturaliter, D. de condi. Indeb. l. si id quod, D. de oblig. & aff. Gomez. 2. var. c. 1.

383. Voluntate tamen Domini obligatur civiliter, & naturaliter, tit. D. de pecul. Servus, sive nomine proprio, sive Domini agat, Domino suo stipulatur, l. 1. D. de stipulat. servorum, l. stipulatio est, §. si quis ita, D. de verb. oblig.

384. Ex contractu servi actio datur contra Dominum, quali mandatorem. l. 1. D. quod jussu. L E M M A XXXIV.

De Contractu Religiosi.

385. Religiosi Professi, non Noviti, bonis carent, c. ad Monasterium, de statu Mon. Abb. in cap. in præsentia, n. 77. de probat. Covar. 4. decret. 2. p. c. 23. §. 6.

Monachus ex peculio cōtrahit auctoritate Superioris

Possunt tamen aliquos contractus facere Superiorum consensu, & amici negotium gerere, mulam, navim conducere, pro Religione stipulare, ut quilibet alius subiectus, tit. D. de C. qui possint stipulari pro aliis. Et, si habrant peculium, possunt de illo contrahere auctoritate Superiorum, Suar. 3. de Relig. lib. 8. c. 15. n. 2. Minad. qu. 28. art. 13. concl. 1. Clem. 2. §. Sed & tales, de vita, & honest. Cleric. Clem. Exivit de Paradiso, de verbor. sign. Ubi est incapax proprietatis, & sic etiam celebrandi contractus sibi, qui sunt auctus proprietatis, S. Th. 2. 2. q. 32. art. 3. ad 1. Sanchez. 7. de cog. c. 31. num. 29.

386. Ex dictis fit, contractus factos sine licentia Superiorum esse nullòs, d. c. ad Monasterium, c. non dicatis, 12. q. 2. Innoc. in c. cum olim, de privileg. ubi Jo. And. n. 7. Host. n. 7. Ratio: quia carent velle, & nolle, c. 2. ibi: Cum velle, vel nolle, non habent. De testam. in 6. Et in contractibus requiritur voluntas, qua cum careant, neque naturaliter obligantur Religiosi, Cagnol. in l. in personam, 3. D. de reg. jur. Licet eos naturaliter obligari, docuerint. Navar. de regular. n. 42. Sylvest. v. Religio, n. 8. qu. 3. Sanchez. l. c. n. 37. Sicuti Deo se obligare voto possunt.

387. Sufficit tamen tacita, vel præsumpta licentia Superiorum, ut licite contrahat, S. Th. 2. 2. qu. 33. art. 8. Suar. 3. tom. de Relig. lib. 8. c. 15. Nam taciti, & expressi eadem est virtus, l. eum qui, D. de reb. cred. c. 2. de rescript. Mantica. 1. de tac. tit. 5. & 6.

DE CAUSA MATERIALI CONTRACTUS.

EX causa efficienti se extendat sermo ad Materialem, de qua dissipatè agunt Jura in §. 1. §. eodem juris, §. quod turpi, de inutili stipul. & tit. de verb. oblig. & alibi frequentissimè. Quæ communia omnibus contractibus, placuit, hic una edisserere.

Materia contractus est quidquid est materia libera, licetæ societatis humanae. Nam contractus sunt introducti pro fovendo humano commercio, à lege Gentium, & Civili; adeoque de rebus, quæ sunt, & possunt in licita rationabili societate, & commercio humano. Unde debent esse materia rationabilis commercii, societatis: nam homo rationabilis rationabiliter operari debet.

Hinc l. omnis res, quæ nostra est, ut singulorum: puta, res particularis, hæreditas, & c. l. 1. D. de hæred. & aff. vend. est materia contractus, §. omnis res, ibi: Omnis res, quæ domino nostro subicitur, in stipulationem deduci potest, sive mobilis sit, sive soli. De inutili stipul. in princ. l. debitor, §. verisimile, l. interdum, l. si in emptione, §. omnium rerum, D. de contrah. empt. Et hoc sive stabilis, sive mobilis, sive se movens, aut hæreditas, aut spes rei sit, l. si jactura, D. de act. emp. lult. D. de pass.

Hinc II. patet: L E M M A XXXVI.

In qua materia ne queat fieri Contractus.

I. DE re impossibili naturaliter: nam ista non spectant ad societatem humanam, l. nec emptio, l. quarum rerum emptio non det. ut de Hircocer vo: vel moraliter: ut, occisio omnium Leonum, validè nequit contrahi, l. si stipuler, 35. ibi: Si stipuler ut fiat, quod natura fieri non concedit, non magis obligatio consistit, quàm cum stipulor, ut id detur, quod dari non potest, D. de verb. oblig. l. impossibile, 145. ibi: Impossibile nulla obligatio est, l. verum est, 31. D. de reg. jur. c. Canonis. dist. 4.

Si res sit dividua, vt centum, tunc utile per inutile non vitiat, sicuti ex l. 1. §. sed si mihi, D. de verb. oblig. inquit DD. quos noviter sequitur D. Scoppa in Schol. ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 15. n. 2. qui etiam ait ad decis. Gratian. obser. 12. n. 22. & sic emens centum jugera, terræ motu deperditis 50. contractus tenet in reliquum, l. sed si communis, ibi: Sed si communis ea res emptori cum alio sit: dici debet, scisso pretio pro portione, pro parte emptionem valere, pro parte non valere. 18. D. de contrah. empt. Nisi de toto divisibili indivisibiliter actum fit: hoc est, ut totum, & tantum, nec aliàs aliter, l. si duos, 44. ibi: Si duos quis servos emerit pariter uno pretio, quorum alter ante traditionem mortuus est, neque in vivo constat emptio, D. de contrah. empt. Ratio omnium est: quia de re impossibili non est consensus, requisitus ad contractum, qui tendit circa consequutionem rei possibilem.

Excipias contractum matrimonii, in quo rejecta conditione impossibili circa circumstantias matrimonii; Matrimonium subsistit, c. fin. ibi: Licet aliæ conditiones appositæ in matrimonio, si turpes, aut impossibiles fuerint, debeant, propter ejus favorem, pro non adjectis haberi. De condit. apposit. De quo sup.

II. De re, quæ nec est, nec speratur esse: ut de servo mortuo, etiam si id ignoretur, nullus est contractus, l. in venditionibus, 9. nec emptio, 3. ibi: Nec emptio, nec venditio sine re, quæ vaneat, potest intelligi, l. & si consensum, 15. l. domum emi, 57. D. de contrah. empt. l. si strabus, 33. l. si pupillus, 127. D. de verb. oblig. l. si post, 9. D. de perit. & comm. rei emptæ.

De re tamen, quæ non est, sed separatur esse, potest contrahi: ut sunt fructus arborum, partus ancillarum, nomina debitorum, jactus retis, jura, & c. l. fin. D. quarum rerum emptio non detur, l. si jactum, 13. D. de act. empt. l. nominis venditio, C. de hæredit. & aff. vendita, l. nominibus, C. de aff. & oblig. l. nec emptio, 3. ibi: Et tanquàm fructus, & partus futuri rectè emuntur, & l. 34. D. de contrah. empt.

Excipias hæreditatem, de qua nullus potest fieri contractus ante mortem testatoris, ad tollendum votum captandæ mortis, l. fin. D. de passis.

III. Homo liber est causa effectiva, non materialis societatis humanæ. Imo nec potest liber homo vendi ex nunc, pro tunc, quando erit servus, & hoc, ne infidiosè quis curet illum devenire ad servitutem, l. si in emptione, 32. §. omnium rerum, ibi: Liberam hominis.

388.

389. Omnis res actualis, & futura potest esse materia contractus

Etiam spes boni.

390.

Non tamen impossibile.

391.

In re dividua, non in dividua utile per inutile, non vitiat.

Rei imò possibilis, non est consensus.

392.

Quid sit matrimonium?

393.

394. Valet contractus rei sub spe.

395.

Non tamen hæreditatis est ventis.

Nec liberum hominis.

dominam scienter emere non possumus. Sed nec talis emptio, aut stipulatio admittenda est, cum servus erit...

Si uterque sit in bona fide, adhuc nullus est contractus, modo explicato, ob errorem in substantiabilibus...

405. Nullus est contractus rei alienae, licet pariat aliquos effectus.

REI SUAE CONTRACTUS, ut tibi dominium rei propriae acquiratur, nullus est, §. item nemo, ibi: Item nemo rem suam futuram in eum casum...

406. Rei suae non est contractus, nisi in se sui in quo non est.

REI INCERTA CONTRACTUS, si certificari res nequeat: Res enim incertificabilis, nec est, nec potest esse in commercio humano...

407. Nullus est contractus rei incertae.

Nullus est contractus, dispositio nulla, si dicat: Do, vendo; lego, conduco, loco, servos, ancillas, oves, boves, triticum...

408.

Nullus est contractus, si dicat: Do, Titium, & sint duo Titii; Vel si disjunctive dicat: Do Titium, & sint duo Titii...

Nisi certificari possit.

In alternatis, si dubitemus, cui competat electio? Dicas competere debitori. Nam favendum reo, & possessori...

409. In alternatis contractibus electio est de his.

Sed si certificari nequeat, tunc idem est, ac si res non esset dicta, laut, qui aliter, §. 1. D. quod vi, aut clam...

410.

REI COMMUNES, Publicae, Universitatis, Sacrae.

REI SACRAE, non sunt materia contractus, l. nemo Martyres, ibi: Nemo Martyres distrabat, nec mercetur...

411. Quare contractus sit nullus.

DE IMPEDIMENTIS ANNULANTIBUS CONTRACTUM.

EX dictis, Contractus est nullus. I. Defectu Consensus. II. Defectu Administrationis: ut in Filio Prodigioso...

412.

413. Unde contractus nullus.

396. Venditis fructibus, intelligitur, si nascantur.

Venditur spes.

397.

Rei illicita non est contractus.

Cur.

398.

399. Rei alienae contractus valet.

400. Nostri non sit alterius, si me facti nostro.

401.

402. Emptor sciens rem emptam esse alienam, transfert dominium pretii in Venditorem...

403. Etiam venditor bono fidei sit Dominus pretii.

404.

IV. Contractus de re illicita est ipso jure nullus, cum contingat, de jur. jur. c. quavis pactum, de pactis in 6. & 2. Maccab. 6. n. 20. ibi: Determinavit non admittere illicita propter vitia amorem, l. juris gentium, §. maleficium, D. de pact. l. idem, l. cum te, D. de cond. ob turpem caus. l. generaliter, 26. ibi: Generaliter novum...

Hinc contractus assassinii, lenocinii, meretricii, est nullus.

LEMMATA XXXIX.

Rei alienae contractus.

V. Rei alienae contractus valet, l. rem alienam, 28. ibi: Rem alienam distrabere, quem posse, nulla dubitatio est. Nam emptio est, & venditio, D. de contrab. empt. §. sed, & si emptor, l. naturalis, §. §. & si quidem, D. de praescrip. verbis, l. lex empto, D. de act. empt. l. nemo, C. de rebus alienis non alienari, Tusch. v. Vendere alienam rem, & concl. 53. ubi n. 2. ait valere. Dominium tamen rei alienae venditae non transit in Emptorem, l. rem alienam, 28. ibi: Sed res emptori auferri potest, l. si in emptione, 34. §. si cum emptor, D. de contrab. empt. l. id, quod nostrum, D. de reg. jur. Patet I. quia nemo potest transferre in alium dominium, quod caret, regul. 79. in 6. l. nemo plus, D. de reg. jur. c. Daiberum, 1. q. 7. c. aufer, de donat. inter.

Nemo enim dat, quod non habet, c. quod autem, §. de jur. patron. in fin. ibi: Quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de jure donare. Et nostram, sine facto nostro, non potest fieri alienum, l. quacumque §. 5. D. de oblig. & act. l. id quod nostrum, 11. de reg. jur. ibi: Id quod nostrum est, sine facto nostra ad alium transferri non potest.

II. Quia dominium non transfertur sine iusto, & vero titulo: qui titulus non potest esse in contracte de re aliena. Et in hoc sensu contractus rei alienae dicitur nullus in l. stipulatio ista, 38. §. si forte, D. de verb. obl. l. 1. D. de rer. permut.

Emptor tamen sciens rem emptam esse alienam, transfert dominium pretii in Venditorem in poenam malae fidei, d. l. si in emptione, 34. §. item si cum emptor, & d. l. rem alienam, 38. Et in hoc sensu contractus rei alienae tenet.

Nunquam tamen praedicit Domino rei, qui potest contra Emptorem pro re, & contra Venditorem pro pretio agere.

Ergo, ut vides, si quis contrahat, vendendo rem alienam bona fide, acquirit dominium pretii, & non transfert dominium rei. Et sic contractus partim tenet, partim non.

Si Emptor ignoret rem alienam, contractus valet quoad effectum, ut, actione ex empto, recuperet pretium, ut possit agere de evictione, & usucapere, l. si in emptione, 34. D. de contrab. empt.

Si Venditor ignoret rem esse alienam, & emptor sciat, contractus est nullus ex errore, quo putat Venditor rem esse suam. Et sic dominium non transfert, l. rem alienam, 28. D. de contrab. empt.

Ex quibus defectibus, nullo existente contractu, nullum producit effectum, l. non praestat, D. de reg. jur. l. non dubium, C. de legib. Antequam verò uberiorius discutiamus nullitatem ex consensu defectu emanantem, Errore, Metu, Dolo; expendamus.

L E M M A XLIII.

An Contractus nullus revalidari possit?

Contractus nulli, solo temporis lapsu, non validantur, c. 13. ibi: Tractu temporis non firmatur, quod de jure ab initio non subsistit, De reg. jur. in 6. Nam quod ab initio non valet, tractu temporis non reconvalescit, cap. principatus, l. q. 1. ubi non reconvalescit Prælatura nulliter obtenta defectu ætatis, licet postea ætas habilis adveniret; c. eo tempore, de rescrip. inter stipulantes, §. Sacram, D. de ver. oblig.

Si verò contractus sit nullus defectu consensus, tunc validatur consensuposito. Sic, licet matrimonium, aut professio simulata sit nulla, si deinde accedat consensus, validatur, Glos. in reg. jur. 29. in 6. Ancharan. conf. 126. Tusch. v. Nullitas, nu. 26. Sic sublato appellationis impedimento, processus nulliter factus vires resumitur, si appellatio deseratur, Ol. ad. conf. 295. nu. 5. Tusch. l. c. concl. 145. n. 1. Franch. in c. non solum, de appellat. in 6. intelligas, nisi interrim acquiratur jus Tertio. Nam tunc actus non reconvalescit, etiam si impedimentum deinde tollatur. Sic non reconvalescit matrimonium nulliter contractum defectu consensus, si ei accedat consensus, postquam cum altera est aliud matrimonium legitime contractum, de Senis conf. 23. n. 49.

L E M M A XLIV.

Ex quibus aliis capitibus contractus non subsistat.

Contractus aliqua requirit ex natura sua, aliqua ex juris sancito. Deficit, si desint alterutra. De quibus jam dictum. Hic tamen inquiramus. Quando deficit contractus, deficientibus requisitis ex natura rei.

Requisita ex natura rei sunt I. Personæ contractantes. II. Res, de quibus fiat contractus. III. Consensus, obligationum substantia, D. de obt. & aff. Quorum unum, si deficiat, deest contractus, l. in venditionibus, 9. §. inde quaritur, l. 1. 16. D. de contrab. empt. Sed majoribus circa contentum angimur difficultatibus. I. An, & quæ error, quæ inadvertentia? II. Qui metus? III. Qui dolus tollat consensum necessarium ad contractus existentiam?

L E M M A XLV.

Qui error, vel inadvertentia tollat consensum, & contractum.

Error potest tripliciter incidere in contractum. I. in Substantia rei contractæ: ut, si volo de equo, & das equum. II. in Specie contractus: ut, volo emere, & tu vis locare. III. in circumstantiis: ut volo equum tantæ, & das minoris ætitudinis.

Inadvertentia, & Error. I. in substantia rei tollit contractum, l. 9. l. alioquin, 11. D. de contrab. empt. l. 32. D. de verb. oblig. Nam tollit consensum; l. non videtur, qui errat consentire, D. de reg. jur. l. cum testamentum, §. C. de jur. & fact. ignor. l. in omnibus, §. 4. D. de aft. & oblig. l. si per errorem alius pro alio tractor fuerit aditus, nihil valebit, quod actum est, §. D. de jur. sd. om. Jud. l. 24. l. cum ab eo, 41. v. mensam, D. de contrab. empt. l. tres fratres, 36. D. de pass. Div. Tb. in 4. d. 3. qu. 1. Tholos. 20. syntagm. c. 2. nam. 9.

Dices. Error in substantia rei, stipulationem, & pignus, non vitiat, l. si id, quod aurum, 22. D. de verb. oblig. l. 1. §. fin. D. de pign. aff. l. cum as pignori, 20. D. de furtis. Ergo, non est verum, errorem in substantia vitare contractum.

Resp. Nos dixisse, errorem in substantia vitare contractum, quando consensum tollit, l. in venditionibus, D. de contrab. empt. Sed si consensum non tollat: puta, quia melius est tenue, quam nullum pignus habere; tunc præsumitur consensus in illa re per errorem deducta, d. l. 22. D. de verb. oblig. Quod non est in aliis contractibus onerosis: puta emptione. Nam dans pretium, vult eum pretio æqualetem, vel pretium non dare.

II. Error in specie contractus, tollit contractum, sicut tollit consensum circa illum, d. l. in contractibus, §. 4. D. de aft. & oblig. l. in venditionibus, §. licentia ab eo, 41. §. fin. l. nec emptio, 7. l. si in emptione, 34. D. de contrab. empt.

III. Error si fit in qualitate, tunc distinguatur: vel illa qualitas est objectum per se intentum in contractu: Ut si Religioso volenti emere vestem albam, detur nigra: Nautæ navim integram, detur confosa. Vel consraheps vult rem, cui inest illa qualitas. In primo casu, error in qualitate tollit contractum: nam, quando objectum tollitur, consensus cessat. Sed variata qualitate per errorem, tollitur objectum volitum, ut supponimus. Ergo variata qualitate per errorem, tollitur consensus.

Si verò qualitas illa accidentaliter non sit per se intenta: tunc error illius contractum non tollit, cum dilectus, v. ad facultatem, ubi Abb. nu. 13. Imol. nu. 8. de bis, quæ vi, l. 10. 11. l. si in emptione, 34. D. de contrab. empt. Sed alius tenetur, quanti interest aliū non esse deceptum, l. 9. §. si in nomine, D. de contrab. empt. l. si sterilis, 21. §. 2. D. de aft. empt.

QUALIS METUS TOLLAT CONTRACTUM.

UT perfectius constet metus tollens contractum, discutimus I. Quid, II. Quotuplex sit metus. III. An contractus metu invidi, sine nulli, ipso jura.

L E M M A XLVI.

Quid sit metus, & vis.

Est instantis, vel futuri mali mentis trepidatio, l. 1. D. quod metus caus. Non enim tantum præsens, sed etiam futurum malum, ejusque periculum subire, reformidat Animus. Ly Mentis trepidatio, indicat Fugam voluntatis à nullo imminenti, vel futuro. Metus enim afficit voluntatem; in quo differt à Vi, quæ est majoris rei impetus, qui repelli nequit, Arist. 3. Eth. c. 1. l. 2. D. de eo, quod met. cau. Non enim Vis est quid intrinsecum afficiens voluntatem; sed est quid extrinsecum impellens, cui resisti nequit ob majus impellentis robor, l. extat, 13. D. de dot. mal. D. Tb. l. 2. q. 6. an. 4. Ex quo Violentia, & Vis potest esse sine consensu, & etiam cum consensu. Metus verò semper est cum consensu in re, quæ sit, l. si mulier, 21. §. si metu coactus, D. quod met. caus. ibi: Coactus volui. Et operans ob vim, non ob metum caret culpa, c. ne quis, 22. q. 2. Joa. 12. ibi: Propter Pharisæos non confitebantur. Isai. 51. Oblitus es Domini fateris tui, & formidasti, &c. Nam voluntas est indifferens ad subeundum malum incussum, & ad illud vitandum. Et eligit facere rem, contractum; puta, donare, renunciare, potius, quam subire malum comminatum, nisi renunciet, donet, &c. Et, sicut vult absolutè malum vitare: ita vult medium hinc, & nunc necessarium ad illud evitandum: scilicet, facere id, quo omisso, damnus minatum sentiret, l. cum proponas, C. de hered. inst. l. si proatus, D. qui, l. c. & quib. D. Tb. l. 2. q. 6. art. 6. Arist. 3. Eth. c. 9. Dicitur in definitione, futuri. Nam idem est, actu compelli, actu malum imminere: ac prudenter trepidare, nè compellatur, Chacher. dec. 170. nu. 3. Peregr. dec. 30. nu. 4. Ludov. dec. 18. n. 6.

Hinc contractus metu celebratus absolutè est volutus, ad evitandum grave malum: licet non ini-retur, si malum illud non immineret: Et est voluntarius, quoad illius electionem; Involuntarius, quia causa talis electionis, est malum comminatum volitum, l. nihil consensus, in contrarium est, quam vis, & metus, 117. D. de reg. jur. cap. majores, §. item quaritur, de baptismo, d. l. si mulier, 21. §. si metu coactus, et 2. ibi: Si liberum esset, nolisset, c. cum locum, ibi: Locum non habet consensus, ubi metus intercedit. de sponsal. Potest dici actus, involuntario mixtus, Arist. 3. Eth. c. 1. Valent. 1. 2. disp. 11. q. 1. punct. 4. lit. B.

L E M M A XLVII.

Quotuplex sit metus.

Metus I. dividitur respectu causæ, à qua incurritur: ut est à causa necessario, vel libera. Necesaria, sive sit morbus intrinsecus, sive extrinsecum periculum mali, Naufragii, Incendii, Pe-

423. Error in specie contractus illum tollit.

424. Et etiam in qualitate, objectum voluntatis.

425. Non in qualitate, quæ non sit objectum.

Metus est fuga voluntatis à malo præsentis, vel imminenti.

426.

Differt &

427.

428.

Voluntas in diffrens ad malum, & bonum.

429.

Metus reddit voluntarium mixtum.

430.

431.

Metus à causa necessaria, libera.

414. Nullum producit effectum.

415. Lapsus temporis non valida actus nullo.

Quid non consensus adveniens.

416. Deserta appellatio ne processus nullus validatur.

Nisi sit jus tertio questum.

417.

418. Cessat consensu cessante.

419.

420. Error in substantia rei tollit contractum.

421.

422. In d. 112 non est error in errore volitio.

his. Libera si ab homine inferatur: Et hic metus. Dividitur in Justum, & Injustum. Injustum, si contra Jus alterius: ut est in fure minante mortem Peregrino. Justus, si juxta regulas Juris à Judice pœnis cogatur Reus ad ducendam violatam, ad Fideiubendum, &c. Et hic non vitiat contractum, l. 2. §. sed vim, D. quod metus causa. Hic de metu injusto loquimur.

A32. Justus, injustus.

A33. Gravis, levis.

Debet incuti à solito exequi minas,

A34. Metus gravis arbitraria.

A35. Qui levis.

A36. Metus injustus reddit contractus nullus.

A37. Concludit in Celarent.

Deus non facit jus natura sibi contrarium.

A38.

A39.

A40.

Et dividitur. I. in gravem: scilicet. Cadentem in Virum constantem, & in levem: scilicet. cadentem in Virum inconstantem, l. metum, 6. D. quod met. caus. l. 2. §. fin. l. vani timoris, D. de re jud. nec timorem, 2. D. quod met. caus. cum dilectus, de his, quæ vi, c. veniens, et 2. de sponsal. Cadens in virum constantem est metus, quo incusso prudenter quis potius eligit facere, quod jubetur, quam subire periculum mali comminatum: ut accidit, quando damnum, quod secus timetur, est grave: ut est iustura partis bonorum fortunæ, honoris, famæ, uxoris, consanguinitatis, filiorum, vitæ, libertatis, status, &c. l. 2. 4. 6. l. 7. 8. D. quod met. caus. l. 1. & fin. C. eod. c. 1. c. Abbas, cum dilectus, 6. de his, quæ vi, c. sciant can. illi, de elect. in 6. Si incutiatur metum solitus exequi minas, l. metum, C. de his, quæ vi, l. famosi, D. ad l. Jul. Majest. ibi: Persona spectanda est, an potuerit facere? l. metum, 6. l. 2. D. de his, quæ vi. Et ei relitti nequeat. Nam, secus non est vii fortis, prudentis timere, Sglo. v. metus, q. 1.

Et Judicis arbitrio remittitur metus gravitas, l. 3. D. ex quib. caus. maj. Quæ enim homo vulgaris, Fœmina, Puer prudenter timet: cordatum, aut nobilem Virum non movet, nec terriant, Proverb. 18. ibi: Pigrum deicit timor. Et sic minor metus sufficit in fœmina, quàm in masculo, Surd. dec. 149. n. 24. Marian. conf. 12. n. 16.

Levis est metus, quo quis imprudenter movetur, & cui facile resisti potest, l. metum autem, non vani hominis, 6. l. nec timor, 7. v. promde, et 1. ibi: Meticulosam rem frustra metuit, l. 21. ibi: Hunc sibi, metum ipsa infert; D. de eo, quod met. caus. l. 3. ibi: Non sufficit quolibet terrore adductum simulisse; D. ex quibus caus. maj.

I. E M M A XLVIII.

An contractus metu gravi injusto celebrati Jure naturæ teneant.

Nega, cum Bart. in l. metum, 9. §. volenti, n. 2. D. de eo, quod met. caus. Fortunarade vult. sine, l. lat. 21. n. 387. Solo lib. 3. de just. q. v. n. 7. ad 3. Molina. tom. 2. tract. 2. disp. 326. ad 2. Palacios, 4. de contract. c. 9. Contrà 60. DD. quos citat, & sequitur Sanch. 4. de matr. disp. 3. n. 4. Gran. dec. 103. n. 67. Onmate to. 2. de contr. disp. 3. n. 239.

Probat. I. Nullus contractus contra Jus naturæ tenet. Sed omnis contractus gravi injusto metu extortus est contra Jus naturæ. Ergo, omnis contractus gravi injusto metu extortus, non tenet. Conteq. est bona.

Major probatur. Quia si contractus contra Jus naturæ teneret, ab aliquo Jure haberet talem subsistentiam. Sed à nullo Jure potest habere subsistentiam. Non à Jure naturæ; secus Jus naturæ sibi ipsi repugnaret validando actum, quem improbat. Et esset contra Jus naturæ, quod à Jure naturæ recipere firmitatem. Imo Deus Juris naturalis sancitor redarguaretur tamquam defectuosus contraria Jura simul promulgando. Quod indignum dictu est contra naturale lumen.

Roboratur. Si Jure naturæ contractus meticulous teneret, fures, latrones, donationes minis extorquentes non tenerentur restituere. Nam titulo valido Jure naturæ, & traditione dominium acquisissent; Et requireret sententia rescindens contractum illum donationis, ad hoc ut adstringerentur ad restituendum. Quod nemo declinaret.

Nec firmitatem habent Jure positivo. Nam Jus positivum injustitiam non firmat. Præcipue cum dictos contractus puniat, improbet, l. si vi, 3. C. de his, quæ vi.

Minor probatur. Omnis actus injustus est contra Jus naturæ. Sed omnis contractus gravi injusto metu extortus est injustus. Ergo omnis, talis contractus est contra Jus naturæ, Major patet. Quia justitia est

de Jure naturæ. Ergo injustum est contra Jus naturæ. Minor patet. Nam contractus metu injusto supponitur extortus: adeoque est injustus: cum non solum extorqueat aliena injuste, sed lædat jus alterius liberè contrahendi, & æqualitatem liberi consensus essentialitèr requisitam in contractu, l. nihil, 117. D. de reg. jur. cap. cum locum, de spons. Quod est contra justitiam ubique æqualitatem exigentem. Unde meritò talis contractus est improbus, l. si vi, 3. C. de his, quæ vi, metus caus. ibi: Quod improbe factum est.

Injustum est contra Jus naturæ.

A41. Contractus ex metu est improbus.

A42. Jure naturæ illicitus, & sic reprobat.

A43. Habita ex metu restituenda.

A44.

A45. Contractus validus parit obligationem.

Confirmatur. Nam contractus gravi injusto metu extortus, vel à Jure naturali est reprobus, vel non. Si non: Ergo est licitus. Omnia enim licent Jure naturæ, quæ Jure naturæ non improbantur. Si est reprobus Jure naturæ: Ergo est irritus eodem Jure. Secus liceret ita validè contrahere. Et si liceret, non esset malum contrahere ex metu injusto, quod esset reddere licitam injustitiam contra omne Jus Divinum & humanum.

II. Probat. Metu injusto extorta sunt restituenda. Ergo contractus metu celebratus est nullus. Antecedens probatur. I. Quia secus Banniti, qui metu extorquent pecuniam, & donationes, immunes essent à restitutione. II. Ille, qui lædit justitiam commutativam tenetur restituere ante sententiam. Sed metu contractum, & rem extorquens lædit justitiam commutativam. Ergo tenetur restituere. Cætera constant. Minor probatur. Quia justitia commutativa æqualitate exigit inter Contrahentes. Et metu extorquens contractum, tollit alteri æqualitatem juris disponendi rei suæ pro libito.

Consequentia patet. Quia, si contractus teneret, ille, ex vi contractu validi jure, & validè teneret. Ergo, durante contractu, haberet jus retinendi. Nam omnis contractus jure validus essentialitèr parit debitum dandi in promittente, & jus petendi, & retinendi in illo, cui promittitur, §. fin. hoc tit. Et tamen, si contractus sit onerosus, sive lucrativus, omnia in pristinum restituenda esse, docet Sotus in 4. d. dist. 29. qu. 1. art. 3. Navar. c. 17. n. 5. Cov. in reg. peccatum, 2. p. §. 3. n. 7. Cai. 2. 2. q. 32. art. 7. in fin. cum aliis 22. DD. quos sequitur Sanch. 4. de matr. d. 9. n. 4. Id asserens etiam si metus sit levis. Nam etiam justitiam lædit, l. isti, 8. l. 12. l. si cum, 14. §. cum qui, D. de eo, quod met. caus. c. ex literis, c. Abbas, ad aures, de his, quæ vi.

I. E M M A XLIX.

An Jure positivo sint nulli.

Affirma. Probat. I. Quia Jus positivum nequit actum injustum approbare. Ergo nec illi injustitiam dare firmitatem: quia esset tacitè approbare. II. Jus positivum insurgit pœnis quadrupli contra incutientes metum ad contrahendum, l. metum, 9. §. fin. in fin. D. de eo quod met. caus. l. 4. C. de his, quæ vi. Ergo illorum contractus non firmat. III. Si jure positivo actus metu celebrati tenerent, Jus positivum non posset illos destruere. Nam dementati, non prudentis esset, firmare id, quod destruendum percipis: Cûr enim, rebus eodem modo stantibus, vis irritare actum, cui mox firmitatem dedit. IV. Jus positivum non habebat causam sufficientem ad dandam firmitatem ivis gestis injustis. Ergo non dedit. V. Jus illos contractus improbat, l. si vi, 3. l. 5. C. de his, quæ vi. Ergo illos non vult validos. VI. Si contractus metu incutus valeret, Contrahens haberet jus petendi. Sequela est absurda. Ergo, & undè sequitur. Sequela patet. Nam de essentia contractus validi est parere obligationem, l. Labeo, D. de verb. obligat. Absurditas sequelæ constat. Quia nemo debet ex iniquitate commodum reportare. VII. Per donationem, & contractum, metu celebratum non transit dominium rei in donatarium. Ergo est contractus donationis nullus. Consequentia est bona. Nam ex natura validæ donationis cum traditione est, dominium transferre.

A46. Jure positivo sub nulli.

Puniumtur in quadruplum incutientes metum.

A47.

A48.

A49.

Actio in rem datur sine obligatione solo Jædicis officio executivo, l. jubemus, D. de jurisd. omni. Jud. Alc. in l. 1. n. 7. D. si cer. pot.

Antecedens probatur: Qui habet vindicationem rei traditæ, est Dominus; Sed tradens rem ex metu injusto habet vindicationem rei traditæ. Ergo. Major patet ex dictis lib. 4. n. 294. Minor patet ex l. ino-

450. *rum, 9. §. licet, ibi: Quia res in bonis ejus est, qui vim passus est: §. volenti, ubi Bart. D. de eo, quod met. cau. l. si vi, 3. C. de his, quæ vi. Et restitutio petitur à quocumque possessore rei, l. 9. §. fin. ibi: Cum autem hæc actio in Datur rei rem sit scripta: nec personam vim facientis coercent: sed adversus omnes restitui velit. l. si cum exceptione, 14. pro rebus §. in hac actione, §. aliquando, D. de eo, quod met. cau. metu alie. Undè merito restituitur res metu extorta una cum fructibus, etiam perceptibilibus, l. sed & partus, 12. D. de eo, quod met. cau. Ita ut, si non restituat, puniatur intra annum utile, in quadruplum rei restituendæ, in quo inest simplum, l. si cum exceptione, 14. §. si quis, §. Labo, in fin. §. quatenus, D. cit. tit. Post annum solvit simplum, l. 14. §. post annum, D. cit. tit. l. si per vim, 4. C. de his, quæ vi. Et metum passus habet exceptionem, ne solvat; & actionem ad repetendum solutum, l. 9. §. Sed quod Prator, in fin. D. cit. tit.*

451. *Adetum passus habet, exceptio nem, ne solvat. VIII. Probatur ex l. 1. ibi: Si Pater tuus per vim coactus domam vendidit: ratum non habetur, quod non bona fide gestum est. Mala fidei enim emptio inita est. C. de resc. vend. In quo textu inita est venditio ex metu, licet dicatur in tempore futuro, non ratificabitur, ut loquitur l. 1. l. 9. §. sed quod Prator ait: Ratum non habeto, D. de eo, quod metus causa. Et sic non ratificabitur: quia est irrita: ut tradit rationem hæc tex. Et simul eodem tex. offenditur, non solum gratuitos; sed etiam onerosos contractus metu celebratos esse irritos.*

452. *IX. Ex l. 22. ibi: Qui in carcerem, quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret; quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est. D. de eo, quod met. cau. En pro tempore, quo celebratur, est nullus contractus. Nam Ly, Nutius momenti, est idem ac nullus roboris, l. si quis Sempronium, D. de hæred. inst. c. ordinarii, in fin. De off. Ordin. Farin. torn. 2. p. 1. prax. crim. q. 35. num. 3. & 4.*

453. *X. Ex l. si mulier, 21. §. si das metu promissa sit: Non puto nasci obligationem: quia est verissimum, talem promissionem dotis nullam esse. D. de eo, quod met. Nec refert dicere, incertam promissionem dotis esse nullam. Nam factam data à Patre, certificari potest ex facultatibus, & qualitate matrimonii. Et tamen indistinctè tex. ait, esse nullam.*

454. *XI. Ex l. 2. ibi: Cum restitisset, quivis ex litigatoribus, viribus praturæ compulsus est: nulla jurisdictio est. D. de jud. En nulla jurisdictio metu extorta.*

XII. Ex cap. 2. cap. si verò, de jur. jurand. c. ubi, de elect. in 6.

XIII. Patet ex l. illud verum, 10. D. de eo quod met. cau. ibi: Si ex facto Debitoris metum adhibentis, fidejussores acceptatione liberati sunt: etiam adversus fidejussores agi posse, ut se reponant in obligationem. Si metu à te coactus, acceptam tibi stipulationem fecerim: arbitratu Judicis, apud quem ex hoc Edicto agitur, non solum illud continetur; ut in tua persona reintegretur obligatio: sed ut fidejussores quoque, vel eosdem, vel alios, non minus idoneos adhibeas; præterea, ut & pignora, quæ dederas, in eadem causa restituas. Ubi ex metu facta acceptatio, pignora, & fidejussores non liberantur: Et si gerant se ut liberati à fidejussore, Judex illis cogit, ut obligati sint.

455. *Fidejussor ob metum non tenetur. XIV. Fidejussor non tenetur, si vis passus est, l. si quis, 11. ibi: Vim fecit: non tenebitur fidejussor, D. de eo, quod met. cau.*

XV. Id docet D. August. Epist. 225. ad Albetum, ibi: Pimianus autem, quod, quæ per vim, & metum pollicitus esset, se obligatum, minime teneri, probè sciret, sequenti die clam, unà cum suis, Tegastum reversus est. Erat hic Pimianus, qui juramento metu promiserat Populo.

Solvantur Argumenta contraria.

455. *Ut solutioni Argumentorum sternamus viam, recolendum est: Neminem præsumi metu contractisse, l. 2. C. de his, quæ vi. Et, si constet de metu, non præsumitur injustus, & confitio de ejus injustitiâ, non præsumitur gravis, &c. Nam excluditur, vel minor culpa præsumitur, l. merito, D. pro soc. Menoch. 3. præsumpt. 126. num. 1. Et sic præsumitur contractus validus, donec metus pateat, licet contractus se nullus.*

Obiiciunt I. tex. in l. 1. & l. 9. §. sed quod Prator ait: Ratum non habeto, D. quod met. cau. Ergò, contractus metu celebratus est irritandus, non irritus.

Respond. I. ex l. 1. C. de resc. vend. idè Prætorem non ratificaturum: quia est irritum. II. Respond. ex d. l. si mulier, 21. in princ. ibi: Quod metus causa gestum erit, nullo tempore Prator ratum habebit. Ergò, nec pro præsentis, præterito, aut futuro: secus pro aliquo tempore ratum haberet.

Obiiciunt II. l. si mulier, 21. §. si metu coactus adii hereditatem: puto me hæredem officii, quamvis, si liberum esset, noluissem. Ergò metu coactus, quis potest acquirere jura hæreditaria.

Respond. Esse hæredem præsumptivè, donec in foro probaveris, metum fuisse gravem cadentem in virum constantem. Metus enim non tollit libertatem, ut in d. §. si metu, nec semper est gravis, & probari debet, & interea non præsumitur, l. si donationis, 7. ibi: Probare poteris, C. de his, quæ vi. Et, eo probato, contra aditionem, quæ est facti, restituitur, & declaratur nunquam fuisse hæredem, l. si metus, 34. D. de acq. hæred. Sed, si protestationem præmiserit, se nolle adire, & tantum fingere aditionem ad evitandum malum, tunc nec præsumptivè est hæres: cum ab initio constet de voluntate non adeundi. Quod verum est, etiam deficiente metu, cum sine voluntate hæreditas non adeatur. Ergò multo magis accedente metu, liqui in aliena, 6. §. Celsus, ibi: Fallens adii hereditatem, siue sit liber hæredem non fieri. D. de acq. hæred.

Obiiciunt III. Venditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extorta sunt, præcipimus infirmari, 12. C. de his, quæ vi, c. ac fin. de his, quæ vi, ibi: Debet in irritum revocare.

Respond. Pontius 6. de mat. c. 8. Rebell. q. 5. nu. 10. l. præcipimus infirmari, dicunt idem esse, ac præcipimus infirma declarari, quod docuerat Bart. d. l. 9. §. volenti, nu. 2. D. de eo, quod met. cau.

Mihi placet, contractum metu minarum extortum esse irritum, sed præsumi valere, donec probetur metus, l. 6. l. donationis, 7. C. de his, quæ vi. Et sic infirmatur, rescinditur, restituitur in foro, quò ad istam præsumptionem validitatis. Omnis enim actus validus præsumitur; licet ipso jure re vera fuerit nullus, ut nulla lege justa potuerit firmari, ut sup. probavimus. Et actus nullus ipso jure irritus dicitur irritandus in cap. auditis, 29. in fin. de elect. Et ita corrumpunt omnia Jura in oppositum.

Obiiciunt IV. Contra inferentem datur exceptio. Ergò inferens metum habet actionem, l. dolo, vel metu, C. de inutil. stip. Nam exceptio actionem supponit, l. 2. D. de except.

Resp. Dari actionem præsumptam: quia contractus justus, non meticulosus, præsumitur, quæ actio eliditur exceptione metus, l. metum, 9. §. sed quod Prator, D. quod met. cau. l. si per vim, 4. C. de his, quæ vi.

Idque ex eo constat. Quia, si Actor exprimeret sibi rem debitam ex metu, libellus reiceretur, l. 7. C. cit. tit. Ergò datur actio ex eo: Quia contractus non præsumitur metu celebratus.

Obiiciunt V. In contractu ex metu adest voluntarium, & libertas, d. l. si mulier, 21. §. si metu coactus, el 2. ibi: Coactus volui. Ergò adsunt omnia requisita ad valorem contractus.

Resp. Concedo antecedens. Nego consequentiam. Nam ad essentiam contractus requiritur, non solum æqualitas rerum, sed consensus. Qui diminutus est in illo, qui metu consentit, l. nihil consensus, 117. D. de reg. jur. c. cum locum, de sponsal. ibi: Cum locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit.

Obiiciunt VI. princ. tit. Inst. de exc. ibi: Si metu coactus Titio stipulanti promissisti, quòd non deberas promittere, palam est, Jure civili se obligatum esse. Ergò contractus stipulationis ex metu tenet; secus non pareret obligationem.

Resp. Obligationem istam esse præsumptam, donec de metu injusto gravi in Foro constet, quo confitio cessat.

456! *Ratum non habeto.*

457! *Omni tempore etiam præteriti.*

458! *Adiens ex metu, est hæres.*

459! *Præsumptio.*

460! *Valor præsumptus irritatur confitio de metu.*

461! *Exceptio supponit actionem.*

462! *Saltem præsumptam.*

463! *Metus laedit æqualitatem consensus.*

464! *Metus laedit æqualitatem consensus.*

LEM

L E M M A L.

Sint nulli Contractus lucrativi, an onerosi ex metu celebrati?

465. Injustus metus red... 466. Incutiens metum re... 467. Reverentialis cum... 468. Quid in filio obedi... 469. Vis reverentia... 470. 471. Præces importuna... 472. Importuna... 473. Blanditiæ... 474. Moderatæ... 475. Pro carcerante... 476. Etiam est nulla fide... 477. Et ad favorem carcerati... 478. Dolus... 479. Dolus... 480. Dolus... 481. Ex voluntate delib... 482. Dolus...

l. fin. C. si quis alteri test. prohib. ibi: Judicium uxoris postremum in se provocare maritali sermone, non est criminiosum. Dixi moderatæ: ne importunitate voluntarium lædant, Masc. concl. 193. n. 4. Non blauditiæ.

L E M M A LII.

An obligatio, sive contractus in carcere injusto factus, subsistat?

474. Non loquimur de justè carcerato, cujus contractus ad favorem Carcerantis tenet, Rov. vol. 2. Conf. 84. Staiban. jun. sent. 1. resol. 75. ubi decisum refert. Sed de injusto: & 475. Distinguas. Vel contractus fit pro illo, qui ad hunc finem vinculis se adstrinxit. Vel est particeps nullus. Vel ad favorem Tertii. Vel Carcerati.

476. Si ad utilitatem Carcerantis, participantis per se, vel per alium, contractus est nullus, l. qui in carcerem, 22. D. de eo, quod met. caus. Idque etiam, si militibus circumvallantibus, extra carcerem se obliget. Adhuc enim carceratus cenietur, cum libere nequeat ambulare, l. qui neque, D. de verb. sign. l. succurritur, D. ex quib. caus. major. Bart. in d. l. qui in carcerem, nu. 1. ubi Aug. nu. 2. Idemque de carcere privato fateatur Aff. dec. 149. nu. 2. Idque etiam stante juramento. Nam juramentum corrumpit cum contractu, qui nullo jure valet: nec est petenda absolutio, Aff. dec. 149. Boer. decis. 100. nu. 14. licet consultius sit illius absolutionem petere.

477. Nec relevat, si Carceratus fateatur spontè, non vi, metuyè, contraxisse. Nam præsumitur eodem timore id dixisse, l. doli, §. diversum, D. de doli mal. except. Natta vol. 2. conf. 451. nu. 29. Imò fidejussio pro tali contractu nullo, nec tenet: Nam deest debitum principale, sine quo fidejussio subsistere nequit, Aff. l. c. nu. 3. & l. si sub impossibili, l. cum lex, D. de fidejuss. Et exceptiones competentes principali, communicantur fidejussori, l. omnes, D. de except. l. fin. §. fin. C. de usur. rei jud. l. defensionem, C. de except.

478. Et eodem modo dicas, si quis contrahat, metu carceris comminati injustè, l. nov. ff. de, D. quod cum falso tutor. Dec. conf. 690. num. 10. Ofsac. dec. Pedem. 177. nu. 2. l. metum, §. sed licet, ibi: Nisi ipse hanc vim tibi submissi, D. de eo, quod met. caus.

479. Si ad favorem Tertii non participantis in captura, nec instante Carcerante, tenet contractus. Nam d. l. qui in carcerem, ubi Angl. 3. loquitur de contractu extorto à Carcerante mediatè, immediatè pro se, vel pro alio, l. nihil interest, C. de iis, quæ vi. Mascard. de prob. concl. 151. nu. 32. Guidon. Papa dec. 253. Aff. dec. 149. nu. 4. ubi Ursill. nu. 1. Bart. in l. qui à latronibus, nu. 2. D. de test. Mar. si. sing. 306.

480. Hinc contractus factus cum Tertio, pro ipsius liberatione est firmus, l. nam, & seminus, D. de neg. gest. l. metum, §. sed licet, D. quod metus caus. Nam est ad utilitatem Carcerati.

481. Si ad favorem Carcerati tenet. Nam de hoc non loquitur d. l. qui in carcerem, Mascard. de prob. concl. 1051. num. 35.

482. Sed quid, si Pater contrahat pro filio carcerato injustè? Resp. non valere contractum, ex l. isti quidem, in fin. D. quod met. cau. Gutt. de jur. conf. par. 1. c. 97. nu. 8. Rol. à Pall. conf. 2. nu. 47.

DE DOLOSO CONTRACTU.

483. Doli notitiam necessariam ad contractus, & delicti naturam introspectendam, hic ex proposito suscipimus enucleandam. Et l. l. E M M A LIII.

Quid sit Dolus?

484. Dolus est Machinatio ad decipiendum alterum adhibita, cum aliud agitur, aliud simulatur, l. 1. §. 4. D. de dolo malo, l. juris gentium, 7. §. dolo, D. de pactis, Menoch. de recup. poss. rev. 5. num. 73. D. l. b. 2. q. 118. ar. 8.

485. Ly Machinatio ad decipiendum, indicat dolum requirere, ut quis deliberata voluntate, ex consilio alium decipat, contrahendo, vel delinquendo, Tusch v. Dolus, concl. 571. nu. 2. Bero. conf. 49. num. 49. lib. 1. l. & elegantè, §. fin. l. si quis affirmaverit, l. quod venitur, 37. D. de dol. mal.

In quo Dolus differt à Culpa, quæ non supponit animum deliberatum damnificandi, fallendive; sed ex negligentia emanat, l. lata, l. magna negligentia, D. de verb. sign. l. quod Nerva, D. de pos.

L E M M A I. I V.

Quotuplex sit.

482. Dolus I. dividitur in Bonum, & Malum, l. 1. §. non sinit, D. de dolo, Bart. in l. quod Nerva, D. de pos. Bonus est, si licite alium quis decipiat: ut si ad effugiendum hostem, inimicum, fingat aliò ire. Sic, belli Duces licitas insidias, novis inventis ad hostes decipiendos, construunt, Apost. 2. ad Corinth. c. 12. ibi: Ego vos non gravavi. Sed cum essem astutus, dolo vos decepi. c. dolum. de conver. conjug. Decian. p. 1. c. 4. num. 13. Malus Dolus est velle advertenter injuste alium decipere, vel lædere, l. si falsos, c. de fals. Exech 10. Ps. 5. ibi: Dolum sum abominabitur Dominus, Ps. 10. ibi: Disperdet Dominus omnia labia dolosa.

Dolus bonus.

Malus.

483. Verus.

Præsumptus.

II. Dividitur in Verum, & Præsumptum. Verus, quando clarè de eo constat: ut si, data opera, quis alium occidat, Surd. dec. Mant. 116. nu. 3. Præsumptus ex indicio non manifestis, & conjecturis inducitur, l. dolum, C. de dol. Bart. in l. quod Nerva, nu. 19. D. de pos. Sic latissima culpa præsumitur dolus, Surd. dec. Mant. 276. nu. 13. Pacian. 1. de probat. c. 66. nu. 183. ex d. l. quod Nerva.

484. In committendo, in omissione.

485.

III. Dolus alius in Committendo: ut si quis, data opera, alterum lædat. Alter in Omittendo: ut si quis emittat facere id, quod tenetur. Qui dolus est verus, si scienter quis emittat, l. si ex causa, §. si in comm. ff. D. de min. Est præsumptus, si ex negligentia omittat. Et ex negligentia, non data opera, omittit præsumitur. Nam sic præsumitur minus malum, c. unice de serutin. Surd. dec. Mant. 216. nu. 5.

L E M M A L V.

Quando Dolus in eo culpæ acquiparetur?

In contractibus, non in delictis lata culpa equiparatur.

486.

IN actionibus emanantibus ex contractu, vel quasi, lata culpa æquipollet dolo. Et in illis Jura decernentia, aliquem teneri ex dolo, intelliguntur etiam de culpa lata; l. 15. §. cui dolum, D. ut in poss. leg. l. quod Nerva, D. de pos. ubi Bart. nu. 10. l. si si accessor. D. mandat. l. impuberibus. §. 1. D. de susp. tut. l. 1. §. is quoque, D. de est. & obli. magna culpa dolus est. D. de verb. sig. ubi Aic. nu. 3. l. si ut certo, §. §. nunc videndum, D. com. ubi in deposito, quis tenetur ex dolo tantum. Per quam taxativam tantum, duntaxat, non excluditur, aliquem etiam ex lata culpa teneri, l. 1. C. de pos. c. fin. de dep. ubi Gl. v. culpa.

487. Excommunicatio requirit dolum secundum quosdam.

488.

In delictis vero, lata culpa cum dolo non confunditur, l. 1. §. si quis ideo, D. ne vis fiat ei, qui in poss. l. in lege Cornelia, D. ad l. Corn. de Sicar. ibi Nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. Idquæ fortius, si Lex dolum requirat in delictis, saltem tacite, dicendo: nullius præsumat, audeat, Card. in Clem. 1. q. 39. de priv. l. Butr. in c. 2. nu. 9. ubi l. mol. nu. 3. Abb. nu. 9. de Const. Bart. in d. l. quod Nerva, nu. 20. Magon. dec. Luc. 43. nu. 23. Et ita culpam dolo non comparari in excommunicatione, quæ est gravior morte, & corporis lavena, docent Baidin l. data opera, nu. 4. C. de iis, qui accus. non poss. Berov. in c. 2. num. 32. de const. Ang. v. excommunicatio, §. nu. 14. Sy. vest. v. excommunicatio, §. 6. nu. 2. Nav. conf. 30. num. 2. de sent. excom. p. 2. ajens, ab isto dolo excusare etiam causam injustam; sed hoc debet secundo calamo retractari.

L E M M A L V I.

An in dubio præsumatur Dolus?

489. In dubio dolus non præsumitur.

490.

NEga, l. dolum, C. de dol. l. quoties, §. qui dolo, D. de probat. l. si quis fundum, §. Imperator, D. locat. Mascard. de prob. concius. §. 21. n. 5. Par. s. ib. 1. conf. 49. nu. 8. Mant. 2. de conject. tit. 7. nu. 1. Et præsumitur potius error inculpabilis, l. quod adhibitus, C. de his, quæ sibi adscrib. in test. ibi: Credo magis errore, quam malitia incidisse.

L E M M A L V I I.

Quot modis Dolus potest esse in contractu?

Dat causam, & incidit in contractum.

DUplici modo, l. si contractus, illo remoto, non esset factus; & tunc dicitur dare causam contractui; vel esse conditionem; sine qua non: sine antecedens: ut loquitur Theologi. II. Potest esse, ut contractus fieret etiam præciso dolo; & tunc dici-

tur Dolus incidens, ut volunt Legistæ, subsequens; concomitansque, ut vocant Theologi. l. & elegantèr, 7. D. de dol. l. usq. v. Dolus, concil. §. 71. Ar. s. 3. l. b. c. 3.

Rursus dolus potest esse I. circa Substantiam materiae, de qua contrahitur. II. circa Circumstantias. III. circa Personas contrahentes. Ex quibus solvimus subsequens Q.

L E M M A L V I I I.

Quando Dolus annullet contractum?

Dicas: Contractum sine voluntate Contrahentium non subsistere; Et sic dolus circa substantiam: hoc est, circa objectum voluntatum, cum tollat voluntatem, & consensum, tollit contractum: ut si vendatur auriculum pro auro, l. in omnibus, §. 7. D. de act. & oblig. l. nec emptio, 7. l. si in emptione, 34. l. ea, quæ, 43. §. dolum, D. de contrab. empt. l. cum dilecti, D. de empt. & vend. l. & elegantèr, 7. D. de dolo.

Si verò contractus esset initus, non obstante dolo, & deceptione circa accidentia. Tunc Dolus non tollit consensum in substantia rei volitæ, & sic nec contractum. Nam volens contractum, deceptus, illius circumstantias non curat, l. si quis affirmaverit, 9. D. de dol. Julianus, §. venditor, D. de act. empt. l. 3. §. fin. D. pro soc. l. si dolo, C. de resc. vendit.

Quòd si qualitates rei sint objectum voluntatis Contrahentis: ut qui vult emere lanam albam, tunc contractus est nullus, si detur nigra: nam deficit consensus, l. & elegantèr, 7. D. de dol. l. ea verò, 3. §. de illo, D. de dol. D. Bonav. in 4. d. 30. in expoll. lit. §. nu. 4. ubi Palud. q. 1. art. 2. nu. 9. concl. 10.

Semper ergò ac dolus tollit consensum objecti voliti, tollit contractum; talis est dolus dans causam contractui in substantia, vel in rei circumstantiis per se volitis in contractu. Si verò dolus det causam in qualitate rei, quæ qualitas non sit objectum voluntatis: tunc, si tertius dolo decipiat, tenet contractus, l. si de dolo, C. de resc. vend. l. 3. §. verbo, D. ad Vell. l. 2. de proxen. l. & elegantèr, 7. D. de dol. mal. ubi Bart. Covar. in regul. Possessor §. 6. nu. 1. p. 1.

Si verò alter Contrahentium decipiat in qualitate: tunc distinguas, & dicas, esse nullus contractus bonæ fidei, l. ea verò, 3. §. de illo, §. fin. D. de dol. d. l. & elegantèr, 7. D. de dol. Bonæ fidei enim dolus maximè advertatur. Contractus stricti juris esse irritandos, l. dolo, vel metu, C. de inutil. stipul. ibi: Dolo, vel metu adhibito, actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit; per doli tamen, vel metus exceptionem, submoveri petitio debet. Igneus in l. contractus, 23. D. de reg. jur. nu. 150. Idque quia dolus magis opponitur contractibus bonæ fidei, quàm stricti Juris. Et ita concordantur Jura.

DE CULPA, QUÆ CONTRACTU INTERPONI SOLET.

L E M M A L I X.

Quid sit culpa legalis?

NON sumimus hic culpam Theologicè, scilicet pro peccato; sed juridicè: scilicet pro negligentia, inadvertentia vincibili circa ea, ad quæ quis tenetur. Et est omnis negligentia, defidia, &c. in eo, quod quis scit, & tenetur facere, l. si certo, §. 2. D. de mod. i. sociis, 72. D. pro soc. l. si putator, 31. D. ad l. Aquil. Bart. in l. quod Nerva, num. 6. D. de pos. Coraf. 4. misf. c. 1. num. 9.

L E M M A L X.

Quotuplex sit?

CUM culpa juridica sit negligentia in eo, quod quis tenetur facere. Hinc pro ut intenditur, vel remittitur negligentia, crescit, decrescit culpa. Et sic dividitur in levissimam, levem, latam, latissimam culpam, prout negligentia in agendis, custodia rebus est levissima, levis, lata, latissima, l. contractus 23. ubi hoser. c. 3. num. 10. D. de reg. jur. l. quod Nerva, 32. D. de pos. l. quæstum, §. illud adnotatur, D. de precar. l. homo liber, §. 4. §. 2. D. de acq. rer. dom. l. cum res 47. §. culpa, §. D. de leg. 1. Salyc. in l. si nulla, num. 4. C. de pign. act. Coraf. 4. miscell. c. 1. nu. 11.

Omittere diligentiam, quam adhibent diligentissimi ejusdem negotii, est negligentia, & culpa levissima, l. 1. §. bis quoque, ibi: Levissimam diligentiam Levissima præ-

491

492. Tollit contractum dolus in substantia

493.

In circumstantiis.

494.

Si sit objectum voluntatis.

495.

496.

Culpa theologica peccatum. Atilis est negligentia.

497.

Est quinqueplex.

498.

Levissima præ-

Prælat. D. de aff. & obl. l. merces, §. penult. D. locati. Omiffio diligentia, quam adhibent diligentiores, est negligentia, & culpa levis, l. i. §. bis quoque, D. de aff. & obl. l. eum res, §. fin. D. deleg. 1.

499
Levis.

Omiffio diligentia, quam omnes adhibent, est negligentia immodica, nimia, & culpa gravis, lata, l. cedere diem, 2. 13. §. fin. D. de verb. obl. l. milites, D. de cust. reor. l. lata, l. magna negligentia, D. de verb. sign. l. si per imprudentiam, D. de evict. l. nec supinam, D. de jur. & fact. ignor. Quæ lata culpa in contractibus dolo æquiparatur, quia ei proxima est, d. l. quæsitum, §. illud adnotatur, de l. quod Nervæ. Omittente diligentiam, quam etiam negligentes adhibent, est latiffima culpa, quæ est dolo præsumptus, Butr. in cap. 2. nu. 9. v. Die in talibus, de confit.

509
Gravif.

Latiffima.

501.

De qualitate culpæ arbitrabitur Judex

Quæ omnes non sunt diverfæ species; sed gradus intentionis, vel remiffionis, negligentia; & sic ejusdem speciei. Nam magis, & minus non variant speciem, l. fin. D. de fund. instr. vel instr. leg. l. is, cui via, 1. 1. D. quemadmod. servitus amitt. l. aut damnatum, §. inter eos, 6. D. de pen. Decian. lib. 1. c. 6. nu. 7. Et de ejus intentione Judex arbitrabitur, l. semper advertitur, 15. §. culpam, D. quod vi, aut clam, l. in actionibus, D. de in lit. jur. l. mora, 32. D. de usur.

L E M M A L X I.

Quo veniat appellatione Culpa in dubio?

502.

Levis.

L Evis, l. impuberibus, §. 1. D. de susp. tut. l. nomina, C. arb. tut. Alciat. in l. culpa lata, nu. 2. D. de verb. sign. Et qui conveniri potest ex levi, fortius ex lata culpa, & dolo. Nunquam ex levissima, §. fin. Inst. pro soc. ibi: Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. l. socius socio, D. pro socio. Semper tamen culpæ qualitas à materia subjecta intelligitur, Dec. in l. contractus, n. 25. D. de reg. jur. ubi Cognol. n. 12.

L E M M A L X I I.

An Culpa præsumatur?

503.

Culpa non præsumitur

N Ega, l. 2. D. si quis caut. l. in illa stipulatione, si Kalendis, D. de verb. oblig. l. fin. v. Interdum, D. de cust. reor. Aug. in l. si damnatum, §. fin. D. de pecul. Et sic præsumitur facta diligentia debita, Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 127. Alex. cons. 133. col. 2. lib. 7. Mag. fcard. 1. de prob. concl. 467. nu. 1.

Atque hic notabiliter videndum sequitur. Quando extinguatur obligatio contractus depositione rei?

504.

F Requenter contractus inhærent rei, qua destructa, quæstio emergit, cujus cedat damno? Cujus difficultatis tumor detumescit, si prius differamus.

L E M M A L X I I I.

Quot modis res pereat?

505.

Res perit fortuito.

I. **C** Asu fortuito: puta, fulmine. Et casus fortuitus est quidquid inopinatè contingit humana providentia insolens, ineluctabile, remotum, l. 2. §. si eo tempore, 7. D. de admitt. ver. ad Civ. pertim. l. quæ fortuitis, 6. C. de pign. aff. Dixi ineluctabile. Nam res prævisa, fortuita etiam Jure censetur, si ei resisti nequeat: ut in naufragio, ruina, ex conducto, 1. §. 2. D. locat. l. in rebus, 18. D. commod. l. in Judicio, 23. C. de locat. Gregor. 21. syntagma. 12. nu. 1. Menoch. de recuper. rem. 12. nu. 23. l. contractus, 23. in fin. D. de reg. jur.

506.

Culpa.

II. Res potest perire culpa: ut si ex negligentia inhabitantium domus incendatur, l. si vendita, 11. D. de peric. & commod. rei vend. De cujus culpæ, & divisione jam præloquuti sumus.

Dolo.

III. Ex dolo: ut si quis data opera rem destruat, l. contractus, 23. D. de reg. jur.

Facto.

IV. Potest desinere voluntate Domini rem destruentis.

V. Facto alterius bona fide rem deperdentis, consumentis: puta, si hæres credens rem suam non esse legatam, illam alienat, vel consumat. Res sine ejus dolo, culpa, casu fortuito; sed ejus facto dicitur amissa, & illius extimationem legatario dare compellitur.

507.

VI. Ex Mora res perit illi, qui est in mora: hoc est, non restituit, quando restitute tenetur. Nam, si mora pendente res pereat, ipsi perit: enim dolo, culpa, ita mora debet nocere moroso.

Hinc factum est, ut Fidejussor, qui se obligavit ad

l. 1. lib. III.

presentandum Reum, ad requisitionem Curia, non teneatur; si ante moram Reus moriatur, mutet statum: puta, fiat Clericus, Bannitus, carceretur ab alio diversæ ditionis Judice; tunc extinguitur fidejussio, ita, ut nec ad pœnam fidejussor teneatur, l. si decesserit, 4. ibi: Si decesserit, qui fidejussorem dedit, judicio sistendi causa, non debet Praetor jubere exhiberi eum. D. qui satisfacere cogant. & cum recentioribus annotat D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. par. 2. formul. 63. nu. 13. in fin.

Fidejussor

At si Fidejussor fuit in dolo, culpa, mora: tunc etiam si Reus principalis moriatur; Fidejussor tenetur ad pœnam, d. l. si decesserit, 4. ibi: Si autem post diem exhibitionis decesserit, aut amiserit Civitatem, utiliter agi potest. D. qui satisfacere cogantur, l. sancimus 26. ibi: Sed competere quidem post temporis lapsum omnimodo pœnalem actionem, C. de fidejuss.

In dolo mora tenetur ad pœnam

In Dolo dicitur Fidejussor, si ipse procuret Principalem mutare statum: puta, fieri Clericum, consultat, ut carceretur ab alio Judice; & tunc non excusatur, et si dicat non esse possibile, Reum presentare jam carceratum, Clericum, Bannitum.

Quando est in dolo

In Mora dicitur esse, si adveniente tempore requisitus, non presentet, l. non exigimus, 2. ibi: Certum, si postea transactum est, exceptio doli opponi debet, D. si quis cautionib. & si pendente mora Principalis moriatur, ab alio carceretur, fiat Clericus; tunc fidejussor, non excusatur à pœna, quia poterat Reum presentare ante moram: quo Reo, tunc presentato, in fortis Curia, non fuisset factus Clericus, non bannitus, & si moriatur, esset mortuus in manu Judicis. Unde fidejussor iste morosus, etiam si post moram impossibile sit presentare Reum, tenetur ad pœnam, nè ex mora relevetur, l. si eum, §. homo, ibi: Homo fisti promissus, ante diem, dolo promissoris perit; & certo Jure utimur, non ante pœnam peti posse, quam dies promissionis venerit. Totam enim stipulatio in diem collata esse videtur, D. si quis cautionib. Idem enim operatur culpa, ac dolo in hoc, l. si fidejussor, 20. ibi: Si fidejussor promissum animal, ante moram occiderit, de dolo actionem reddi adversus eum oportere, D. de dolo mal. l. si servum, 11. ibi: Si servum Sibi cum stipulatus fuero; & nulla mora interveniente servus decesserit. Si quidem occidat eum promissor, impeditum est, D. de verb. oblig. d. l. sancimus 4. C. de fidejuss. ubi Angel. n. 5. Cassren. n. 2.

Mora culpabilis

L E M M A L X I V.

Cui res, de qua est contractus, parcat ex casu fortuito?

D Omnio suo res perit ex casu fortuito, l. quæ fortuitis, 6. C. de pign. act. l. incendium, 11. C. si Res perit certi. pet. d. l. contractus, 23. l. si ut certo, §. si nunc videntur, v. Quod verò, l. in rebus commodatis, D. commod. ex casu e. un. ubi Abb. de comm. l. qui occidit, 30. D. ad l. Aquil. fortuito. Bart. in l. quod Nervæ, D. de pos. Idq. intelligas I.

507.

Domino

Nisi alius sit in mora culpabilis: hoc est, non restituat rem statuto tempore, undè res perit. Perit enim tunc Domino illius, qui est in mora, l. quod te mihi, §. D. de reb. cred. d. c. un. d. l. in rebus commodatis. In mora autem non dicitur, qui nequit solvere ju-recipiat. re, vel facto, vel magna angitur difficultate, l. continuus, §. illud, l. 2. §. ex bis, D. de verb. obl. l. cum servus, Sit in dolo l. cum res, §. penult. D. deleg. 1. l. sciendum, D. de usur. culpa, mora. Difficultas enim gravis impossibilitati est exequuta, l. non dubium, in fin. D. de leg. 3. Si tamen difficultas fuit prævisa, est in mora. Et sibi imputare debet, si se obligavit, l. qui commeat, D. de re mil. l. penult. D. de jur. dot.

508.

Nisi alius

commodis

ra, & c.

509.

II. Nisi alterius culpa, casus fortuitus accidat, puta, si negligentia alterius ignem ducentis vento flante prædium incendatur, verum est, statum ventu esse fortuitum Domino. Sed fortuitus respectu Domini, oritur ex culpa alterius, qui damnum refarciet, l. si ut certo, §. quod verò, 4. D. commod. Similiter in fure, prædone, cujus damno, res furata etiam casu fortuito perit, si eodem modo, & eisdem circumstantiis non periisset apud Dominum, c. un. de comm.

510.

Sed aeris est controversia: An mora debeat dare causam damno fortuito? puta, si res deperat: quia Domino non est restituta, præfixis temporibus.

511.

Quæstio

Tenetur In hoc, quidam volunt teneri, etiam si mora non sit in causa damni: ut si res eodem modo periisset apud Dominum, *Bart. in l. quod te mihi, D. si cert. pet. non emanet ex mo. tit. 2. p. 3.*

Ratio est: quia si non teneretur ex casu fortuito post moram, semper teneretur tantum ex culpa. Et sic leges de casu fortuito post moram essent frustraneae.

512. Alii volunt, moram debere dare alteri causam damni: nec officere si res eodem modo periisset apud Dominum, *Abbas in c. bonafides, n. 2. de comm. Angel. v. Commodatum, n. 14. ubi Sylvester n. 9. & v. Locatum, in fin. q. 17. n. 179. Cov. in regul. peccatum, p. 2. §. 6. n. 1. Jo. Medina de rest. q. 6. Molin. disp. 297. n. 5. Navar. c. 17. n. 179. Filliuc. tr. 34. c. 8. n. 12.*

513. Ratio est: quia tunc non est causa damni, nec casum fortuitum potest impedire; & consequenter non meretur penam ex culpa, nec ex mora, quae Domino non nocet, nec ex casu fortuito, qui impediri nequit. Utamque probabilem. Sed probabilior rem primam, voluit *Ognatse tom. 2. tract. 12. disp. 43. num. 57.*

514. III. Nisi in casum fortuitum se adstrinxerint Contrahentes, *l. 1. §. si convenit, D. de posit. l. cum quid, 3. D. de reb. cred. l. contractus, 23. D. de reg. jur. c. un. de commod. l. si quis domum, 9. §. si quis fundum, 2. l. item quaritur, 13. §. si gemma, 5. D. loc. l. negotium, 22. D. de neg. gest.*

515. Sed hinc pullulans obviam calamo fit difficultas: *An obligans se ad casum fortuitum, censetur ad illud, quod frequentè potest accidere, an ad insolitum?*

Quaestio. Resp. in illo casu fortuito insolito non esse obligatum, quo distinctius praevisto, se prouident non obligasset, *l. fistulas, 73. §. frumenta, 3. D. de contrab. empt.* Nam in generali obligatione, renunciatione, non veniunt specialia, *l. obligatione, 6. l. denique, 3. D. de pign. l. quae fortuitis, 6. C. de pign. act. l. penul. D. de priv. credit. l. 1. C. quae res pign. oblig.*

516. Prouident autem se non obligasset, si ex casu inopinato enormissimum subiret damnum. Et ita recipio *Bart. in l. sed & si, 4. §. quassitum, D. si quis caut. Rip. de peste, rub. de priv. contractuum tempore pestis, n. 97. Alex. cons. 23. n. 10. Gail. l. 2. obser. c. 23. n. 18. Menoch. 2. de Arbitr. cent. 2. casu 80. Gomez, 2. ref. c. 2. n. 15. agentes, ad insolitos eventus non esse obligatum. Non enim intelligere possum de quolibet insolito. Nam, si est idem, vel minus malum obligans se ad unum, non est cur ad alterum se non adstrinxerit, cum aequè impraevisi accidant. Idque videtur indicare *l. 1. C. de positi, indistinctè decernens, non teneri de casu fortuito, nisi ad illud se obligaverit, non excludens rarè, vel rariùs accidens. Ergo de utroque intelligenda; cum indefinita oratio omnia comprehendat, quae speciali ratione non excluduntur, l. quod dicitur, 4. D. de tuteli. l. si ita, 43. D. de leg. 2.**

517. Dicitur cum *Faceb. 1. contr. c. 86. Ang. in l. sed & si, 4. §. quassitum, D. si quis caut. Harpprech. tom. 3. tit. de locat. & cond. n. 16. & 27. probantes, obligantem se ad fortuitum teneri ad quemlibet etiam rarissimum. Omnis casus fortuitus est insolutus. Ergo obligans se ad fortuitum, ad omnem se obligat.*

518. **Objectio.** Resp. Esse insolitum; sed magis unum, quam alium casum: & magis ab uno, qui totum, quam ab altero, qui medietatem metris disperdit, damnificari. Replicabis. Qui sub genere casus fortuiti se obligavit, praesumitur etiam ad singulas species. Ergo in omni eventu est obligatus. Probatur: quia exprimendo genus, species veniunt uti expressae, *l. si eborus, 79. D. de leg. 3. l. si duo, 57. in fin. D. de adm. & peric.*

519. Resp. I. Verum esse sub genere contineri species. At obligatio ad casum fortuitum, non est ad casum fortuitum, ut fortuitum in genere, sed ut est genus contractum ad speciem omnem, ad quam prudenter se obligasset, ut patet in Hypotheca generali.

520. **Solutio.** Resp. II. quod se obligans ad casum fortuitum, se obligavit, non ad genus, sed ad species casus fortuiti. Nam se obligavit ad casus fortuitos, qui possunt contingere. Non potest autem contingere genus casus fortuiti, sed species. Ergo se obligavit ad

speciem, non ad genus. Nec se obligavit ad omnem speciem, sed ad speciem casus fortuiti praevisam; quae non est rarissime accidens, valde erumnosa, non praevisa; sed est inter frequenter contingentes.

L E M M A LXV.

An suscipiens in se periculum teneatur ad casus fortuitos?

A Firma. Exceptis illis casibus, ad quos prudenter se non obligasset, *l. si ut certo, 5. §. nunc videndum, D. commod. l. item quaritur, 13. §. si gemma, 5. D. loc.* Nam periculum est genus, omne damnum comprehendens, live culpa, live fortuite emergens, *l. 1. §. in venditione, 50. l. quod si, 14. D. de peric. & commod. rei vend. l. & Aristoteli, 39. D. Mand.* Cum ergo nemo se possit obligare ad periculum nullibi existens in genere, praesens à speciebus; consequenter ad periculum in suis speciebus existens, scilicet in culpa, in dolo, in casu fortuito.

Suscipiens in se periculum.

Tenetur ad fortuitum damnatum.

521.

Idque eo mihi suadetur: Quia ex culpa tenetur, etiam non suscipiens in se periculum: ut mox dicemus. Ergo ad aliquid plus obligatur suscipiens in se periculum. Idque suadetur ex *l. litis, 37. §. 1. D. de neg. gest.* ubi lex excipit casus fortuitos, quando vult negotium gestorem subire periculum; & sic, si non excepisset, includeret, cum exceptio sit de regula, & ex *l. si ut certo, 5. §. nunc videndum, D. commod.*

L E M M A LXVI.

Cui res pereat ex Culpa?

Potest esse contractus ad utilitatem I. *Dantis rem.* II. *Accipientis.* III. *Utriusque.* Si est ad utilitatem *Dantis:* puta in deposito, tenetur ille, cujus culpa lata res destruitur, *l. quod Nerua, D. de pos.*

522. *Perit ex culpa lata danti ad suum commodum.*

Si ad utilitatem *Accipientis:* puta in commodato, tenetur *Accipiens* etiam ex levissima culpa, *l. contractus, 23. D. de reg. jur. l. si ut certo, 5. §. nunc videndum, D. commod.* Exigit enim aequitas, ut majori diligentia res tueatur, qua solus ipse commodatarius utitur.

523. *Cui ex levissima?*

Excipias precarium, quod licet respiciat commodum accipientis; tamen, quia accipiens statim spoliaripotest, Jura aequum duxerunt, ad tot diligentias eum non adstringere; & sic tantum tenetur de lata culpa, *l. 5. §. precarium, D. de pos. d. l. contractus, 23. Vafq. opus. de rest. cap. 2. §. 2. dub. 6. n. 48.*

524.

Si ad bonum *Utriusque:* puta in pignore, tenetur ex *levi, d. l. contractus, 23. d. l. si ut certo, 5. Gomez 2. var. c. 7. n. 2.*

Cui ex levi?

L E M M A LXVII.

Cui res pereat ex dolo?

Illi, qui est in dolo, *d. l. contractus, 23.* Et qui ex culpa, multò fortius ex dolo tenetur, *d. l. contractus, 23. l. quod Nerua, D. de pos.* Et hoc ita verum est, ut nequeat pacisci, quem ex dolo non teneri, *l. in commodato, 17. D. commod. l. si unus, 27. §. illud, D. de pass.* Nam esset pactum contra bonos mores dans ansam ad flagitium. Dolus verò non commissus remitti potest, *Bart. in d. l. in commodato.*

525. *Perit deo liso.*

L E M M A LXVIII.

Quando res pereat Domino?

Semper, nisi dolo, culpa, facto, mora alterius pereat, aut, nisi pactum sit, ut alteri destruetur, etiam ex casu fortuito: ut ex dictis constat, *l. quod te, 5. l. rogasti, 11. D. si cert. pet. l. incendium, 11. C. cit. tit.*

526.

Ex Facto.

Res perit illi, qui factum committit, etiam bona fide: ut de legato dictum est. Ista omnia sunt diligentissime retinenda, & applicanda singulis materiis *Contractuum, Ultimarum voluntatum, Retinentium apud se aliorum bona jussè, vel injustè, alios Damnificantium, nec deinde repetenda.*

Cui ex facto parit?

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO?

T I T. XV.

Jam contractum in partes scavimus, tanquam in quatuor species *Re, Verbis, Literis, & Consensu, l. obligamur, 51. D. de act. & oblig.* ibi: *Obligamur, est traditio rei, aut verbis, aut simul utroque, aut consensu.*

527. *Contractus Re perbitur; hoc est traditio.*

Hic

Hic de contractibus Re: hoc est traditione consummatis, Examen indicimus. Re autem celebrantur omnes contractus, qui ante traditionem non existunt: ut est Mutuum, Solutio indebiti, Commodatum, Precarium, Depositum, Pignus, Permutatio. Nam sine traditione rei, Mutuum, Depositum, Pignus, &c. non habentur, l. si tibi decem, 17. ibi: Re enim non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum sit, D. de pact. l. contra, 6. ibi: Quia expleta est numeratione substantia obligationis, D. ad S. C. Manc. Bart. in l. juris gentium, 7. D. de pact. Nos primo agamus.

l. rogasti, 11. §. sed si decem dedero, ut undecim debeas, putat Proculus, amplius, quam decem condici non possit D. si cert. pet. Nam, traditione rei, nascitur obligatio; quæ traditio est decem, non undecim. Et, si plus restitueretur, esset alius contractus lucri cessantis, &c. vel usura, c. consuluit, de usuris, causa, 14. q. 3. Ly. Ejusdem generis reddatur, est ad differentiam Emptionis, in qua datur res diversa genere: ut pretium pro re, l. cum quid mutuum dederimus: & si non canimus, ut æquè bonum nobis redderetur: non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere, 3. D. si cert. pet.

537.

Dixi Non illic. Nam, licet tempus restitutionis non sit adjectum, & purè sit restituendum; tamen debet prudens dilatio concedi, ut Mutuatarius utatur re mutuata. Et si confessim repeteres datum, nullum beneficium ex mutuo accepisset; sed potius damnificaretur, contra l. in commodato, 17. §. sicut, 3. in fin. D. commod. ubi beneficio adjuvandi, non decipiendi sumus, Menoch. 2. de arb. cent. 1. cas. 22. n. 4. Facch. 2. contr. c. 51.

538.

Dices. Potest dari mutuum sine translatione domini. Ergò falsum est, etiam mutuum transferre dominium rei à mutuante in mutuatarium. Consequentia est bona. Antecedens probatur ex l. singularia, 15. D. si cert. pet. ubi I. Debitor potest retinere pecuniam titulo mutui. Et tunc est mutuum sine acquisitione domini, quod jam ante habebat. A. Alius accipiens pecuniam à meo debitore, me volente titulo mutui, tenetur mihi ex mutuo, & tamen illius pecuniæ ego dominium non habui.

Non illic.

539.

Reip. Distinguo illud antecedens sine translatione domini. Sine translatione vera domini, Concedo. Sine ficta translatione veri domini. Nego antecedens cum sua consequentia. In istis enim casibus fingit lex, res mutuatas ad me pervenire, & mutuatario à me traditas esse, ut clarè probant ultima verba d. l. singularia, ibi: Videtur mihi data pecunia, & à me ad te profecta. Vide Facchin. aliter ajentem, 11. contr. cap. 44.

Mutuum sine vera traditione.

540.

Verum, ut definitionis fulgor fugare valeat difficultatum tenebras, sequentibus discussionibus eum magis diradiare jubeo.

Sed cum ficta.

541.

L E M M A III.

An sit Contractus nominatus, & Jurisgentium?

Affirma, l. 2. §. creditor, 3. D. de reb. cred. l. 1. §. 2. D. de oblig. & act. §. Jus autem gentium, Institut. de Jure natur. gentium & civil. ibi: Et ex hoc Jure gentium omnes penè contractus introducti sunt: ut, Emptio, & Venditio, Locatio, & Conductio, Societas, Depositum, Mutuum, & alii innumerabiles.

542. Est natus, Jurisgentium.

L E M M A IV.

An sit mutuum, quod quis recipit à meo debitore, meo requisito, & consensiente?

Distinguas: Aut meus Debitor est presens, vel absens. Si presens, est mutuum. Nam fingitur pecunia mihi soluta à debitore, & à me mutuata alteri petenti, l. singularia, 15. D. de reb. cred. ubi etiam asseritur, me posse concedere alteri retinenti meam pecuniam titulo mandati, ut illam retineat titulo mutui.

543. Est mutuum, si delur à presenti debitore.

Si verò Debitor, vel Mandatarius pecuniam retinens sit absens: tunc mutuum fieri nequit, l. qui negotia, 34. D. mandati. Nam, cum lex non fingat impossibilia, nequit fingere Debitorem, vel Mandatarium absentem, mihi tradere pecuniam, & ex me ad Mutuatarium transire: cum hoc sit impossibile. Et d. l. qui negotia, 34. loqui de Mandatario absente, est compertum: quia dicitur misisse epistolam, quæ est ad absentem, Cic. lib. 5. Epist. ad Q. fratrem. Accedit, J. C. in d. l. qui negotia, se fundare in pacto nudo, in quo non adest traditio. Et ita à Donell. in d. l. singularia, Unn. disp. 34. besi 5. Bocer. hic n. 42. & Harpp. est. hic n. 84. revocantur ista Jura, omnino dissidentia, & inconciliabilia, secundum Cujas. 8. observat. c. 3. Ant. Fab. 3. cons. c. 19. & 29. Contra decisionem l. 1. §. nullæ, 8. & l. 2. §. contrarium, 15. C. de vet. jur. enuel. ubi dispositum est, in Jure nihil contrarium inveniri: sed profunda indagatione omnia posse concordari.

544.

Non si ab absente.

545.

In Jure nil contrarium.

D E M U T U O .

Ex §. Mutui datio. I.

L E M M A I.

Undè dicatur Mutuum?

528. Et pacta interim facta nulla sunt.

529. Requentissimi contractus quidditatem vestigaturi, Ethymologia primò calamo occurrit, quæ Mutuum dictum ex eo, quia reciprocè res unius sit alterius sequuta traditione, ait Donel. in l. 2. §. appellatione generalis, D. de reb. cred. Sed est communis Ethymologia Permutationi: In ista enim res fit illius, cui datur. Nec placet responso Harppreth. hic n. 6. ajentis, ex meo tuum fieri, esse proprium Mutui. Nam est etiam propria Permutationis.

530.

531. Nec rursus placet observatio Cujacii 11. obser. c. 37. ajentis, Mutuum dici à mutatione, qua mutatur una cum altera re in illis, quæ facile mutantur. Nam in Mutuo non est necessaria mutatio: cum possit reddi res accepta. Adde, in Permutatione etiam adesse permutationem. Unde dicimus, Ethymologiam esse generis: sicuti & alia, quæ res data ex mea tua fiat, l. 2. §. appellata, D. de reb. cred.

532. Creditum est genus, mutuum est species.

Est species sub genere crediti, d. l. 2. §. fin. Creditum namque est genus sub se continens omnem contractum, quo alienam fidem sequimur: ut est Commodatum, Depositum, &c. Mutuum est ejus species, qua gratis transfertur dominium rei, animo ut tantundè reddatur, d. l. 2. Creditum ergò à mutuo differt, quia genus à specie. Undè rectè ponitur sub tit. de reb. cred. si certum petatur. Tanquam sub genere complectente contractus alienæ fidei innoxios, quibus, licet ex stipulatione, certum petitur, l. 1. l. 2. l. certi cond. §. 10. §. si quis certum, 24. D. si certum pet. d. c. in Rub. D. si cert. pet. n. 10.

L E M M A II.

Quid sit?

534. Mutui definitio.

Definitur. Est contractus traditionis rei, cum translatione domini, gratis, animo ut tantundem ejusdem generis, non illic reddatur, l. si filius, 11. ibi: Si dominium ad accipientem transfuerit, l. mutuum domus recepturi, non eandem speciem, quam dedimus: sed idem genus, 2. Decret. tit. Cov. 2. var. c. 16. n. 1. Ly. Contractus est genus commune aliis contractibus exigentibus consentum, l. 18. l. non omnis, 19. D. si cert. pet. §. 1. hoc tit. Ly. Traditionis indicat ante traditionem non esse mutuum, & perfici essentialitèr ipsa traditionem, l. rogasti, 11. §. si tibi decem dedero, D. si cert. pet. & consensus sine traditione non sufficit, l. si tibi, D. de pact. ad differentiam aliorum, qui sine traditione solo Pacto, Scripturis, Verbis, perficiantur, d. l. 2. §. mutui datio, Mancic. 3. de amb. sit. 3. n. 8. Et ita ante traditionem non est mutuum, ut promittens dare, vel accipere possit se pœnitere, l. 2. §. appellare, ibi: Non nascitur obligatio, l. qui pecuniam, 30. D. si cert. pet. Nam est pactum nudum ante traditionem, cui civilis obligatio deest, l. 7. §. Sed cum nulla, D. de pact. Ly. Rei, comprehendit tantum res, quæ numero, pondere, mensuravè consistunt, alteriusvè rei datæ, ut accipientis fiat, d. §. mutui datio, ubi ratio assignatur: quia in istis, quæ distrahuntur, unum pro alio reddi potest, non in aliis, invito Creditore.

535.

Exigit essentialitèr traditionem.

536.

Ly. Cum translatione domini, est ad differentiam Commodati, quo dominium non transfertur, d. l. 2. in princ. Subditur Gratis ad excludendas usuras Matt. 11. Luc. 6.

Tantum Ly. Animo, ut tantundem, est I. ad differentiam Donationis, in qua nihil restituitur. II. Indicat ex mutuo recipiens 10. non posse teneri ad undecim, Tom. II. Lib. III.

An sit Mutuum, si quis accipiat massam, ut accipiens vendat, & retineat pretium ratione Mutui?

546. **D**istinguas. Vel accepit rei venditæ pretium, vel non. Si accepit, est mutuum. Nam fingitur à Creditore datum Mutuatario, *l.rogasti, 11. D. de reb. cred.* Si adhuc pretium non accepit, non est mutuum. Nam non fingitur Mutuans tibi dedisse, quod adhuc non accepisti. Unde interim, qui massam vendendam tibi dedit, non habet certi conditionem ex mutuo, sed actionem præscriptis verbis, *l.rogasti, 19. D. de præscript. verb.* Et sic concordantur dicta Jura.

547. **E**t in *l. qui negotia, 34. v. His argumentum esse, D. mand.* ubi dicitur, non esse mutuum, intelligitur, quando pactum est, ut pretium reddatur Domino rei venditæ, ut indicant verba illa: *Cum mutuum pecuniam dare vellet.* Ergo non vult dare actu. Nam antequam res detur alteri titulo mutui, non est mutuum.

L E M M A V I.

An tantundem in mutuo restituendum sit quoad valorem rei, tempore contractus, vel quoad ipsam rem?

548. **Q**uestio I. procedit in Nummis, qui habent duo, & materiam, & valorem, & potest eadem res immutata mutari in magis, & minus, quod ad valorem: Ita ut idem nummus hodie decem, cras undecim, vel plus possit augeri, vel minui. II. Circa alias res: puta, Vinum, quod tempore mutui valet decem, tempore verò restitutionis potest valere minus, vel magis.

Circa primam Q. scissæ sunt Scholæ in partes.

549. **I.** Vult restituendum valorem rei pro tempore contractus, si nihil aliud inter partes statutum sit, *Bart. in l. cum quid, 8. D. si cert. pet. ubi Dec. n. 56. Bolognet. n. 73. Alciat. n. 63. Cov. de coil. ret. nummis, c. 7. n. 2. Sylv. v. Visura, 1. n. 15. Menoch. lib. 1. conf. 49. n. 7. lib. 2. Tbesaur. v. Pedem. 174. n. 2. Bocer. de jure monetar. c. 2. n. 163. Hunnius disp. 14. tbes. 11. Mysing. cent. 4. obser. 1. Berlich. dec. 152. n. 1. & plures, quos sequitur Happrecht. hic n. 210.*

550. **II.** Vult valorem crescere, vel decrecere Mutuatario; & sic valorem nummi sunt æstimandi tempore, non contractus; sed restitutionis, *Cartojun. in l. cum quid, n. 23. Boer. dec. 327. Tirag. lib. 10. de retract. §. 1. gl. 18. n. 16. Jason in l. 2. qu. 36. C. de jur. emph. Abb. in c. quanto, de jur. jur. Suarez tbesaur. recept. lit. M. n. 201. Gayll. 2. obser. c. 73. n. 9. Ant. Fab. de var. nummor. debet. solut. c. 5. Coras. 4. miscell. c. 13. n. 15.*

551. **T**ertia distinguit: si Debitor est in mora solvendi, ei valor diminuitur; si non est in mora; Creditor crescit, decrescit, *Bart. & Alc. l. c. Alex. & alii, quos citat, & sequitur Facch. 2. contro. c. 9. litt. D. & lib. 11. c. 42. citans Surd. conf. 135. lib. 3. Puticum decis. 149. par. 2.*

552. **Q**uarta sententia docet, pecuniam diminui Mutuatario, si valoris majoris percepit commodum, ea utendo, antequam diminueretur. Si verò non percepit utilitatem majoris valoris, nec diminutionis damnum sentiet, *Bald. in l. acceptam, qu. 17. C. de usur.*

553. **Q**uinta est *Gabr. à S. Vinc. de iust. disp. 14. q. 1. n. 22.* agentis, attendi tempus moræ, vel petitionis etiam extrajudicialis, si nihil aliud conventum sit.

Sexta sententia est *Cenc. de censib. & Facchin. lib. 2. c. 4.* dicentis, attendi tempus contractus, quando valor pecuniam crescit ab intrinseco, si verò sit ab extrinseco: ut hoc Anno 1691. evenit Neapol. vult, attendi valorem tempore solutionis, cum *Gabriel. comm. lib. 2. tit. de solut. p. 7. conclus. Capyc. Litra dec. 48. n. 13. Mysing. cent. 4. obser. 1. Soto de iustit. lib. 6. qu. 2. art. 2. & q. 12. art. 1. Layman. lib. 3. tr. 3. p. 1. cap. 5. n. 15. Cov. de mutat. numism. §. un. conc. 5.*

Mihi placet, restituendam pecuniam in valore, quem habuit tempore contractus, quod est servatum in S. R. C. *Aff. dec. 194.* in æstimatione dotis, ubi *Ursul. n. 3. & dec. 90.*

Probat I. Mutuatarius debet restituere rem e-

quid, 3. *D. si cert. pet.* Ergo ejusdem valoris: Secus si restitueret eandem rem diminuti valoris, non restitueret rem æque bonam. Nam valor est bonitas pecuniarum. Minus enim bonum, minus estimatur, & valet.

II. Res perit, crescit, decrescit Domino, nisi alterius dolo, culpa, mora, facto id accidat, *l. quod te, §. l. rogasti, 11. D. si cert. petas. l. pignus, 9. C. de pign. act.* Sed, sublato, diminuto, vel aucto valore, pecunia dicitur perire, vel deteriorari quoad valorem. Ergo. Domino perit, augetur, minuitur. Sed Mutuatarius est Dominus *l. 2. §. appellata, D. de reb. cred.* Ergo, ei augetur, diminuitur, vel depretiatur pecunia, *l. rogasti, ibi: Tibi eam perisse, l. certi conditio, §. fin. ibi: Transit ad eum periculum, qui mutuum rogavit, D. de reb. cred.*

Confirmatur I. Quia, Venditor nequit ab Emptore petere supplementum, si accepto integro pretio, ejus valor legem minuat; sicut, nec pretium fortuito amissum potest petere. Ergo, valoris auctio, decreto pecuniarum mutuatæ, Domino mutuatario prodest, obest.

Confirmatur II. Si Mutuatarius casu fortuito amitteret pecuniam, adhuc teneretur restituere valorem pecuniarum acceptæ. Ergo, si casu fortuito ex legis dispositione proveniat, valor pecuniarum in totum, vel in partem, tollatur: adhuc integrum valorem pecuniarum restituere cogitur. Ex quo impugnata est distinctio quartæ sententiæ. Res enim Domino, etiam ea non utenti, perit.

Probat III. Quia valor, à partibus volitus in contractu, est restituendus, *l. vinum, 22. D. si cert. pet.* Sed valor pro tempore contractus, non futurus, & mutatus, est valor volitus. Ergo talis valor est restituendus.

Major est certa. Minor patet: Quia valor cognitus tempore contractus est volitus. Sed valor præfens, non futurus fortuitus, est cognitus. Ergo, valor præfens, non futurus est volitus, *l. 7. ibi: Quia præfens tempus semper intelligeretur, §. de aur. & arg. leg. Adsonat l. rutilla, 69. D. de contrab. empt. l. cum qui, 22. D. de oblig. & act.* ubi, contractus, non restitutionis tempus, in rei æstimatione inspicitur.

Probat IV. ex *c. cum Canonicis, ibi: Tibi domus, in mandatis, ut Canonicos illos solutionis prioris pecunia, vel si non sit in usu, æstimationis pensionis antiquæ, facias manere contentos. De censib.*

Dices cum *Facch. l. c.* Mutuatarius vini non tenetur restituere vini æstimationem pro tempore contractus, *de vinum, 22.* Ergo idem in mutuo pecuniarum.

Resp. Disparitatem esse: Quia in pecunia, non materia argenti, auri, sed valor inspicitur cognitus, qui est pro tempore contractus. At in vini mutuo, consideratur vinum ipsum, cui consequitur æstimationis: & sic pro eo tempore, quo tenetur restituere vinum acceptum, si eo careat, debet restituere ejus pretium vino innixum. Ex quo rectè dicitur in *d. l. vinum, 22.* solvendum esse pretium currens tempore, & loco, ubi petitur, nisi aliud actum sit.

Replicat *Facch.* Debitor non est in mora. Ergo non debet pati damnum ex decremento valoris pecuniarum.

Resp. Rem Domino: ut est Mutuatarius, perire, & diminui, etiam ex causa fortuito, *l. contractus, D. de reg. jur.*

Instabis. Ex casu fortuito sine mora, res debitori non perit, *l. si ex legati, 23. D. de verb. oblig.* Sed mutatio valoris pecuniarum est casus fortuitus. Ergo, debitori non perit.

Resp. Ex dictis dist. ma. Non perit debitori, si ipse non sit dominus rei, concedo: si sit dominus, nego ma. Domino enim res perit, si alterius culpa non pereat, *si ut certo, §. §. nunc videndum, D. de commod.*

Circa secundam discussionem rei mutuatæ in specie: ut, *Vinum, Oleum, Massa, Moneta.*

I. Inquirimus de pecunia, quod ad materiam mutatam, ex viliori in pretiosorem, & è converso, qui dicitur valor intrinsecus.

Et puto, satis esse restituere pecuniam currentem in eodem valore, quo accepit, nisi aliud prudentè

554. Restituitur res ejusdem bonitatis.

555. Res Domino perit.

556. Est casus fortuitus, quia evitari, vel prævideri nequit.

557.

558. Valor præfens tempore contractus est cognitus, & sic volitus.

559.

In vino materia, in pecunia valor inspicitur.

560.

561.

562.

Pecunia denter actum sit : Nam Mutuarius tenetur restituere pecuniam usu receptam , ad quam se obligavit : non illam , quæ usu recepta non est . Obligavit namque se ad restituendam pecuniam : de ratione autem pecuniæ est , ut usui serviat : nam inusualis non est pecunia ; sed massa , si hæc , non valor consideraretur , l. i. ibi : *Eaque materia forma publica percussa , usum , dominiumque , non tam ex substantia præbet , quam ex quantitate , D. de contrab. empt.* Pecunia enim non æstimatur , ut merces , l. si ita , 42. D. de fidejussor. Et qui pecuniam usui inservientem accepit , aliam quæ usui adhiberi possit , debet restituere secus Mutuans damnificaretur . Et sicuti Mutuarius , non massam , sed etiam valorem ratione pecuniæ accepit : ita non solum materiam , sed valorem debet restituere , nè Mutuans damnificetur , l. cum quid , 3. D. si cert. pet. Semper enim hic indemnitas servari debet . Et videtur decisum in c. olim , 20. de pen. de censib. c. quanto , 18. ibi : *Secundum eum statum . De jur. jur. ubi pecunia debet restitui secundum æstimationem antiquæ pecuniæ receptæ . In quo sensu recipio DD. Guid. Pap. dec. 493. n. 2. Aff. dec. 9. n. 3. Tusch. lib. M. concl. 344. n. 50. Guil. 2. obser. 73. n. 7. Tirac. de retr. lign. §. 1. gl. 13. n. 27. Garppret. bic n. 209.*

563. Nam , si velint restituendam antiquam pecuniam , quæ valore jam sit destituta , illis assentire nequeo , cum restitueret Mutuarius minus quam accepit : restituendo sine valore , quod cum valore accepit .

564. *Quid de mutuatione valoris aliarum rerum ?* Puto standum mensuræ , non valori . Nam in istis Mutuans , & Mutuarius , non valorem , sed rei quantitatem considerant , quæ necessitatibus servit , l. cum quid , 3. ibi : *Id autem agi intelligitur , ut ejusdem generis , & eadem bonitate solvantur , qua datum est D. de reb. cred. ubi Alciat. n. 66. ubi ait , neminem dissentire , Syl. v. Mutuum , in princ. Molin. disp. 299. n. 2. licet Gabr. d. S. Vinc. de just. disp. 14. n. 22. idem de pecunia , & ceteris rebus dixerit .*

565. Sed si Mutuarius possit restituere , non vinum , sed ejus valorem : tunc quærimus , pro quo tempore consideretur valor : An cum mutuum accepit ? An cum licentia contestatus est ? An cum sententia pronuntiatur ? An cum est in mora ?

566. Resp. Non considerari valorem rei tempore , quo datur , sed quo petitur . Et si taxatum erat tempus restitutionis , illius temporis valore in considerandum . Si tale tempus statutum non erat , inspicitur tempus , in quo etiam extrajudicialiter petitur , l. divinum , 22. ibi : *Sabimus respondit , si dictum esset , quo tempore redderetur , quanti tunc fuisset . Si non , quanti tunc fuisset , cum petitum esset , D. de reb. cred. Ratio disparitatis à primo casu patet ex dictis num. 555. Mora enim tempore nocet moroso , Bart. in l. Paulus , D. de solut. Aff. dec. 250. n. 8.*

567. Si res nequeat restitui , valor restituatur pro tempore , quo petitur . Nam pro illo tempore eam , & si ejus valorem tenebatur restituere .

568. Sicut pulvis est phy sicè , non moraliter fatina est frumentum .

569. Sicut pulvis est phy sicè , non moraliter fatina est frumentum .

570. Sicut pulvis est phy sicè , non moraliter fatina est frumentum .

571. Sicut pulvis est phy sicè , non moraliter fatina est frumentum .

572. Sicut pulvis est phy sicè , non moraliter fatina est frumentum .

L E M M A VIII.

An Mutuo recipiens Oleum , possit invito reddere Triticum ?

N Ega . Nam in mutuo restituatur res ejusdem generis , l. 2. D. de reb. credit. Sed oleum , aut triticum non est res ejusdem generis , ut patet . Ergo triticum pro oleo mutuato restitui nequit . Adde , neminem invito cogi accipere unum pro alio , l. promissor , 21. §. fin. D. de const. pecun. l. manifesti juris , 17. c. de solut. Duenas reg. 159. l. 2. §. 1. ubi Bart. Bologn. D. de reb. cred. Facob. 2. contr. c. 68.

Intelligas I. Si possit . Secus aliis bonis solutio fieri potest , l. vinum , 22. D. de reb. cred. l. si ita , 42. D. de fidejussor. Nam Mutuans nequit irrationabiliter exigere impossibilia , l. qui restituere , 68. D. de rei vind. l. si domus , 71. §. 3. D. de leg. 1. Aut . Hoc nisi debitor , c. de sol.

Intelligas II. Nisi conventum sit , unum pro alio posse solvi , l. si quis stipulatus , 57. D. de solut.

Nec refert , pecunia , omnia æstimari , l. si ita , 42. D. de fidejussor. Nam hoc currit in emptione , cujus pretium est pecunia : non in mutuo , in quo res functionem recipientes , debent esse ejusdem generis , l. 2. D. de reb. cred. In mutuo enim non consideratur tantum æquipollentia rerum , unde non currit l. si mulier , 22. D. ad Trebell. Secus pro vino mutuato possit quis restituere fundum .

Et sic respondeas I. ad l. si quis argentum 35. C. de donat. ubi donans argentum potest solvere ejus æstimationem . II. ad l. Titia , 35. D. de auro , & arg. leg. ubi hæres potest solvere æstimationem massæ argenti legatæ . III. ad l. quoties , 59. D. de verb. oblig. ubi Debitor olei liberatur solvendo pretium . Ergo Mutuarius vini liberabitur solutione ejus pretii . Nego consequentiam ex dictis : quia non in illis ; sed in mutuo res debet esse ejusdem generis , qualis non est æstimatio , & res , l. 2. D. de reb. cred. l. 1. D. de rer. permut.

Accedit , multos velle , nec in aliis , invito Creditore , posse solvi pretium pro re , l. 1. C. de fabricensib. l. eum à quo , 16. l. 17. C. de solut. & ad Jura allegata ajunt , d. si quis argentum , 31. esse favore donantis , qui non est rigide compellendus , l. & exparedatum , 49. l. 50. D. de re jud. Et d. l. Titia , 35. non esse speciem argenti ; sed pondus , & ita æstimationem ponderis restitutam : ut dicimus , aliquem teneri ad unciam , &c. scil. ad sex ducatos , l. cum aurum , 19. §. 1. D. de auro , & arg. leg. Ac text. in d. l. quoties , 59. currere , si nequeat reddi , vel mutata his res : tunc enim ejus æstimatio debetur ,

L E M M A IX.

Quæ Mensura attendenda sit , si mutetur ?

R Esp. Tempore , quo mutuum accepit . Non considerato , an creverit , vel decreverit ? Nam valor intrinsecus non mutatur , secus non esset re æquæ bona , contra d. l. eum quid , 3.

L E M M A X.

Si Pecunia restituenda reprobetur quò ad signum , & non expendatur , quid restituendum ?

S I ante moram Debitoris reprobetur impressio , forma ve pecuniæ , tunc nequit illa solvi , l. eleganter , §. qui reprobas , D. de pign. sed solvitur materialis æstimatio , Bart. in l. vinum , 22. hoc tit. Si verò reprobatum post moram , solvitur æstimatio , quam ex forma habebat , l. quod te mihi dare oportet , si id possed perierit , quam per te factum erit , quo minus id mihi dare : suum fore id detrimentum constat . §. D. de reb. cred. Alc. in l. cum quid , 3. n. 67. D. si cert. petat.

L E M M A XI.

An possit restitui Argentea pecunia pro Aurea ?

N Egant Bart. in h. proculus , 99. D. de solut. & Boer. dec. 317. Sed ratio , & usus obtinuit oppositum , Alc. in l. 2. §. in uti datio , n. 11. ubi Purpur. n. 31. D. si cert. pet. Curt. in l. cum quid , 3. v. 25. D. si cert. pet. Nam in pecunia per se consideratur valor , l. 1. D. de contrab. empt. in quo omnes æquæ convenitur . Et aurea , licet materialiter diversa , ut pecunia est , non disconvenit ab argentea , Glos. in l. Paulus , 99. v. Si ex aere , D. de sol. arg. l. 1. §. fin. D. de aur. & arg. leg. Ergo , ut pecunia est , argentea pro aurea pecunia solvi potest . Sic tenet stipulatio , qua petenti denariot ,

571.

Unum pro alio quando quis tenetur accipere .

572.

573.

574.

Resolventur Jura .

575.

576.

Consideratur initium contractus , l. si tam non .

577.

Sed placeat , rem Domino minus , ut dictum est .

578.

579.

Pecunia valor attenditur .

580.

rios, promittuntur auri ejusdem summae, l. quae ex trinsicus, 65. D. de verb. ob. & ratio d. l. 65. in princ. est: Quia nihil ad praesentem actum pertinet, an sit aurum, an argentum? dummodo valor, & summa sit ejusdem quantitatis. Quae ratio currit etiam in re nostra. Intelligas, nisi & mutatione ista materiali pecuniae, mutuans damnificaretur in asportatione, in cambiis, &c. l. Paulus respondit, Creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex re damnnum aliquod passurus sit. 99. D. de solut. l. nepos proculo, in fin. D. de verb. sign. c. quatuor sit, §. impientes, de elect. in 6.

Restitui potest pecunia argentea aurea.

581.

Dices. Unum pro altero genere solvi nequit, inuito Creditore, l. 2. §. 1. in fin. D. de reb. cred. Ergo, nec pro aurea, argentea pecunia. Concedas antecedens. Nega consequentiam: Nam, in ratione pecuniae, quae in mutuo consideratur, aurea non est diversa ab argentea, ut constat ex dictis.

L E M M A XII.

Quae differentia sit inter Mutuum, & Permutationem? Resp. In Mutuo solvi rem ejusdem generis, non necessario ejusdem individui. In Permutatione necesse est diversae speciei: ut vinum, pro oleo: fundum, pro equo, l. 2. ibi: Nam, si aliud genus, veluti si pro vitico vinum recipiamus, non erit mutuum, D. de reb. cred.

582. In permutatione diversa; in mutuo res ejusdem speciei restituantur.

L E M M A XIII.

Quid sit, res mutuo datas recipere functionem in genere suo?

583.

Resp. Esse idem, ac sub eodem genere juridico, quae est species logica, rem posse unam fungi alterius, officium. Fungi enim alterius personam, est illam representare. Sic una res, quae solvitur, representat illam, quam quis accepit, l. 2. §. mutui autem datio, D. de reb. cred. ubi Apoll. v. Functionem. Ex quo in mutuo non est restituenda eadem res individua; sed similis, d. §. mutui datio, Facob. 2. contr. c. 49. in fin.

Functionem recipere, est esse alterius vices gerere.

L E M M A XIV.

Quotuplex sit Mutuum?

584.

Omissa divisione mutui in Expressum, & Tacitum, Purum, Conditionale, Ad diem, quae ex d. tit. sup. nu. 224. innotescunt, placet hic edisserere.

DE MUTUO RECONCILIATO.

585.

Advenit Juristae nomen Mutui reconciliati, cum Gloss. in l. rogasti, 1. §. fugitivus, v. Roterom. in l. non omnis, 19. §. si pupillus, v. Liberat, D. si cert. pet. in l. non unde originem, v. Si ut propriam, C. cit. tit. & alibi.

Mutuum reconciliatum fit accedens tacito consensu Domini re consummatur.

586.

Reconciliatum mutuum appellant, quod ab initio non erat mutuum, sed fit mutuum rei consumptione: ut, si servus fugitivus inuict rem Domini. Mutuum non est. Nam deest Domini consensus, sine quo non transfertur dominium, l. in omnibus, D. de off. & oblig. Et servus administratione caret, l. libera, D. de pecul. Et sic, pecuniam mutuam extantem, vel dolo malo consumptam, Dominus vindicabit, d. l. rogasti, 1. §. fugitivus. Sed, si bona fide sit consumpta, tunc ait rex. ibi, Dominum repetere pecuniam illam conditione certi, quae datur etiam furioso, cujus pecuniam, quis mutuum accepit, & consumpsit credendo illum sanae mentis, cum fuerit furiosus in quo defectu consensus, licet non sit contractus, l. si me, 32. §. sed proprius, ibi: Hoc enim, nisi inter consentientes fieri non potest, D. de reb. cred. datur conditio l. si a furioso, 12. bi: Pecuniam quasi mutuum acciperis, eaque in rem tuam versa fuerit, conditio nem. furioso acquiri, D. cit. tit. Sic mutuanti alienos nummos, licet sit fur, sequuta consumptione, non ante, conditio acquiritur, d. l. si a furioso, 12. in fin. & l. nam et si, 13. l. 18. D. cit. tit.

587.

Si fuerit nunc. Ista conditio est actio mutui. Ergo illud est mutuum reconciliatum, promanans, non ex consensu, sed ex consumptione rei alienae facta bona fide, Duaren. in Rub. cap. si cert. pet. cap. 3. Vultenus hic num. 5. Bocer. nu. 60. Treutler. vol. 1. d. §. 28. thesi. 6.

588.

Ergo, ut verum fatear, non adhuc percipio hoc mutuum reconciliatum. Nam non potest esse contractus promanans ex consensu utriusque, d. l. si me

589.

Ego, ut verum fatear, non adhuc percipio hoc mutuum reconciliatum. Nam non potest esse contractus promanans ex consensu utriusque, d. l. si me

32. l. si ego pecuniam, 18. Fingere autem aliam mutui speciem, sine lege, non decet. Nec dicendum, adesse tacitum assensum Domini, sequuta iuxta rei consumptione, & ita esse mutuum tacitum, ratione cujus concedatur certi conditio. Nam, hoc stare nequit, cum d. l. 12. & l. 13. hanc conditionem Furi mutuanti pecuniam tribuit, qui tamen mutuum dare nequit, cum non sit Dominus, d. l. nam & si fur nummos credendi animo dedit, accipientis non facit, sed consumptis eis, nascitur conditio.

Non placet, nam dari etiam datur conditio.

590.

Ergo dicamus, Ly reconciliatum esse additum dirahens essentiam mutui: cum non comprehendatur sub essentiali definitione mutui: ut. Pictus tollit esse hominis, si dicatur: Homo pictus. Idque videtur expressum in d. l. si me, ibi: Sed proprius est, ut obligari te existimem, non quia pecuniam tibi credidi (hoc enim, nisi inter consentientes fieri non potest) Sed quia pecunia mea ad te pervenit: eam mihi a te reddi bonum, & aequum est. Et in l. si ego, 18. ibi: Puto nec mutuum esse, D. cit. tit. Nec refert, dari certi conditionem: Nam haec non nascitur ex mutuo; sed ex speciali legis sancito datur ex bono, & aequo, Alciat. in d. l. §. me, 32. nu. 9. ubi subsidiariam illam appellat; ne quis amittat, quod dedit, & alius locupletetur cum aliena jactura, l. nam hoc natura, D. de condit. indeb. l. Juræ natura, 206. D. de reg. jur. Praeterea conditio illa est generalis, competens semper, ac bona fide consumitur res aliena, non vero est propria actio mutui, competens, quando consumitur res propria, cum per mutuum ante consumptionem acquiratur dominium, d. l. si ego, 18. ibi: Puto nec mutuum esse. Et tamen datur conditio, quae datur etiam quoties quis bona fide consumit rem alienam: sive credat mutuam, quae mutuo ei data non est: sive credat commodatam, quae ei mutuo data est: sive credat aliquem contractum, quo ei res traditur consumenda, valere, quando non tenet, l. si ego pecuniam 18. D. si cert. pet. In mutuo ergo est ordinaria actio, quae certi conditio dicitur, & in aliis subsidiaria bono, & aequo est a lege concessa.

591.

Conditio certi competit, ea aequitate semper, ac res aliena bona fide consumitur.

592.

Scio etiam Harpprecht. hic nu. 22. velle, tunc non dari conditionem, quae competit ob mutuum; sed aliam ex indebito sine causa, l. 1. D. de condit. sine causa. Idque probat ex l. si quis pro eo, 56. §. si nummos, ibi: In omnem enim causam acceptus videtur, quae ex ea numeratione nasci potest, D. de fidejuss. ubi fidejussor obligatur, etiam mutuo non extante: quia videtur non solum pro contractu mutui interfuisse; sed pro omni causa, quae ex ea numeratione nasci potest. Ergo non tenetur ex mutuo, consumptis nummis; sed ex alia causa. Ergo non datur mutuum re consumpta. Sed haec ratio, licet probet, non dari mutuum, ex quo fidejussor non tenetur. Non tamen probat, dari aliam, non certi conditionem, quae est actio ex mutuo.

593.

Per se datur pro mutuo, in quo consumitur res propria.

594.

L E M M A XV.

Qui possit dare Mutuum?

Mutuum est contractus, §. 1. hoc tit. Et sic, ut ex supradictis, habens rerum suarum liberam, plenam administrationem potens contrahere, potest mutuum dare. Nam per mutuum contrahitur transferendo dominium, l. 2. in princ. D. cit. tit. Adeoque exigitur plena facultas administrandi res proprias, l. certi conditio, §. si nummos, l. singularia, 15. D. si cert. pet.

595.

Ex quo fit, fures, aliove rem alienam gerentes, mutuum dare nequire. Nam dominium, quo carent, transferre nequeunt, l. rogasti, 1. §. in l. nam & si fur, 13. D. de reb. cred. Unde merito, gerentes officia publica nequeunt publicam pecuniam mutuare: & accipientes mutuum ab istis sub saenore, punitur in quadruplum, l. 1. C. de is, qui ex publ. ratio. mut. pec. accip.

596.

Mutuum rei alienae non datur.

L E M M A XVI.

Qui Mutuum recipere nequeant?

De Minore, & Pupillo.

SI Tutor, vel Curator accipiat mutuum nomine pupilli, vel minoris. Minor, & Pupillus non solvitur, nisi Creditor probet mutuum conversum in a Tutore utilitatem minoris, & pupilli, l. 3. C. si advers. cred. receptum, ubi

597.

Pupillus non convenitur ob mutuum.

ubi Salyc. & Bald. Gomez. 2. var. c. 14. l. 1. rem. 3. quando ex facto Tutor. Bart. in l. Civitas, num. 14. D. si certi pet. Lessius 2. de just. cap. 2. dub. 2. num. 15.

598.

Si vero habens Curatorem, vel Tutorem, sine ipsorum autoritate, accipiat, contractus est nullus, & ex mutuo non tenetur, si quis pater, 3. ibi: Quod mutua pecunia non fit, quam sine tutoris auctoritate pupillus dat, quemadmodum ipse dicit. D. ad Muced. l. si Curatorem, 3. C. de in integr. restit. Nisi prout locupletior factus est, l. 1. 2. C. si advers. credit. Bosold. de mutuo, c. 18.

E E M M A XVII.

An Pupillus proximus pubertati pecuniam accipiens mutuo obligetur naturaliter?

599.

Pupillus pubertati proximus naturaliter obligatur pro mutuo.

Affirma, l. cum illud, 25. §. 1. D. quando dies leg. ced. l. 1. D. de novat. l. pupillus, 127. D. de verb. oblig. l. Stichum, 95. §. aditio, D. de sol. Et locupletior factus civiliter obligatur, l. 3. §. pupillus sanus, D. de negot. gest. l. 3. D. commod. l. pupillus, 5. D. de aut. tut. Sed, ut conveniatur, exigitur Curator ad lites, ut lib. 1.º num. 73. Proximus vero infantie, nec naturaliter obligatur ex mutuo, defectu consensu, l. quod pupillus, 41. D. de condit. indeb. l. 16. D. de min. licet ab eo auferatur id, in quo est locupletior factus ex mutuo. Nam Jura nolunt, alium alterius jactura locupletari, l. Jure nature, 206. D. de reg. jur. l. naturaliter, 13. in fin. D. de condit. indeb.

L E M M A XVIII.

An Jurationis delituti mutuum dare, vel accipere queant?

600.

Carens ratione nequit contrahere de do, vel recipiendo mutuum.

Nega, Nam, qui nequeunt consentire, nequeunt contrahere mutuum, l. non omnis, 19. & 32. D. si cert. pet. l. 1. §. conventionis, 3. in fin. D. de pass. l. in omnibus, 55. D. de oblig. & act. Sed isti nequeunt consentire: ut patet. Cum consensu nequeunt cognitionem rei, cui præbetur. Ergo isti nequeunt mutuum contrahere: si sint pupilli, d. l. non omnis, 19. §. si pupillus: si sint furiosi, dementes, &c. l. si a furioso, 12. D. de reb. cred. si furio prodigi, quibus est interdicta administratio, l. furioso, 40. D. de reg. jur. l. certi conditio, 9. §. Sed & si, 7. D. de reb. cred.

L E M M A XIX.

An Magistratus, & Præsides temporanei alicujus Provincia possint dare mutuum?

603.

Officialis temporaneus nequit.

Nega, l. eos, qui officia administrant, neque per se neque per suppositas personas tempore officii sui in Provincia sanus agitare posse; sæpe sapius rescriptum est, 3. C. si cert. pet. l. principalibus, 33. D. de reb. cred. ibi: Mutuam pecuniam deus, sanus vobis exercent. Idque ne extorqueant bona, & negotio allecti, officium negligent exercent. Qua ratione sancitum est legibus, require ipsos, eorumque filiosfam. inibi nuptias Jure Civili inire, l. si quis, 3. §. l. præfectus, 63. D. de ritu nupt. Dixi ly Temporanei, ut satisfacere l. Præsidi, 34. D. de reb. cred. dicenti, Officiales posse recipere mutuum. Quod verum est de Militibus perpetuis, non temporaneis; illis enim noluit lex, contractum commercio necessarium interdiceret, ubi semper degere debent. Esset enim gravissimum onus contra legem naturam, quæ debet esse facilis accommodata humanæ fragilitati, & societati.

L E M M A XX.

An isti possint mutuum accipere à non litigante?

605.

Officialis potest mutuum recipere.

Affirma, l. Præsidi, 34. in fin. D. de reb. cred. Nam noluit lex humanitati accommodata, necessaria prohibere. Et necessarium vitæ, vel statui erit mutuum ab Officiali perquisitum, cum negotiis non infestat. Nam petere mutuum est indigentia index.

L E M M A XXI.

An Præses possit petere mutuum à litigante?

606.

Nega, l. quisquis, 16. C. si cert. pet. Idque non justitia venalis reddatur, vel sædetur. Idque indicant illa verba d. l. 16. ibi: Quisquis pecuniam mutua verit Judici. Nam Præses respectu litigantis est Judex, Conn. 7. com. c. 2. nu. 3. & ita concordantur Jura d. l. Præsidi, & d. l. quisquis, 16.

Contractus mutui facti à Collusore collusori ludo illicito.

Nullus est, & mutuanus caret actione petendi mutuum, l. 1. §. quod autem, D. de alea lusu, & aleatorib. Et est statutum in Regno Neapolis in Pragmat. 1. & Pragm. 7. ac Pragm. 13. de aleatorib. ubi Novar. num. 3. qui num. 9. ait, non ludentem, mutuantem collusori posse mutuum repetere, Colerus dec. 173. num. 9.

L E M M A XXII.

An filius possit recipere mutuum?

Et sic primò

De Macedoniano.

Macedo, foeneratoris, ac sceleris officio, Romæ celeberrimus, magno sub. foenere improbo, filius pecuniam mutuam dabat, ac tacite ad patris necem urgebat, ut hæredes luctuosi patrimonii solverent usuras. Ad quod infandum scelus accendendum, cautum fuit, ne quis mutuum filiof. daret, sub pena illius amissionis, l. 1. ibi: Cum inter ceteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam ad alienum adhibuisset, & sæpe materiam peccandi malis hominibus præstaret, qui pecuniam, ne quid amplius dicatur, incertis nominibus crederet, placere, ne cui, qui filiofam. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis ejus, cujus in potestate fuisset, actio, petitioque daretur, D. ad Macedon. Et incipit sub Vespesiano, Svetonius in Vespesiano, cap. 11. Mantic. 8. de tacitis tit. 7. nu. 1. Vespes. tit. ad Macedon. nu. 2. & 3.

607.

Macedo quis?

608.

Filius, non restituit mutuum etiam extante rem mutuata, & perpetua Macedoniani exceptione est tutus, d. l. 1. §. d. & si, 11. §. hoc Senatusconsultum, ubi Batt. D. ad Maced. ibi: Nec interest, conscripti sunt nummi an extent in pecunia? Molin. 2. de primog. c. 9. nu. 14. Padilla in l. duo fratres, nu. 10. Sg. b. Mutuum, num. 7. Et hoc ne prodigant proptia, & patris bona, & ut tollatur votum captandæ mortis.

609.

Punitur amissione mutui mutua filiof.

Includit omnem contractum factum in fraudem Macedoniani; non vero facti sine fraude includuntur, l. 4. §. is autem Jolus, ibi: Quod ita demum erit dicendum, si non fraus Senatus consulto sit cognita, D. ad Maced.

610.

L E M M A XXIII.

Quibus filiisfam. competat Macedonianum?

Macedonianum competit filiis, utriusque sexus, & descenditibus, successoribus, & fideiussoribus filiorum, l. 1. §. ult. l. sed Julianus, 9. §. non solum, l. sed & si, §. hoc Senatusconsultum, ibi: Hoc Senatusconsultum ad filias quoque familias pertinet, D. ad Macedon. l. penult. C. eod.

Macedonianum datur successoribus fideiussoribus.

Veniunt etiam filii adrogati, l. penult. C. eod. l. 1. ibi: Certè & si adrogatus mutuam pecuniam acceperit, deinde sit restitutus, ut emanciparetur, Senatusconsultum locum habebit.

611.

Adrogatis.

An mortuo patre, filiusfam. sit Macedoniano subvenendus?

604.

Perpetuus potest dare mutuum.

Affirma, l. 1. ibi: Nullius posse filiofamilias bonum vomen, expectata Patris morte, fieri, D. ad Macedon. l. penult. C. cit. tit. §. illud proprie inst. Quod cum eo. Nam finis hujus legis fuit adimere omni tempore spem recuperandi mutuum.

612.

Etiam defuncto patre.

L E M M A XXIV.

Cessat Macedonianum.

I. Si Pater, vel filius, solvere incipiat, l. 9. §. si filiusfamilias, ibi: Cessabit Senatusconsultum, si solvere coeperit, l. sed Julianus, 7. §. penult. l. 14. D. ad Maced. Mantic. sup. nu. 25.

613.

Tenet in mutuum.

II. Si filiusfam. factus sui juris mutuum confirmet, l. 2. ubi Bald. ibi: Vel sua potestate constitutus non esse locum decreto Amplissimi Ordinis, C. ad Maced.

614.

III. In aliis contractibus non factis in fraudem mutui, l. filiusfamilias, 4. C. eod. ibi: Is autem solus Senatusconsultum offendit, qui mutuam pecuniam filiofamilias dedit; Non qui aliis contraxit: puta, vendidit, locavit, ubi Bald. & Salyc. Et cessat etiam in mutuis non pecuniariis, ut in frumento, oleo, l. Sed Julianus, §. mutui dationem, Dicit. tit. Mantic. ac. nu. 16.

615.

In habenti castrensis.

IV. Si filius habeat castrensis, vel quasi, l. 2. ibi: Cum filiofamilias in castrensi pecunia vice patrisfam. fungantur, D. ad Maced.

Y. Si

V. Si filiusfam. sit miles, l. si filius, 7. §. fin. ibi: In pluribus enim articulis juris filijfamilias milites, non abfinites videntur hominibus, qui sui juris sunt; & ex præfumptione omnis miles in aliud quicquam pecuniarum accipere, & expendere, nisi in causas castrenses, ubi Bart. Bald. & Salyc. C. ad Maced. Menoc. 3. præsum. 68. nu. 10. & Ricc. in præ. resol. 141. nu. 1. ait, idem dicendum de recipiente mutuum pro suo clericatu.

Pro Clerico

VI. Si dicat, se patrem, vel ut talis communiter habeatur, l. 12. & penult. C. ad Maced. l. si quis patrem, D. eod. Azzo sum. C. ad Maced. nu. 5.

616.

VII. Si, iussu Patris, vel Patre ratificante, recipiat mutuum, l. 9. §. sed si filius, l. si tamen, 16. D. ad Maced. Molin. disp. 301. Et idem est, si Pater literas accipiens à filio, de mutuo recepto, non protestetur de contraria voluntate, l. si filius, ibi: Debet pater si actum improbat, continuò protestationem interponere contrariæ voluntatis, D. cit. tit. Azzo sup. num. 8. & in pulchro casu probat D. Scoppa in Sepoliis ad Controv. R. Merlin. cent. 1. c. 4. nu. 13.

Acceptum iussu Patris.

617.

VIII. Si filium negotiis præposuit, l. si institor rem, 29. ibi: Si institorem servorum Dominus habuerit, posse dici Julianus ait, etiam condici ei posse, quasi iussu ejus contrahatur, à quo præpositus sit, D. si cert. pet. l. sed Julianus, 7. §. quanquam, D. ad Maced. Gomez. 2. var. cap. 6. nu. 2. Bald. in l. Maced. num. 4. C. eod. Bologn. in rub. D. si cert. pet. nu. 53. Boer. dec. 221. nu. 14.

Consumptio in re patris.

618.

IX. Si in rem patris necessariam sit versum mutuum, l. 2. ibi: Aut in eam rem pecuniam accepit, quæ Patris oneribus incumbere, non esse locum decreto Amplissimi Ordinis, C. ad Maced. l. 9. §. proinde l. 19. D. eod.

619.

X. Si mutuum infumatur in rebus necessariis filio, vel patri: ut pro alimentis. Nam hæc patria pietas non recusaret, l. 5. ibi: Macedoniani Senatus-consulti auctoritas, petitionem ejus pecuniæ, non impedit, quæ filiosam studiorum, vel legationis causa ad necessarios sumptus, quos patris pietas non recusaret, credita est, C. eod. l. 9. §. proinde, D. eodem, Gomez. l. c. Bologn. l. c. num. 60. Alex. in l. fin. nu. 8. D. de neg. gest. Bologn. disp. 37. 3. punct. 1. nu. 7. Trentac. 1. var. tit. 157. c. 1. Ut etiam, ubi filius se obligavit pro patre excarcerando, l. filiusfam. C. de fidejuss. l. si ex alio, C. quod cum eo, & l. si paternam, C. ad S. C. Vell. Franch. dec. 578. nu. 4. & alii, quos sequitur D. Scoppa in Scholiis ad Controv. R. Merlin. cent. 1. c. 39. nu. 34.

In Studio.

XI. Causa legationis, vel studii, l. Macedoniani, 5. C. eod. Gratian. c. 60. nu. 23. Intelligas, pro necessariis, etiam si filius studeat patre invito, Duen. regul. 370. nu. 1. Mantie. 3. de tac. tit. 15. nu. 13.

620. Filius fidejubeat pro alterius mutuo.

XII. Si filius fidejubeat pro alterius mutuo, l. Sed Julianus, §. fin. l. item si filius, 8. ibi: Item si filiusfam. fidejusserit, cessare Senatusconsultum, ait Neratius, D. ad Maced. Nisi id agat in fraudem Macedonia, d. l. sed Julianus, ibi: Utilem esse exceptionem adversus fraudem dandam, Bart. in l. fin. C. eod. Felix. in c. 1. nu. 1. de magistris, l. sed & si pater, 11. §. non solum, D. ad Maced.

L E M M A XXV.

An filius obligetur in conscientia saltem natur aliter, pro restituendo mutuo recepto?

Affirmant Cov. in c. quamvis, 2. p. §. 4. nu. 4. Menchaca de success. creat. §. 28. n. 51. Facch. 2. contr. c. 65. q. 3.

621.

Negat, cum Abb. Jus. Alc. Adr. apud Gomez 2. var. c. 6. nu. 2. Guttier. in Auth. Sacramenta puberum, n. 83. Mantie. 3. de tac. tit. 7. num. 40. Cavall. 3. com. q. 775. nu. 18. Parlad. seu quicent. diff. 12. Adrian. quodlib. 6. v. nu. 112. Quia ita Jurâ statuerunt in pœnam fœneratoris, etiam si filius peculium habeat, Lessius 2. cap. 20. dub. 2. nu. 8. Sanchez. 7. Decal. c. 31. num. 22. Lex enim potuit ita statuere in pœnam fœneratoris, l. tamen si 13. ibi: Tamen si, non opposita exceptione, condemnati sunt, utentur Senatusconsulti exceptione.

Nec in conscientia mutuo tenetur.

In pœnam

D. ad Maced. Itâ enim expediebat bono communi, ut tutius prospiceretur bonis, & vitæ patris, &c.

622.

Hinc obligatio naturalis, quæ emanat ex consensu, tantum operatur, ut non opponens exce-

ptionem Macedoniani; sed solvens, tunc pecuniâ soluta, possit tuta conscientia retineri à mutuante, l. 10. ibi: Cum tamen à Curatore per ignorantiam solutum sit, reperi potest, & l. 11. in fin. D. ad Maced. Et consequenter opposito Macedoniano, destruitur illa naturalis obligatio, sicuti manet naturalis obligatio solvendi Creditor, nisi intercidatur obligatio naturalis à filio in pœnam Creditoris, vel nisi accedat extrema debitoris necessitas, &c.

Solutum non repetit.

623.

Dices. Quoties nascitur obligatio de Jure natura, nascitur obligatio in foro conscientie. Sed in filiosam. mutuum acceptante nascitur naturalis obligatio. Ergo nascitur etiam obligatio in foro conscientie.

Objection.

Probatur Major, I. nascitur obligatio naturalis: Ergo illi non parens peccat mortalitèr, vel venialitèr. II. Obligatio naturalis est vera obligatio. Ergo est Juris naturæ vinculum, quo necessitate adstringimur ad aliquid. Ergo, vel in foro fori, vel in foro conscientie ad aliquid adstringimur. Sed non in foro fori. Ergo in foro conscientie adstringimur. Ergo ex obligatione naturali nascitur saltem in foro conscientie obligatio.

Probatur Minor. Obligatio naturalis nascitur inter personas habentes reciprocum consensum deliberatum cognoscentes id, quod faciunt. Sed inter filium familias, & mutuante[m] habetur consensus deliberatus. Ergo nascitur inter ipsos obligatio naturalis. Ergo obligatio in foro conscientie.

Respondetur. Concedo majorem. Nego minorem. Et quando dicis: Habetur obligatio naturalis, ubi habeatur mutui consensus deliberatus. Dist. Consensus à Jure non irritatus, concedo; à Jure irritatus; nego. Ita ex mutuo consensu non nascitur naturalis obligatio in matrimonio nullo, ex aliis impedimentis inductis à Jure humano. Itâ renunciatio Jurata spontè facta à profitente contra dispositionem S. C. Trid. nec naturalem obligationem parit. Ergo non nascitur naturalis obligatio ex mutuo consensu Jure resistente irritante. Itâ est in mutuo à filiosam. recepto.

624. Resolutio.

L E M M A XXVI.

An possit quis renunciare Macedoniano?

Nega. Nam est pœna mutuantis à lege statuta; quam, nisi lex, nemo tollit: nam res tollitur, sicuti nascitur, c. 1. de reg. jur. l. tamen si, 23. ibi: In ipso filiosam. familias, exemplo mulieris intercedentis. D. ad Maced. glos. in l. fin. C. ad Maced. Et hoc etiam si quis juramento renunciaret: quia esset contra bonos mores, & bonum commune à legibus intentum, Cavall. contr. à com. q. 562. Bart. in l. si quis pro eo, nu. 10. D. de fidejussor. Gomez 2. var. c. 6. nu. 2. Abb. in c. cum contingat, nu. 2. de jur. jur. Contra Imolam in c. cum contingat, nu. 67. de jur. jur. Gomez l. c. Lessium l. c. nu. 3. Cov. l. c.

625. Non renunciat filius. Macedoniano.

L E M M A XXVII.

Quando possit Macedoniani exceptio opponi?

Resp. Etiam post sententiam, l. tamen si non opposita, 13. D. ad Maced. Mant. l. c.

Opponitur etiam post sententia.

L E M M A XXVIII.

De Mutuo Ecclesie, Civitati, Regi dato.

Istis mutuari potest; at Mutuans non exigit mutuum datum Administratoribus, Syndicis, & nisi probet verum in evidentem utilitatem Regis, Civitatis, Loci pii, Aut hoc jus porrectum, in fin. C. de Sacros. Eccles. c. 2. 19. q. 2. l. Civitas, 27. D. si cert. pet. l. 3. tit. 1. p. 5. ubi Lopez l. 1. C. de solut.

626. Debet probari verum in utilitatem Civitatis.

Et tunc accipiens mutuum de proprio solvit, nisi probet consumptum in utilitatem Ecclesie, Civitatis, e. quod quibusdam, de fidejussor. Molin. disp. 300. nu. 90. Roman. conf. 352. num. 4. Corn. conf. 142. num. 6. contra quem agit Mutuans conditione ex causa non sequuta, l. si procuratoris, D. de condic. causa dat. Bart. in l. non omnis, in prin. D. si cert. pet.

Imò nec potest obligare Creditorem, ut agat contra illum, in cujus utilitatem mutuum est conversum, l. cum qui, 13. ibi: Eum, qui mutuum sumpsit pecuniam, licet in res alienas: creditore non contemplatione Domini rerum, eam sevari dante: principalitèr obligatum obnoxium remanere oportet. l. non adversus te, 15. C. si cert. pet.

627. Hinc

628. Hinc Mutuans pro libito potest agere contra utrumque scilicet mutuatarium vel illum, in cuius commodum pecunia est consumpta.

629. Nisi recipiatur in Concilio Civitatis, & sic id non est probandum, Bart. in l. Civitas, D. si cert. pet. Mant. loc. cit. tit. 12. num. 11. Panormitan. in c. 1. num. 9. de deposito. Sed de hoc infra.

630. Rex, si recipiat per se mutuum, obligatur. Si per Ministros, utitur privilegio Ecclesie, vel Civitatis, l. 3. tit. 1. p. 5. & l. ult. tit. ult. par. 6. ubi Lopez, Reginald. lib. 25. qu. 4. n. 576. Molin. disp. 300. in fin. Et tunc mutuatarium a mutuante convenitur, l. Civitas, 27. D. si cert. pet.

LEMMAXXIX.

An verò ipsa Civitas possit à se accepto mutuo obligari, etsi non convertatur in Civitatis utilitatem?

Obligatur Civitas ex delicto.

Affirmat Donell. in l. Civitas, 27. D. de reb. cred. Facob. 2. contr. c. 75. Harpprechtus hic num. 47. si præcedat Concilium Civitatis. Nam censetur ipsa facere, quod alii faciunt, ita autem, §. si quis, 3. D. de adm. tut. Nam sicuti privatus, ita Civitas ex mutuo in sui utilitatem non converso obligari potest, sicut obligatur in delictis, l. metum, 9. §. animadvertendum, D. quod met. caus.

931.

Nec urget text. in d. l. Civitas, 27. D. si cert. pet. Nam Civitas ibi non obligatur, quia non ipsa; sed alii nomine Civitatis, contraxerunt, qui conveniuntur, ut patet ex littera d. l. 27.

Sed adhuc non hæret animus. Nam licet particularis sciens, pro mutuo in alterius utilitatem recepto, obligari queat: tamen Civitas etiam congregata, potest ab illis decipi, cogi: & facto consilio in alium non utilem usum, posse consummari à Ministris. Hinc merito in d. l. Civitas, decernitur: Communitates ex mutuo non obligari, nisi probetur in ipsarum conversum utilitatem. Nec obstat text. ibi: Non loqui de Civitate contrahente; sed de aliis nomine Civitatis.

632. Non ex mutuo, nisi probetur conversum in utilitatem Civitatis.

633.

Nam nunquam Civitas ipsa contrahit: cum Civitas sit tota communitas ab infimo ad supremum; sed contrahunt illi, qui non sunt Civitas, licet Civitatem representent, agendo nomine Civitatis. Et ita nunquam verificari potest, Civitatem contrahere. Unde merito probandum est, contrahentes, & accipientes mutuum, ut representantes, & nomine Civitatis illud consumpsisse in utilitatem Civitatis, Alciat. in d. l. Civitas, 27. n. 9.

LEMMAXXX.

DE ACTIONE MUTUI.

Ex §. Re contrahitur, in fine.

Certi conditio est actio pro mutuo.

Actio est certi conditio, text. hic, & in tit. D. si cert. pet. & in tit. de rebus creditis, & Gloss. ibid. ait, esse idem, si certum petatur, ac si mutuum petatur. Et certi conditio est mutui conditio. Quæ certi conditio est generalis competens semper, ac res certa petitur, sive ex mutuo, sive ex alia causa, l. ceteri conditio, 9. D. si cert. pet. ubi una omnibus competit pro rebus certis petendis. Unde non est verificanda conditio certi ex mutuo, & ex aliis rebus, etiam ex stipulatione rei certæ, l. si quis certum, 24. D. si cert. petat. Et sicuti pro stipulatione, & aliis non datur specialis certi conditio, ita nec pro mutuo, l. 4. §. pen. & ult. l. 2. l. 24. D. de reb. cred. §. appellamus, in fin. De verb. oblig.

634.

635. Triticaria conditio petis res certas & incertas.

Nec obstat, Conditionem Triticariam dari pro aliis rebus certis, l. 1. D. de conditione triticaria. Ergo non est verum perpetuo pro re certa dari conditionem certi. Nam Resp. Conditionem triticariam dari, non quando debentur solum certæ, sed quando debentur res certæ, & incertæ simul, ut patet ex verbis d. l. 1.

636.

Sed, Cui nam ex mutuo actio queratur, si plures simul mutuent pro virili parte proportionaliter? Queritur singulis, nisi conventum sit, ut insoludum obligentur, l. cum se, 9. C. si cert. pet.

Tom. III. Lib. IV.

Chyrogaphum crediti, sive contracti, vel solutio, debet necessario habere tres testes subscriptos, nec aliter probat, l. mutua, 14. C. si cert. pet. Nam obstat exceptio non numeratæ pecuniæ.

637. Scriptura musui debet valleri tribus testibus.

LEMMAXXXI.

DE SOLUTIONE INDEBITI.

Ex §. Is quoque.

Solutio indebiti, contrahitur obligatio, & repetitur solutum, actione condictionis, text. hic, l. 1. 2. 4. §. C. de condit. indeb. l. si quis absentis, §. si is quoque, indebiti 3. D. de obl. & aff. l. si in arca, 33. l. non forem, §. si conatum, D. de cond. indeb. l. 1. C. eod. Nam cessat finis solutionis, qui est liberare à debito, à quo solutio non liberat, quando debitum non adest, l. solutionis, 176. ibi: Solvere dicimus eum, qui id facit, quod facere promisit, D. de verb. sign. l. solutionis D. de solut. Appellatur etiam actio indebiti, l. si fidejussor, 29. §. hoc idem, D. mand.

638. Solutio indebiti quid.

LEMMAXXXII.

Quotuplex actio datur pro repetitione indebiti.

I. Est conditio indebiti. II. Est Reivindicatio. Conditio indebiti est actio personalis stricti juris, qua actor intendit sibi reddi, quod indebitè ignoranter est solutum. Et indebiti hæc conditio etiam est naturalis. Nam Jure naturæ est restituendum indebitè acceptum, l. 14. l. indebiti, 15. ibi: ludi bitu soluti conditio naturalis est, l. si quod, 64. D. de cond. ind. Et hæc actio datur, si consumptum sit indebitè receptum.

639.

Conditio indebiti.

Reivindicatio datur, si exstet res indebitè soluta. Nam non est translatus dominium in recipientem.

Et restituitur res una cum fructibus, l. videamus, 38. §. 2. D. de usur. l. indebiti, 15. l. in summa, 65. §. si, qui indebitum, §. D. de cond. ind. l. 1. C. eod. A220 in C. de cond. indeb. Contra Vesembec, ibid. & Harpprecht. hic n. 2. & 10. innixi in l. Dominus, 53. D. de cond. indeb. qui text. potest intelligi de dominio putativo, donec constet solutio indebiti. Imò text. non probat: nam ait, posse nummos voluntate servi solutos indebitè à dante vindicari, ut patet ex ultimis verbis text.

640.

Reivindicatio datur, si exstet res indebitè soluta.

641.

Creditur Dominus accipiens, donec innotescat indebiti solutum.

A Domino verò servi condici. Nam hic Dominus illius pecuniæ non fuit. Nunquam ergo recipiens indebitum sit Dominus. Et sic semper repetitur vel rei vindicatione, si repetat Dominus: vel condictione indebiti, si repetat alius, cuius nomine soluta res est: nam ei non fuit adhuc dominium quæsitum, ut patet penetranti textum.

Non enim potest verum dominium transferri sine titulo vero. Et in re nostra nullus adest titulus; Imò adest error in substantia contractus, qui error impedit translationem dominii, l. si procurator, 53. fertur D. de acquir. rer. dom. Et nec transferendi dominii adest voluntas, l. cuius per errorem, ibi: Cuius per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est. indebiti, D. de reg. jur. c. debitorum, de jur. jur. l. 1. D. & C. de solut. nisi sciens indeb. l. 28. & 30. tit. 14. p. 5. Fusc. u. l. indebitum, cons. 23. ser. datur, & sic datur.

642.

Non trans solutio non extat, & sic datur.

LEMMAXXXIII.

Cui, & contra quos competat Conditio indebiti?

I. Esp. I. Solventi indebitum, ejusque hæredi adversus recipientem, ejusque hæredem, l. si fundi, 12. l. 46. D. de cond. ind. l. 5. C. eod.

643.

II. Competit etiam procuratori solventi contra procuratorem, si Dominus ratum non habuerit, l. si procurator, 6. D. de cond. indeb. l. si procuratori, 14. D. de cond. causa dat. caus. non sequit.

644.

Cui datur & contra quos?

III. Competit Fidejussori solventi indebitum, l. 47. D. de cond. indeb.

Cui repetatur indebitè solutum?

Repetitur ergò indebitè solutum. Nam vel est solutio debiti, vel est donatio id, quod repeti non potest. At in re nostra, nec est solutio debiti: cum debitum non extet.

Nec est donatio, cum desit voluntas donandi, l. indebiti, 15. D. citat. quæ in dubio nec præsumitur, l. cum de indebiti, 25. D. de prob.

645.

Cui datur?

Quid petatur hac Conditione?

Resp. Rem extantem, eaque consumpta, ejus valorem

Petit rem lotem unâ cum accessionibus, fructibus, foetibus, & ejus fru. l. quod indebitum, 7. l. 15. l. in summa, 65. §. in frumetu-
 & us, vel 10. 6. D. de cond. indeb. l. si operas, 25. in fin. D. de pra-
 ejus valo- diff. indeb. Cujac. in paratit. C. de cond. indeb. Donell. 14.
 rem re cõ- comment. c. 18. num. 50.
 sumpta.

646. Et solvens duo, quando tenebatur ex contractu ad
 unum, ipse eligit, & repetit unum, l. penult. C. de con-
 dict. ind. l. cum is, 32. §. fin. D. cit. tit. correctâ l. si non sor-
 tem, 26. §. si decem, 13. D. cit. tit. Cujac. 8. obser. c. 39. Dua-
 rem. 12. D. de cond. ind. c. 9. Dixi ex contractu: Nam in
 ultimis voluntatibus electio esset legatarii jam posses-
 soris. Idque favore ultimi judicii, l. si is, cui legatus,
 19. D. de leg. 2.

647. **Bona fide** **consum-** **pta non re-**
petuntur. **Nega.** Sed tantum reperitur id, in quo factus est
 locupletior, l. idem est, 3. l. nam hoc, 14. l. hac conditio,
 66. D. de condit. indeb. §. si quis à nox domino, 29. Inst. l. 2.
 lib. 2. de rer. div. Quod multi verum dicunt, si extet
 titulus: puta emptio, l. fructus, 33. D. de rei vindic.
 non verò si sine titulo res fuerit soluta, l. si non sor-
 tem, 26. §. libertus, 12. D. de cond. indeb.

648. **Renuncia-** **ri nequit** **solutioni** **indebiti.** **An repentantur res consumptæ bona fide?**
 In generali renunciatione (Ut, renuncio omni juris
 auxilio) non comprehenditur conditio indebiti,
 Fulg. in l. fin. §. idem quasit. 3. D. de cond. ind. Alex. con-
 sil. 42. n. 8. vol. 1. Cov. 2. var. c. 4. n. 4. Si verò in specie
 renunciât, validam ajunt dictam renunciationem
 præfati DD. Sed in oppositum inclinant, ex d. l. fin. §.
 idem quasit, D. de cond. indeb. Bart. ibid. Happest. hic
 n. 105. Quia renunciâns, etiam per errorem jam sol-
 vit. Et renunciatio præsumitur orta ex ignorantia,
 fragilitate, captione, levitate, non animo donandi:
 qui animus nunquam præsumitur in dubio, l. cum
 de indebito, 25. D. de donat. Gut. de jur. conf. c. 27. p. 1.
 Cov. 2. var. c. 4. n. 4. Radill. in l. error, n. 5. C. de jur. & sa-
 cti ignor.

649. **Indebitum** **sciens, non** **solvit, sed** **donat.** **E E M M A XXXIV.**
 Quando solvens non repetat indebitum?
 I. Sciens indebitum, si velit solvere, censetur do-
 nare, l. 1. ibi: Si sciens, se non debere, solverit,
 cessat repetitio, l. si is, qui, 24. l. quod quis, 50. l. indebi-
 ti, 19. D. de cond. indeb. l. c. jus, 53. D. de reg. jur. Impos-
 sibile namque est velle solvere, qui scit se non debito-
 rem. Quid namque vult solvere? Ergo dans donat,
 l. 7. §. servus, D. pro emptore, l. 9. C. de cond. indeb.

650. Pupillus tamen sciens indebitum, & solvens, non
 donat: quia donare nequit: unde solum repetit,
 l. fin. ibi: Impuberes sine Tutore agentes, nihil posse, vel
 scire intelliguntur, D. de juris. & facti ignor. Azo hic,
 num. 9. Soc. conf. 143.

651. **Non rep-** **etur de-** **bitum na-** **turale so-** **lutum.** **II.** Solvens indebitum civiliter; sed naturaliter
 debitum, non repetit solum, l. naturales, 10. D. de
 obl. & act. l. 13. l. 19. l. 38. §. 1. l. 64. D. de cond. ind. Et hoc
 etiam si minor solvat debitum naturale, l. quod pu-
 pillus, ibi: Quod pupillus sine Tutoris auctoritate sti-
 pulanti promiserit, & solverit, ejus repetitio est: quia
 nec natura debet, l. 13. §. 1. l. 64. l. si non sortem, 26. §. li-
 bertas, D. de condit. indeb.

652. **Indebitum** **solutum** **conditio-** **ne penden-** **te repeti-** **tur.** **III.** Solvens ante conditionem debitum sub con-
 ditione, repetit: quia adhuc non est debitum, l. sub
 conditione, 16. D. de cond. indeb. ibi: Sub conditione de-
 bitum per errorem solutum, pendente conditioe repeti-
 tur. Non tamen repetit solvens ante diem, debitum
 in diem: quia re vera est debitum, l. cedere diem, ibi:
 Venire diem significat, eum diem venisse, quo pecunia
 peti possit, D. de verb. signif. l. in diem, 6. l. nam h, 17. D.
 de cond. indeb.

653. **Ad piam** **causam.** **IV.** Primò indebitè solutum ad causam piam: Ut,
 datum causa pietatis, Religionis, misericordix, pau-
 peribus, studentibus, l. cum is, 32. §. si in ea, ibi: Re-
 linquitur pietatis causa, ex qua solum repeti non
 poterit, D. de cond. indeb. Roman. conf. 428. n. 2. Tusch. v.
 Indebitum, conclus. 34. n. 21. Molin. disp. 567. Quia præ-
 sumit Jus dantem habere voluntatem donandi pro
 anima sua.

654. **Favore li-** **beritatis.** **II.** Idem dicas de indebitè soluto causa dotis, fa-
 vore pietatis, & boni communis, itaut censetur li-
 beraliter elargitum, l. naturaliter, 13. D. de sol. ind.
 Molin. sup. Tusch. sup.

III. Idem dicas de libertate per errorem data: pu-
 tà; si quis credens teneri, det, quando non tenetur
 dare libertatem: qui enim libertatem obtinuit, non
 reintegratur ad servitutem.

IV. Idem dicas de indebitè soluto, in iis, in qui-
 bus inficiendo, lis crescit, l. ea, qua, 4. ibi: Ea, qua per
 inficiationem in lite crescit, ab ignorato etiam inde-
 bita soluta, repeti non posse, certissimi juris est. C. de
 cond. indeb.

V. Idem dicas de legatis debitis solutis naturali-
 ter, sed indebitis defectu solemnitatis, in quibus
 non datur repetitio, l. regula, 9. ibi: Si quis jus ibi,
 quod ex causa fideicommissi indebitè solutum est, si non
 per errorem solutum est, repeti non potest. D. de juris,
 & facti ignor.

VI. Solvens indebitum ex re judicata, non repe-
 tit, l. 1. ubi Bart. Bald. & Saig. C. de cond. indeb. Ju-
 dex, 28. D. cit. tit. l. cum putarem, ibi: Quoniam ex cau-
 sa judicati solvit, repetere non potest. Vide lib. 4. n. 1914.
 & 1915.

Solvens debitum antidorale non repetit, l. sed &
 si, 25. §. consuluit, 11. D. de pet. bare. l. si pignore, 54. §.
 1. D. de furt. Hunn. 3. var. tr. act. 3. par. 2. qu. 4. Covarr. in
 c. cum in officiis, 7. n. 10. de test. Contra Pinell. in l. 1. p. 3.
 n. 60. C. de ban. vas. Donell. 2. cem. cap. 2. n. 20. Bocer. b. p.
 num. 33.

DE COMMODATO.

Ex §. item is qui, 2.
L E M M A XXXV.

Commodatum quasi datum ad commodum al-
 terius, l. 1. tit. 2. partit. §. l. 49. §. 2. D. de leg. 3. De-
 finitur Rei ad solum usum gratuita concessio, tempore
 limitata, l. §. 1. 8. l. in commodato, 17. D. commod.

Nomine rei venit quelibet res Mobilis, se movens,
 Immobilis, l. 1. §. hujus edito, l. si ut certo, §. §. rem mi-
 bi, 12. D. comm. Præcipue, quæ unico usu non consu-
 mitur, l. 15. D. eod. ut Vestis, Equus, Pecunia ad pom-
 pam, Domus, Tusch. v. Commodatum, concl. 407. n. 3.
 l. 1. §. bis quoque, ibi: His quoque, cui rem aliquam
 commodamus, re nobis obligatur: sed is, de ea ipsa re,
 quam acceperit, restituenda tenetur, D. de act. & oblig.
 l. 3. §. fin. D. commod.

Dicitur Ad solum usum, l. 9. D. commod. l. 1. D. de
 præcar. ad differentiam pignoris, & depositi; quibus
 Depositarius Pignoratarius uti nequit, §. furtum
 autem, ibi: Cive is, qui utendus rem accepit in alium
 usum eum transferat, quam cujus gratia ei data est,
 furtum committit. Inst. de oblig. qua ex delict. Differ-
 etiam à mutuo, in quo transfertur dominium. Nam
 in commodata eadem, in mutuo similis res restitui-
 tur, text. hic.

Subditur, Gratuita concessio, ad differentiam loca-
 tionis, in qua intervenit merces, text. hic in fin. l. 2.
 D. locati, l. si ut certo, §. §. rem tibi, D. comm. l. si gratui-
 tam, 17. §. si cum unum, 3. D. præsc. verb.

Additur, Tempore limitato, ad differentiam Precar-
 rii. Nam commodatum ad certum tempus, l. si ut
 certo, §. §. quinimo, l. 17. §. sicut, D. comm. Precarium
 sine temporis determinatione conceditur, l. 1. ibi:
 Precarium est, quod precibus petenti utendum conce-
 ditur tandiù, quamdiù is, qui concessit, patitur. D. de
 præcar.

Commodans nequit ante tempus prefixum repe-
 tere rem commodatam. Adjuvari enim nos, non
 decipi beneficio, oportet, l. in commodato, 17. §. sicut
 autem, ibi: Postquam commodavit, tunc finem præscri-
 bere, & retro agere, atque intemptivè usum commoda-
 to rei auferre, non officium tantùm impedit. D. com-
 mod. c. un. de commod.

Posito namque beneficio commodati, oritur obli-
 gatio servandi, quod promissum est, c. 33. de reg. jur.
 in 6. ubi quis non debet consilium mutare in alte-
 rius detrimentum. Nisi inopinatus casus emergat,
 in quo non commodasset prudenter, si prævidisset.
 Nam quilibet ex re sua, sibi magis, quam alteri po-
 test subvenire, Less. 2. de Justit. c. 27. n. 18. Contra Na-
 var. cap. 17. num. 182.

655

Indebitè
ex re ju-
dicata.

656

657
Commoda-
tum est
rei ad so-
lum usum
gratuito
concesso.

658

659

660

Tempore
limitato.

661
Commo-
datum nō
revocatur
ante tem-
pus præ-
fixum.

662

L E M M A XXXVI.

Qui, & qualiter possit Commodare?

663. Nequit EX dictis decisio pendet hujus quaesiti. Nam nemo carens consensu, vel administratione rerum suarum, commodare potest: cum contrahere nequeat, l. 1. §. conventionis, D. de pactis, l. in negotiis, §. D. de reg. jur. l. 2. D. commod. Sic Pupillus non potest commodare, sicut nec donare. Nam commodare est donare usum rei commodatae, l. Julianus, 14. §. si quis a pupillo, ibi: Ex uno latere constat contractus: nam qui emit, obligatus est pupillo, pupillum sibi non obligat. D. de act. empt. Vefemb. hic n. 3. Hoff. in comm. de commodato, n. 14. Molin. disp. 294.

664. Pupillis tamen potest commodari, sicuti potest donari, l. 1. §. impuberes, D. commod. l. obligari, 9. D. de auct. Tutor. Et, si pupilli non restituant commodatum, tenentur tantum ex dolo, aut de in rem verso, vel in quantum sunt facti ditiores, l. 2. §. 1. l. sed mihi, 3. §. si filios, D. commod. l. pupillus, §. D. de auct. Tut. Mant. de tac. tit. 3. n. 5. Molin. l. c. num. 4. Sylvest. v. Commodum, num. 2.

Id etiam dicas de Prodigio, & Minore, Curatore carenti, l. si Curatorem, 3. C. de in integ. rest. min. l. is, cui, 6. D. de verb. oblig.

L E M M A XXXVII.

Quae res commodari possunt.

665. Omnia corporalia, incorporalia: ut equus, triticum, habitatio, sed quae usu consumuntur, censentur ad pompam, ostentationem commodata, l. si ego, 13. in fin. D. de reb. cred. l. 1. §. 1. D. commod. l. tol. 23. §. ut. c. 1. num. 2.

Et cum non transferatur dominium, res aliena: puta, a fure, etiam commodari potest, l. ita ut, 16. D. commod. l. non ab Judice, 64. D. de judic.

L E M M A XXXVIII.

Cui res commodata percat?

Ex v. Et is, qui utendum.

666. Habemus dolum, culpam, & casum fortuitum. Quid ergo si dolo, si culpa, si fortuito res commodata percat? quae applicanda sunt decisioni rei pereuntis ex contractu habitae.

I. Perit illi, cujus dolo destruitur, cap. un. de commod. l. si ut tertio, §. nunc videndum, ubi Bart. D. commod. l. contractus, 24. ibi: Dolum, & culpam, mandatum, commodatum, venditum, et. D. de reg. jur. Ratio est: quia tunc dolo peccat damnificando contra iustitiam. Ergo damnum resarcire tenetur, & hoc ita, ut non possit conveniri, ne ex dolo quis teneatur, l. in commodato, 17. ibi: Incommodato hac pacto, ne dolum praestetur, rata non est. ubi Bart. D. commodati, Bart. in d. l. contractus. Nam praebere ansam delinquendi, D. de l. si unus, D. commodati, et in lilla, §. illud non est, D. de positi.

668. II. Videndum est, an contractus sit ad utilitatem Dantis, aut Accipientis, aut Utriusque? Si Dantis, tenetur ex culpa lata accipientis, si accepta commodata percat. Si Accipientis, tenetur ex culpa levissima. Si Utriusque tenetur accipiens ex culpa levi, l. in rebus, 18. D. commod. l. si ut certo, §. §. nunc videndum, ubi Bart. D. commod. l. contractus, 23. D. de reg. jur. l. 2. tit. 2. par. 9. Tusc. v. Commodati, concl. 577. Oidrad. conf. 221. Alex. lib. 3. conf. 47. Gom. 2. 2. var. c. 7. n. 1. Navar. c. 17. n. 179. Vefemb. in paratit. de commodato, n. 3.

669. Excipias precarium, cujus utilitas cum sit momentanea, & revocabilis ad nutum, tantum gravat ex dolo, & lata culpa.

670. III. De casu fortuito: ut si res percat latrocinio, pyratismo, morbo, morte, incendio, rapina, tumultu, impetu, nemo tenetur, l. C. commod. ibi: Ea quidem, quae vi majore auferuntur, detrimento eorum, quibus res commodantur, imputari non solent. l. si ut certo, §. nunc videndum, l. in rebus 3. D. eod. l. contractus, 24. D. de reg. jur. Nemo enim ad impossibile, adeoque nec ad casum fortuitum obligari potest, Mascar. v. Commodati, concl. 317. Sed de his sup. n. 505.

671. Praesumitur tamen commodatum semper ad utilitatem recipientis, l. si ut certo, §. §. nunc videndum, D. commod. Cum gratis fiat, Bart. in leum, qui, n. 3. D. commod.

Si res commodata percat usu concessio, perit Domino. Tom. 1. Lib. III.

mino rei, l. si commodaverit, ibi: Si commodaverit tibi equum, quo uteris usque ad certum locum, & nulla culpa tua interveniente, in ipso itinere deterior equus factus sit, non teneri commodati. leum, qui, 10. D. de commod. ubi Bart. Idem est, si pereat in alio usu rationabiliter praesumpto ex voluntate Domini, Atzo in C. de commod. n. 1. ubi Hostiensium, n. 3. Molin. disp. 257. n. 7.

L E M M A XXXIX.

An impotens ad secundum utrumque, teneatur magis sua, quam commodata bona servare?

Ex v. At is, qui.

672. Difficultas ponderosa ex eo magis augetur: quia Commodatarius debet facere in bonis commodatis illam diligentiam, quam in rebus propriis facere, text. hic, ubi debet in eis etiam majorem diligentiam, quam in propriis exhibere. Ergo, ita debet praeterire commodatas pretiosiores suis vilioribus, & suas pretiosiores vilioribus commodatis: & in pari causa potest suis consulere, secundum Molin. disp. 296. n. 2. Angel. Sylvestr. Armill. v. Commodatum, Gabriel. in 4. dist. 15. qu. 10. dub. ult. Filiuc. tract. 34. c. 8. qu. 11. num. 188.

673. Sed ego non video, cur possessio, una cum dominio, & naturali inclinatione custodiendi res proprias, debeat postponi uni obligationi ex commodato. Accedit prudentiae dictamen, quo quis sibi magis consulere, quam alteri, docetur. Nec officit, commodatum esse beneficium. Nam hoc non est adeo urgens, ut teneatur ob commodati servationem bona sua prodigere, & sibi praedjudicare in jure quaesito, & naturali possessione cum periculo cadendi a statu. Quod si text. dicat, exactissimam diligentiam adhibendam in rebus commodatis, id non intelligitur, quando imminet periculum rebus suis.

L E M M A XL.

De Actione Commodati.

674. Duplex actio. I. Directa. II. Contraria, ex commodato nascitur, l. in commodato, 17. §. 1. l. 13. §. fin. D. commod.

675. Actio Directa datur Commodanti ad rem, vel illa deperdita, ad restitutionem illius, si destructa sit dolo, vel culpa Commodatarii, prout dicebamus sup. l. si ut certo, §. §. usque adeo, l. rem mihi, 9. ibi: Cum commodati ageres, Judex me condemnavit, & solvi. l. sed mihi, §. si reddita, l. 12. D. commod.

676. Si Commodatarius utatur re commodata ad alium usum, quam ad concessum, oritur triplex actio. I. Revocatio. II. Restitutio restitutionis illius usus. III. Actio furtiva, l. 16. ibi: Ita ut, si fur, vel prado commodaveris, habeas commodati actionem. D. hoc tit. Vefemb. num. 10. D. commod.

677. Si remittat rem commodatam per Nuncium in idoneum, Commodatarius iterum tenetur, si res percat.

678. Si vero Nuncius sit idoneus, Domino perit, l. cum casio, III. qui, §. fin. & l. 11. l. argenti, ibi: Tuum, non meum furtivo detrimento erit, si damali homines, ubi Bald. n. 1. D. IV. Ad commod. Non tamen debet tradere rem Nuncio dato ad denunciandum, non ad accipiendum, d. leum qui, l. si mea causa, 12. ibi: Si commodandi causa visor, ut referretur res commodata ei, cui commodata est. D. commod.

679. Commodatarius habet actionem Contrariam adversus Commodantem, & ejus haeridem, d. l. si ut certo, §. §. quin in d. l. 17. l. 13. in fi. l. 21. l. 22. D. commod.

680. Et l. petit extraordinarias impensas factas in re commodata: us, in curatione equi. Modicum vero impensum, ut, ciborum, ad Commodatarium spectat. Similiter calcare ferreum, si equus detur ad longum tempus: puta, ad mensem, l. in rebus, 18. §. possunt, D. commod. Bart. in d. l. si ferous, 22. ibi: Compreret, si quid in curatione servus impendisset. Vefemb. & Hostiens. de commod. num. 3.

681. Ne ante tempus concessum commodatum repetatur, & ne usus rei impediatur a Commodante, l. in commodato, 17. §. sicut, 3. D. commod.

682. Si vitiosum equum, vel vasa contra commodavit, agit, ut Commodans solvat interesse, l. in rebus, 18. §. penult. D. comm.

672. Perit Domino.

673. Tenetur magis sua quam commodata bona servare in pari causa.

674.

675.

676. Actio directa datur Commodanti, & ejus haeredi.

677. Quatuorplex actio.

I. Commodati. II. Reivindicatio.

III. Furtiva. IV. Ad actionem usury.

678. Nequit per nuncium curam non destinatum restituere.

679. Contraria datur Commodatario, ejusque haeredi.

680.

DE PRECARIO.

I E M M A X L I.

Quid sit Precarium.

Precarium cum Commodato convenit, l. 1. D. de precario, ibi: Es est simile commodato. Unde abs...

Precarium neutrius a precaria feminini generis differt. Et de primo extat titulus D. de precariis, lib. 1. §. tit. 26. De precaria extat tit. decretalium, lib. 3. tit. 24. T. bolos. 23. synagm. c. 2. num. 2. Glos. in c. fin. de precario. ubi precariae sunt concessiones usus, vel usufructus rerum in lustrum, & deinde extinguuntur, nisi prorogentur. Rursus precaria durat usque ad mortem concedentis, vel accipientis, nec revocatur, c. precaria, §. 1. 10. q. 2.

Precarium est, quod precibus petentis utendum conceditur, donec Concedens revocaverit, l. 1. D. de precar. De quo hic verba instituitur.

Precarium, primo, late, significat omnem concessionem factam ad beneplacitum, Tusch. v. Precaria, concl. 472. & in isto sensu sunt precariae modo dicto.

Stricte significat omne, quod precibus petenti utendum conceditur tandiu, quandiu is qui concedit, patietur, l. 1. & 14. D. de precar. cap. 3. de precar. Bellamer. conf. 25. Tusch. concl. 470. num. 4. Cov. 3. var. 6. 15. Molin. disp. 298. num. 1. Valasc. de jur. emphyt. qu. 34. T. bolos. lib. 23. synagm. c. 2. num. 1. & 6. Cujac. 4. obser. 7.

Fit frequenter ad preces; unde nomen sumptit, & etiam sine precibus sponte datur, l. 1. & 14. in rebus, 4. ibi: Es enim fieri potest, ut quis non rogaverit, D. de precar.

Concessio precaria potest quodcumque revocari, l. 1. 2. & 4. D. de precar. Alex. lib. 1. conf. 53. Castr. lib. 2. conf. 439. & 440. Ita ut non possit, nec ex pacto reddi irrevocabilis. Nam esset contra essentiam precarii, Molin. disp. 298. num. 4. Abb. in c. fin. num. 2. de revocatar. Covar. 3. var. c. 15. num. 1. Valasc. de jur. emphyt. l. c. num. 1. Gomez 2. var. c. 7. num. 1.

Precarium finitur morte accipientis, 12. q. 2. c. Clerici, 16. qu. 3. c. fin. de precar. ibi: Solvitur quoque obitu ejus, cui concessam est, non etiam concedentis. Covar.

Finitur sup. nu. 3. Valasc. num. 2. Bart. in l. concessimus, §. fin. col. 3. ubi Alex. & Jas. D. de verbor. signif. Tusch. v. precaria, concl. 472. nu. 22. Non tamen finitur morte Concedentis: nam requirit revocationem, quae morte non habetur, d. c. fin. de precar. l. sum precario, §. fin. & l. quae situm, §. quod a Titio, D. de precar. Castr. in l. Lucius, D. de donat. Ratio est: quia concessa ad libitum, non vero concessa, donec revocavero, morte expirant: nam morte cessat voluntas, non vero habetur revocatio: cum non adsit contraria voluntas.

Finitur etiam precarium, si Dominus alienet rem precario concessam, l. quaesitum 8. §. quod a Titio, & §. illud, ibi: Illud tamen videamus: quale sit, si a me precario rogaveris, & ego eam rem alienavero, an precarium duret, re ad alium translata? magis est, ut si illo non revocet, posse interdicare. D. de precar.

Pro precario datur actio illius contractus, cui adjunctus: ut locati, pignoris, l. cum precario, §. precario, Dicitur sit. Et si contractus sit innominatus, datur actio civilis praescriptis verbis, l. 2. ibi: Non solum hoc interdictio tui possumus, sed etiam praescriptis verbis actione. l. duo, §. fin. l. & habet, 15. l. interdictum, 14. D. de precar. Cujac. 4. obser. cap. 7.

Nota hic, precario rem habens, voluntate Domini possidere corporaliter, materialiter, naturaliter, l. & habet, 15. l. 2. §. habere precario, ibi: Habere precario videtur, qui possessionem, vel carpitur, vel juris adeptus est. D. de precar. Non vero civiliter, l. certis, 6. D. de precar. d. l. & habet, §. cum quis, ibi: Eum, qui precaria rogavit, & sibi possidere liceat. Gomez sup. nu. 1.

Hinc dans, & accipiens habent interdicta possessoria, l. interdictum, l. 2. l. 17. D. de precar. ibi: Adversus omnes, praeter eum, quem rogavit, uti potest. Sed possidens precario non habet adversus eum, a quo accepit interdictum, d. l. 17.

Precaria possessio, etiam inter absentes constitui potest, per nunc. um, per epistolam, l. 9. D. de precar. ibi: Constitui potest, vel inter praesentes, vel inter ab-

sentes: veluti per epistolam, vel per nuncium. Haec de precario seculari, pergat, & admittatur.

P R E C A R I A.

Precaria Ecclesiastica erat quaelibet possessio rei ecclesiasticae concessa alteri ad preces sine compensatione, c. fin. de precar. ibi: Porro precaria non sunt pro voluntate concedentium revocanda.

Secundo concedebantur antiquitus res Ecclesiae, & Ecclesiasticae, a Praelatis, quae res precariae, oblivione causante, deperibant Ecclesiae, & perpetuo remanebant apud recipientes. Unde Ecclesia sibi cautum voluit de lustro in lustrum renovandas esse precarias, ne oblivioni traderentur. Et ut ex causa revocari possent, c. 1. de precar. ibi: Precariae de quinquennio in quinquennium renovantur, c. precaria, 10. qu. 5. c. saepe, 12. q. 2. c. Clerici, 16. qu. 13. Abb. in c. 1. 2. & 3. de precar. Bart. in l. nemo est, qui, D. de duob. res, Tusch. de precariis, concl. 474. Molin. disp. 298. num. 20. Valasc. de jur. emphyt. qu. 34. num. 14. ait, contractum precariae per omnia esse ejusdem essentiae, ac contractus emphyteuticus, tantum addit, quod renovatur de quinquennio in quinquennium, sin minus amittatur, Bart. in l. si finis, §. si de vestigal. D. de damno insect.

Precariae irrationabiliter factae possunt revocari, c. 2. de precar. ibi: Precipimus, ut, si antecessor ejus res Ecclesiae irrationabiliter distribuit, ab eo ad jus ejusdem Ecclesiae revocentur.

Qui precario possidet, tantum tenetur de dolo, & lata culpa, l. quaesitum est, §. cum quoque, D. de precar. ibi: Eum quoque precario teneri voluit Praetor, qui dolo fecit, ut habere desineret. Intelligas, de precario facto ad commodum concedentis, l. contractus, 32. D. de reg. jur. ibi: Dolum tantum depositum, & precarium, Ognate tom. 3. de contract. tract. 34. disp. 126. nu. 58. in fin.

Datio ad firmam olim in usu erat locatio rei Ecclesiae sine tempore, adedque perpetua, modo prohibita, c. 2. de locato, c. 5. c. 9. de reb. Eccl. non alien. Qua ratione decimae laicis ad firmam: hoc est, perpetuo non locantur, licet ad tempus praesissum: puta, ad triennium locari possint, c. 2. de locato, & conduct.

D E D E P O S I T O.

Ex §. Praterea & bis.

L E M M A I.

Quid sit Depositum?

Depositum, quasi fide accipientis positum: datur enim, ut custodiatur, l. 1. ibi: Depositum est, quod custodiendum alicui datum est, dictum ex eo, quod ponitur. D. de pos. Diciturque etiam Commendatum. l. Lucius, 14. l. publica, 26. D. de pos. l. commendare, 136. D. de verb. sign. Definitur. Est contractus, quo aliquid alteri gratis ad custodiendum traditur, d. l. 1. §. fin. l. si ego, §. ult. D. de jur. dot.

Dixi Contractus: quia est unus ex nominatis bene fidei, l. juris gentium, 7. D. de pact. l. 1. §. est autem, D. de pos. ibi: Hanc autem actionem bona fidei esse, dubitari non oportet.

II. Additur, Quo aliquid: quia re perficitur, §. po. mult. hoc tit.

III. Additur Ad custodiendum, l. 1. l. propriis, 6. D. de pos. Nam licet in aliis contractibus: puta in commodato, locatione, Commodatarius, Conductor, teneatur custodire; tamen in custodia, non illorum, sed hujus contractus est finis, Ripa in l. 2. D. si cert. pet. Tusch. v. Depositum, concl. 198. nu. 12. ex d. l. 1. §. idem Pamponius. Denotatur etiam rem restituendam esse; & consumi non posse a depositario.

IV. Dixi Gratis. Nam, si intercedat pretium, est locatio operis, l. 1. §. Si vestimenta, ibi: Nullum mercedem servandorum vestimentorum accepit, depositi eum teneri, & dolum duntaxat praestare debere, puto. Et §. si quis servum, ubi Bart. D. de pos. Mantica de tacit. 10. tit. 1. num. 6. Alciat. in l. 2. nu. 16. D. si cert. pet. Sed non est spernendus Gabriel a S. Vinc. de just. & jur. disp. 13. qu. 2. nu. 29. dicens, posse etiam in deposito accipi pretium ratione custodiae, in quo differret depositum a locatione, in qua sumitur pretium.

690. Precaria ad lustru.

691.

692. Precaria idem in aliquo, ac emphyteusis.

693.

694. Tenetur ex dolo, & lata culpa.

695.

696. Unde dictum.

697. Definitio.

698.

699. Precium tollit rationem de positi.

700.

tium ratione usus. Sed non transit hoc sine difficultate tunc quia est contra *textum d. l. 1. §. si vestimenta.* tunc etiam quia custodibus vinearum datur pretium pro custodia, pro qua censentur conducta illorum opera.

Si vero ex gratitudine aliquid daretur ob beneficium custodiae, *l. 2. §. si in re deposita, 24. D. vi boni rapti.* non esse contra naturam depositi, quae abhorret tantum dari ex iustitia aliquid, ut esset in casu locationis operum, *d. l. 1. §. si vestimenta.*

L E M M A II.

Quotplex sit Depositum?

I. **D**ividitur in *liberè, & largè, & improprie sumptum.*

Improprie sumptum est, si deponatur res usu consumptibilis, vel inconsumptibilis. Et datur facultas utendi, consumendi, si depositarius voluerit. Et retinet naturam depositi, donec res non consumatur, vel usui accipientis serviat. Nam deponens habet dominium, & repetere ad nutum potest. Et ita aliquo modo est depositum, & habet alios effectus mutui, l. Lucius Titius 24. ibi: Egreditur ea res depositi non solum terminos, l. Pubia Maeva, 26. ibi: Paulus respondit, cum contractum, de quo queritur, deposita pecunia modum excedere, §. Lucius Titius l. Quintus Caecilius, 28. D. de depos. Unde talis contractus habet effectus depositi, & mutui. Nam non repugnat depositum ita dari: ut, donec consumatur, dominium sit apud dantem. Et mutuum non repugnat eodem modo contrahi: ut scilicet ejus dominium sit mutuantis ante consumptionem, l. 4. l. certi conditio, 9. l. 10. ibi: Quod si ab initio cum deponerem, uti tibi (si voles) permisero, creditam non esse ante, quam mota sit: quoniam indebitum tri non est certum. D. de reb. cred. Si vero res deposita usu non pereat, sed tantum usus sit concessus, tunc censetur commodata. Nam in deposito concessio, & custodia debet gratis fieri, & si merces datur profutu, est locatio, l. 1. §. si quis servum, D. de depos. Ur sunt res, quae dicuntur depositatae apud nautas, stabularios, fultiones.

Hinc solutio difficultatis.

L E M M A III.

An res depositata, ut depositarius ea utatur, retineat naturam depositi?

ET distinguas, vel *illico, vel post datur facultas utendi. Si factu deposito aliquo tempore intercedente deponens dicat, ut illa re utatur, tunc depositum transit in mutuum, mutuaeque actione repeti potest, l. si quis, 4. l. certi conditio, 9. §. De postu apud te decem, postea permisi tibi uti. Nerva, & Proculus, etiam antequam moverentur (hoc est antequam incipiat illa uti) condicere quasi mutua, tibi, hoc postea, autem: est verum, D. si cert. pet. Sed, si ab initio, cum deponerem, uti tibi (si voles) permisero, creditam non esse ante quam mota sit: hoc est, uti incipiat ait, l. quod si, 10. D. cit. tit. Nam quando incipit uti, tunc acceptans, depositum in mutuum transfert, & conditio datur contra mutuatarium dominum rei, l. si filiusfam, 14. ibi: Si dominium ad accipientem transisset, D. cit. tit.*

Cum autem ab initio non sit mutuum, quando dicit: *Depono, & re utaris, si voles?* Ratio est: quia censetur adesse voluntatem deponendi in actu, & a qua non praesumitur statim recedere, sed tantum, quando alius voluerit uti. Nam, si ab initio voluisset contractum mutui, ad quid diceret, se velle deponere. Et ita currit *d. l. quod si, 10. D. de reb. cred.*

Sed quando post factum depositum permittit usum rei Depositans, censetur statim recessisse a voluntate deponendi. Nec sequitur inconveniens, quod illico simul velit deponere, & mutuae. Quod in primo casu sequeretur: & sic currunt Jura, l. 4. l. 9. §. de posui, D. cit. tit. l. Lucius, 24. l. 26. §. Lucius Titius, l. 28. D. de depos.

Depositum Proprium.

Proprie, & strictè sumptum est, quod gratis custodiendum accipitur. Hoc subdividitur in *Voluntarium, Necessarium, & Judiciale. Voluntarium pendet a partium voluntate dantium rem alteri custodiendam.*

Necessarium aliqua necessitate fit: puta, urgente incendio, ruina, naufragio, tumultu, l. 1. §. merito, ibi: Quae continent fortunam causam depositionis, ex necessitate descendente, non ex voluntate proficiscentem. D. de depos. luntariu.

Differt *Voluntario* a *Necessario*: quia Depositarius in *voluntario* tenetur tantum ad *simpulum*, si non reddatur depositum: in *necessario* ad *duplum* agitur contra Depositarium, & ejus haeredes, *d. l. 1. §. merito, ibi: Contentus esse debet simplo, & infra: Crescit perfidiae crimen, & l. quod tumultus, 18. D. de depos.*

Et ratio differentiae est: quia Deponens voluntarie sibi imputare debet, si temporis copia neglecta, diligentiorum, ac magis fidelem non eligat Depositarium. Quae ratio cessat in illo, qui, praecipiti necessitate compulsus, deponit.

Judiciale est, quando Judicis mandato res deponitur: ut, finita lite, victori datur, *l. licet, 17. D. de depos. l. interesse puro, 39. D. de acquir. poss. l. sequester, 110. D. de verb. sign. c. 2. de dolo, c. 2. de sequestro.*

Et rursus depositum *Judiciale* est triplex: *Voluntarium, Necessarium, & Mixtum. Voluntarium* fit: conventionione partium Judice consentiente, *l. 1. §. inde quaritur, D. de novi operis nunc.*

Necessarium fit jubente Magistratu timore rixae, *l. acquisitum, alias l. si ejus, §. sed inter duos, D. de usufructu.*

Mixtum est, si fiat voluntate Judicis, & partium petitione.

Rursus dividitur depositum necessarium in *Sequestrum, & Non sequestrum. Non sequestrum* fieri potest liberè ab uno, etiam de re propria: ut si quis deponat pecuniam ad futuram solutionem: ut ab usuris liberetur, Judicis praeepto, *l. 1. §. Sed si dubi, D. de depos.*

Sequestrum requirit plures, & rem litigiosam, *l. licet, 17. ibi: Attamen apud sequestrum non, nisi plures deponere possunt, l. et apud quem, §. 1. l. 6. l. 12. §. si cum sequestro, D. de pos. l. un. C. de prob. seq. pecun. Nos l. D. deposito voluntario, II. De sequestro.*

DE CAUSIS DEPOSITI VOLUNTARI.

L E M M A IV.

Qui possit deponere?

OMNES, qui possunt administrare, possunt deponere, etiam servi, licet tunc actio quaratur Domino, *l. 1. §. an in pupillaribus, ibi: Si servus meus deposuerit, nihilominus depositi habeo actionem, & §. si servus, D. de depos.* Etiam Pupillus carens administratione potest deponere, si sit ad bonum pupilli, *l. 1. §. an in pupillum, D. de depos.* Etiam Praedo potest deponere, *d. l. 1. §. si praedo, ibi: Si praedo, vel fur deposuerit: & bos Marcellus lib. 6. D. putat, depositi rebus actus, & c. l. bona fides, 31. §. 1. D. de depos.*

L E M M A V.

Quis possit recipere Depositum?

Depositarum obligantur ad gratias custodiendum. Et ideo, qui obligari nequeunt, depositarii esse non possunt, *d. l. 1. §. an in pupillum, & §. si apud servum, ibi: Marcellus ait, nec tenero actionem. Hinc Pupillus non potest recipere depositum, & si recipiat tantum obligatur ex dolo, de in rem verso, & in quantum factus est locupletior, d. l. 1. §. an in pupillum. Idemque affirmat de Ecclesia, c. 1. de depos.*

Filius major tenetur deposito, sicuti aliis contractibus: Sed adversus patrem, intentatur actio de peculio, vel de in rem verso. Idque etiam de servo affirmat, *l. 1. §. filiusfam, D. de pos.*

Apud *semetipsum* nemo deponit: cum sibi ipsi obligari nequeat, *l. qui rem suam, 15. D. hoc tit. l. bis penes quem, 6. ubi Bart. Bald. & Salyc. C. de pos. S. Tb. 2. 2. q. 96. art. 1.*

Recipiens testamentum ratione depositi, illud est depositum legit sine injuria, *l. 1. §. si quis tabulas, ibi: Si quis testatus, tabulas testamenti apud se depositas pluribus praesentibus legit: ait Labeo, depositi actione rectè de tabulis agi posse. D. de pos. l. si quis testamentum, 42. §. 2. De ad l. Aquil.*

698. Nisi datur ex gratitudine.

699. Improprium est si amittat naturam depositi, usu consumptibile.

700.

701. Est commodatam concessio rei usu gratis, locatio si merces exigatur.

702.

703.

704. Conservat voluntatem deponendi, ne sit sibi illico contrarius.

705.

706. Deinde voluntatem mutuat.

Depositarum voluntarium.

707.

Necessarium.

708.

709. Judiciale.

710. Mixtum.

Sequestrum.

711.

Depositarum.

Pupillus.

Praedo.

712.

Depositarum non recipit pupillus.

713. Nec rei sua quis

714.

L E M M A VI.

Quæ res possunt deponi?

715. **O**mnēs, propriæ, alienæ, etiam furtivæ, l. 1. §. si præd. de l. bona fides, 31. D. de pos. etiam res immobiles, quæ sicuti commodari, & custodiri, l. 1. §. 1. D. comm. l. 1. 1. ibi: Infula custodienda. D. de peric. & comm. ita etiam deponi, & custodiri queunt, c. 1. de seq. poss. & fruct. c. examinata, 15. ibi: Ecclesiam sequestratam. De jud. c. 2. de dol. & contum. l. si cum dote, 22. §. si autem, 3. ibi: Dotem sequestratam. D. sol. matr. Potest enim etiam res immobilis alteri custodienda tradi, l. 3. D. de acq. rer. dom. Quod est deponere.

L E M M A VII.

Effectus Depositii.

716. **F**actio depositi confurgit videndum. I. An dominium depositi sit apud Depositarium. II. An possessio. Quoad primum dicas, aliquas res depositatas non esse fungibiles in proprio genere: aliquas esse. Si res depositata functionem recipiat: puta, si sit in numero, pondere, & mensura: ut pecunia, frumentum, tunc, si detur ob signata, ejus dominium non transit in depositarium, l. licet, 17. ibi: Rei depositæ proprietates apud deponentem manent. l. Lucius Titius, 24. l. 1. D. de pos. c. examinata, 15. de judic. Glos. in c. bona fides, de de pos. Si verò quis re illa uti possit, & consumere: tunc acquirit dominium rei depositatæ. Nam, re consumpta, jam veluti in mutuum res depositata transit. Major difficultas est.

L E M M A VIII.

An possessio sit apud Depositarium?

718. **T**ia sunt possessionum genera: Civile, Naturale, Corporales, seu Reale. Civilis, competit Domino directo. Naturalis Domino utili, qui rem habet animo de mandandi, & hæc est Juris. Corporalis possessio, siue Realis, consistit in facto, & ei competit, qui rem detinet, quam possessionem, Grom. 2. tenuitiam appellat, ad l. 45. Tauri. Et competit habenti custodiam rerum: ut sunt Depositarii.

L E M M A IX.

An Depositum habeat executionem paratam?

720. **D**epositum, viâ executiva, restituitur, remota omni exceptione compensationis, doli, & dactio ne ageat, non numerata pecunia, l. qui depositum, 10. l. 11. ibi: Reddere illicitè modis omnibus compellatur: nullamque compensationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponat, l. 12. C. de pos. c. bona fides, 2. de de pos. c. ex literis, 2. de mutuis petition. l. in contradi. bus, 14. §. 1. D. de non numer. pec. l. fin. C. de compens. Bart. in l. si quis, nu. 7. C. de pos. Jaf. in l. 1. nu. 4. C. de pos. l. compensationis, C. de compensat. Facch. 2. contro. c. 92. Menoch. de arbitr. casu 184. Seraph. de priv. jur. 77. nu. 71. Viv. dec. 191. nu. 3. Marsa dec. 137. Rice. dec. 99. p. 1. & coll. 1054. Puteus dec. 292. p. 2. Bullon. 34. nu. 7. Mantis. de ambiguis tract. 10. nu. 4. lib. 10. Mulder. de just. tract. cap. 7. dub. 5. Reginald. lib. 2. cap. 47. sect. 6. Et hoc etiam, si Depositarius sit filius, vel servus, d. l. 1. §. cum his pupillum, §. si apud servum, §. si rem à servo, D. de pos. Et hoc etiam si res sit religiosæ, l. si quis, 11. C. de pos. Nam nec per tertium potest sequestrari, l. quod servus, 11. D. de positi.

721. **S**ed si Depositarius, necessitate compulsus, utatur pecunia, tunc potest opponere dationem in solutum, Dat. in sol. Aut. hoc nisi, C. de solut. Novar. de dat. in solut. sect. 7. l. 1. nu. 7. Nam in necessitate Jura silent, c. 2. de obs. su. pro ex ser. v. jejunii, l. 1. D. de off. Consul. l. quæ propter, 123. nec. sicutate ibi: Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi. D. de reg. jur. Viv. dec. 323. Difficultas est: An Depositans habeat revindicationem?

722. **D**istinguas: vel extat: vel est consumpta res depositata. Si extat, habet rei vindicationem, et præfertur omni us, etiam sumptibus funerum, l. si ven. catio da. 171, 8. §. in bonis, ibi: Si tamen nummi extant, vindicatur ex tã. ri eos posse, puto à Depositariis, & futurum eum, qui te re depon. c. ante privilegia. D. de privil. credit. l. qui de. positum, 10. l. si quis, 11. C. de pos. & l. 1. §. Est autem, §. de. positum, §. si rem à servo, D. de positi. Ant. Sed jam cautum, C. de positi. Tusc. v. Depositum, concl. 200. n. 1.

Bald. in lult. C. de pos. in fin. Mantica 10. de tacit. tit. 10. in fin. l. si idem, 7. §. quoties, D. de pos.

Nec mirum: quia habens rei vindicationem est Dominus, et præfertur omnino omnibus, l. procura. tortis, 5. §. plane, D. de tributor. aff. d. l. si ventri, §. in bonis, in fin. ibi: Si tamen nummi extant, vindicari eos posse, puto à Depositariis.

Si verò res sit consumpta: tunc Depositarius venit post privilegia, d. l. si ventri, §. in bonis, ibi: Post privilegia. Unde præfertur Chyrogaphariis, l. si pta, præ. quis, 11. C. de pos. l. si bonum, 7. §. quoties, ibi: Solet latio ante primo loco ratio haberi depositariorum: hoc est eorum, personales qui depositas pecunias habuerint, l. 3. D. eod. Bald. in creditores. l. fin. nu. 4. C. eod. Mantica 10. de tacit. tit. 10. nu. 77.

L E M M A X.

An Deponens possit uti re depositata?

724. **S**i Depositarius utatur pecunia depositata, et emat aliquam rem, tunc debet restituere pecuniam, non rem emptam, l. si ex ea pecunia, 6. l. si ut proponis, 78. C. de rei vindic. Mantica. lib. 10. de tacit. tit. 5. nu. 1. Cum autem in definitione dicatur: Depositum dari ad custodiam. Hanc patere potest, Depositarium uti re deposita non posse sine Domini saltè tacita licentia, l. 3. ibi: Si quidem, qui rem depositam, in vi. to. Dimisso, sciens prudensque in usus suos converte. rit, etiam furti delicto succedit. Cod. de p. l. 24. l. 29. D. eodem.

Id multò magis currit, si pecunia detur ob signata: ut in disco, in cista inclusa, d. l. 1. §. si cista, ubi Bar. Bald. & Paul. Paris. cons. 64. nu. 4. lib. 1. Mantica lib. 10. de tacit. tit. 5. nu. 3. Et hoc etiam, si illas res Depositario non ostendat Deponens, Jaf. in l. in cont. actibus, nu. 43. D. de in litem jurand. Par. f. l. c. nu. 2. & 3. Contra Accurs. in d. l. 1. §. ut.

Si quis accipiat cistam inclusam, & reddat reclu. sam, est reus depositi, d. l. 1. §. si pecunia, v. Sed & si resignat, l. si depositi, C. de pos. l. si fasculum, D. de pos. Et defertur tunc juramentum Deponenti, quæ re. sint in cista, vel sacculo, Innoc. in c. fin. de bis, qua metus causa, Bart. in l. in adlionib. nu. 22. ubi Roman. nu. 24. D. de in litem jurand. Salyc. in l. 1. §. si cista, D. de pos. Contra Bald. in rub. C. de positi. nu. 1.

Sed si detur pecunia numerata, potest uti, nec est reus furti, qui ea utitur, Glos. in l. si de positi, 3. C. de pos. Capell. l. bolos. qu. 168. Carrocade deposito, tit. usus, nu. 2. Farin. in pract. crim. tit. de furtis. q. 169. num. 4. argum. tex. in d. l. Lucius, & l. 1. §. fin. D. de pos. Et tunc periculum spectat ad Depositarium, l. bolos. 23. Syn. tagm. c. 3. nu. 16. Idemque asseres de aliis rebus usu consumptibilibus: ut est oleum, frumentum, ut saltè Depositarius læthalitèr non delinquat, si alienet; dummodo sit certus, se tantundem ejusdem generis, & qualitatis præsto habiturum Domino repente. Ratio est: quia tunc alienatio nulli est damnosa.

Idque fatearis de Telonariis, Camerariis, &c. si certum sit, nullum damnum alteri eventurum, tunc enim potuerunt isti uti pecuniis, frumento, &c. S. Antonin. par. 2. tit. 1. s. 15. §. 5.

Nec obstat Jure Cæsareo id interdici, l. 1. C. de bis, qui ex public. rationib. lib. 10. l. 1. & 2. C. de bis, quæ ex publica collat. lib. 20.

Nam non potest esse læthale, cum cesset finis prohibitionis, & nulli inferatur damnum; ex quo damno arguenda esset ratio peccati. Et lucrum talis negotiationis cambii, vel census ad ipsum Officialem, non ad Magistratum spectat, si proprio nomine, & periculo pecunias exposuit, l. demque 10. §. mandatum vero, D. mandat. Nam non est rei, sed industriae lucrum, Mouin. tom. 2. disp. 42. concl. 1. Reparandum tamen semper esset damnum emergens, & lucrum cessans alteri ex negotiatione, Layman. lib. 3. 17. 9. c. 25. nu. 4.

L E M M A XI.

An factio deposito Debitor liberetur?

725. **A**ffirma ex l. ob signatione, 9. ibi: Liberationem contingere manifestum est. C. de solut. Et cessant usuræ, l. acceptam, 19. C. de usuris, cum aliis Juribus allegatis per D. Scoppa, quem vide, in Scholiis ad Con-

Centron. ser. R. Martin, cent. 1. cap. 32. sub num. 4.

733.

Debitor legitime factio deposito liberatur.

Ad quod requiritur I. Ut Creditor oblatam pecuniam noluerit accipere, & ideo Debitor illam deponat, §. illud quoque, Aub. de exactione instante dot. col. 7. l. 2. ubi Salyc. C. de usur. Marefcot. 1. var. c. 77. Idem est, si depositum fiat Judice præcipiente, Roland. d. Valle lib. 2. conf. 63. nu. 33.

II. Depositum debet fieri parte citata, J. f. lib. 1. conf. 9. Curt. jun. conf. 28. n. 1. Menoch. de arb. casu 234. nu. 59. Ludov. dec. 146. nu. 6.

III. Depositarius debet esse paratus restituere depositum, Creditore, vel Judice jubente, Jason, & Ludov. l. c. nu. 8.

734.

Neapoli debet fieri depositum in Banchis publicis: & non potest fieri apud Actuarium, Prag. Commis. Monsieur, anno 1631. de qua Gallup. p. 3. c. 3. nu. 7.

IV. Depositum fit in pecunia numerata: nec potest fieri in sacculo, Roland. Valle lib. 1. conf. 67. n. 56. Menoch. conf. 232. nu. 20.

Sed, Si Depositarius decoquatur, quæri potest: Cui pecunia pereat?

Resp. Perire Creditoribus, si sit factum absq; alia conditione, vel modo: ita ut per Creditorem fiet, quo minus pecuniam depositatam recipiat, Et idem est, si conditio sit potestativa respectu Creditoris. Nam tunc Depositum perit Creditori, l. qui, 3. ubi Bart. D. de solut. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt.

Hinc si Creditor velit, sed nequeat pecuniam depositam recipere, depositum perit Debitori, l. acceptam, 19. ibi: Quo subsecuto etiam periculo debitor liberabitur. C. de usur. Negusant. de pign. 2. p. memb. 3. num. 6. & Marefcot. 1. var. c. 7. num. 1. & alii apud D. Scoppa l. c.

736.

Sed quid, si neuter sit in mora, vel culpa?

Dicas, si perire Creditori, si depositum sit factum animo abdicandi à se dominium, & ut liberetur Debitor, l. si soluturus, 39. ibi: Tui periculo eam fore. D. de solut. Gama dec. 189. nu. 2. Aff. dec. 172. ubi ait, perire V. d. ori depositum factum pro executione sententia, si Depositarius decoquatur, Baldus l. acceptionem, n. 14. ubi Castrenf. n. 12. C. de usur.

L E M M A XII.

Quando Depositarius teneatur pro deposito?

I. Ex suo dolo semper tenetur, l. 1. §. si quis servum, 11. l. quod Nervæ, 32. D. de pos.

II. Tenetur ex culpa lata, c. 2. de deposit. d. l. quod Nervæ, 32. D. de pos.

III. Tenetur Depositarius, si ejus mora, vel factio res pereat, l. si in Asia, 12. §. fin. D. de pos.

IV. Regula nunc est: Res perit Domino, l. pignus, 3. D. de pign. act. l. quæ fortuita, l. 1. §. sapè evenit, D. de pos.

V. Ex levi culpa non tenetur. Nam non est ad ejus commodum, l. 2. l. quod Nervæ, 32. de pos. et b. c. Joannes, de bon. c.

L E M M A XIII.

An, & quandoque Depositarius teneatur etiam ex levi?

738.

Vel culpa levi.

Affirma. l. si ipse se obtulit, l. 1. §. sapè evenit, 35. D. de pos. II. Si pro custodia mercedem recepit. Nam tunc est locator operis, & contractus ad commodum utriusque obligat etiam ex levi. l. si ut certo, §. 2. D. de commod. III. Si ad commodum Depositarii depositum fiat: ut si utatur, l. si quis, 4. D. de reb. cred. IV. Si ad casum fortuitum se obligaverit, l. 1. §. sapè, 35. D. de pos.

L E M M A XIV.

Quid sit restituendum?

739.

Restituitur eadem res numerata.

Dicas, restituendam eandem numerum rem depositatam, l. 1. §. bis quoque, D. de act. & oblig. Nam dominium rei depositatæ manet apud Deponentem, l. licet, 17. §. Rei depositæ proprietatis apud Deponentem manet: sed & possessio, nisi apud sequestrum deposita estimata tunc demum sequestrer possidet. D. de pos.

Si verò res consumpta sit, restituatur ejus valor, ut patet ex dictis.

L E M M A XV.

Quot, & quæ actiones dentur pro deposito?

Res I. Actio Depositi. II. Actio ad exhibendum. III. Reivindicatio.

Actio Depositi, oritur ex contractu depositi. Actio ad exhibendum datur, ut res depositata exhibeatur à Depositario. Reivindicatio datur, ut restituatur depositum, l. 1. ubi Depositario, tam depositi, quàm ad exhibendum actio; sed & in rebus vindicatio competit, C. de pos. l. si sacculum, 29. D. de pos. l. furti, §. illud, D. de furt. l. qui depositum, C. de pos. Et restituatur depositum unà cum accessionibus, & fructibus, l. Lucius Titius, 24. D. de pos.

Omnes istæ actiones sunt bonæ fidei, l. bona fides, 2. D. de pos.

Præter dictas actiones, possunt dari Interdicta possessoria: cum Deponens possideat, ut patet ex dictis.

Hæc actio depositi est duplex. Una Directa, altera Contraria. Directa datur Domino, & ejus heredi, qui petit rem, unà cum fructibus, l. 1. §. est autem, §. penult. l. 24. D. de pos.

Quæ actio cessat, re deposita percunte sine dolo, & culpa Depositarii, l. 1. C. de pos.

Contraria datur Depositario contra Deponentem. I. Ut servetur indemnis, l. si plures, 14. §. 1. D. de pos.

II. Ut dentur impensæ factæ pro conservando deposito, l. si ut certo, §. illud, D. de pos. l. si in Asia, 12. l. ei apud quem, §. l. actione, 23. D. de pos.

III. Petit damnum factum à re depositata: ut, si equus ineffrenis deponatur, qui damificavit Depositarium, non monitum à Deponente de illo vitio, l. si servus, 31. ibi: Indemnum me præset. D. de pign. act.

Si Deponens, bona fide talem servum, vel equum deposuit, tunc tenetur, non pro solido, sed actione noxali: scil. ut reparet damnum illatum, vel det equum, vel servum pro noxa, l. si servum, D. de furt. l. si quis servum, D. de pign. act.

Tandem, finito tempore, ad quod fuit taxatum depositum, Depositarius agit, ut Deponens accipiat rem depositatam, l. ei apud quem, §. si velit sequestrer, D. de pos.

L E M M A XVI.

Pena contra non reddentes Depositum.

I. Est, ut censetur Fur. II. Ut sit Insanus, l. 10. C. de positi. III. Est pena dupli pro deposito facto, & necessitate incendii, ruinæ, naufragii, l. 1. §. 1. D. de pos.

Privilegia Depositii.

I. Habet paratam executionem, l. qui depositum, 10. l. 12. C. de pos. l. compensatione, 14. C. de compens.

II. Est Prælatio ad alios Creditores personales, si res non extet, & si res extat, tunc datur reivindicatio, l. qui depositum, 10. l. si quis, 11. ubi Bart. num. 7. C. de positi.

III. Ut Deponens dicatur solvere, & sic statim liberetur ab usuris, Tusch. v. Depositum, concl. 200. nu. 31. Bart. in l. pratoria, D. de prætor. stipulat. Aff. dec. 72. Angeh. l. 4. §. 1. Prætor, D. de re jud.

IV. Debet reddi, non tantum verum, sed etiam depositum confessum, Bald. conf. 236. nu. 4. Roland. à Valle, conf. 17. nu. 6. Boer. dec. 295. nu. 8. Socc. conf. 143. nu. 2. Arer. in §. seq. nu. 9. Inst. de act. Tusch. l. c. nu. 12. qui citat D. D. oppositum sentientes, Natta conf. 436.

Quando non restituatur Depositum?

Creditor nequit vendere pignus ipsi Debitori: nam illius est. Sed Debitor potest vendere Creditori, l. rescriptum, 12. D. de distr. pign.

L E M M A XXXVII.

Quando possit vendi Pignus.

S I nihil conventum sit, censetur tacite actum: ut Creditor possit vendere pignus post moram Debitoris, l. cum solvenda, 4. D. de distr. pign. l. quia conventione, D. de pact. l. si autem, 7. l. 8. §. si annua bina, D. de pign. aff. l. si residuum, 5. l. 12. C. de distr. pign. l. fin. C. de jure dom. impetrand.

In mora autem censetur semper, ac Debitor non solvit statis temporibus: nam tunc dies interpellat pro homine, l. si conuenerit, 4. D. de pign. aff. Semper enim servandum pactum in pignore appositum, l. sanimus, C. de jure domini impetrand.

Si non conuenerit de pignoris distractione, tunc elapso tempore solutionis, adhuc potest distrahi, l. si conuenerit, 4. D. de pign. aff.

L E M M A XXXVIII.

Pactum, ne Pignus vendatur, quid operetur?

P Actum, ne pignus vendatur, est contra essentiam pignoris, quae exigit, ut denegata solutio-

846.

Pignoris
effectus ex
parte de-
bitoris.

847.

848.

849.

Ex parte
Creditoris

850.

851.

Debitori
pignus no
venditur,
l. Debitor,
40. D. de
pign. aff.

852.

853.

Creditor
vendit pi-
gnus.

854.

de, vendatur pignus. Et tale pactum solum operatur, ut premitatur trina monitio, et deinde labatur biennium: *l. si convenerit, 4. ubi Glos. D. de pig. aff. l. Creditor, 4. C. de distract. pign.*

Etiamsi adsit pactum, ne vendatur.

855.

Dices. Oblat *l. si creditor, 7. §. fin. D. de distr. pign.* ubi alienatio pignoris est nulla, si adsit pactum de non alienando.

Resp. Text. loqui de pacto, ne Debitor pignus distrahatur; quod pactum tenet, nec repugnat essentiali pignoris, *l. si convenerit, 4. & §. D. de distr. pign.* ubi est nullum pactum, ne Creditor distrahatur pignus. Nam hoc, non illud pactum, est contra essentialiam pignoris, *l. si convenerit, 4. §. D. de distract. pign. nu. 9.* Nec necessarium habemus dicere cum *Glos. in d. l. si Creditor*, verba: *Nullam esse conditionem, ut pactioni stetur*, legenda esse: *Nullam esse conventionem, ut pactioni stetur.* Ut legitur in multis Codicibus, quasi text. dicat, Pactum, de pignore non alienando, esse nullum.

L E M M A XXXIX.

An in distrabendo Pignore, monendus sit Debitor, ut assistat venditioni?

Affirma. Ad repellendam fraudem, licet non possit impedire venditionem, *l. 3. l. qua specialiter, 9. C. de distr. pign.*

Alia requisita ad Pignoris distrabitionem.

Debet Pignus vendi subhastando, *l. qua specialiter, 9. & l. Creditor, 4. C. cit. tit.*

An Creditor possit sibi emere?

Nega. Ob fraudis suspitionem, *l. & qui sub imagine, 10. ubi Bart. Bald. Salyc. C. de distr. pignori.*

Falsa venditione Pignoris, quis teneatur de evictione?

Facta distrabitione pignoris per Creditorem, non ipse, sed debitor tenetur de evictione, *l. 3. C. Creditor evicti pignori non habet, l. 1. §. l. periculum, 30. D. de pig. Nisi Creditor evictionem promittit, vel ex dolo agat, l. si necessarius, 3. §. si pignori, D. de pig. aff. l. & si bis, 10. D. de distr. pign.* ubi Creditor non tenetur de evictione.

An, si Pignus venditum non sit satis, Creditor agat pro reliquo?

Affirma, *l. Creditor, 28. D. de reb. cred. l. hypothecis, 3. C. de distract. pign. l. adversus, C. de act. & obl. Et si adsit superfluum, illud restituit Debitor, l. qua sitam, 2. §. Pomponius, D. de distr. pignori, l. 42. D. de pig. aff.*

Quod ex pluribus Pignoribus distrahi possit?

Minus damnosum Debitori; et si omnia sint equalia, ex pluribus pignoribus Creditor eligit, quod distrahatur: nam æque unum, ac aliud est Creditori obligatum, *l. Creditoris arbitrio, 5. ubi Bart. & Salyc. D. de distr. pign.*

Obligaciones Creditoris Pignoratarii.

I. Tenetur, recepto pignore, tradere rem promissam, *l. necessarius, l. 3. D. de petit. & com. l. 1. & 2. C. si pignori convenerit, numerat. pecun.*

II. Pignus unã cum fructibus custodire, *l. 13. l. elegantè, 24. D. de pig. aff. itã ut teneatur ex dolo, lata, et levi culpa, l. si cum 13. §. unic. l. 14. 15. 43. D. de pig. aff.* Non tamen tenetur ex casu fortuito, *l. qua fortuitis, 5. D. de pig. aff.*

III. Distractio pignore, superfluum restituit Debitori, *l. is cui, §. quæri potest, D. ut in poss. legat. l. qua sitam, 2. §. Pomponius, D. de distr. pign. l. pactam, 3. C. cit. tit. l. qua sitam, 6. §. si Creditor, C. de pig. aff.*

Valeat pactum, ut Creditor iusto pretio sibi retineat pignus, soluto superfluo, si Debitor sit in mora, *l. si fundus, 16. §. fin. D. de pig. Bart. in l. quãvis, D. de solut.*

IV. Pignus non distrahit inrequisito Debitori, et ante tempus.

V. Fructus consumptos, et percipiendos sibi debet computare in sortem, *l. 1. Cod. de pig. aff. l. si necessarius, 3. D. cit. tit. Abb. in c. cum contrã, de pig. in 6.*

Nec valet pactum, ne fructus computentur in sortem. Quia tunc perciperentur ultra sortem, et pactum esset usurarium, *c. 1. de usuris, l. 1. 2. C. de pig. aff. l. 1. 2. C. de distract. pign. l. 12. D. cod.*

VI. Oblata solutione, pignus unã cum fructibus, et accessoriis debet restitui, *l. si redditã, 3. C. de iur. pign. l. debitor, 43. §. solutã, l. 2. C. de pig. aff. ibi: Solutã*

posunia, Creditor possessionem pignoris, quã corporalis apud eum est, restituere debet, c. 1. 2. de usur. l. 1. §. 2. D. de pign.

861.

L E M M A XL.

An in Pignore possit apponi pactum legis commissoriae.

Pactum Legis commissoriae in Pignore est: ut, si Debitor tali tempore non solvat, pignus sit Creditoris. Dicitur *Legis*: quia pactum continet ad instar legis. Dicitur *Commissoriae*: quia incidit in commissum, et in pœnam amissionis pignoris Debitor, qui statuto tempore non solvit.

Hoc pactum tenet, si apponatur in emptione, et venditione, in contractu emphyteutico, vel feudali, *l. si Creditor, 7. §. fin. D. de distr. pign. l. 3. D. de contrah. empt. l. 1. & 2. D. de l. commissoria.*

In pignore verò est reprobatum, *l. 1. 2. 3. C. de pact. pign. c. significans, de pign.* Nam Creditor retineret supra sortem id, quod pignus plus valet, et sic esset usura. Hinc *Vasq. de pignori, c. 4. nu. 3.* putat, pactum illud non esse prohibitum Jure naturæ, si illud plus, non ratione mutui; sed in pœnam moræ acciperetur. Dummodò pœna sit moderata.

Hinc pœna moderata adjecta sine fraude usuræ contra inorofum Debitorem, non est usura, *Palud. in 4. d. 27. qu. 1. art. 2. Nau. lib. 2. c. 3. nu. 236. Less. lib. 2. c. 20. nu. 15.*

Tandem, licet pactum, ut pignus vendatur arbitrio boni Viri intrã certum tempus, si Debitor nolit solvere, *l. si fundus, 16. §. fin. D. de pign. Abb. in d. c. significans, nu. 3. de pign.*

L E M M A XLI.

Quotuplex Actio personalis pignoratitia datur pro pignore?

Duplex, I. Directa. II. Contraria. Utraque bonæ fidei, *§. act. onum, 28. Inst. lib. 4. de action. Debitori, soluto ære alieno, datur Directa adversus Creditorem, ejusque hæredes, pro restitutione pignoris, unã cum fructibus, et damnis dolo, vel culpa factis, l. si rem alienam, 9. §. omnis, 3. l. Debitor, 40. l. 13. l. ea igitur, 14. D. de pig. aff.*

Contraria competit Creditori pignoratario, ut se indemnem servet, si expensas necessarias fecit in pignore: si res aliena pro pignore accepit; si ex pignore damnum passus est, *l. 1. §. 1. l. 3. l. 7. l. 8. l. si servus, 13. l. 25. l. 36. D. de pig. aff.*

Quot tempus utraque daret?

Resp. Per triginta annos, *l. sicut, 3. Cod. de prescrip. 30. vel 40. ann.*

Quæ actio realis datur pro re pignoratita?

Resp. Dari, communicato nomine, *Quasi Serviana, Utilem servianam, Hypothecariam, l. pignoris, 17. D. de pig. l. pignoris, C. cod. l. si venditor, D. de evict. Et datur Creditori, ejusque hæredi, successori, ac cessionario, §. item serviana, 7. lib. 4. Inst. de act. l. 1. Cod. comm. de leg.*

An hæc sit stricti Juris.

Affirma, *§. actionum, 28. lib. 4. Inst. de act.*

DE EXTINCTIONE PIGNORIS.

Extinguitur Hypotheca, vel Pignus, quoties satisfactum est Creditori in sorte, et usuris, extinguendo debitum, sive solutione, sive quovis alio modo: puta, delatione juramenti, *l. item liberatur, 6. l. si dejerente, 13. D. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. l. 2. C. debitor vendition. pignori.* Extinguitur etiam pignus elapso tempore, ad quod fuit constitutum, *l. solvitur, 5. in fin. D. cit. tit.*

Non tamen liberatur pignus satisfactione, quæ ex fidejussione promanat, *l. item liberatur, 6. §. qui paratus.* Nisi sit conventum, ut pro hypotheca datur fidejussor, *d. §. qui paratus, l. solvitur 5. §. si convenerit, D. cit. tit.* et itã intelligitur *l. cum colono, 14. D. hoc tit.* ubi fidejussor liberatur à pignore, intelligas, si à Creditore nomine mercedis accipiat, ut ibi text. ait.

864.

865.

Pactum legis commissoriae non apponitur in pignore

866.

Actio pignoratitia I. Directa. II. Contraria.

867.

Durat 30. annos.

868.

Actio Hypothecaria

869.

870.

Pignus cessat satisfactio- ne, non fidejussione nisi sit loca solutionis.

Qui debitor tenetur de evictione pignoris ven diti.

858.

859.

860.

861.

862.

Fructus compen. santur in sortem.

L E M M A XLII.

An Creditore vendente jus obligationis, extinguatur pignus?

Nega. l. solvitur, 5. §. si convenerit, v. Aliud est. D. quib. mod. pig. Sed transit in emptorem, l. Modestinus, D. de solut.

871. Si vero Creditor vendat pignus, cessat hypotheca, nisi pactus sit in venditione, illam sibi salvam velle, l. h. debitor, 4. §. in venditione, v. Sed & si ipse vendiderit, l. sicut, 8. §. illud videamus, v. turtius, D. cit. tit. An extinguatur Hypotheca, vel Pignus, si Creditor consentiat in illius pignorationem, venditionem, dationem in dotem, &c.?

872. Affirma: nisi consentiat salvo jure suae obligationis, l. si debitor, 4. §. si in venditione pignoris conferretur Creditor, vel ut in dotem det, dicendum erit, Pignus liberari: nisi salva causa pignoris sui consentit, vel venditioni, vel ceteris. l. si consentit, 7. l. Titius, 9. in fin. l. 10. l. Paulus, 12. l. Lucius, 11. D. quid. mod. vel hypoth. sol. Creditor tamen praesens, & tacens non videtur remittere pignus, l. sicut, 8. §. non videtur, D. cit. tit.

873. Si tamen secunda ista pignoris obligatio, vel distractio non teneat, remanet firmum prius pignus, d. §. si in venditione, in fin. l. sicut, 8. §. si voluntate, D. cit. tit. Sicut etiam remanet prima hypotheca, si Creditor consentiat, intra certum tempus: puta, annum, alienet, & Debitor alienet post annum, d. l. sicut, 8. §. si debitor.

An resoluta venditione, pignus reintegretur ad favorem Creditoris venditioni consentientis?

874. Affirma. l. voluntate, 10. D. cit. tit. Nam id censetur tacite actum: ut se. resoluta venditione, pignus sit salvum Creditori, d. l. voluntate, v. Neque omnimoda. An extincta re hypothecata corrumpat hypotheca? Affirma. l. sicut, 8. in princ. D. cit. tit. An, destructa domo hypothecata, ejus area, & quidquid inde aedificatur, sit hypothecatum.

875. Affirma. l. 16. l. Paulus, 29. §. penult. D. de pig. & hypoth. l. domo, 41. D. de pign. act. Cujac. lib. 22. obser. 22. An cesset pignus, restituta re debitori? Affirma. arg. l. verbum, 94. D. de verb. signif. Nam de ratione pignoris est, ut sit in manus Creditoris, §. Creditor, 4. hoc tit. l. si rem, 5. D. de pign. act.

876. An Possessor rei hypothecatae possit offerre creditum Creditori, ut extinguat jus illius Creditoris. Affirma. l. Paulus, 12. §. qui pignoris jure, D. quib. mod. pig. vel hypoth. solu.

877. Quis possit remittere Pignus? Qui potest donare, potest remittere pignus, Nam remittere pignus est donare, l. sicut, 8. §. an pacisci, ibi: Quemadmodum donare non possunt. D. quib. mod. pig. vel hypoth. solu.

878. Hinc l. filius, qui nequit donare, nec potest remittere pignus, d. §. an pacisci. II. Nec Procurator sine speciali mandato potest remittere pignus. Cum nequeat donare, l. si consentit, 7. §. videbimus, D. cit. tit. Potest tamen Procurator generalis acceptare remissionem pignoris, d. §. videbimus.

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS.

T I T. XVI.

877. Post contractus Re, sermone ad se revocant Verbis celebrati. Unde Verborum oritur obligatio, & stipulatio nuncupatur.

L E M M A I.

Quid sit Stipulatio?

878. Stipulatio est Contractus civilis, quo quis verbis apertis interrogatur, congrue illic respondet, se aliquid daturum, facturum, l. 1. l. 5. §. stipulatio, D. de ver. obl. l. 1. §. verbis, l. obligamus, 52. §. 2. D. de obl. & aff.

Ly Contractus est genus ad omnes obligationes, quovis jure introductas. Et Stipulationem contractum esse, cum Ricciardo hic nu. 94. Hunnio 3. var. tr. 4. qu. 1. Bellono 2. supprat. c. 2. nu. 1. Contra Accurs. in l. 2. v. Repellere. Cod. de jur. empbyt. Bart. Alciat. in

l. Labeo, 119. D. de ver. sign. Patet ex l. 1. §. Conventionis, v. adeo, D. de pass. l. non factum 31. D. de obl. & aff. l. eandem, 9. D. de duob. reis constit. l. praeposteri, 25. C. de testam. l. certi, 9. §. quoniam, D. de reb. cred. §. fin. sup. de obl. Ubi inter species contractus, verbis initus numeratur. Et est proprius contractus. Nam species continet proprie genus, arg. l. 79. D. de leg. 3.

Ly Civilis. Nam Jure Civili est introducta stipulatio, ista, quae, 53. D. de acq. ver. dom. l. si ita stipulatus, 126. §. Chrysofonus, D. de verb. obl. §. de constitut. 19. lib. 4. de off. ibi: Si stipulanti promiserit, Jure Civili tenetur ad.

Negare tamen nequeo, etiam apud Gentes non obscuram originem habuisse. Nam etiam illi loquebantur, interrogando, congrue statim respondendo, &c. Sed hoc non erat illis: Jure Gentium, necessarium, ut forma contractus, quod modò necessarium est, ut forma, Jure Civili praescripta ratione, cujus ratione dicitur contractus civilis cum Bart. Bald. in l. hoc jure, 5. D. de just. & jur. non Juris Gentium. Contra Ferret. in rub. D. de verb. obl. 16.

Nec I. quia hic contractus est nominatus, l. 1. in fin. D. de pass. erit Juris Gentium. Nam multi nominati Jure Civili introducti sunt, ut literarum obligatio, donatio propter nuptias, sponsalitia largitas.

Nec II. quia acceptilatio dicitur Juris Gentium, l. an utilis, 8. §. ult. D. de acceptil. stipulatio erit etiam Juris Gentium: cum acceptilationem praecedat, §. 1. quib. mod. toll. obl. Nam acceptilatio ex usu omnium Gentium successu temporis facta est Juris Gentium: licet etiam, Jure Civili introducta. Quo sensu etiam stipulatio, quae jam servatur ferè inter omnes, dici potest Juris Gentium, postquam ei forma à Jure Civili fuerit tributa.

Dicitur: Quo quis verbis apertis: hoc est, experimentum conceptum mentis, ad differentiam Contractus, qui verbis non celebratur. Ex quo absentes, vel nequeutes loqui, stipulari non valent, l. 1. D. de verb. obl.

Subditur: Interrogatus congrue illic respondet: ut ostendatur, corrumpere stipulationem, si responsio sit diversa, non congruens interrogatis: vel si per aliquod tempus morale responsio ab interrogatione intercedatur, l. 1. §. 1. 2. 3. l. inter stipulantem, 83. §. si stipulante, 2. l. continuus, 173. D. de verb. obl. Nam stipulatio consistit in conceptione verborum interrogantis, & respondentis, quae conceptio: hoc est simul inceptio, separatione morali interrogationis à responsione tollitur, d. l. continuus, 173. l. si ex duobus, 12. D. de duob. reis constituend.

Incontinenti autem dicitur sequuta responsio, si in eadem die, mane interroganti, serò sequatur responsio, & aliud diversum negotium non fuerit interpositum: dummodò quis receperit animo redeundi, & respondendi, d. l. 1. §. 1. d. l. continuus, 173. ibi: Eadem die, d. l. si ex duobus, 12. Quod Alciat. 1. para. dox. cap. 3. ex l. 1. D. de verb. obl. extendit, ut in continenti dicatur fieri, si sequenti die sequatur responsio: dummodò non intercedat actus extraneus. ut etiam placuit Bero. & aliis, quos recenset D. Scoppa ad decis. Gratian. observo. 125. num. 13. *

Concluditur daturum, facturum. Nam omnis stipulatio est in faciendum, vel in dando.

L E M M A II.

In quo stipulatio differat à Verborum obligatione?

Differat Verborum obligatio à stipulatione, tanquam effectus à causa. Nam ex stipulatione obligatio nascitur. Et sic in Text. nostro sumitur effectus pro causa: scil. pro stipulatione, per Metonymiam, quando dicitur de verb. obl.

In quo differat ab Acceptilatione?

Differat etiam Stipulatio ab Acceptilatione. Nam Acceptilatio sit verborum conceptione ad dissolvendam obligationem: Ut quod tibi stipulatus promissus, habes ne acceptum? Acceptum habeo. Et sic est imaginaria quaedam solutio, l. 35. D. de pign. act. l. 1. D. de acceptil. Sed de hac re incidet sermo infra in §. item per acceptilationem, sit. quib. mod. toll. obl.

879.

Quidquid dicitur de genere, dicitur de speciebus, l. fin. C. de usu. rei judic. l. omnes, 4. C. de praesc. 30. vel 40. an.

880.

Est juris Civilis.

881.

Contra Jus Civile introduxit Jus Gentium improprie, si apud omnes fere Gentes recipiatur.

882.

883.

884.

Responsio sequitur interrogationem.

885.

Incontinenti in eadem die nullo extraneo interiecto negotio.

886.

Stipulatio est causa, verborum obligatio effectus.

887.

L E M M A # 11.

Quotuplex sit Stipulatio.

888. Stipulatio vera verbis fita...

Stipulatio est duplex una veras altera ficta. Vera est, quae veris verbis perficitur...

889. In faciendo, dando...

II. Stipulatio alia in faciendo; puta in costruendo edificio: alia in dando: ut si quis se obliget dare mille...

Pura.

III. Stipulatio dividitur in Puram, Conditionalem, In diem, Ad diem, Penalem, &c. De quibus sup. nu. . .

890. Conditionalis.

Stipulatio conditionalis dicitur committi, quando conditio purificatur, l. qui Romae, 122. §. Angerius, D. hoc tit. Et purificata conditio, retrahitur ad initium initi contractus...

Penalis.

Penalis est, quando adijcitur poena: ut si sub poena promittas, te aliquid facturum, l. si poenam, 68. l. cum quid, 71. D. hoc tit.

891. Poena incurritur.

Difficultas hic gravis est: An statim sit solvenda poena, si constet, rem amplius impleri non posse? Ut si quis promittat mille, si Navis intra annum non venerit...

892.

Jurium implacabilis discordia, dat ansam controversiae. Nam quaedam Jura volunt, poenam statim deberi, l. stipulatione, 72. in fin. l. cum stipulatus, 113. ibi: Poena commissa. D. de verb. oblig.

893. A Jure incurritur statim.

Vel poena est Juris, vel ab homine. Si poena est Juris; tunc asserimus, poenam non deberi, nisi labatur totum tempus, d. Cap. commissa. Si poena est ab homine; tunc subdistinguendum est...

894. Et etiam ab homine qui factum & poenam promittit.

Si vero una pars promittit se facturum, & alia promittit poenam: ut si Titius intra biennium non aedificet Insulam, Ego tibi promitto mille pro poena. Tunc eo ipso, ac est certum, alium non posse facere, poena est commissa: hoc est, debetur, licet non sit lapsum totum tempus...

895. Non vero si unus poenam, alius factum stipuletur.

Tamen semper verum est, poenam non solvi, nisi totum tempus sit elapsum, etiam si statim debeatur: sive poena sit ab homine: sive a Jure, Glos. in l. nam omnis, v. obligatio, D. si cer. pet. Specul. tit. de obl. §. ante omnia, num. 35. Alber. in l. insulam, ubi Angel. D. hoc tit.

896. Ex ipso tamen elapso toto tempore.

Hac observatio est summæ utilitatis. Nam interrim quis potest uti re, qua sub poena privatus est, l. upus alleg. 9. nu. 7. 10. And. in d. c. commissa, nu. 2. Et Neapoli poena taxatur, prout concurrat, cum inte-

resse. Nec in conscientia ante debetur, Aff. dec. 135. nu. 4. Guttier. 2. Canoniar. cap. 20. n. 13.

L E M M A IV.

De Stipulatione certa, & incerta; & Alio- nisbus ex stipulationibus istis emanantibus.

Stipulatio de re certa, dicitur, quando res est certa, ex qua non oritur actio ex stipulatu, sed certi conditio, l. stipulationum, 74. l. 75. §. sed qui vitium, D. hoc tit. Si res sit incerta, stipulatio dicitur incerta, l. ubi autem, D. hoc tit. In qua distinguendum etiam est. Nam, vel res est incerta, & certificari potest: ut stipulatio rei futuræ, & tunc stipulatio tenet, oriturque actio incerti ex stipulatu, l. ita stipulatus, 113. l. initium, 93. D. hoc tit. l. si stipulatus, 4. D. de usur. Sed si res incerta nequeat certificari, tunc stipulatio una cum actione corrumpitur, l. triticum, bac tit. l. 11. §. l. 12. D. de stipulat.

897.

Ex stipulatione rei certo oritur certi conditio: rei vero certi, quæ potest certificari, oritur actio ex stipulatu.

Dices. Actio ex stipulatu datur etiam pro re certa. Ergo falsum est, pro re certa dari certi conditionem. Antecedens probatur ex l. prædia, 28. D. de act. empt. l. si passio, 14. C. de pass. ubi actio ex stipulatu datur pro poena, quæ poena semper est certa, §. ult. hoc tit. l. si poenam, 68. D. de verb. obl.

898.

Resp. Ibi dicitur, actionem ex stipulatu: quia nascitur ex stipulatione, non quia sit actio ex stipulatu, cum sit certi conditio.

899.

L E M M A V.

An Stipulatio sit facti.

Affirma: quia consistit in verbis, & consensu, quæ facti sunt, & est contractus, qui facti est, l. confilio, 7. §. ult. D. de Cur. Jurios. In effectu vero, & quodam formam Jure Civili requisitam, est Juris. Nam ex stipulatione nascitur obligatio, quæ Juris est, l. si unus, 27. §. 2. D. de pass. l. 1. D. hoc tit. Similiter Juris est, ut stipulatio firmet cæteros contractus. Nam Jus dedit ei hanc vim firmandi. Unde à stipite, ut text. hic, vel à stipite: scil. à pecunia. Unde stipendia dicta fuerunt: etenim antiqui, stipem dicebant, Varro lib. 4. de ling. lat. Tholof. 24. Synagm. nu. 6.

900. Stipulatio in se facti, quod ad solennitatem & effectum Juris.

L E M M A VI.

Requisita ad Stipulationem.

Ex §. in hoc re, 1.

Exigit Stipulatio I. Essentialiter verba: olim Spondeo? Spondeo: Facies? Faciam: Promittis? Promitto. Fide-promittis? Fide-promitto: Fidejubet? Fidejubeo. Dabis? Dabo. Nec valebat per alia: ut Solves, solvam, &c. At hodie quibuscumque verbis congruis, etiam per interpretem fiat, valet, l. omnes, 14. C. de contrab. & com. stipul. Unde Mutus, Infans, sicuti loqui, ita stipulari nequit, l. 1. §. qui præsens, D. de verb. oblig.

901. Stipulatio debet fieri verbis ex præmentibus conceptum mentis, interrogando, & illic respondendo.

II. Stipulatio, non cisis, & abbreviaturis; sed aptis intelligibilibus verbis, fieri debet, l. qui autem, §. fin. D. de confi. pec. Si vero alter stipulantium sit alterius linguae, tunc adhibendus est interpretes, d. l. 1. §. fin. hoc tit. Et sufficit unus, si desit duplex interpretes, Auth. de non alienand. reb. Ecclesiast. §. quod autem, coll. 11.

902.

903.

III. Debet etiam præcedenti interrogationi sequi responso congrua, d. l. 1. & l. 5. D. eodem.

L E M M A VII.

Alia qualitates Stipulationis.

Ex §. Omnis stipulatio, 2.

Omnis Stipulatio, aut est Pura, aut In diem, aut Sub conditione, text. hic.

904.

Pura contestum peti potest, l. in omnibus, 41. D. de reg. jur. l. eum, qui Kalendis, 41. §. quoties, D. hoc tit. Data prudenti dilatione arbitrio Judicis, l. quod dicimus, 105. D. de solut.

Stipulatio est pura, in diem, sub conditione.

In diem, causa solutionis differendæ, statim debetur: quod est cedere diem; sed solutio differtur usque ad diem præfixum: quod est venire diem, l. cedere diem, 213. D. de verb. sign. l. centesimis, 46. D. de certum est verb. obl. & ita quoad effectum non censetur debitum ante diem; & ita intelligas d. l. eum, qui Kalendis, 41. §. 1. d. l. in omnibus, 14. ubi debetur pecunia præfenti die, subaudiens quoad actionem, si dies non sit apposta.

Si dies sit incertus, tunc est stipulatio conditionalis,

905. *lis, l. stipulatio ista, 33. §. inter certam, D. de verb. obl. Conditio- l. si dies appositus, D. quando dies legat. cedat, l. 1. §. dies malis, si autem, D. de cond. & dem. dies sit in- gerta.*

L E M M A VIII.

An Stipulatio in mille ad decem annos, vel quodam vixit, sit una, & pura? Ex §. at si, 3.

Affirma. *tax. hic, & l. cum, qui ita, 56. §. qui ita stipulatur, l. 4. de verb. obl. & tempus censetur adjectum, pro solutione paulatim facienda: & transit ad hæredes, text. in d. l. 56. §. si stipuler.*

L E M M A IX.

An, & qua in hoc sit differentia Stipulationis à Legato.

906. *Stipulatio annua est una pura, & transit ad hæredes, non sic legatum annuum.* Affirma, differentiam esse: quia stipulatio annua est una, transitque ad hæredes, *d. l. cum, qui ita, 56. nisi affectum sit pro vita stipulantis, text. hic in fin. l. 44. v. Placet, D. de obl. & aff. Legatum vero est multiplex pro multiplicitate annorum, nec ad hæredes transmittitur, & morte legatarii ante purificatam conditionem extinguitur, l. si scilicet, 16. §. 1. D. de verb. obl. Et ratio disparitatis est: quia stipulans sibi, & suis hæredibus censetur consulere, nisi aliud exprimat, l. si pactum, 9. D. de prob. l. tale pactum, 40. §. fin. D. de pact. Quæ ratio non currit in legatario, qui ignorans, non præsumitur hæredibus prospicere, sed potius Testator censetur pro ejus vita tantum legasse, vel non ultra decem annos. Nam præsumitur minus gravare suum hæredem, quem præsumitur magis diligere, quam legatarium.*

L E M M A X.

De Stipulatione Conditionali.

Ex §. sub conditionem. 4. & §. 5. & 6.

908. *Non conditio de presenti.* Conditio de presenti, & præterito, licet appellatur conditio, quodam formam loquendi, per ly Si, non reddit actum conditionalem, sed illico obligationem parit, vel non, si purificata, vel non purificata sit, *text. hic. l. cum ad præsens, 37. D. si cert. pet. l. si ita stipulatus, 120. D. de verb. obl. l. nominatum, 34. in fin. D. de cond. & dem. vide sup. n.*

909. *Sed bona de futuro est vera conditio, & transit ad hæredes.* Conditio de futuro impossibilis secundum naturam, vel secundum mores, facit stipulationem nullam, *l. impossibilis, 7. D. hoc tit. Hæres vero, & possibilis conditio parit obligationem, suspendentem tamen, usque dum purificetur conditio, l. usus fructus, 26. D. de stip. ser. kis, cui sub conditione, 42. D. de obl. & aff. l. conditionales, 54. D. de verb. sign. Quæ transmittitur ad hæredes, l. quis, 57. D. de verb. obl. Nisi aliter pactum sit, l. qui Romæ, 122. §. Augerius, D. de verb. obl. Et interim non revocatur promissio, §. sub conditione, 4. hoc tit. l. cedere diem, 213. D. de verb. signif.*

910. *Non sic legatum.* In quo differt Stipulatio conditionalis à Legato conditionalis, quod non transit ad hæredem, si, conditione non purificata, legatarius moriatur, *l. legat. a, 41. D. de cond. & dem. l. si cum hæres, 4. l. 5. & l. 13. D. quando dies leg. ced. Nec mirum: quia non in legato, sed in stipulatione quis interveniens sibi, & hæredibus consulere censetur, l. tale pactum, 40. §. fin. D. de pactis, l. nec adjecit, 9. D. pro socio, etiam extraneis, l. si pactum, 9. D. de probat. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. §. n. 42. in fin.*

L E M M A XI.

De loco, & facto stipulationi adjecto.

Ex §. loca. 5.

911. *Ratione loci, censetur adjectum tempus necessarium.* Sunt Stipulationes adjecto loco, ratione ejus tempus, etiam intelligitur adjectum: ut si exiit Neap. spondeas te personaliter daturum Romæ intelligitur tacite pactum temporis: ut possis Romam petere, *l. 34. l. 60. l. interdum, 73. l. 34. l. fin. §. si inser eos, D. hoc tit. §. idea, hoc tit. Secus esset nullus actus, tanquam rei impossibilis. Et stipulatio intelligitur semper in sensu, in quo teneat, l. si stipulatus, 111. D. de verb. obl. non obstante, quod sit stricti juris, l. quidquid adstringenda, 39. D. cit. tit. Debet tamen, ubi primum commode potest, incohare iter, Insulam ædificare, si se ad iter, ad ædificium construendum obligaverit; aliàs tanquam in mora conveniri poterit, quod non incøperit, l. stipulationes non dividitur, 72. §. fin. D. verb. obl.*

Tom. II. Lib. III.

L E M M A XII.

De qua materia fiat Stipulatio?

Ex §. Non solum, 7.

912. *912.* Omnes, quod obligari potest, deduci in stipulationem potest, sive sit res, sive factum fieri, vel non fieri, adjectæ pœna, *l. ubi autem, 75. §. qui, id, D. de verb. obl. text. hic.* Unde divisio stipulationis in dando, & in faciendo. Res enim datur: puta, mille: & fieri, vel non fieri promittitur id, quod factum appellamus; ut, ædificatio Insolæ. Non enim hic sumitur facere, pro solvere, aut dare pecuniam debitam; secus omnis stipulatio esset in faciendo; sed sumitur pro aliquo officio.

L E M M A XIII.

In quo differat Stipulatio rei, & facti?

914. *Stipulans dare, cogitur ad dandum.* 915. *Stipulans se facturum solvendo interesse liberatur.* Stipulans rem daturum, cogitur illam rem dare, *l. ubi autem, 75. §. fin. D. de verb. obl. l. si ita, 25. §. 1. D. de contrab. empt. l. non videntur, 176. D. de reg. jur.* Stipulans vero se facturum, si nolit facere, solvendo interesse liberatur, idque stipulationum censetur, *l. si quis stipulatus, 112. §. 1. & fin. l. stipulationes non dividuntur, 72. ubi Duar. & Donell. v. Selsus tamen, l. si panam, 68. l. quoties, 81. l. si insulam, 34. l. 114. D. de verb. obl. l. 1. D. de act. empt.* Nec dicas, id verum esse, si Actor eligat interesse debitoris, non Actoris, *l. plenum, 10. in fin. D. de jur. dot. l. 2. §. Scævola, D. de eo, quod certo loco, §. penult. D. de cond. ind.*

Et ratio disparitatis ebullit: quia dare alteri rem, non est incivile, indecorum: Sed propriis operibus aliquid efficere ædificando, demolendo, indecorum est, & servitutis umbram præferens, quæ debet ab ingenuo esse aliena. Unde promittens factum, solvendo interesse, liberatur; non vero promittens dare.

Excipias Inisi expressè Testator gravaverit hæredem ad factum: tunc, nè neglecta Testatoris voluntate specificè servanda, indignus censetur, obligatur ad factum proprium: nec solvendo interesse liberatur. Nam censetur institutus sub conditione, si per se faciat hæres: cui dispositioni lex non resistit favore ultimi elogii, *l. fideicommissa, 11. §. fin. ibi. Si quis opus facere iussus, paratus sit pecuniam dare Reipublicæ, ut ipsa faciat: cum Testator per ipsum id fieri voluerit, non audietur. Et ita D. Marcus rescriptis, D. de leg. 3. l. antep. D. de pollic.*

918. *918.* II. Excipias, si sit impossibilis æstimatio interesse rei. Sic, in matrimonio cohabitatio, facti est, nec solvendo interesse quis liberatur à cohabitatione. Nam cohabitatio ista honesta, pecunia æstimari nequit, *cap. 1. ubi Abbon. 6. de sponsal.*

919. *919.* Sed si Testator sit obligatus ad factum, tunc sicut ipse, ita ejus hæres, vel cessionarius solvendo interesse liberatur. Nam non mutatur obligatio à defuncto in hæredem, *l. 2. §. ex his, v. Non enim persona, D. de verb. obl.*

920. *920.* Dices I. hæres tenetur solvere res debitoris defuncti, *l. hæreditatem, 23. D. de donat.* Ergò tenetur facere, Nam solvere est facere.

Resp. Non sumi hic factum pro solutione; Nam, hoc dare est, vel restituere, *l. quid restituer, 68. D. de rei om.* Sed pro aliquo officio, (speciem servitutis habente.

921. *921.* Replicabis. Unum pro alio solvi nequit invito Creditore, *l. 2. §. 1. D. de reb. cred.* Ergò obligatus ad factum, nequit solvere interesse.

922. *922.* Resp. Ex dictis, in stipulatione facti, etiam interesse intelligi stipulationem, *d. l. si quis stipulatus, 112. §. 1. D. de verb. obl.* Et sic, solvi unum pro alio consentiente Creditore pacto in stipulatione imbitio.

923. *923.* Instabis. Nequit per alium facere, quod per se quis facere tenetur. Ergò, nec solvendo interesse liberabitur.

924. *924.* Resp. Conc. ant. Neg. cons. & disparitas est. Quia posse solvi interesse, est in stipulatione, ut patet ex dictis; non vero, ut per alium facere possit. Cum sit electa industria Personæ, ob differentiam, quæ extat inter unum, & alium artificium, *l. inter artifices, 31. D. de solut. l. nemo, 5. D. de dub. reis constituend.* Et Debitor facti, si non facit ipse, non debet præjudicare libertati Creditoris eligendi alium idoneum Artificem.

K

DE

sona.

DE DUOBUS REIS STIPULANEI, ET PROMITTENDI.

T I T. XVII.

922. Interdum multis interrogantibus, plures respondent. Interrogantes dicuntur Rei stipulandi. Respondentes Rei promittendi, tex. hic, l. 1. l. duos, 6. §. vel promittendi. Ut teneat constitutio de duobus Reis, simul debent interrogare, & promittere. Nam si intericiatur aliqua temporis intercapedo: puta, si unus hodie, cras alter interroget, non constituuntur duo Rei, l. si ex duobus, 12. D. hoc tit.

923. Si uni ex duobus Reis stipulandi, res promissa solvatur. Alter non potest iterum illam petere. Nam insoludum ei debetur. Et sic tota, vel nihil tollitur. Non nihil, cum re vera sit solutio. Ergo tota, l. in duobus, 3. §. ubi duo, D. hoc tit. l. si rem, 31. §. duo rei, ibi: Resse uni solvi, & unum in iudicio potentem totam rem in litem deducere. Item unius acceptilatione perimi utriusque obligationem. Novatione quoque liberare eum ab altero poterit. D. de novat.

924. Si unus ex duobus Reis promittendi solvat, alter liberatur, tex. hic, l. 1. l. 3. l. 9. in fin. D. de duob. reis. Sed solvens agit contra Concreum, ut solvat pro rata actione mandati, negotiorum gestorum, aut pro socio. l. 2. C. cit. tit. Auth. de duob. Reis promitt. coll. 7.

925. Insoludum fit exactio ab uno, si alter promittens sit absens, vel non solvendo. Nam uterque si conveniri possit, est conveniendus, d. Auth. de duobus reis, Cui favori renunciari potest, l. penult. C. de pact. Et sic per Jus Authentico. corrumpit l. 2. C. de duob. reis, & l. si diversa, 13. C. de locat.

Concrei possunt se obligare diversimode: unus scilicet pure, alter in diem, vel sub conditione, tex. hic. Licet quod ad quantitatem rei promissae, talis imparitas reiciatur, l. eandem rem, 9. D. de duob. reis stipul.

DE STIPULATIONE SERVORUM.

T I T. XVIII.

926. Titulus iste brevis explicat: Quomodo, & cui servus stipulari possit? Et quidem servus, non ex se stipulari potest, cum Jure civili sit nihil, l. quod ex persona, 32. D. de reg. jur. Sed ex persona Domini, cui non sibi, acquirere potest, l. obligari, 43. D. de obligat. rei, cui accit. l. in perf. nam, 22. D. de reg. jur.

927. Et quando servus stipulatur factum suum: puta, ire Romam, &c. Ipse tenetur ad factum, Domino vero ignoranti, vel invito utilitas temper acquiritur: tex. hic, §. sed cum factum, l. acquiritur, 10. §. 1. l. etiam invito, 32. D. de acq. rer. dom. Servus enim

928. Servus hereditarius hereditati stipulatur, eique acquirit, quae gerit vices personae defunctae, l. hereditas, D. de acq. rer. dom.

929. Servus Communis, acquirit Dominis pro rata dominicae portionis; nisi jussu unius stipuletur: nam tunc jubenti acquirit. Et si nominatim uni stipuletur, etiam illi tantum acquirit, tex. hic, in §. fin.

DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

T I T. XIX.

930. Stipulatio hic dividitur in Judicalem, Praetoriam, Conventionalem, Communem, tex. hic, & in l. stipulationem, 5. D. de verb. obl.

931. Praetoria est, quae pendet ex officio Praetoris, secundum bonum, & aequum: ut si caveat venditor de vitiis, & morbis, in re empti, cogente Praetore. Quae cautio nuncupatur aedilitia, l. minor, D. de minor. Conventionalis est, quae pendet ex voluntate, & verbis partium, & haec re vera contractus est, de iudicialis, qua in l. 5. §. stipulatio, D. de verb. obl.

Communis est, quae pendet a Jure, & a Praetore: ut rem pupilli salvam fore. Quam cautionem potest petere tum Judex, tum Praetor. Et nihil aliud calamo dignum occurrit hic exarandum.

DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

T I T. XX.

L E M M A I.

De quibus rebus stipulari nequeat?

Ex §. 1. 2. 21.

Non valet stipulatio de re quae nostra non est, tex. hic. Et hoc si res sit Impossibilis: ut Hirco Cervus: si res existat, & nostra esse nequeat: ut Res Sacra, homo liber, forum, l. homo liber, qui se vendidit, 21. D. de statu hom. l. si stipuler, 35. l. si homo, 69. l. inter stipulantem, 83. §. sacram, l. liber homo, 103. D. de verb. obl. Nec debetur istarum rerum aestimatio, d. l. 103. l. servus, 39 §. fin. D. de leg. 1.

Et nulla stipulatio, nec reconvalescit, licet res sacra fiat deinde profana, §. idem juris, 2. hoc tit. d. l. inter stipulantem, 83. §. sacra. Nec valet stipulatio facta, si res sacra fiat profana, si liber fiat servus, l. conzinuus, 137. §. cum quis, D. de verb. obl. licet valeat stipulatio rei meae, si mea non erit, l. si rem meam, 31. D. cit. tit. Nam non haec; sed prima sapit iniquitatem affectus, ut res profanetur, homo servus fiat.

Dices. Homo liber, res sacra, religiosa, Jure Civili potest vendi bona fide, l. ex liberi, 4. D. de contrab. empt. Ergo etiam stipulari.

Resp. Quidquid sit de antecedenti, Nego conseq. & disparitas est. Quia per emptionem non transfertur dominium; sed tamen res traditur, & Venditor de evictione tenetur, d. l. 4. l. ex empto, 11. D. de act. empt. At stipulatio tendit ad transferendum dominium, l. ubi autem, 75. §. fin. D. de verb. obl. Quod in rem sacram cadere nequit.

L E M M A II.

Factum alienum.

Ex §. si quis alium, 2. & §. versa vice, 20.

II. Inutilis est stipulatio facti alieni, tex. hic, & in l. quacumque gerimus, 11. D. de act. & obl. Stipulatio ista, 38. §. habere, l. 83. D. de verb. obl. & in aliis Juribus, quae recenset D. Scoppa ad Controv. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 4. n. 21. * Ut si quis promittat alium facturum. Ratio est: quia tunc esset promissio rei impossibilis: cum res aliena nequeat pendere a promittente, Sanchez. 1. de matr. disp. 24. n. 1. Intelligas I. nisi quis promittat suos haeredes daturos, facturos, l. fin. C. de contrab. stip. II. nisi quis promittat fore, ut alium iudicio sistat, l. quoties, 81. D. de verb. obl. III. nisi promittat rem pupilli incolumem servandam, l. praetoria, D. de praetoris stipul. In his enim casibus promittens tenetur ad interesse, si alius rem promissam non impleat, l. si quis ab alio, 13. §. fin. D. de re jud. IV. nisi quis promittat factum alienum, adjecta poena, in casu quo alius non faciat, l. stipulatio ista, 38. D. de verb. obl. §. versa vice, 20. hoc tit.

Quae poena non est solvenda, si, facta sufficienti diligentia, alter nolit. Nam impossibilitas facti exoritur a poena, & interesse, l. fin. §. idem juris, D. ad l. Rhodianam, de iactu, l. 2. D. si quis, caution. Durum namque esset, immunem a culpa, poenae supponere, l. sanctimus, C. de penis, Bart. in l. continuus, 137. §. aliud, D. de verb. obl. Contra aliquos relatos a Covar. de pactis, p. 2. §. 5. n. 3. Intelligas, nisi Contrahens vellet, se obligare ad poenam, vel interesse in omni eventu, Molina disp. 268. §. quod si quis.

V. Si promittat factum illius, qui potest cogi a promittente: ut si Dominus promittat factum servi, Gomez. 2. 2. var. c. 10. n. 23.

VI. Jure Civili tenet promissio alieni matrimonii. Glos. in c. unico, v. Nihil, 30. q. 2.

VII. Si apponatur iuramentum, quo intelligitur se futurum, curaturum, Glos. in cap. ex rescripto, de jur. jurand. * & ex cap. quamvis pactum, de pactis in 6. probat D. Scoppa d. cap. 4. n. 23.

VIII. Valet Jure Canonico, Abbas in c. ex literis, 12. de sponsal. in 6. Jaf. in stipulatio ista. n. 5. D. de verb. obl. Contra Alciat. in l. 4. §. Cato, n. 139. D. de verb. obl.

IX. Si promittat se curaturum, ut alius faciat, re-

partibus legem accipiunt, l. in conventionibus 52. D. de verb. obl.

932. Inutilis stipulatio rei impossibilis, l. ubi, &c.

933. Sacra, etiam si deinde fiat profana.

934.

935. Facti alieni, l. 66. D. de fideiuss.

936.

937. Quando facti alieni tenentur stipulatio.

938.

939.

940.

tenet ad interesse, si non curet alium facere, *tex. hic in fin. l. stipulationes, 72. v. Celsus tamen, D. de verb. obl. L E M M A III.*

Quando quis nequeat alteri extraneo stipulari?
Ex §. si quis alii, 4. & §. alteri, 18. 19.

Nulla est stipulatio, facta pro absente.

III. **I** Nutilis est stipulatio, si cui non est subiectum: ut Titio dare spondes, *tex. hic. & in l. stipulatio ista, 38. §. alter, D. de verb. oblig. l. 1. C. per quas person. nobis acquir.* Nam stipulatio introducta est, ut quilibet acquirat, quod sua interest, §. alteri, 19. hoc tit.

Idque fallit in 16. casibus, de quibus *Gloss. hic v. nihil agit, & in d. l. 1.*

941. Nisi stipulanti pro sit.

Valet tamen stipulatio I. si inter sit stipulatori, d. l. stipulatio ista, 38. §. si stipuler, §. alteri, 18. & 19. hoc tit. puta ratione lucri: ut si sit Tutor, Procurator, d. l. stipulatio ista, 38. §. si stipuler. Nam sibi censetur stipulari, l. liber homo, 118. §. ult. de verb. oblig. Non tamen valet si dicat: Promittis te daturum Titio, l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, D. de verb. obl. sed si dicat: Promittis mihi, quod dabis decem Titio, stipulatio tenet, d. l. stipulatio ista, 38. §. si stipuler, D. de verb. obl.

Quomodo concipienda.

II. Valet adjecta pena, quæ præsentem prodest, §. alteri, 18. in fin. hoc tit.

942.

Si tamen quis stipuletur alternativè sibi, aut Sejo, obligatio stipulatori acquiritur. Et Sejo, invito stipulante, potest solutio fieri, à quo Sejo stipulans repetet pecuniam actione mandati, *Tex. hic, l. sed & si, 7. §. 1. D. de const. pecu. l. cum quis, 55. l. 56. §. si quis sibi, aut filia, l. Julianus, 131. D. de verb. obl.*

943. Tenet pro presente non pro absente.

Sed si stipuletur copulativè sibi, & Cajo, cui non est subiectus, tunc stipulatio pro medietate tenet ad favorem præsentis stipulantis, §. quod si quis, hoc tit. l. si mihi, 100. D. de verb. obl. ut utile per inutile non vitietur, l. 1. §. sed & si, D. de verb. obl. l. sancimus, 34. l. 55. §. in autem, D. de don. cap. utile 38. de reg. jur. in 6.

944. In dubio pronuncia non affertur.

Intelligas, si res sit divisibilis. Nam indivisibilis non debetur: cum actus, qui non valet ut sit, valet quantum valere potest, arg. l. fundus, 64. D. de contrah. empt. & semper substinendus est sensus, in quo actus valet, si secus pereat, l. quoties, 80. D. de verb. obl.

945.

Si verò stipuletur ei, qui suo juri est subiectus, valet: puta, filio: tunc pater stipulans, sibi acquirit, quæ ei acquiri possunt in rebus filii §. et verò, hoc tit. l. cum qui, 56. §. qui sibi, aut filio. l. Dominus servus, D. de verb. oblig.

Subiectus ergò potest alteri, cui subiicitur stipulari: ut Servus pro Domino, pro Monasterio Monachus, filius pro Patre.

L E M M A IV.

Quomodo sit respondendum, ut stipulatio valeat?

Ex §. præterea, 5. & ex §. 22.

946. Responsio debet congruere interrogatio- ni.

IV. **I** Nutilis est stipulatio, si quis interrogatis non respondeat, l. inter stipulantem, 23. §. 1. l. continuus, 137. §. 1. D. de verb. obl. puta si purè interrogatus, respondeat sub conditione. Nam responsio debet congruere interrogationi, l. 1. §. cum adiicitur, D. de verb. obl.

Si tamen diversitas respondentis placeat interroganti, stipulatio valet, d. l. 1. §. cum adiicitur. Unde corrumpit stipulatio, si interroganti promittis decem, respondeas, promitto quinque, nisi pro quinque accedat consensus, d. l. 1. §. si stipulanti.

947.

Universaliter valet stipulatio respondentis, & interrogantis diverso modo, si diversitas placeat, l. 1. §. sed si, D. de verb. obl.

948. Vel ejus diversitas debet placere interroganti.

Interroganti dabis decem? si respondeas, dabo quinque: vel interroganti dabis decem? respondeas, dabo viginti, tenet stipulatio pro parte, in qua concordant, consensu accedente, l. 1. §. si stipulanti, D. de verb. obl. & *tex. nostrum in §. præterea*, ubi dicitur Nullam stipulationem, intelligas in totum, & sic concordantur dicta Jura inconciliabilia secundum *Hottomanum hic enuc. 2.*

949.

Similiter censetur, ad interrogata dabis, congrua responsio promittentis, dicendo, dabitur, impersonaliter, & valet stipulatio. Nam semper responsio præsumitur congruens interrogatis, arg. l. si sine interrogazione, 9. §. interrogatus, D. de interrog. in jur. sac. Tom. II. Lib. III.

Fioran. in l. stipulationum, 5. §. stipulatio, D. de verb. obl. Contra Bart. & Jas. in l. stipulatio ista, 38. §. si quis ita, D. de verb. obl.

L E M M A V.

De stipulatione cum eo, qui stipulantis juri est substitutus.

Ex §. item inutilis, 6.

V. **I** Nutilis est stipulatio facta inter stipulantem, & eum, qui stipulanti subditur, & è tonverso, *tex. hic, & in l. pactum dotale, C. de pact. convent. puta inter Patrem, & filium; inter servum, & Dominum: inter Monachum, & Monasterium, l. 2. C. de contrah. empt.*

950. Nulla est stipulatio cum illo, qui stipulanti subditur.

L E M M A VI.

De stipulatione Muti, Surdi, Furiosi

Ex §. Mutus, 7. & 8.

VI. **I** Nutiliter stipulatur Mutus, Surdus, Furiosus, Mentecaptus, Prodigus, cui est interdicta administratio bonorum, qui prodigus furioso assimilatur, l. 1. l. 5. §. stipulatio, D. de verb. obl.

Furiosus verò, & quivis carens usu rationis, nullum contractum inire potest, l. in omnibus, 57. D. de obl. & act. l. in negotiis, §. v. nam furiosus, D. de reg. iur. At Mutus, ac Surdus tantum excluditur à contractu verbis celebrato, l. in quibuscumque 48. D. de oblig. & act.

951.

L E M M A VII.

De stipulatione Infantis, Pupilli, Minoris.

Ex §. Pupillus, 9. & 10.

VII. **I** Nutilis est stipulatio Pupilli proximi pubertati, destituta autoritate Tutoris, licet pupillo alius obligari possit, l. obligari, 9. D. de auctor. tutor. Nam potest meliorem, non deteriorem suam reddere conditionem, l. contra Juris civilis, 28. D. de pact. l. pupillus, §. pupillus, D. de auctor. tutor. l. ultim. C. de usucap. pro emptore, l. pupillus, 11. D. de acq. rer. dom.

952. Pupillo quis obligatur.

Pupillus tamen pubertati proximus sine Tutoris autoritate, vel si non fiat debitor, naturaliter obligatur, l. in fin. D. de nov. l. cum illud, 25. §. 1. D. quando dies leg. ced. l. si pupillus, 21. D. ad l. falcid. l. si pupillus, 127. D. de verb. obl. l. si ejus, 64. D. ad S. C. Trebell. Nam ei potest accedere fidejussor, l. ius, §. si verò, D. de jur. jur. qui fidejussor obligationem naturalem, supponit, l. naturaliter, 13. D. de cond. indeb.

Pubertati proximus, naturaliter obligatur.

Si verò sit infans, vel infans proximus, nec naturaliter obligatur, l. qui pupillus, 41. D. de cond. indeb. l. pupillus, 59. D. de obl. & act. imò nec infans potest alium sibi obligare ob carentiam consensus requisiti ad obligationem contrahendam, l. in negotiis, §. D. de reg. Et infans dicitur usque ad septennium, l. si infanti, 18. C. de jur. delib.

953.

Non infans.

Cum consensu Tutoris, & Curatoris, minor, & pupillus, qui ratione utuntur, obligantur civiliter, l. impubes, D. de auctor. tut. l. 1. §. penult. D. de act. & oblig.

954.

L E M M A VIII.

An filius, impubes contrahens autoritate Patris obligetur?

N Ega. §. sed quod dicimus, 11. in fin. hoc tit. Et pupillus autoritate Tutoris, non filius, autoritate Patris obligatur. Et ista diversitas ex eo forte emergit: quia pupillus potest Tutorem, Filius, nequit Patrem convenire, si contrahendo lædatur, l. nulla, 4. D. de jud. l. ult. §. non autem, C. de bon. qua. liber. Et nullitate obligationis Jus filiosam, cautum voluit.

955. Filius, impubes non obligatur auctoritate patris.

L E M M A IX.

An Minor, vel Pupillus possit non solvere pecuniam amissam ludo?

A Ffirma, Pupillum, & Minorem sine Tutoris, & Curatoris autoritate ludentis, non teneri solvere pecuniam amissam, posseque legis exceptione se tueri: sicuti possent repetere solum. Nam qui potest agere, potest excipere, reg. 71. in 6. reg. 199. Digestor. Et circulus in Jure est evitandus, d. l. 199. D. de reg. jur.

956. Minor potest non solvere ludo amissum.

L E M M A X.

An Creditor possit tuta conscientia retinere, quod ei à Pupillo proximo puberbat, vel Minori solvitur, donec repetatur?

957. A firmata. Ratio est, quia hoc est privilegium concessum Minori, & Pupillo; at beneficium prodest utentibus, non verò ignorantibus, & non utentibus. Sed quid si Minor, vel Pupillus velint repetere, vel Tutor, aut Creditor eorum nomine.

958. Affirma. Repetere posse, & si recuperare debitum nequeunt ex alterius contradictione, vel Judicia negligenter, possunt uti compensatione. Nam alter tenetur restituere, dum repetitur, l. si Curatore, 3. C. de integ. restit. Et sic intelligas D. Thom. 2. 2. q. 33. art. 7. ad 2. ubi docet, teneri restituere, qui Minoris notabilem summam lucratur.

Naturalis obligatio, quos parent effectus ex contractu Minoris, vel Pupilli.

959. Ex dictis videtur, inter Minorem, & Contrahentem cum Minore nasci naturalem obligationem quòd aliquos, non quòd omnes effectus. Nam nec in conscientia Minor tenetur solvere amissum in ludo, & quòd hoc deficit naturalis obligatio, l. 1. in fin. D. de novat. quia recipiens potest retinere, nisi repetatur; & est res ei debita. Nam si non esset debita, saltè naturaliter retineri non posset, l. naturaliter, 13. D. condit. indeb.

Sic inter Creditorem pupilli, & pupillum valet compensatio, consentiente pupillo, l. 50. §. pupillus, 2. D. de negot. gesti. Si tamen pupillus dissentiat, & velit uti beneficio legis de non compensando, poterit compensationem impedire. Vide l. agm. lib. 3. tract. 4. cap. 9. nu. 9. v. Ex eodem fonte, Saub. 6. de matr. disp. 38. nu. 32. Lessium lib. 2. cap. 17. dub. 9. nu. 63.

An Minor professurus Religionem possit omnia bona sua validè renunciare, donare, sine auctoritate Curatoris, Superioris, & beneficio restitutionis in integrum?

Affirma, §. illud quoque, Auth. de Monachis, cap. de bis, in fin. de sepul. 2. v. Minor, nu. 2. Abb. in cap. in presentia, de probat.

L E M M A XI.

De Re impossibili.

Ex §. si impossibili, 11. & §. quod turpi, 23.

962. VIII. D. E. Re impossibili non fit stipulatio, l. impossibilit. 7. l. in illa stipulatione, 8. la 1. l. si stipulatio, 35. D. de verb. obi. impossibilitum, 135. D. de reg. jur. l. Marcus, 55. D. de cond. & dem. Impossibile autem est, vel quod imbibit contradictionem, vel quod legibus, & bonis moribus interdictum est, l. generaliter, 26. l. 27. l. continuus, 137. §. cum quis, D. de verb. obi. non solvitur, 31. D. de obi. & act. §. quidem verò, 23. hoc tit.

L E M M A XII.

De stipulatione facta absentis.

Ex §. Item Verborum, 12.

963. IX. S. Stipulatio inter absentes est inutilis, tex. hie. & l. 1. & 3. C. de contr. & com. stip. l. ut inter absentes, 3. C. de inutil. stip. Nam verba, quæ essentiam constituunt stipulationis, nequeunt inter absentes audiri, l. 1. D. de verb. obi.

Nec repugnat l. ea qua, §. 7. D. de don. inter. ubi videtur stipulatio inter absentes per epistolam. Nam epistola ibi testabatur jam inter presentes factam stipulationem. Et statim scripturæ, donec probetur contrarium: scilicet probetur absentia, l. optimam, 14. C. de condit. & comm. stipul. Bart. in l. 2. §. si dubietur, D. quem adm. testam. aper.

Sunt tamen multiplices casus, in quibus quis pro absente stipulatur.

964. I. Pater pro filiofam. de peculio profectio saltè, l. quod dicatur, la 2. Dominus servo, D. de verb. oblig. De castrensi, & quasi etiam valet, si stipulatur, ut legitimus administrator, Bart. in d. l. quod dicitur, num. 4.

II. Tutor pro pupillo: Curator pro minore, stipulari potest: quia succedunt loco patris, Glos. in §. alteri, v. Supra, hoc tit.

III. Quilibet potest stipulari pro eo, sub cujus po-

testate est. Ut filius pro Patre, servus pro Domino, Monachus pro Monasterio, §. si quis alii, supra, hoc tit. Jaf. in l. quod dicitur, la 2. nu. 13. D. de verb. oblig. l. quodcumque, 45. §. non solum, in fin. ibi: Filius patri dari stipulari videtur, D. de verb. oblig.

IV. Favore Pia causa, l. Cajus, D. sol. matrim. Bald. in l. illud, num. 2. C. de Sacros. Eccl. Molin. 4. de primog. c. 2. nu. 65.

V. Notarius potest stipulari pro absente: Ut persona publica. Covar. 1. var. c. 14. nu. 11. & 13. Villalobos in Auzymonia juris, lit. D. nu. 175. & alii plures, quos sequitur D. Scoppa, attestans de receptissima sententia, usu etiam forensi comprobata, in Scholiis ad Controv. forens. R. Merlin. cent. 1. cap. 59. num. 3. Quod probabiliter displicet multis: quia nullo Jure probatur, Notarium tantam habere facultatem, ut possit extrajudicium stipulari pro absente. Nam leges id statuentes loquuntur in judicio, l. 1. §. exingere, Cod. de Magistratib. conv. l. non aliter, D. de adoption. Capb. lib. 1. conf. 33. nu. 16. decis. Pedem. 70. num. 2. 3. & 5.

In his autem casibus, ubi pro absente quis stipulari potest, est gravis difficultas: An, ante acceptationem absentis, possit revocari? Affirma. Nam ante acceptationem contractus non est perfectus, l. contractus, C. de fide instrum. Nec contractus debet claudicare, l. Julianus, 14. §. si quis à colludente, D. de action. empt. Claudicaret verò contractus, si unus, non alter posset recedere, Molin. 4. de primog. cap. 2. nu. 66. Molin. tom. 2. de just. tract. 2. disp. 264. Sed vide quod ad rem ex aliis pluribus declarat D. Scoppa d. cap. 59. num. 9. & 10.

An verò ex stipulatione pro absente nascatur obligatio naturalis.

Quidam affirmant. I. Quia tenet pœna ei adjecta, l. stipulatio ista, §. alteri, D. de verb. oblig. Ergò saltè oritur naturalis obligatio. Nam pœna supponit obligationem, cui accedit, l. si patronus, §. patrono, v. Fabiana, D. si quis in fraudem patroni, Abbas in c. inter universas, in fin. de elect.

Oppositum placet aliis, negantibus etiam naturalem obligationem nasci ex stipulatione facta absentis, ex eo, quia Jus obligationi resistit, l. si ita stipulatus, la 6. §. Chrisogonus, v. Nullam, D. de verb. oblig. l. certi conditio, §. quia, v. Nulla, D. si cert. pet. Ergò lex resistens stipulationi inter absentes, impedit etiam naturalem obligationem, l. non dubium, ibi: Nullum pactum nullum contractum, C. de legib.

Probatur II. Quia fidejussor in stipulatione pro absenti liberatur, l. cum lex, 47. D. de fidejussor. ibi: Fidejussor quoque liberatur. At, si adesset naturalis obligatio, fidejussor obligaretur, l. quod enim, l. fidejussor, 17. §. fidejussor, D. de fidejuss. Et ita docet Molin. sup. num. 66.

Nec obstat, pœnam adjectam esse. Nam adjectio illius pœnæ non est accessoria; sed est novus contractus stipulationis: & sic utile pro inutile non vitiat, Joach. hoc tit. in §. alteri. Harp. ibid. nu. 10. Imò potest sustineri accessorium, deficiente principali, si diversa sit utriusque ratio: ut est in re nostra, ubi pœna prodest presenti, & tenet; stipulatio verò est absenti facta, & sic non tenet.

L E M M A XIII.

Casus, in quibus Stipulatio valet contra Jus antiquum?

Ex §. post mortem, 13. 14. 15. 16. 17. 21. 25.

I. Valet stipulatio, quando quis stipulatur dari post vel ante mortem stipulantis, aut promittentis, text. hie. l. scrupulosam, 11. l. fin. Cod. de contrah. & committ. stip. Nam illic oritur obligatio, & differtur solutio, l. centesimis Kalendis, 46. D. de verb. oblig. Intelligas, nisi res sit impossibilis: puta, si promittat se facere tempore mortis, d. l. centesimis, §. 2. nisi intelligat per suum heredem facere, l. veteris, 13. C. de contrah. stip.

II. Valet stipulatio, licet præcedat obligationis diem; ut, Hodie promittis dare, si cras pluet, §. item si quis, 14. hoc tit.

III. Valet stipulatio, licet solutio differatur post tur bar mortem testis; ut, cum Titius decedet, dare spondet: stipulatio, §. ita

Tutor pro pupillo, servus pro Domino.

966. Pro pia causa.

967. Vel Notarius stipulatur.

968. Et si videatur posse recedere.

969.

970. Nec oritur naturalis obligatio in stipulatione pro absente.

971. Pœna non semper est accessoria Subsistit accessoria sine principali.

972.

973.

Præpositura dicebatur.

§.ita autem, 12. in fin. hoc tit. l. hereditarium, 7. D. de bonis auctorit. Judic. possid.

974. IV. Tenet stipulatio licet in instrumento tantum sit scripta promissa. Nam praesumitur, interrogationem praecessisse, l. sciendum, 30. l. Titia 134. §. penult. D. de verb. oblig. l. juris gentium, 7. §. quod ferre, D. de pact. §. scriptum, 16. hoc tit.

V. Si ad multa interrogata, semel respondeat, stipulatio tenet, §. quoties plures, 17. hoc tit. l. quod dicitur, 80. l. Titia 134. §. idem respondit. D. de verb. oblig.

975. Si vero de pluribus interrogatus respondeat, se velle dare unam rem: puta, Domum A. in illa tamen manentur stipulatio. Nam tot si ut stipulationes, quot res distinctae, & secretae, l. scire debemus, 25. D. de verb. oblig. §. 18. hoc tit. Sed est una stipulatio, si plures res per modum unius promittantur simul: ut, Da totum hoc, quod in conspectu habes: Promitto omnes servas, quadrigam, l. scire debemus, 29. l. inter stipulantem, §. 2. D. de verb. oblig.

VI. Promittens dare hoc anno, mense, &c. potest usque ad finem anni, mensis, &c. differre solutionem, §. qui hoc anno, 25. hoc tit. l. qui hoc anno, 41. l. 138. ubi glos. v. Qui hoc anno. D. de verb. oblig. l. qui in annos, 49. D. de cond. & dem. Si vero annuum, vel annuis annis stipulet, debetur in principio anni, tanquam alimenta, l. cum, qui, §. 6. §. qui ita stipulatur, D. de verb. oblig.

976. VII. Pure promissum exigitur, quando commode traditio fieri potest, l. interdum, 73. de verb. oblig. Ad quod aliqui dant spatium decem dierum, l. quod dicitur, D. de solut. l. 1. D. de jure delib. l. continuus, 137. §. illud inspiciendum, D. de verb. oblig. §. ult. hoc tit. In quo semper ante oculos habendum, Creditorem efficacem, instantem; sed humanum, benignum, ac moderatum esse debere, l. si bene, 33. D. de usuris, d. l. continuus, 137. §. cum ista. Sed in hoc locum habet Judicis arbitrium, qui nec multum coartare, nec relaxare tempus debet, l. ratum, D. de solut.

Pura obligatio solvi sur statim moraliter.

DE FIDEJUSSORIBUS. TIT. XXI.

V Adimonii, & fidejussionis contractus, ut necessarius societas humanae, ita periculis obnoxius. Nam eo de pauperari homines, luctuosos experimentis, didicimus, Ecclesiast. 8. ibi: Si fidejusseris, cogita id, tibi esse solvendum, Hypolit. sing. 574. Ita, ut fidejussor, tanto obnoxius oneris, amicis adnumerandus sit, Seraph. de privil. juram. priv. 17. n. 1.

De isto ergo contractu videndum I. Quid sit. II. Ejus causas. III. Ejus effectus. Sed prius remanet dividendis viam.

Satisfactio, Satisfactio, Expromissor, Constitutor, Mandator, Fidejussor.

977. Satisfactio idem est, ac fidejussio, quae etiam satisfactio dici solet, quatenus satisfactio voluntati Creditoris id petentis, l. promissor, 21. in fin. D. de const. pecun.

979. Satisfactio est explere Creditoris desiderium solutione, expromissione, vel saltem pignore, l. 1. D. qui satisf. cog. l. satisfactionis, 61. D. de verb. sign. §. sed bodie. Inst. de satisf. d. l. promissor, 21. §. fin.

980. Expromissor est, qui loco principalis debitoris obligatur, illum liberando, l. qui libertinus, 32. §. fin. D. de oper. liber. l. ut res, 53. D. de contr. empt. l. fin. D. ad S. C. Maced. l. quamvis, §. si conveneris, D. de fidejuss. V. s. emb. in parat. tit. de fid. juss. n. 2. Commun. 6. non ject. 6. num. 2.

Constitutor est, qui assumitur ex intervallo ad majorem debiti securitatem, l. 1. l. 26. D. de const. pecun.

Mandator est, qui rogat, ut alius obligetur, & sic semper praecedit obligationem, l. si vero non remunerandi, §. si post creditam, l. 22. D. mandat. l. 3. C. eod.

981. Adpromissor, Sponsor, pro fidejussore poni solent, l. stipulationum, §. §. fuit, 2. D. de verb. oblig. licet Sponsor proprie sit, qui se offert pro alio, non rogatus. Alciat. lib. 1. Parerg. c. 2. Myusiu. hic n. 5.

Sponsor. Fidejussor potest largi, ut genus ad ista accommodari. Nam ille est fidejussor, qui suam fidem interponit, sub fide sua etie jubet, & rerum suarum periculo, quod alius debet. Et in quantum debitor rogat alium, ut interponat fidem suam, dicitur man-

982. Fidejussor.

dare, & consequenter inter edit mandatum, quo quis fidejubet, l. si rem un. randi, §. si passus, l. si pro te, D. mandat. tex. hic in §. si quid, l. 12. ut. 12. par. 5. Proprie vero Fidejussor non est Expromissor. Nam semper potest a principali debitore petere solutum. Nec est Constitutor. Nam Constitutor potest esse etiam pro debito proprio, Fidejussor semper pro alieno. Nec est Mandatarius. Cum hic non semper caveat pro solutione alterius. At fidejussor semper pro debitore principali intercedit. Vide lib. 4. n.

LEMMATA.

Quid sit fidejussio?

Definitur, Est contractus solvenda rei, quam in se recipit, principali non solvente. Sive Est contractus, quo quis securitatem proprio periculo praestat pro alterius obligatione, tex. hic, & in l. 1. 2. & l. grece, 9. l. 24. D. de fidejuss. l. 1. 2. C. eod. l. ubi autem, §. qui vero a Titio, D. de verb. oblig.

Dicitur Contractus. Quia est plurimum consensus in idem, animo se obligandi ex iustitia, Bart. in l. stipulatus, 44. D. hoc tit. V. s. emb. loc. cit. n. 3. Et est contractus gratuitus. Nam praesupponit mandatum, quod gratis recipitur. Estque veluti donatio: quod si pretium accipiat, tunc fidejussio transit in locationem. Et est contractus nominatus, habetque actionem, & exceptionem, l. juris gentium, 7. D. de pact. Est etiam contractus stricti juris, secundum aliquos, & sic praescriptis verbis, l. cum, qui, D. de donat. l. ad res donatas, D. de edict. ed. et.

Dicitur Principali non solvente. Nam in fidejussione imbibitur tacita conditio si principalis non solvat, quo solvente fidejussor liberatur, l. si fidejussor, 1. §. cum fidejussor, l. si sub impossibili, 29. l. si testamento, in princip. 50. D. de fidejuss. Auth. praesent. C. hoc tit.

Rursum dicitur Principali non solvente, ad differentiationem aliorum contractuum, & obligationum in securitate, qui proprie obligant principaliter. Et in fidejussione est pro alterius debito, & semper est accessoria, §. in omnibus hoc tit. l. 12. l. fidejussor, 17. ibi: Fidejussor obligari non potest ei, apud quem reus debendi obligatus non sit. l. si quis postquam, 37. l. si ita, 41. l. cum lex 46. l. fidejussor, 58. l. 3. D. eod. & non convenitur fidejussor, si desit debitum principale, l. si fidejussor, 57. D. eod. Gomez. 2. 2. var. cap. 13. n. 2.

Dices. Quandoque fidejussor se obligat, ut principalis, & tunc potest conveniri, principali non excusato, l. cum reus 14. l. fidejussor, §. fin. l. si plures, 27. §. praeterea, l. si contendat, 28. D. de fidejussor. Ergo, falsum est, fidejussorem obligari deficiente principali.

Respondetur. Etiam quando fidejussor se obligat, ut principalis, faciendo ex alieno, debitum proprium: Ut passim faciunt Tabelliones: Vel, ut conveniatur, non excusato principali, adhuc obligatur fidejussor, si principalis non solvat, quo solvente: fidejussor liberatur, & principalis tenetur fidejussori ad praeveniendum, ne fidejussor solvat, alias tenetur principalis ad omne damnum a fidejussore passum.

Ex quibus sit, fidejussores posse accipere pretium pro tanta obligatione, licet desit periculum iacturae. Nam illa obligatio solvendi est onus pretio estimabile, Gabriel. a S. Vincentio l. c. n. 160. post Sylvestr. v. Fidejussio, D. Antonin. p. 2. tit. 1. c. 7. §. 45. Covar. 3. var. c. 2. n. 6.

LEMMATA II.

An fidejussio sit species contractus verbis celebrati?

Negant multi post Mol. disp. 39. §. illud est obser. vandum, Ognate, & alii.

Affirmat Harpp. hic n. 1. Lessius, & alii.

Mihi olim placuit prima opinio. Nam tex. in l. Blanditus, 12. C. de fidejuss. in quo fundatur secunda sententia, tantum aferit, tenere fidejussionem, quando quis diverso idiomate permittit, quod verum est. Sed non dicit, non teneri, si verbis non fiat. Et a Jebam, quod sic ut in omni contractu, re, verbis, literis, consensu celebratus poterat intercedere fidejussio, §. in omnibus, 1. hoc tit. l. fidejussor, 17. §. fidejussor, D. hoc tit. ita etiam poterat contractus iste fidejussionis, consensu, scriptura, vel verbis iniri. Verum modo, ut sunt rerum vicissitudines, sententia,

983.

984. Fidejussio contractus

985. Gratuitus.

986. Est essentialiter pro alterius debito

987.

988. Etiam quando se obligat, ut principalis.

989. Fidejussor potest se obligare suscepto pretio.

990.

Fit verbis.

tentia, quæ tunc placuit, displicet. Et probabilius cenfeo, *fiur-jussione in verbis perfici.*

991.

Fidejussio probabilis verbis perficitur.

Probatur ex *l. sicut reus, 66. D. de fidejuss.* ubi, sicuti principalis, ita etiam fidejussor nequit promittere factum alienum; sed debet promittere se daturum, facturum, alio non faciente, nec dante: quod videtur proprium stipulationis, *l. inter stipulantem, D. de verb. oblig.*

992.

Nullus contractus est facti alieni.

Video posse responderi, esse nullam promissionem facti alieni in contractibus, sive verbis, sive consensu, aut literis celebratis. Et non recte probari fidejussionem fieri verbis, ex eo, quia nequit esse facti alieni.

993.

Obligatio verbalis vel nomine proprio, vel alieno.

Verum licet hoc ita sit, negari nequit magis proprium id stipulationi, quam aliis contractibus competere: cum Jura de stipulatione dicant, pro altero interponi non posse.

II. Probatur ex *l. 1. §. verbis autem, D. de adion. & oblig. ibi: Verbis contrahitur obligatio ex interrogazione, vel responsione. Sed, aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fidejussor vocatur. Ubi text. videtur dividere obligationem verbis conceptam, in principalem, & fidejussoriam.*

994.

Sed fateor responderi posse in *d. §. sed aut proprio nomine, &c.* tantum dici obligationem, vel esse nomine proprio, vel alieno; non verò dici, quod solum obligatio verbalis sit nomine proprio, vel alieno. Nana hoc esset falsum: Cum multi contractus sint nomine alieno: ut in constituta pecunia: in mandato procuratorio: pignore; qui tamen absque verbis perfici queunt. Et in *tit. D. & C. dicatur de fidejussore, & mandat.* Ergò, sicuti mandatum, ita fidejussio consensu perfici poterit.

995.

Fidejussio, & stipulatio omnibus contractibus potest apponi.

Verum negari non potest, esse valde probabile, fidejussionem esse speciem stipulationis, nomine alieno celebratam: cum ex professo in *d. l. 1. §. verbis usque ad l. 2. agatur de contractu verbis celebrato.* Unde recte inferri potest, fidejussionem inter ipsos comprehensam, verbis etiam perfici.

Dices. Fidejussionem esse valde affinem stipulationi, ex eo, quia sicuti stipulatio, ita fidejussio potest apponi omnibus obligationibus, *l. 1. D. de fidejuss.* & ideo simul de illis agi: & prius de stipulatione, deinde de fidejussione; non verò quia fidejussio verbis essentialiter perficiatur.

Propter hanc intelligentiam, putò probabilem etiam primam sententiam. Sed probabiliorem secundam. Cum sedatè speculanti pateat, sine extorsione in *d. l. 1. §. verbis*, dividi verborum obligationem, in principalem, & fidejussoriam. Unde non est cùte confugiamus ad obscuras intelligentias. Nam leges illum sensum habent, qui communiter percipi potest, cum communitati sint promulgatæ, *l. leges, C. de legibus.*

996.

Potest fidejussio pro ignorantia fieri.

In qua sententia eò fortius standum est: quia apposita prima opinio caret rationibus. Nam *l. fidejussore, 31. D. de fidejuss. l. si remunerandi, 6. §. si passus, D. mandat.* tantum volunt, etiam quem posse pro ignorante fidejungere, quod non probat, posse sine verbis perfici.

L E M M A III.

Quotuplex sit Fidejussio?

998.

Duplex est fidejussio.

Fidejussio alia Judicialis, alia Extrajudicialis. Extrajudicialis à partibus. A Juce, vel à lege Judicialis pendet: Ut quando Reus satis dat Judicatum solvi, vel de in judicio sibi.

Satisfatio de in judicio sibi, est fidejussio, qua quis se obligat in judicio, alium sistere pro audienda, vel exequenda sententia. Similiter quando quis liberatur à carcere, præstita cautione de se presentando, *l. græcè, 9. §. & post litem, l. liberum, 16. D. de fidejuss.* Qui fidejussor, non corporalem, sed pecuniarum substat pœnam, prout conventum fuit inter Judicem, & fidejussorem, & liberatur, si semel Reum præsentavit ad carceres, licet, extractis carceribus; fuga se tueatur, *Rebell. lib. 16. q. 2. nu. 5.*

999.

Judicialis de in judicio sibi.

Fidejussio Judicatum solvi est, quando datur satisfatio de solvendo id, quod Judex judicaverit, si Reus non solverit. Quæ satisfatio servit, ut Reus li-

1000.

beretur à sequestro, pignore, carcere, deposito. Et hic fidejussor non solvit expensas, nisi Reus ad illas damnetur, *d. l. græcè, 9. §. & post litem, l. exceptionem, tum solvi, 46. l. fidejussores, 68. §. pro Aurelio, D. de fidejussorib.*

beretur à sequestro, pignore, carcere, deposito. Et hic fidejussor non solvit expensas, nisi Reus ad illas damnetur, *d. l. græcè, 9. §. & post litem, l. exceptionem, tum solvi, 46. l. fidejussores, 68. §. pro Aurelio, D. de fidejussorib.*

Extrajudicialis non exigit partes Judicis, & est duplex. I. Rem salvam fore. II. Indemnitatis. I. est, qua quis fidejubet, quod solvet, debitore principali non solvente, *l. fidejussor, 45. l. am. sibi, 52. §. fidejussores, l. ca. pitis, 53. l. si ita, 55. l. fidejussores, 68. D. de fidejussor.*

Fidejussor Indemnitatis est, quando quis fidejubet favore fidejussorum: scil. se eis satisfacturum, si solverint pro principali debitore, *l. fidejussores, 42. D. hoc tit. Rebell. l. c. nu. 5.*

Fidejussio rem salvam fore est duplex. I. in qua fidejussor se obligat, ut principalis, quæ operatur, ut possit conveniri non excussio principali. II. non se obligat, ut principalis: & tunc requiritur excussio debitoris principalis, *Auth. presente, C. de fidejuss. Auth. hoc si debitor, C. de pignor. Auth. Sed bodie, C. de ad. & oblig.* Ubi requiritur excussio principalis, antequam deveniamus adversus tertium possessorem rei hypothecatæ.

III. Fidejussor alius in solidum, alius pro virili. In solidum convenitur in totum pro libito, etiam si adint alii confidejussores, *l. inter, l. stipulatores, 25. 26. l. inter eos, 51. §. inter fidejussores, D. de fidejuss. l. non recte, 3. C. eod.*

Pro virili convenitur ille, qui convenitur pro rata: scil. factis portionibus, etiam aliis non solventibus, *l. si testamento, 50. §. quod si, l. si inter eos, 52. l. inter fidejussores, 27. D. eod. l. generatitèr, 28. Cod. de fidejuss.*

Ultimò fidejussio datur pro obligatione naturali, *l. stipulatus, 7. l. fidejussor, 17. §. fidejussor, l. Marcellus, 26. l. cum fidei, 36. l. si à reo 71. §. ad eò, D. de fidejussorib.* II. Pro obligatione civili. III. pro naturali, & civili, quæ usurpatissima est.

CAUSA EFFECTIVA

L E M M A IV.

Qui possint fidejungere?

Ex §. Græcè, 7.

L icet fidejussio quibuscumque aptis verbis fieri etiam per interpretem possit, *l. græcè, 9. D. hoc tit. l. blanditus, 12. Cod. eod.* Semper tamen fidejussor debet esse idoneus, *l. 6. ubi Bar. D. qui satisfac. l. quamvis, 9. §. si cum venerit, D. ad Veil. l. qui satisfac. 3. D. de fidejuss.*

Omnis, qui principatèr, etiam fidejussorio nomine se obligare potest, licet sit filius, nisi specialitèr sit prohibitum, *l. filius, 3. C. de fidejuss. d. l. qui satisfac. 3. l. 3. tit. 12. partita 5. Vesemb. hic n. 3. Sylvest. v. Fidejussor, n. 3. Gomez. 2. 3. var. c. 13. n. 16.*

Hinc, qui nequeunt administrare, vel se obligare liberè, nequeunt etiam fidejungere. Et isti sunt I. Religiosi, etiam Prælati sine consensu majoris partis Capituli, *sc. prout. de fidejuss.*

II. Servi, *l. sed & si servi, 20. D. qui satisfac. cog. l. servus, 19. D. de fidejuss.* Nisi habeant pecuniam propriam, *d. l. servus, 13.*

III. Miles, *l. 8. §. si servus, D. qui satisfac. cog.* Et hoc, nò à bello retrahantur, *arg. l. si milites, C. locat. l. 2. tit. 12. partit. 15.*

IV. Clericus pro laico, *capite quidem, 11. q. 1. cap. 2. 3. de fidejuss. ubi Abb. & Jo. Aud. Nemo enim, secundum Apostolum, militans Deo se implicat negotiis secularibus Sylvest. v. Fidejussor.*

Si tamen fidejubeat pro laico, tenet fidejussio, *Surd. vol. 3. conf. 396. nu. 2. de c. te quidem, 11. q. 1. Gomez. 2. var. c. 13. nu. 18. Contra Bocer. hic nu. 79. dicentem, nullam fidejussionem Clerici: quia contra leges, l. non dubium, 5. C. de legib.* Sed non probat. Nam actus factus contra leges irritantes, non contra leges prohibentes est nullus. Ita tenet matrimonium factum à vovente voto simplici, ab eo, qui cum alia sponsalia contraxit, licet à Jure prohibitum: quia non fuit prohibitum irritando. Sic Clerici nequeunt se valide obligare fidejubendo bona Ecclesiæ; sed possunt sua patrimonialia, licet sit prohibitum, *6. quod quibusdam, 4. de fidejuss.*

Ut Clericus.

Qui tamen valide fidejubet.

V. Apud

1008. V. Apud Hyfpanos Agricola non fidejubeat pro Domino, cujus agrum colit, Molina disp. 540. §. Agricola.

Nec filius. VI. Filius. pubes, minor, etiam Patris auctoritate, fidejubeat nequit. Nam nequit donare, l. i. C. de filiof. minor, l. si Curatorem habens, 3. C. de in integ. rest. l. ait Praetor, §. non solum, D. de minor.

1009. Hinc Minores, nec pro Patre sunt idonei fidejussores d. l. i. C. de filiof. min. l. hodie, Cod. qui satisf. cog. Nisi Pater sit in vinculis, pro quo sub pena exheredationis, fidejubeat debet, abique spe restitutionis in integrum, Auth. Captivi, Cod. de Episc. & Cler. Auth. Ut cum de appellatione cognosc. §. causus, coll. 3. Idem dicas, si Pater sit carcerandus, nisi filius. pro eo fidejubeat. Ut enim debet Patrem carceratum fidejussione liberare; Ita fidejubeat, ne carceretur. Eadem enim utrobique est pietatis ratio, R. Merlin. tom. 1. contr. for. c. 39. n. 16. & 17. Greg. decis. 120. Idque etiam in Regno Neapolis, Pasch. de virib. patr. potest. part. 1. cap. 6. nu. 122. Mausonius de causis executiv. amp. 50. nu. 27. & nuper D. Scoppa in Scholiis ad d. Controv. for. R. Merlin. cap. 39. n. 34. & seq.

1100. VII. Pauper substantia destitutus fidejubeat nequit, l. fidejussor, 2. §. in fidejussore, D. qui satisf. cog. ubi Bart. l. i. D. de in jus voc.

Nec potentior. VIII. Nec est fidejussor idoneus, qui sui copiam difficiliter reddit, d. l. fidejussor, 2. Ut sunt Potentes, in dignitate conspicui, tit. D. ne quid potentiores.

1011. IX. Minor fidejubeat nequit, & fidejubens restituitur. Nam est manifeste laesus, l. de die. §. i. C. quis satisf. d. l. fin. C. de in integ. rest. l. ait Praetor, §. non solum, D. de minor. Gomez 2. var. cap. 13. nu. 19. Mol. disp. 540. §. Minori.

L E M M A V.

De Vellejano Mulieri concessio.

1012. X. Mulier etiam major non fidejubeat, l. 1. 2. D. ad Vell. l. 1. 2. 3. C. eod. Et fidejubens, nec in conscientia tenetur. Abb. in c. quia plerique, nu. 27. de iur. Eccl. Gomez 2. var. cap. 1. num. 5. Padilla in l. fin. nu. 7. C. de juris. & facti. ign. Filliuc. tr. 28. cap. 8. n. 157. Et ex errore solvens repetere potest, l. quamvis, 3. §. interdum, D. ad S. C. Vell. l. quamvis, 9. C. eod. l. qui exceptionem, 40. D. de condit. ind. Novell. 134. d. 8.

1013. Quæ exceptio, etiam ejus heredibus competit, l. hæc actiones, 10. D. ad Vell. l. hæredes, 20. C. eod. l. bonus voto, 3. nu. 7.

Et ejus hæredes. Concessum scimus Vellejanum, ne Mulieres negotiis se immisceant, & ne intellectus debilitate incidant in repentam inopiam, l. 2. D. ad Vell.

Cur. Vellejano utuntur etiam in fidejussione facta pro filiis, & parentibus, l. frustra, 2. C. ad Vell.

1014. Sed si mulier fidejubeat in scriptis tribus testibus, tenet fidejussio, quia deliberatio; sed potest rescindi exceptione Vellejani, l. si adversarius, 10. l. si Mulier, 16. ibi: Resistoria actio datur. Cod. ad Vell. l. 3. l. mulierem, 14. D. de fidejuss. Gomez 2. var. c. 13. n. 16. Lefs. 2. de just. c. 3. §. dub. 2. nu. 14.

Tenet fidejussio Mulieris, licet rescindatur. Si Mulier per errorem solvat id, pro quo fidejussit, Creditor potest retinere pro omni foro, donec foemina repetat, l. qui exceptionem, 40. D. de condit. ind. ubi DD. dant regulam Tutus exceptione perpetua, & favorabili: ut est Vellejanum, potest repetere solutum, l. quamvis, §. interdum, l. si mulier, 23. D. ad Vell. cum scilicet fuit major, & sine dolo fidejussit: se-cus contractus est nullus: sicut est nullus sine testibus, & publico instrumento fidejussionis contractus celebratus, l. antiqua, §. fin. Cod. ad Vell. Bonac. disp. 3. qu. 9. punct. 2. nu. 2. vers. Quinto mulierem. Nam tunc sine titulo retineret Creditor solutum.

1015. Similiter Mulier nequit fidejubeat pro Marito, nisi pecunia sit consumpta in utilitatem Uxoris, Auth. si qua mulier, ubi Bart. C. ad Vell. Bald. in Auth. Ut nulli Judicium. Quod debet probari, nec Mulieris confessio, de vertione pecuniae in ipsius utilitatem, sufficit, d. Auth. si qua mulier, & elegantèr probat D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 1. c. 55. nu. 8.

L E M M A VI.

Quando cesset Vellejanum?

Mulier Jure communi, tantum in fidejussione utuntur Vellejano: l. frustra, 2. C. ad Vell. Unde Vellejano non utuntur. Si solvant debitum alienum sine fidejussione, l. 1. C. ad Vell. ibi: Sed si pro aliis, cum obligatæ non essent, pecuniam exolverint, intercessione cessante, repetitio nulla est. l. quamvis, ubi Bart. C. eod. l. Senatus-Consultum, 4. ubi Salyc. §. Sed si prædici, l. si mulier, D. eod.

1016. Non habet Vellejanum solvens debitum alienum.

II. In aliis contractibus: ut in mutuo, l. si funebri, 13. C. ad Vell. ut in locato, & conducto, l. si adversus, 10. ubi Bart. Paul. Cod. eod. ut in donatione, l. sed si ego, 4. ibi: Senatus enim obligatæ mulieri succurrere voluit, non donanti, D. ad Vell.

1017. In mutuo.

III. Si fidejussit pro summa, quam suo Creditori debet, l. antiqua, 23. C. ad Vell.

IV. Si fidejubeat pro illo, qui pro ipsa muliere fidejussit in simili causa, d. l. Antiqua, §. sed si minus, ubi Glos. & l. si decem, l. aliquando, l. si mulieri dederim, D. ad Vell.

1018.

V. Si fidejubeat, quando Mulieri interest fidejussio: ut si fidejubeat pro illo, cui debet succedere, l. si in mater, 6. ubi Bart. & Salyc. C. ad Vell. l. si vir uxori, 17. §. fin. l. aliquando, D. ad Vell. Gomez 2. var. c. 13. nu. 16.

Si ei interest.

VI. Si recipiat pretium pro fidejussione, l. antiqua, 23. ibi: Si possit ostendere eam accepisse pecuniam repelli eam à Senatu-Consulto. D. ad Vell. Ratio est: nam tunc Mulieri interest fidejubeat.

VII. Si Contrahentes ignorent Vellejanum, l. 1. ibi: Si id Contrahentes ignorent. C. ad Vell. Vel si Creditor ignoret Mulierem fidejubeat, l. si fidejussor, l. si vir uxori, ubi Bart. l. si despicendi, C. ad Vell. D. de tutorum, 22. D. Amb. Epist. 25.

1019. Si contrahentes ignorent Vellejanum.

VIII. Si dolo fidejubeat, l. 2. ibi: Si non callidè sint versutæ, nam non decipientibus, sed deceptis jura optulanti, & l. si sine, 15. l. si decipiendi, C. ad Vell. l. si decipiendi animo, 30. D. ad S. C. Vell. Deutor, 22. D. Ambros. epist. 5. Vesemb. in paratit. lib. c. tit. nu. 6.

1020.

IX. Non gaudet Vellejano, si post duos annos dedit pignus, vel innovavit, aut delegavit fidejussoris obligationem. Nam consilio, non levitate præsumitur confirmasse fidejussorem, l. si mulier, 22. C. ad Vell. Auth. sine à me, ubi Bald. & Salyc. C. eod. l. 3. 4. §. l. 11. l. aliquando, 13. l. si mulieri, 15. d. 2. l. 27. D. ad Vellejan. Thesau. dec. 223.

Si renovet fidejussorem.

X. Si juramento fidejussorem firmet, cap. quamvis pactum, de pactis in 6. c. ex rescripto, de jur. jur. Tenet fidejussio in l. si quis pro eo, nu. 12. D. de fidejussoribus. Tirac. in l. si unquam, nu. 136. Cod. de voc. donat. Alex. lib. 7. ramento conf. 146. & alii apud R. Merlin. cent. 1. contr. cap. 56. nu. 7. ubi tamen vide, quod D. Scoppa declarat in Scholiis ibid. nu. 12.

1021. Tenet fidejussio juramento firmata.

XI. Favore dotis, pro qua, si fidejubeat, Vellejano caret, l. fin. C. ad Vell. l. si dotare, 12. D. eod. l. 3. tit. 12. p. 5. & constat ex Reg. Merlin. d. cap. 56. nu. 4. ubi D. Scoppa in Scholiis ibid. nu. 3. adducit recentiores, & ab omnibus in casibus procedat, illustrat ex nu. 4.

Pro dote.

XII. Obligatur, si pro libertate fidejubeat, l. penult. ubi Paul. Bald. Salyc. Cod. ad Vell. Bonac. disp. 3. qu. 5. punct. 2. nu. 2.

Pro libertate.

XIII. Si fidejubeat pro Minore, quando principalis non est solvendo, destituitur Vellejano, l. si apud, 12. D. de minor.

XIV. Si Mater petat Tutorem filio impuberi suo periculo, & decreto Judicis sit dictum, Tutorem recipi periculo Matris, l. 1. & ult. ubi Salyc. Cod. si mater indemn. promiss.

1022.

XV. Si pro re communi masculus, & foemina fidejubeant, l. aliquando, 15. l. idem, 13. D. ad Vellejan. Nam tantum in re extranei non fidejubeat.

Pro re communi.

L E M M A VII.

An Foemina validè renunciet Vellejano?

Contentionis plena alea. Et foemina potest renunciare. I. genericè Omni legis auxilio. II. specificè Vellejano. Si l. modo, posse foeminam Vellejano se tueri, licet renunciet Omni juris auxilio, docuit Gutt. p. 1. de jur. am. confirm. c. 10. nu. 3. Gomez. l. 61. Monere non lin. disp. 540. Quia specialia non veniunt in generali renunciatione, c. in generali, de reg. jur. in 6.

1023.

Renunciatio in genere non tollit Vellejanum.

II. Re-

II. Renunciatio potest fieri in specie de Vellejano. Et tunc valere juratam renunciacionem, docuit Glos. in l. 1. & lult. §. ult. D. ad Vell. & in l. tamen si, D. ad Maced. Jaf. in l. si quis in conscribendo, ubi Dec. n. 3. C. de pass. dec. Capell. Thol. 37. Suarez in Thesaur. lit. V. nu. 5. Gabriel. 2. com. tit. de Jurejur. concl. 3. Harpp. hic nu. 47. Salas de legib. disp. 17. qu. 2. nu. 15. Bart. in l. 3. & l. 2. D. de fidejuss. Contra Angl. & Cyn. in l. 1. Cod. ad Vell. Abb. in c. si diligenti, col. 4. de foro compet. Castill. dec. Sicil. 234. num. 12. De Marinis 1. quotid. c. 276. u. 1. Thesaur. dec. Pedem. 222. nu. 3. Grav. dec. 76. num. 20. Tusch. lit. M. concl. 421. nu. 4. Ant. Theod. in ration. ad l. 8. §. 1. D. qui satisf. cog. Merend. 2. contr. c. 36. num. 2. Covar. in cap. quatuorvis pactum, p. 2. §. 3. num. 5. Molin. disp. 540. Aiberic. in l. sciendum, D. ad Vell. Qui Covar. ait, extra judicium valide non renunciare, nisi cognoscat plenè privilegium, & juramento renunciacionem firmet.

1084. In specie nulli.

1085.

Probatum valere renunciacionem. l. ex l. fin. §. fin. D. ad Vell. ibi: Cavere debet exceptionem se non usuram, & sic ad Judicem ire: idest Vellejano debet renunciare.

1086.

Confirmatur. Mulier potest non uti Vellejano, l. penult. D. ad Vell. Ergo potest ei renunciare. Nam renunciare est declarare, nolle eo uti.

II. Probatum ex l. fin. & Auth. matri, & avia, Cod. quando mul. tut. off. fung. Ubi Mater tutrix filiorum renunciat Vellejano, Novell. 94. cap. 2.

1087.

III. Quis quilibet suo favori renunciare potest, l. si quis in conscribendo, §. 1. de Episc. & Cler. l. penult. C. de pass. Novell. 136. c. 1. & c. fin. l. quod favore. Cod. de legib. Nisi aliqua lege speciali renunciatio prohibeatur. At Vellejanum est privilegium, & nulla lege, ejus renunciatio prohibetur Mulieri ejus valorem scienti, nec dolo inducitur, aut decepta, l. nemo, 145. D. de reg. jur.

Quis renunciatur favori suo

1088.

IV. Quia possunt principaliter, l. si funebri, 13. C. ad Vell. Ergo etiam accessorie se obligare.

V. Mulier non repetit scienter solum ex Vellejano, l. quamvis, §. 3. interdum, D. ad S. C. Vell. Ergo nec juvatur Vellejano scienter renunciato, Cujac. 19. observ. c. 34.

1089.

Nec obstant Covar. & Merend. l. c. quod eadem facilitate, qua se obligat, renunciat etiam Vellejano, & jurat, arg. l. doli, 10. v. Divorsum, D. de novat.

Nam hoc probatur, nec juramento renunciare posse, & tamen negat hoc communiter. II. Quia favori etiam ex fragilitate renunciari potest, dummodo non decipiatur.

1090.

Confirmatur. Renunciare privilegium esset donare, l. si mulier, 10. D. de condit. caus. dat. cas. non seq. h. hoc jure §. 1. D. de donat. l. si quis delegaverit, D. de novat. Borrell. conf. 4. nu. 24. Ergo qui potest donare, potest renunciare. Sed Mulier potest donare, l. sed si, 4. D. ad Vell. Ergo potest etiam renunciare; & sicuti non presumitur gratis donare, ita nec gratis renunciare.

Mulier potest donare.

Semper tamen volumus, Mulierem instruendam de viribus Vellejani; & in publico instrumento debere renunciare.

Secus renunciatio corrumpit, Bald. in l. 1. C. ad Vell. ex l. fin. §. fin. D. ad Vell. l. 4. D. eod.

1091. Ignorantia non tenet.

Nam epim valet renunciatio ignorantis, quae renunciatio: nam voluntas non fertur in incognitum. Et sic nequit velle renunciare, quae non cognoscit, arg. l. mater, D. de inoff. test. Corn. vol. 3. conf. 147. lit. D. Bart. in Auth. qui semel, nu. 13. Cod. de probat. Cravett. conf. 192. nu. 5. Borrell. conf. 4. nu. 16. Ergo, nisi instruatur plenè de viribus Vellejani, & cui oneri se subiiciat, ei renunciando, renunciatio etiam jurata non tenet.

1092.

Non solum autem Mulier ignorans; sed I. nec Miner potest renunciare, sicut nec decreto Judicis potest donare, nec fratri refutare, dum nubit, ut dixi lib. 1. nu. 522. Bald. in l. 1. C. si advers. donat. Capyc. dec. 159. nu. 35. Gram. dec. 57. num. 9. Bart. & Saig. in l. fin. C. si mai. §. eius alien. sine decret. Alex. conf. 116. num. 1. & 18. vol. 1. Menoch. 2. de arbit. cent. 2. casu. 171. num. 46.

Nec minoris.

II. Nec major ob tenuem pecuniam summam re-

nunciatur: unde gravissimum damnum subiret. Tunc enim, ut enormissimè læsa, decepta dolo præsumitur, & corrumpit renunciatio etiam jurata, Covar. 2. resol. 4. nu. 5. Nam enormissima læsio dolum imbibit, l. omni, §. Lucius, D. de bis, quae in fraud. & contractum vitiat, Cagnol. in l. si quis major, nu. 37. C. de transact. Cassador. dec. 1. Borrell. conf. 4. nu. 2. adducit 66. DD. agentes, non tenere renunciacionem juratam, in qua læditur summa enormissime: ut esset, si pro unica dote renunciaret pingui successioni paternæ, maternæ, fraternæ, &c. Idem dicas, si pro parva pecunia renunciaret Beneficio Vellejani. Inb. puto tenere renunciacionem Vellejani sine decepta, pecunia, si de illius instruatur valore; non vgrò tenere, si renunciaret tenui pecunia accepta: quia illius pecuniæ præsentis commodò, & illecebra, censetur tractata, & decepta: quæ ratio cessat, si nihil accipiat, & liberè renunciat. Nam tunc sua, & spontanea plena voluntate renunciat.

1093.

1094.

Præsumitur magis decepta, quando pecunia facta sine intracta, & decepta: quæ ratio cessat, si nihil accipiat, & liberè renunciat. Nam tunc sua, & spontanea plena voluntate renunciat. cum enormissima læsione.

Et tandem nota, in Regno Castellæ valere renunciacionem, ex l. 3. tit. 12. par. 5. ubi Lopez.

I. E. M. M. A. V. I. I. I.

An Mulier obligans se, ut principalis pro alio conjuncto, vel extraneo, gaudeat Vellejano?

1095.

Affirma. Nam semper præsumitur in alterius commodum pecunia conversa, Thesaur. dec. 222. nu. 14. Alex. ad Bart. in l. si mulier, D. ad Vellejan. Anna alleg. 114. nu. 9. Borrell. conf. 4. nu. 26. E. Merlin. cent. 1. contr. v. for. cap. 55. nu. 3. & ibidem D. Scoppa in Schol. nu. 7.

Quid in Regno Neapolis?

1096.

Mulier nequit obligari sine dispensatione Collatoralis Consilii, etiam juramento interposito, & renunciatio Vellejano, de Marinis tom. 2. resol. cap. renunciatio 238. nu. 7. ex Prag. 1. ad S. C. Vellejan. ubi censetur tunc, etiam ignorantes, etiam si per Notarios dicantur certiorata, ubi Rovit. nu. 8. requirit ad obligationem mulieris etiam milites consentientis, ut probetur pecuniam versam in ejus utilitatem.

In Regno non tenet renunciatio jurata Vellejani sine licentia Collatoralis Consilii

Putat tamen de Marinis l. c. in d. Prag. 1. non prohiberi, Mulierem donare: nam qui donat, se non obligat, Et sic random est Juri Communi, quo Mulieres possunt donare, l. sed si ego, 4. D. ad Vell. Quod intellexerem de donatione incipiente à traditione, non verò si à promissione à traditione, non verò si à promissione multò antè incipiat: nam tunc esset, se obligare ad tradendum. Cur autem summa possit donare, & nequeat, se obligare? ex eo est: quia præsumitur deliberatè donare Mulier, quæ ob tenacitatem ex se difficile donat, se bonis privando, l. si stipulata, §. primo, D. de don. inter. Glos. in §. si verò, Auth. de nupt. Quæ ratio deficit in obligatione, quæ inconsideratè præsumitur facta: nec illa, viva præsentis jactura, quæ est in donatione incipiente à traditione, potest ad bonam mentem revocari. Unde facilius mulier se obligat, quàm donat, ut ait d. l. sed si ego, 4.

1097.

Donare potest.

1098.

De Mundio, & Mundi alto.

Mundium Est patrimonium Mulieris. Et Mundialtus est, qui tenetur præstare assensum in alienatione patrimonii mulieris de Jure Longobardorum, qui assensus non requiritur, si femina contrahat Curatorio, vel Procuratorio nomine, Maranta in Speculo p. 3. nu. 124. qui n. 123. citat Ritum Magnæ Curia 48. qui incipit, Item cum.

1099. Mundium & Mundialtus.

Mundialtus autem dicitur à Mundio, quæ est titio Jure Longobardorum, lib. 1. tit. 30. l. 1. & lib. 2. tit. 33. l. 3. Burcardus lib. 19. Decret. V. Jussus lib. 2. de vitis sermon. cap. 12. Extatque vestigium in originali cap. ex literis, l. ibi: Mundialtus de consang. & aff. ut refert ibidem nu. 2. Gonzalez.

Nec mirum: nam etiam apud Romanos, Mulieres erant sub perpetua tutela; unde nequibant, nisi ex privilegio matres esse filiorum tutrices, Ulpianus in fragm. tit. 91. §. fin. & indicatur in l. qui habebat, 47. D. de vulg. l. 3. D. de leg. 3.

L E M M A IX.

An laudans alterum, dicendo illum esse locupletem, fidelem, censetur pro illo fidejuber?

1040.

Nega. Nam qui alterum laudat, atque commendat, non mandat cum illo contrahi, l. si verò, 12. §. cum quidam, D. mand. nisi ad decipiendum contrahentem laudet, l. quod si, 8. D. de doio malo. Excipias illos, qui dicunt Tutores idoneos. Nam censentur pro illis fidejussisse favore pupillorum, quibus magis sic cautum est, l. cum ostenditur, 4. §. fin. D. de fidejuss. tutor.

L E M M A X.

Qui coguntur dare fidejussores?

1041.

Satisfat se servaturum sermimo re- legationis.

Coguntur dare fidejussores. I. De iudicio fisci, qui volunt à carceribus se eximere. II. Satisfat quicumque gerit officia publica Fisci, Civitatis, Numularii, &c. III. Tutores, Curatores, Procuratores, Negotiorum gestores. IV. Omnes, qui legis, vel Iudicis præcepto aliquid facere tenentur, parte saltè eximente: ut si ex debito teneantur exulem vitam ducere, tunc parte exigente satisfiant. V. Quilibet habens rem alienam: ut usumfructum, depositum, &c. satisfiant de re, statuto tempore, restituenda, Onnate tom. 2. tr. 18. disp. 52. n. 171. VI. Hæredes gravati fideicommissio, & quivis possidens aliquid sub conditione resolutive, debent cavere pro restituenda hereditate, & re, si conditio non impleatur, & dicitur Mutiana cautio.

1042.

Breviter, coguntur satisficare, qui ad aliquid tenentur à lege, à Iudice, ex delicto, vel quali, & ex ultima voluntate, & quando rem alienam possident.

1043.

Poss contractum cogitur satisficare, si super venias periculum rei amittende

Ex contractu verò nemo tenetur, nisi cautum sit in ipso contractu, aut nisi superveniat periculum rei amittendæ, calamitas, paupertas, absentia, l. 9. & 10. ibi: Nisi inopia supervenerit. D. qui satisfat. Nam quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, l. de acate, D. de interrogator. act. on. l. si bis à quo, §. fin. D. ut in poss. legator. Et si res obligata sit mobilis, & desit idoneus fidejussor, potest illa sequestrari, donec detur fidejussor, l. si fidejussor, 7. §. si satisfatum, D. qui satisfat.

1044.

Nota, quòd Reus debendi impotens satisficare in una, potest cogi satisficare in alia Civitate ejusdem Provinciae, d. l. si fidejussor, 7. §. si necessarius, ubi Glos. & Bart. sic docent.

Qui non coguntur satisficare?

1045.

I. Qui fidejussores invenire nequit, dat cautionem juratoriam, l. fin. hoc tit. l. a. C. de usufruct. l. non cogendi, 45. D. de procurat. Quod Voesembec. extendit etiam ad criminalia, tit. D. gestor. qui satisficare coguntur, n. 10. ex §. necessarium, Auth. ut nulli Judicium, Paris de Futeo de syndicat. v. Fidejussio, cap. 1.

Sed si timor sit, Reum fugere, carcerandus, non satisficationi standum, nè delicta mancant inulta, l. litibus, ubi Bart. n. 8. C. de agricol. lib. 11. Alberic. in l. si fidejussor, 7. §. fin. D. qui satisfat. Innocent. in cap. præterea, de exception.

1046.

II. Creditor non cogit conjunctum: ut Parentem, Patronum, Filium, Uxorem, Nurum, ad satisficationem Rei, l. fidejussor, 2. §. Prætor ait, D. qui satisfat.

III. Si stabilia habeat Debitor, quibus cautum sit Actori, non satisfat, l. sciendum, 25. D. qui satisfat. cogunt.

1047.

IV. Ex intervallo, facto contractu, Debitor non tenentur dare fidejussores, nisi imminet paupertas, &c. l. arbitrio, D. qui satisfat. cogant.

DE MATERIA FIDEJUSSIONIS.

Ex §. in omnibus autem, 1.

L E M M A XI.

Cujus rei debita sit fidejussio.

1048.

Obligatio est materia proxima fidejussoris.

Explicimus materiam remotam, quæ sunt personæ fidejubentes, revocemus hinc materiam proximam, quæ est res debita ex obligatione.

Ex §. in omnibus, 1.

Et ex dictis latè constat, Omni rei debite alicui, vel Fisco, obligationi etiam naturali, fidejussorem posse accedere, qui etiam civiliter erit obligatus, licet principalis sit naturaliter obligatus, l. id quod, D.

Tom. II, lib. III,

de condit. indeb. tex. hic, & l. 1. 2. l. Græci, 9. §. 1. & fin. D. de fidejuss. Nam finis fidejussionis est cavere Creditori, tex. hic in princ. Et etiam sic fidejussio est relativa ad debitum, pro quo exigitur; quod debitor cedente corrumpit, l. qui contra, 11. l. fidejussor, 16. §. fidejussor, l. 60. d. 23. l. 25. l. 39. l. 57. l. 70. §. si à furioso, D. cit. tit.

Dixi I. Omni rei debita, sic intelligendo tex. hic, & l. 4. D. hoc tit. ubi ait, pro omni obligatione posse intercedere fidejussorem. Nam exigitur pro re Creditori reddenda, conservanda, danda, sive civiliter, sive naturaliter, sive mixte.

Dixi Debita, ut indicarem pro re turpi, non dari fidejussorem, l. si à reo, 70. in fin. D. de fidejuss. l. si vero, 12. §. si adolescens, D. mand. Nam talis res non est debita, l. generaliter, D. de verb. obl.

An pro dote conservanda detur Fidejussor?

Nega. Nam turpitudinis speciem saperet, si à Marito pro dote conservanda contracto matrimonio fidejussio exigeretur: fidejussio enim arcum amicitie vinculum non supponit inter contrahentes. Et sic supponeret matrimonium, non esse maximam animarum agglutinationem. Imò inconfidentiam inter Conjuges foveret, & amicitie intimæ fœdera disrumperet: cum sequendo fidejussoris fidem, illi magis, quàm Viro crederet. Undè meritò nequit pro dote conservanda constanter matrimonio Maritus fidejuberè, l. 1. & 2. C. de fidejuss. pro dote dent. Fidejussor tamen pro dote restituenda soluto matrimonio dari à Viro potest, l. exceptiones, 7. D. de except. l. ur. §. cum autem, C. de rei uxor. act.

Dices, Pro dote potest dari pignus Uxori à Viro, l. quod autem, 7. §. si uxor, 6. D. de donat. inter. Ergo etiam fidejussor, l. promissor, 21. §. fin. D. de const. pec.

Nego conseq. Et disparitas est. Quia in pignore etiam Viro, & rei ipsius Viri credit, in fidejussore credit extraneo. Et licet secundum, non primum, videtur contra fœdera affectus intimi Viri, & Uxoris.

De re debita ex delicto.

Si est poena pecuniaria, potest recipi fidejussor, l. si à reo, 70. §. fin. D. de fidejuss. Menochi. 2. de arbitr. cent. 4. cas. 303. n. 6. Si est corporalis, & delictum est probatum, reicitur fidejussor, Farm. prax. crim. tit. de carcer. & carcerat. qualt. 33. reg. 1. n. 151. Suarez in Thesaur. lit. F. n. 144. Ant. de Amato dec. 101. n. 9. Bald. in l. 2. col. 1. in fin. C. ad exhibend. Si verò delictum non est plenè probatum, tunc, rebus sic stantibus, relaxatur sub cautione de in iudicio fisci, ad omnem Curie requisitionem, l. 1. 2. 3. D. de cust. & exhib. reor. l. eos, 6. §. super his, 3. C. de appell. Gomez, 2. var. c. 13. num. 1.

Pro re debita ex mixta obligatione

Certum est, currere fidejussionem pro re debita ex civili, constat ex l. si cui, C. de non numer. pec. Ut si quis fidejubeat pro eo, qui instrumento fatetur recepisse pecuniam, quam non recepit, Molin. disp. 539.

Pro naturali est, l. stipulatus, 6. l. cum enim, l. græci, 3. §. & post litem, l. qui contra, 11. l. fidejussor, 17. §. qui certo loco, l. Marcellus pro pupillo, D. de fidejuss. qui rali fidejussor obligatur civiliter.

L E M M A XII.

An fidejussio possit sequi, & præcedere obligationem principalis?

Ex §. fidejussor, 3.

Affirma, l. potest, 4. l. stipulatus, 6. §. fin. D. de fidejuss. l. eo tempore, 50. v. Sed fidejussorem, D. de pec. Licet enim tempore quandoque prius sit obligatio fidejussoria, d. l. 50. l. 6. semper tamen intelligitur, si sequatur obligatio principalis, & sic sumit vires ab instanti obligationis principalis, ità ut ante conveniri nequeat, l. fidejussor, 57. l. si debitor, 47. §. 1. D. cit. tit. Nec potest incipere ante principalem obligationem: cum sit illi accessoria; & accessorium in ratione, in qua est accessorium, sequitur, non præcedit principale, l. cum principalis, 178. D. de reg. jur. Cum ergò fidejussio, non in ratione temporis contractus, & contractus, sed in ratione obligationis sit accessoria principali obligationi, l. græci, 9. §. illud, l. bi, qui accessionis, 34. l. si stichu, 38. l. si ita, 42. D. de fidejuss. meritò acquirit fidejussoris obligatio incipere ante principalem obligationem.

1049: Etiam si tantum sic debita naturali-

1050:

1051: A Viro Uxori datur Fidejussio pro dote restituenda, non pro conservanda.

1052:

Pro dote conservanda datur pignus.

1053:

Pro poena pecuniaria datur fidejussio.

1054:

Et pro obligatione civili.

Ac natu-

1055:

1056:

1057:

Fidejussio tempore precedentis, non incipit, nisi sequatur, quanta obligatione principalis obligati-

obligationem principalis: Licet tempore fideiussio præcedat contractum principalis obligationis. Ex quo habes, fideiussionem conditionalem initam ante obligationem principalis, purificata conditione, retrahitur ad tempus principalis, non fideiussorii contractus: Nam essentialiter est accessorius, *l. i. graeci, 9. & l. bñ qui accessionis, 34.* Et sic debet incipere in posteriori signo temporis, ac incipit obligatio principalis, *l. si testamento, 50. §. quæsitum, l. 11. l. si testamento, 39. §. à Titio, l. 58. D. de fideiuss.* Nam si inciperet ante, daretur pro illo priori obligatio accessoria sine eo, cui accedit. Quod est loqui pugnantia. Nam accessorium alteri accessorium est, *l. accessorium, 42. De reg. jur. in 6.* Unde illa propositio: *Contractus conditionalis purificata conditione retrahitur ad tempus initi contractus, l. si filius, 78. l. 164. D. de verb. obl. ibi: Id tempus spectatur, quo contraximus, D. de verb. obl. Currit in obligationibus principalibus, non in accessoriis, qualis est fideiussio: ut patet ex dictis.*

L E M M A XIII.
An possit Fideiussor firmè obligari pro mutuo recepto à filiofamilias?

NEga. Nam etiam fideiussor Macedoniani exceptione est tutus, *litem si filius, 7. aliàs: l. sed Julianus, ibi: Dandam exceptionem fideiussori, l. sed si pater, 9. §. non solum, ubi Bart. D. ad Maced.* Et hoc etiam si Civitas mutuaverit filiofamilias, *l. nihil interest, 15. D. ad S. C. Maced.*

Idque currit, si filius, naturaliter ex mutuo obligetur, *l. sed si pater, 9. l. 10. l. 11. D. ad S. C. Maced.* ut docent multi: si live non sit naturaliter obligatus, ut in *l. creditor, 8. §. ad Maced. ibi: Filium mortuo eo, fideiussorem accipere creditorem non posse, Julianus scribit: quia nulla obligatio, aut civilis, aut naturalis sumpsit, cui fideiussor accedat.*

Atque ulterius idem est, quò ad exceptionem Vellejani, quæ nedum Mulieri competit; sed ipsius quoque fideiussori, *l. Mulierem, 14. C. ad Vellian. l. si quæque Mulier, 16. §. si ab ea, D. eod. ex quibus inquit D. Scop. in Scholis ad Contrav. for. Reg. Merit. cent. 1. cap. 55. num. 3. inf.*

L E M M A XIV.
Ad qua se obliget Fideiussor?

Non ad corporalem, sed aliam pœnam, se obligat. I. in iudicio *l. isti.* Nam fideiussor se obligat, quòd Reus aderit ad audiendum sententiam, &c. II. Fideiussor iudicatum solvi, se obligat solviturum, si principalis non solvat. III. Fideiussor rem solvituram fore, si live rem in tuto esse se obligat. IV. Fideiussorem de rata se obligat, Dominum ratum habiturum, quòd Procurator faciet. V. Fideiussor indemnitatis se obligat Creditori, fideiussores esse locupletes, & se obligat Fideiussori, Reum esse solvendo, & ex proprio satisfacere, illis non solventibus.

L E M M A XV.

Quomodo plures Fideiussores se obligent in solidum, pro virili, &c.

Ex §. si plures sint, 4.

Datur multiplex modus fideiubendi. I. Ut principalis. II. In solidum. III. Pro virili. IV. Pro toto. V. Pro parte, *l. inter eos, 52. D. de fideiuss.*

Obligare se ad instar principalis, est dare facultatem Creditori pro libito incipiendi ab ipso fideiussore, remanente obligato principalis: ita ut nequeat excussionem principalis opponere, *Puteus dec. 58. Capell. Tholos. dec. 23. Gaill. 2. obser. 28. in fin. Afilius in prolog. de execut. c. 2. n. 27. Muscat. prax. fideiuss. p. 1. mo. do 12. n. 7. Borrell. contrav. 11. n. 11. Colerus de process. execut. p. 1. c. 10. n. 263.* Idque nè sit: Ut principalis, sit otiosè appositum: cum in contractibus nullum verbum censeatur superfluum, *l. si quando, 109. D. de leg. 1. l. 4. D. de usur. Contrà Abb. in c. per venit, 2. de fideiuss. Thes. dec. Pedem. 166. n. 2. Merend. §. contr. c. 3. l. volentes adhuc posse opponere excussionem. Et sic licet fideiussor se obliget, ut principalis, non venit, ut principalis Conreus debendi. Nam si veniret, ut principalis Conreus, non esset obligatio fideiussoria, quæ est accessoria. Insuper semper principalis teneatur solvere solidum, saltem fideiussori, si fideiussor solvat, & debet fideiussorem prævenire, si potest, nè*

luat debitum, *l. fideiussor obligari, 19. §. fin. ubi Bald. & Alber. D. de fideiuss. Gomez. 2. var. c. 13. n. 3.*

Insolidum est se obligare etiam distributivè ad solvendum totum, non excusis aliis fideiussoribus: ità ut Creditor ab omnibus, aut singulis totum petere possit, *l. non rectè, 3. l. reus, 23. C. de fideiuss.*

Pro virili obligatur fideiussor, quando virilim conficiuntur dividunt inter se obligationem, ut omnes in totum singuli ad partem pro rata teneantur.

Pro toto fideiubere, est totum debitum in se suscipere. Pro parte fideiubere, est partem debiti in se suscipere, *l. de iussores, 10. l. si à reo, 71. l. 72. §. si reo, D. de fideiuss. l. quæro, D. locat.* Et plures possunt pro eadem parte fideiubere, *l. fideiussores, 10. C. de fideiuss.* Sicuti pro eadem parte possunt dari duo rei debendi, *l. 1. D. de duob. reis.*

Obligatio, Ut principalis, in solidum, &c. pendet ex voluntate Contrahentium, propriis rebus dicentium legem, *l. contractus, 23. D. de reg. jur. l. ob res, D. de pact. doct. ibi.* Nemo enim adstringitur obligationem, ultra, quòd vult, *l. quæcumque, l. in omnibus, D. de oblig. & act. & in dubio pro fideiussore interpretandus, actus, c. in obscuris, de reg. jur. in 6. c. ex parte, de censib.*

L E M M A XVI.

Quomodo conveniantur plures Fideiussores? Ex eodem §. si plures sint, 4.

ID pendet ex voluntate fideiubentium, *l. inter eos, 52. D. de fideiuss.* Sed in dubio pro parte fideiussor censetur obligatus, *Auth. hoc ita, C. de duobus reis, Molin. d. sp. 542.*

Distinctius I. Fideiussor pro parte, pro illa convenitur, *l. inter eos, 52. l. fideiussores, 69. l. 2. §. pro Aurelio, D. de fideiuss. Bald. in l. fin. C. de rei jud.*

II. Fideiussor indemnitatis: hoc est, se obligans solvere Creditori, si debitor, & alii fideiussores nequeant, vel se obligans solvere etiam fideiussori solventi, si à Tebitur non possit recuperare id, quòd solvit, *l. si plures, 25. §. præterea, §. si fideiussor, D. de fideiuss. l. fin. D. de non num. pec. Alex. in l. fin. §. fin. D. si cert. pet. n. 12. l. itaq. in l. si unquam, n. 174. C. de revoc. donat.*

III. Si dicant, se obligari ad totum, adhuc omnes tenentur ad totum, singuli ad virilem. Nam sic minus obligantur, *l. reus, §. cum tabellis, D. de duob. reis, l. 2. tit. 13. lib. 5. Ordinar. Gomez. 2. var. c. 13. post Ang. l. mol. Alber. ex l. i. iudus illi, D. de contrab. empt. l. traditio, D. de acq. rer. dom. l. si quis in testamento, D. de leg. 1. Et sic, si plures a Iudice condemnantur, qui bet teneatur pro parte, omnes, pro toto, *l. Paulus, l. 2. D. de re jud. l. si quis separatim, §. quoties, D. de appell. Mol. d. sp. 542. §. quando duo.**

Intelligas, nisi res sit individua: Ut equus. Nam tunc ad totum, non ad medietatem obligantur, *l. 2. l. stipulationes non dividuntur, D. de verb. obl. l. hæredes, §. an ea, D. sam. hercisc. l. via itineris, D. de servit. Et uno solvente æquè alii solvunt partem virilem prætiii.*

IV. Si se obligent copulativè ad totum, dicentes, se velle distributivè pro virili teneri: tunc tenentur in totum, si discussis aliis, iuventantur non solvendo, *l. reos, §. cum in tabulis, D. de duob. reis debend. Tunc enim conveniuntur in subsidium pro toto, Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 1. n. 8. Rebell. lib. 16. q. an. n. 18.* in quo differunt ab illis, qui tantum pro parte se obligant. Nam nunquam pro toto conveniuntur, etiam si alii non sint solvendo.

L E M M A XVII.

De divisione obligationis inter Confideiussores, & excussionem debitoris principalis.

V. Olim fideiussores obligati in solidum conveniebantur pro toto, nulla facta discussione principalis, & conficiuntur, *l. inter eos, 52. §. duo rei, D. de fideiuss. l. 4. l. omni, 17. l. si alienam, 19. l. scientia, 20. l. 23. C. de fideiuss. l. si mandavero, 22. §. inter dum, D. mand. l. 2. l. 13. ubi duo, D. de duob. reis, l. 1. & 2. C. de duob. reis.*

De beneficio Epistolæ D. Hadriani.

Sed Jure juniori Authentico. etiam si obligent se in

1058.

1059.

Conditio-
nalis con-
tractus ac-
cessorius
retrotra-
bitur ad
tempus
principa-
lis contra-
ctus.

1060.

Fideiuf-
sor non te-
netur pro
mutuo fi-
livi.

Fideiuf-
sor multie-
ris velle-
jani excep-
tionem
habet.

1061.

Non se ob-
ligat ad
panam
corporis.

1062.

1063.

1064.

1065.

Fideiuf-
sor se obli-
gans, ut
do 12. n. 7.
Borrell. contrav. 11. n. 11. Colerus de process. execut. p. 1. c. 10. n. 263. Idque nè sit: Ut principalis, sit otiosè appositum: cum in contractibus nullum verbum censeatur superfluum, l. si quando, 109. D. de leg. 1. l. 4. D. de usur. Contrà Abb. in c. per venit, 2. de fideiuss. Thes. dec. Pedem. 166. n. 2. Merend. §. contr. c. 3. l. volentes adhuc posse opponere excussionem. Et sic licet fideiussor se obliget, ut principalis, non venit, ut principalis Conreus debendi. Nam si veniret, ut principalis Conreus, non esset obligatio fideiussoria, quæ est accessoria. Insuper semper principalis teneatur solvere solidum, saltem fideiussori, si fideiussor solvat, & debet fideiussorem prævenire, si potest, nè

1066.

Quòd sit,
se obligare
in solidum.
Pro virili.
Pro toto.
1067.
1068.
1069.
1070.
1071.
1072.
1073.
1074.

1066.

Quòd sit,
se obligare
in solidum.

Pro virili.

Pro toto.

Pro parte.

1067.

1068.

Conveni-
tur juxta
naturam
obligatio-
nis.

1069.

1070.

1071.

1072.

1073.

1074.

1075. in solidum, possunt opponere excussionem Principalem, & beneficium divisionis Epistola D. Hadriani. Auth. hoc ita, C. de duob. reis, tem. hic, & inter fidejussores, 27. l. si plures, 28. l. si contendat, 29. l. cum his, qui, 37. l. si ad Titio 44. l. inter eos, 52. l. amissi, 53. §. inter fidejussores, D. de fidejuss. l. 3. l. 10. l. liberum, 16. l. reos, 23. C. de fidejuss. Et sic tollitur discordia superiorum Jurium, quæ intelliguntur ante epistolam. D. Hadriani, & d. Aub.

Nota hic, in conscientia, fidejussorem ad nihilum teneri, nisi conveniantur, & conventi possunt opponere beneficium D. Hadr. etiam si instrumentum sit pignoretatum, Voesemb. n. 16. D. de fidejuss. ex l. si fidejussor, §. 1. ubi Bart. Cyn. & Alber. Bal. Imola D. de fidejuss. Gomez. l. c. n. 14. & 15.

I. E. M. M. A. XVIII. Quando cesset Epistola D. Hadriani?

1076. Exceptio Epistolæ D. Hadriani potest opponi usque ad sententiam diffinitivam, & etiam ante contestatam litem, l. fidejussor, 10. ubi Cyn. & Alb. C. de fidejuss. Cum sit peremptoria perpetua, Gomez. 2. var. c. 13. num. 15. Paul. & Imola in l. si dubitetur, 11. D. de fidejussor.

Nè tamen ultra acquisitis metas tale beneficium elabatur, multiplici exhibetur termino ejus vis.

1077. I. Enim non currit, si alii fidejussores sint ita absentibus, ut difficile possint conveniri, ad arbitrium cessat aliis Judicis, Auth. præsentis, §. absente autem, C. de fidejuss. impotentis, Auth. de duob. reis coll. 6. consil. 7.

II. Cessat beneficium divisionis in facto indivisibilibus, vel absentibus, pro quo plures fidejusserunt, nisi se obligassent ad penam, vel æstimationem rei, l. baredes, 25. §. an ea stipulatio, D. fam. herciste.

1078. III. Cessat in fidejussore, qui non habet beneficium divisionis, cum illo, qui pro ipso fidejussit, l. si plures, 27. §. fin. D. de fidejuss.

1079. IV. Si reliqui omnes non sint solvendo tempore contestatæ litis, Auth. hoc ita, C. de duob. reis, ibi: Et si alter inops sit, ubi Bald. l. fin. C. si cert. pet. l. si contendat, 29. l. inter eos, 52. §. fidejussor. ibi: Inter eos, qui solvendo sunt, dividi convenit. D. de fidejuss. Dixi tempore contestatæ litis. Nam si tunc solvendo omnes sint, etiam si facta divisione, deinde fiant non solvendo, est locus beneficium divisionis, d. l. inter eos, 52. §. cum inter. Sibi enim tribuat Creditor, qui sequestro sibi non prospexit, urgente timore alicujus inopie.

1080. Idem est, si unus ex fidejussoribus: puta Mulier nequeat conveniri. Tunc alius in solidum convenitur, Myning. hic n. 6. l. si Titius, 49. D. hoc tit.

V. Si fidejussor sit publicus Compater. Nam ob publicam fidem, tunc caret beneficio divisionis, Auth. de fidejussor. §. fin. ubi Glos. Gomez. 2. var. cap. 13. n. 14. limit. 4. Bald. in l. fin. C. ad l. falcid. Salys. in l. frustr. d. C. de non num. pecun.

VI. Si negabit se fidejussorem, convenitur in solidum in mendacii penam, l. si dubitet, 11. §. ita, D. de fide instr. Gabriel. 5. com. num. 14. de acqu. vel inst. poss. consil. 5. num. 13.

1081. Mendaces enim lex exhorret, ac punit, l. de atatt, 11. §. si cum essent, D. de interrog. aff. l. falsus, 43. §. si quis, D. de furtis. Etque deinde non credit, l. & si loquatur, 6. C. si contra jus, cap. sedes, 15. cap. 20. de rescriptis.

1082. VII. Si fidejussor renunciat beneficio Epistolæ D. Hadriani. Novell. 136. cap. 1. Nam favori suo quilibet renunciare potest, l. si quis in conscribendo, §. 1. C. de Epist. & Cleric. l. quod favore, C. de legib. Abb. in cap. 2. de fidejussor. Et sic Tabellionis praxis servat, ut quis renunciat Epistolæ D. Hadriani; Auth. hoc ita, C. de duob. reis, Auth. præsentis, de fidejussor.

I. E. M. M. A. XIX.

De Fidejussor solvens, repetat à Debitore principalis, & Confidejussoribus solutum, si à Creditore ei non sint cessæ actiones?

Ex §. si quid, 6.

1083. Debitor tenetur resarcire damna fidejudenti, l. si fidejussor, C. eod.

I. Si mandato Debitoris fidejussit. II. Si in ejus præsentia. III. Si absens principalis ratificaverit fidejussorem pro ipso factam. IV. Si fidejussio cadat in commodum Debitoris non consentientis: nisi fidejussor Ten. l. Lib. III.

jussit animo donandi, vel debitore contradicente, l. ex mandato, §. 1. l. qui fidem, l. si remunerandi, 6. §. passus, D. mandat.

Ut autem Fidejussor solvens possit progredi adversus principalem debitorem, & successivè adversus Confidejussores, si principalis sit inops. Requiritur, ut à Creditore, cui solvit, cedantur ei actiones adversus debitorem, & Confidejussores, l. si mandatu, 14. l. hæres, 22. l. inter fidejussores, 27. l. cum is, 37. l. ut fidejussor, 40. l. debitori, §. 1. D. de fidejuss.

Potest Fidejussor solvens agere adversus Creditorem, ut cedat dictas actiones, d. l. cum is, 37. d. l. mandatu, 14. l. Modestinus, 77. D. de solut. l. cum aliter, 11. l. sicut eligendi, 21. C. de fid. juss. l. fin. D. rem pupilli solvam fore, & Creditore non cedente, repetit solutum ut indebitum, Glos. in l. 11. D. de fidejuss. Tbus. o. Fidejussor, concl. 306. & v. Cessio jurium, concl. 386.

Fidejussor solvens, cogendo ad cessionem actionum emit, veluti actiones Creditoris, l. fidejussoribus, 19. ibi: Fidejussoribus succurri solet, ut stipulator compellatur ei, qui solidum solvere paratus est, vendere categorarum nomina, l. cum is, 37. ibi: Quodammodo nomen debitoris vendidit. D. de fidejuss. l. mundati, 14. ibi: Nominis redemptione, C. eod. Et sic potest etiam post solutionem, tanquam empiror, cogere Creditorem ad cedendas dictas actiones, Jaf. in l. si res obligata, 57. n. 44. D. de leg. 1. Bart. in l. Modestinus, n. 3. de solut. Contra Menoch. 3. præsumpt. 45. n. 26. Et sic solvitur jus Creditoris, quod transit in Fidejussorem contra Principalem, & Confidejussores.

Et cessio servit, nè Creditor iterum debitum petat: Et ut Fidejussor efficacius possit agere contra Debitorem: Et illo non solvente, contra Confidejussorem, l. debitoris, §. fidejussor, D. de fidejussor. Ubi observanda, sine cessione d. eorum jurium non posse agere contra Confidejussores, l. ut fidejussor, 40. in fin. D. de fidejuss. Nam cum illis nullum habet contractum, vel quasi, l. cum aliter, 11. C. eod.

Nota hic, fidejussorem solventem Fisca creditore, posse coram Judice Fiscali convenire principalem debitorem: quia sunt causæ connexæ, Farinac. in fragm. crimin. part. 1. lit. F. n. 136.

I. E. M. M. A. XX.

An Creditor prius debeat pignus, quam fidejussores excutere?

SI Creditor, ultra pignus, habeat fidejussorem, ultra pignus, habeat fidejussorem, l. inter eos, 52. §. creditor pignus distrahere non cogitur, si fidejussorem simpliciter acceptum, omisso pignore, velit convenire. D. de fid. juss. l. creditor, ubi Bald. & Bart. letiam si, 9. l. commissi, 17. C. eod. Et potest omittere excussionem pignoris, quam incipit, & inveni adversus fidejussores. Ratio omnium est: Nam pignus, & fidejussor, non in fidejussoris, sed creditoris favorem adhibentur, Bald. Oddofred. in d. jurib. Abb. in cap. pervenit, 2. de fidejussor. Et favore suo, prout sibi expediens visum fuerit, pro libito uti potest.

Dices, Prius sunt excutienda bona debitoris, quam fidejussoris. Ergo prius pignus, quam Fidejussor debet conveniri à Creditore. Nam ex bonis debitoris prius, quam ex bonis fidejussoris debet sibi satisfacere.

Fateor difficilem instantiam, ad quam dicas I. currere Jure antiquo, quando licebat, non excusso principali, cogere fidejussorem ad solvendum. II. dicas, excutienda bona, quæ sunt in manu debitoris, prius quam conveniatur Fidejor; non verò bona, quæ sunt in manu ipsius Creditoris: ut est pignus. Et hoc, quia difficilius distrahitur pignus, quam Fidejussor conveniri possit, ob solemnitates juris exigitas in distrahendis pignoribus. Ut enim patet ex dictis, ne quis pignus distrahi inchoat Domino pignoris, & non data aliqua dilatione, quod non verificatur, quando quis vult agere adversus fidejussorem.

Quando tamen conveniatur fidejussor, ei solventi, una cum actionibus, datur pignus à Creditore, l. si solventi cum eligendi, 21. C. de fidejuss. l. creditor, 2. ibi: Debet pignus retineri in eum transferre. l. si creditor, 7. C. eod. l. utitur à debitore.

1084. Sed dicitur sunt actiones fidejussori solvendi à creditore, etiam in- 1085.

1086. Fidejussor, ut Empior, etiam post solutionem, Creditor cogit ad cedendas actiones contra debitorem, & c. Franco. decis. 55. n. 12. Curia de rati. rat. q. 22. n. 8.

1087. Cur cedat actiones? 1088.

1089. Potest conveniri fidejussor, omisso pignore.

1091.

1092. Fidejussor, l. si solventi cum eligendi, 21. C. de fidejuss. l. creditor, 2. ibi: Debet pignus retineri in eum transferre. l. si creditor, 7. C. eod. l. utitur à debitore.

L E M M A XXI.

An sint excutienda bona principalis, priusquam fidejussoris?

1093. Olim Creditor habebat electionem, l. 3. D. de duob. reis, l. non ereffe, 3. l. in re, 5. ibi: Est facultas Creditori bus, relicto reo debendi, eligendi fidejussor, nisi inter contrahentes aliud placitum dicatur. C. de fidejuss.

1094. Hodie prius convenitur principalis, quam fidejussor, Auth. presente, C. de fidejuss. Auth. hoc si debitor. C. de pign. Auth. de fidejussorib. l. si fidejussores, 41. D. de pign. l. si testamento, 50. §. quasitum, v. Itaque nobis, D. hoc tit. Auth. hoc ita, C. de duob. reis, l. 1. C. de conveniend. fidejussor.

Executi- da bona principa- lis. Et nisi ei renunciatum sit, nec sit fidejussor obligatus, ut principalis; excussio opponitur ante contestationem litis: cum sit dilatoria exceptio, l. 2. §. fin. D. de excepti. l. exceptionem, 19. C. de prob. Facch. 3. contr. cap. 52. Griwell. d. cis. 71. n. 3. Beer. decis. 221. n. 16. Guid. Papa decis. 170. Vafq. 1. illustr. cap. 3. n. 7. Sed si post opponatur, etiam ex æquitate admittendam, vult Gaill. 2. observo. 21. n. 3. Suarez thesaur. lit. F. n. 136. Berlic. p. 1. praef. concl. 11. n. 21.

1095. Et si juramento fidejubeat. Cui tamen excussioni juramento fidejubens non censetur renunciassè, cum excussio sit naturalis fidejussioni, d. Auth. presente, Et juramentum sequitur naturam actus, cap. ex parte tua, 13. de cler. non resid. cap. accessorium, 42. de reg. jur. in 6. & notat Ant. Theaur. decis. 47. num. 4. Facch. 3. contr. cap. 15. n. 9. Grammat. conf. 610. 170. n. 4. Dec. in l. fin. D. de reb. credit. Conrà Thuse. lit. h. concl. 404. n. 63. Seraph. de privileg. juram. privi. 33. Abb. in cap. ex rescripto, 9. de jur. jur.

1096. Juramentum enim firmat actum, & servandum juxta actus naturam sine dispendio salutis aeternae: nec habet vim renunciationis, Nam in l. cum pater, 77. §. filius matrem, 23. D. de leg. 2. Mater restituit fideicommissum, non ratione juramenti, sed ut hæres ab intestato. Similiter in cap. ex rescripto, 9. de jur. jur. Fidejussor solvit; sed non in excussio principalis.

L E M M A XXII.

Quando Fidejussor conveniatur ante principalem?

1097. I. Principale inope, vel absente, fidejussor convenitur, Auth. hoc presente, C. de fidejussorib. Auth. hoc ita, C. de duob. reis, l. sed hoc ita, §. fin. D. de re jud. l. 9. tit. 12. part. 5. Guitt. p. 1. de juram. confirm. cap. 23. n. 3. Molin. disp. 545.

Conveni- tur ante- si principa- lis neque- at conve- niri. II. Si notum sit debitorem impotentem solvere. Nam cessat excussionis finis, l. nam is, 6. D. de dol. mal. Et notorium probationibus non eget, arg. l. stipulatus, D. de verb. oblig. l. emptorem, D. de act. empt. l. fin. D. l. cert. pet.

III. Si principalis sit asperus, rixis deditus, & ita proterviat, ut non præsumatur soluturus, Lop. 2. l. 9. tit. 22. part. 5. Molina disp. 445. Lessius 2. de just. cap. 28. dubit. 1. num. 9.

1098. IV. Si fidejussor non opponat excussionem principalis, Bart. in l. 3. §. 1. C. de fidej. Alex. conf. 31. col. 1. lib. 4.

V. Si negavit se fidejussorem, l. si dubitet, 11. §. 1. D. de fidejuss. Muscatell. de fidejuss. p. 2. q. 10. n. 24.

1099. VI. Si pater pro filio fidejubeat, l. 1. ibi: Si non fidei suam obstrinxit. C. de filiis pro patre, Suarez in Thesaur. lit. F. n. 140. Ant. Tessa. dec. 166. n. 5. Muscatell. loc. cit. n. 31.

L E M M A XXIII.

An fidejussoris obligatio possit esse in plus, quam principalis?

Ex §. fidejussor uà, 5.

1100. Nega posse obligari in plus, re, causa, qualitate, tempore, loco, tex. hic, & in l. gracie, 9. §. illud, l. fidejussor, 17. §. qui certo, ubi Bart. l. 71. §. reo, l. bis, qui, 35. l. 39. in fin. l. 43. D. de fidejuss. Quia fidejussio, ut accessoria supponit debitum principale, d. l. 1. §. qui, 35. Ergo deficit, nec est accessoria, deficiente debito principali, l. si Stichum, 39 §. fin. ibi: Non poteris habere fidejussorem obligatum: quia nec Reus est pro quo debeat: Sed nec res ulla, quæ possidet deberi. D. de fidejuss. Deficit enim unum relativum, deficiente altero, & fidejussio est relativa ad debitum principale. Nam fidejussio non sui, sed alterius est fidejussio, l. cum principalis, 125. D. de reg. jur.

Nequit ergo fidejussor se obligare ad plus: ut si principalis ut ad decem, ipse ad undecim, d. l. gracie. Nec causa: puta, si principalis sit ex una: puta, ut hæres; ipse vero ex duplici: puta, & juxta vires hæreditatis, & ultra vires hæreditatis etiam nomine proprio. Nec qualitate: puta, si se obliget pure, cum principalis sit sub conditione, l. 9. §. illud commune, D. de fidejuss. Nec tempore: puta, si obliget se solvere ante tempus, quo tenebatur principalis. Nec loco: ut si obliget se solvere in loco difficiliore cum principali possit in faciliore, l. fidejussor, 17. §. qui certo, D. de fidejuss.

Hinc si electio est Debitoris in alternativis, nequit fidejussor se obligare, ut sit Creditoris, d. l. gracie, 9. §. fin.

L E M M A XXIV.

An possit strictius, non ad plus, se obligare?

1104. Afirmia. Patet I. Quia si principalis est obligatus tantum naturaliter, fidejussor est obligatus civiliter, & naturaliter, l. 7. in fin. l. gracie, 9. §. si quis Stichum, l. hæres, 22. l. Marcellus, 26. ubi Dynus, D. de fidejuss. l. si pupillus, D. de verb. oblig.

II. Potest Fidejussor obligare majora bona, quam principalis obligaverit.

III. Quia Fidejussor se potest obligare ad penam, ad quam principalis non est obligatus, l. sicut reus, 66. D. de fidejuss.

IV. Potest Fidejussor obligare instrumento garantigiato, licet principalis tantum sit obligatus verbaliter.

Dices. Datur obligatio fidejussoris, & non principalis: Ergo falsum est fidejussionem supponere obligationem principalem. Conseq. est bona. Antecedens probatur ex l. cum filius 49. in princ. & l. si pupillus, 127. D. de verb. oblig. ubi est liberatus principalis, defuncta re obligata: pura, mortuo servo, & Fidejussor remanet obligatus. Ergo potest remanere Fidejussor sine principali obligatione. Ergo potest Fidejussor durius, & strictius obligari, quam principalis.

Resp. in d. Juribus rem non perire principali, & cessare ejus obligationem: quia res perit sine ejus mora. Sed, quia res perit ex mora fidejussoris, ut patet ex dictis Juribus, ipse remanet obligatus: & talis fidejussor non ex fidejussione, cum cesset extincto principali, l. si fidejussor, 19. D. de dolo; sed ex mora remanet obligatus. Idque Juris sancito, ut mora suum in sequatur authorem, l. in condemnatione, 173. §. 2. D. de reg. jur. cap. mora, 25. de reg. jur. in 6. Ex quibus ad argumentum, nega antecedens, & ad probationem dicas fidejussorem, non ut fidejussorem; sed ut morosum damnificatorem obligatum remanere, ex legis dispositione. Dowell. in d. l. cum filius, 49.

L E M M A XXV.

An non sit nulla, sed teneat pro aequalitate, fidejussio excedens debitum principalem?

1107. Afirmia valere. I. Quia non vitiat stipulatio, nisi quod ad excessum, in quo premissio in viginti excedit interrogationem in decem, l. 1. §. si stipulanti, D. de verb. oblig. Ergo fidejussio tantum quod ad id, quod excedit principale, corruet. Nam non est major ratio de uno, quam de altero, & ubi est eadem ratio, currit eadem juris dispositio, l. 1. D. de fonte.

II. Mandatum non est nullum in totum, sed in quantum excedit fines mandati, l. si ultra, 22. ibi: Quod ultra mandatum numeratum est, nihil exigi potest. C. de fidejuss. l. pratered, 3. in fin. l. rogatus, 33. D. de supermand. Ergo etiam idem in fidejussione.

III. Idem sancitum est de constituta pecunia, quæ tantum quod ad plus vitiat, l. bastenus, 11. l. 12. D. de constit. pecun. Idem in dote, l. sine generalis, 61. D. de jur. dot.

IV. In donatione, l. sancimus, 34. C. de donat. Ex quo licet.

V. Probare, si fidejussio in totum corrueret, sequeretur etiam corruiere constitutam pecuniam, mandatum, expromissionem, excedentes obligationem principalem. Sequela est absurda. Ergo, & antecedens. Sequela probatur: quia in l. Grece, 9. §. ibi.

1101. Nequit Fidejussor ad plus.

1102.

1103.

1104. Sed potest strictius se obligare.

1105.

Objeccio.

1106. Solutio.

1107.

1108.

Corruunt tantum pro superfluo.

1109.

1110.

licet, D. de fidejuss. dicitur, quemlibet pro alio intercedentem omnimodò non obligari. Sed omnes prædicti intercedunt pro aliis. Ergò eorum obligatio excedens principalem obligationem effectus nulla. Absurditas verò sequelæ constat; quia omnes Expromissores, Constitutarii, Mandatarii remanent obligati pro æqualitate, ac est obligatus principalis, ut patet ex dictis, l. si ultra, 22. C. de fidejuss. d. l. sive generalis 61.

Sicuti ergò isti, ita fidejussor erit obligatus pro rata.

1111.

VI. Probatur. Quia contractus tunc tenet, quando adest voluntas partium se obligans, & non est contra bonos mores: ut patet; at ita est in re nostra. Ergò. Mi. probatur. Quia, qui se obligat ad plus, multò magis, se obligare vult ad minus, l. inter stipulantem, 83. §. diversus, 3. D. de verb. obl. Sed Fidejussor se vult obligare ad plus. Ergò multò fortius ad minus.

1112.

Quæ omnia fundantur in regula: Utile per inutile non vitiari, quando utile disjungi ab inutile potest, cap. utile, 37. de reg. jur. in 6. l. placuit, 29. D. de usur. Et in re nostra, summa major à minori separari potest.

1113.

Fidejussor individua quoad formam.

Nec refert l. fidejussionem esse individuum, & sic non posse pro parte subsistere, & pro parte deficere, l. pro parte, 11. in fin. D. de servit. l. si uà, 31. in fin. D. de oper. libert. Nam hoc probaret, stipulationem etiam in totum corrumpi: cum sit individua, l. 1. §. 1. l. ultimus, 137. D. de verb. oblig. Et tamen quò ad excessum responsionis vitatur, d. l. 1. §. stipulanti, D. de verb. oblig. Ergò concludendum, stipulationem, & fidejussionem esse individuum quò ad formam, quæ nequit pro parte subsistere, non quò ad materiam, si sit divisibilis, l. stipulationes non dividuntur, 71. D. de verb. oblig. Sicut licet etiam intueri in hæredis institutione, quæ indivisibilis quò ad formam solemnem, partitionem recipit quò ad res hæreditarias, tit. D. fam. ercisc.

1114.

Ne quoad materiam

U est re fument h.

II. Non obstat l. Gracè, 9. §. illud, ibi: Placuerit eos omnimodò non obligari. D. de fidejuss. Nam in Omnimodò non obligari. Vel est idem ac in solidum: hoc est, pro tota summa non obligari, prout sumitur in l. cum si h. 11. D. de leg. 1. l. si mihi, 59. in fin. D. de leg. 2. l. voluntate, 10. D. quib. mod. pign. Hunnius resolut. qu. 9. Vel est idem omnimodò, ac omni modo non obligari: hoc est, tam in graviolem, quàm æqualem summam, quæ principalis est obligatus. Nam qui omni modo non obligatur, aliquo modo obligari potest: scilicet quò ad æqualitatem cum principali. Et sicuti qui aliquo modo obligatur, omnimodò non obligatur; ita qui omnimodò non obligatur, aliquo modo obligari potest: vel idem est omnimodò non obligatur, ac non omnimodò obligatur, ut habent Pandectæ Florentinæ, sic etiam negatio postposita habetur, ut in proposita, l. sed et si, 11. §. 1. ad exhib. ubi in Omnibus non sufficere, est idem, ac non omnibus sufficere.

1116.

1117.

Satisfi obiectis.

Et quòd d. l. Gracè, 9. §. illud, D. de fidejuss. nequeas intelligi, ut in fidejussione in duriolem causam, totum debitum, & quælibet ejus pars depereat, patet evidenter. Nam ibi, ut patet, non loquitur tantum de fidejussore: sed de universis, qui pro aliis obligantur, ut sunt Mandatores, Constituentes, Expromittentes. Ergò sicuti isti remanent obligati pro parte, in qua non gravantur supra obligationem principalem: ita etiam Fidejussor obligabitur, juxta mensuram principalis debiti, non in causam duriolem, Coras. in l. 1. §. stipulanti, ubi Alciat. D. de verb. oblig. Gomez. 2. var. cap. 13. nu. 2. Vusq. 1. illustr. cap. 40. nu. 5. Bocer. c. i. §. 2. disp. 16. Alex. 19. Et plures contra Bart. in d. l. Gracè, §. illud, Alex. & Jaf. in d. l. 1. §. si stipulanti, nu. 9. Facchin. 3. contr. cap. 51.

L E M M A XXVI.

An Fidejussio in duriolem causam juramento firmari possit?

1118.

Nega. Nam fidejussio essentialitèr supponit debitum principale. Et sic, quò ad plus effectus donatio, non fidejussio, Gomez. 2. var. cap. 13. nu. 2.

An in leviolem causam possit obligari?

Affirma. tex. hic. l. 15. qui, 35. l. inter c. editorem, 64. l. si à reo, 71. D. de fidejuss. Et sic potest fidejubere pro parte principalis debiti, d. l. Gracè, 9. §. item Julia- nus, l. fidejussores, 10. D. de fidejuss.

Nequit juramentum firmari in causam duriolem.

An Fidejussor possit se obligare in rem diversam à Principali?

Nega. Quando potest reddi similis, l. si ita, 4. ibi: Non obligatur fidejussor: quia in aliam rem, quàm qua credita est, fidejussor obligari non potest. D. de fidejuss. Ratio est obligatio fidejussoria, quæ est in locum principalis. Ergò ei similis, & ejusdem conditionis, l. un. C. de rei ux. act.

1119.

Fidejussor obligatur in rem diversam.

Sed quid dicendum:

Si obligatio principalis sit nulla favore alicujus, ob non servatam formam actus jure requisitam: puta, favore minoris.

Tunc, tenere obligationem fidejussoris, dicunt Parisius consil. 16. num. 110. lib. 2. & Seaccia de appell. qu. 7. rem. 1. cons. 5. nu. 33.

Sed non video, cui tunc, accessoria sit, ut debet esse fidejussio, l. 1. qui, 35. D. de fidej. ibi: Accessoria.

An Fidejussor teneatur ad factum, ad quod teneatur principalis?

Nega. Sed teneatur ad interesse, l. sicut, 65. D. de fidejuss. Mol. disp. 541.

1120.

An Fidejussor sit obligatus, etiam ad debitum principale, si debitor sit in mora?

Affirma. l. 4. l. 52. §. fidejussores, l. si à colono, 59. in fin. D. de fidejuss. l. filius, 49. §. 1. D. de verb. oblig. ubi mora principalis nocet fidejussori.

An teneatur Fidejussor pro usuris decursis post moram principalis debitoris?

Distinguas. Vel se obligavit in omni eventu: Vel simpliciter. Si in omni eventu, & casu, teneatur, l. quæ, 10. §. 4. D. locatis, l. imitio, 5. C. de pass. inter empti. fidejussor, 10. ibi: In usuras quoque obligatus est. C. de fidejuss. l. fidejussores, 69. §. 1. D. eod. Si tantum simpliciter, Fidejussor non teneatur, d. l. fidejussores, 69. §. 1. ibi: Decrevit Imperator fidejussores in usuras non teneri. d. l. fidejussor, 10. d. l. quæ, 10. §. 4. Quibus juribus Fidejussor teneatur ad usuras, si ad illas se obligavit. Ergò non teneatur ad usuras, si ad illas se non obligavit. Nam mora suum debet tenere auctorem, l. quod se mihi, D. de reb. credit. l. si in Asia, 12. in fin. D. de pign. l. mora, 32. §. quid ergò, D. de usur. Debitor autem principalis est in mora solvendi, & Creditor in mora exigendi: non fidejussor. Et sic non debet augeri onus fidejussoris ex mora debitoris, contra licentiam Cupæ, 8. D. de eo, quod certo loco. Vide l. si cum bermes, 7. C. de locato.

1121. Fidejussor se obligans in omni eventu, & casu, teneatur etiam ad usuras, post moram debitoris: nam verò se obligas simpliciter.

Confirmatur. Fidejussor se obligat ad id, quod principalis debet ex contractu in contractu, non ex culpa. Ergò non ad usuras promanantes ex mora. Nam istæ potiùs ex culpa debitoris, quàm ex contractu solvendæ sunt. Antecedens probatur. Quia quilibet præ unitur minus se velle obligare, quam potest. Ergò, nisi expresserit, non præsumitur se obligasse ad usuras ex mora debitoris, l. si pupillus, 127. ibi: Nec Fidejussor ait præter moram pupilli obligatus, D. de verb. obl. Reo enim favendum in dubio, an se obligaverit? l. semper, 9. l. favorabiliores, 168. D. de reg. jur. l. si quando, C. de dilat. l. cum te, C. de condit. ob turp. caus. Et ita docent Duaren. & Darnell. in l. mora, 88. D. de verb. obl. Coras. 2. miscell. c. 12. nu. 3. Hunn. 3. var. tr. §. 9. 3. Ant. Faber, & alii, quos, elegantèr scribens, sequitur D. Scoppa in Scholæ ad contro. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 43. n. 9. qui, alterius, adductis ad rem aliis, illustrat in suis Præfatio- Receptis Explanationibus (quæ ad præsens sub prælo sunt) ad Codicem Fabrianum, lib. 8. tit. 2. §. explanat. 5.

1122.

1123.

1124.

Excipe fidejussores Tutorum, qui, favore pupilli, obligantur ad usuras, etiam post moram debitoris principalis, l. si postea, 10. D. de rem pupilli sal. for. l. etiam, 3. l. 49. l. si cum, 5. l. penult. D. de fidejuss. tut. Nisi velis dicere, ipsos ad omnem causam ex tutela se obligare. Ut etiam est in fidejussore, pro Conductore publicorum vectigalium, favore publico, qui obligatur ad omnem causam, l. 2. §. penult. D. de adm. rerum ad Cuius. pertinent.

1125. Fidejussor Tutoris tenetur ad usuras, etiam post moram principalis.

1126. Ex quo solvuntur test. in oppositum in l. mora, 38. D. de verb. obl. ibi: Mora res fidejussori quoque nocet. l. si quis solutionis, 24. §. 1. D. de usur. Intelligendi enim sunt de fidejussore in omnem causam, & in ordine ad perpetuationem actionis, d. l. 91. §. videamus, D. de verb. obl. l. si a colono, 58. §. 1. D. de fidejuss. Ita ut ex mora debitoris, etiam deposita re, pro qua quis fidejussit, adhuc remaneat fidejussor obligatus ad summam principalem.

L E M M A XXVII.

An quis possit fidejuberere pro ignorante?

1127.

Ignorantis enim cessat mandatum: & sic actio mandati. Contradictione vero principali, cessat actio negotiorum gestorum.

Affirma, l. fidejuberere pro alio potest quis, etiam si ignoret, 31. D. de fidejuss. & tunc habet fidejussorem negotiorum gestorum contra debitorem, Harp. bis §. 6. nu. 4. Si debitor contradicat, fidejussio non tenet: nam, non haberet fidejussor regressum tunc adversus debitorem actione mandati, vel negotiorum gestorum, l. si pro te, 40. l. remunerandi, §. passus, D. mandati, l. fin. C. de neg. gest.

An sit obligatus Fidejussor, qui ante protestatus est, nolite se obligari?

Si protestatio est notificata parti, non est obligatus, Bart. in l. non solum morte, D. de novi operis nunc. nu. 23. ubi Alexand. nu. 31.

Si parrem lateat protestatio, in foro interno deest obligatio: Nam deest consensus; & in foro externo, cessat etiam, si metu compulsus, quis fidejubeat, l. metum, l. i. D. quod metus causis. Ceterum, ne detur ansa fraudibus, protestatio debet parti intimari, secus, quilibet possit protestari occulte, & partes decipere, l. fidejussor, l. a. 1. D. de fidejussor. l. vero procuratori, D. de solut. l. cum plures, §. locator, D. locat. Gomez. 2. var. tit. de solut.

An sit dandus alius fidejussor, si datus reddatur inidoneus?

1129.

Inidoneo fidejussore dato a lege datur alius.

Distinguas: vel est datus a lege, & habet tractum successivum; Ut est Tutor, Negotiorum gestor, Universitatis Administrator: & tunc debet dari alius idoneus, rej. & non idoneo, l. si arbitrio, §. fin. D. qui satisd. cogant. ubi Bar. & Bald. l. si is, a quo, & l. sequentore dato a lege, fin. D. ut in poss. §. legator.

Si vero sit datus pro contractu singulari; non tenetur dare alium idoneum: sicuti non teneretur dare novam, destructo antiquo pignore, l. pupilli, §. soror, D. sol. matr. l. si nomen, D. de heredit. & act. vend. Bart. in §. 3. D. de fidejuss. Imol. in l. quoties, D. qui satisd. cog.

1130.

L E M M A XXVIII.

An Fidejussor teneatur, etiam si res debita pereat ex mora debitoris principalis?

1131.

Affirma, l. si servum, 92. §. nunc videamus, l. cum situs, 49. §. 1. D. de verb. obl. l. si a colono, 58. D. de verb. obl.

An fidejussor possit agere contra debitorem, ut liberetur a fidejussione?

1132.

Nega, l. Lucius Titius, 38. l. fidejussor, 51. l. si mandavero, 22. D. mand. l. si pro ea, 11. C. eod. ubi Bar. Bald. Salys. l. fidejussor, 46. D. de fidejuss. Nam fidejussio est contractus, a quo nemo potest recedere, invita compare, l. 1. D. de donat.

Causa, in quibus liberationem petere potest.

Sunt illi, de quibus d. l. Lucius Titius, 38. D. mand. l. si pro ea, 10. C. eod. c. ult. de fidejussor. Et sunt.

1133.

Cessat fidejussio mora.

I. Si effluerit longum tempus, d. l. Lucius Titius, 38. c. fin. De fidejuss. Intelligas, si tempus cessit, ac venit, c. cum quod fidejuss. Cavaler. dec. 320. num. 1. Nam tunc esset gravis obligatio, Mol. disp. 546. §. primus autem. Tempus longum censetur annus, secundum Mentalv. vel decennium secundum Glos. in l. si cum fideicommissio, 16. §. Aristo, v. Decennium, D. qui, & a quibus manu liber. Donell. 13. comm. c. 13. vel est arbitrium, secundum Gomez l. c. nu. 10. Onnate l. c. disp. 53. nu. 171. Mantica lib. 16. tit. 20. nu. 2. Cavaler. l. c. Gabriel. a S. Vincent. l. c. num. 170. ex l. 2. §. fin. D. de jur. delib.

1134.

Lapsu temporis.

II. Lapsu temporis praefixi obligationis solvendae, quo elapso, cessat fidejussio, l. si pro ea, 10. C. mandati Bart. in l. si fidejussor, D. de fidejuss.

Idque etiam dicat, si conventum sit, ut fidejussor agere possit pro liberatione ante moram, l. si pro ea, 10. Cod. mandati. Nam contractus a conventione legem accipiunt, l. 1. §. si convenis, D. de positi, l. contractus, 32. D. de reg. jur.

1135.

Solutioe.

III. Si, adhibitis legitimis defensionibus, fidejussor sit condemnatus, ut solvat, tunc, si solvat, liberatur. Et potest agere antequam solvat contra debitorem, ut luat crediteri, d. l. Lucius Titius, 38. c. fin. de fidejussor. l. in commodato, §. sicut D. commod. Suar. in l. post judicatum, D. de re jud. Donell. lib. 13. c. 13. Menoch. de arb. casu 41. nu. 17. Mantica de tac. lib. 16. tit. 22. nu. 8.

1136.

Fidejussor a creditore vinculis ad distus agit, ut liberetur contra debitorem lidemque, 10. §. fidejussores. l. 33. l. 53. D. mand. ne officio dānificetur, l. absentia, 140. D. de reg. jur.

IV. Si Debitor principalis dilapidet, prodigat, bona sua, fidejussor agit, ut liberetur, l. Lucius, 38. D. mandati, l. si pro ea, 10. C. eod. Suar. recept. lit. F. num. 143. Nam, si tunc potest creditor principalis, etiam fidejussor agere poterit, saltē pro sequestro bonorum arg. l. pupillus, 24. D. quae in fraud. cred.

V. Si Fidejussor deponat debitum, l. qui mutuum, 6. D. mand. fidejussor, 65. D. de fidejuss. ubi tunc illico potest agere contra Debitorem principalem actione mandati.

VI. Si longum iter arripit, vel paret se ad iter: tunc enim agit fidejussor, ut fidejussio tollatur, l. aut longa, 23. D. de procurat. l. licet, 15. D. de elect. arb. Idem est si fidejussor ex causa necessaria: puta, studiorum velit abesse, l. si longius, 18. D. de judic. Holgn. in Auth. habita, Cod. ne filius pro patre, Rebuff. de privil. scholarium, privil. 127. Mantica l. c. tit. 22. nu. 31.

VII. Si oriatur inimicitia inter debitorem, & Fidejussorem, vel Creditorem. Nam inimicitia gravis tollit etiam donationes, & si praevidisset, non se obligasset. Et currit timor, ne fidejussor damnificetur opera debitoris: quia de in unico omne malum praesumitur. Et licet merito potest sibi prospicere fidejussor, arg. l. si pro ea, 10. C. mand. ubi ob talem timorem praevinit fidejussor contra debitorem dilapidantem bona, Lopez l. 14. tit. 12. part. 5. Cardosus in prax. v. Fidejussor, nu. 21. Peregra de potest. el. §. 3. nu. 31. Surd. de aliment. tit. 1. q. 45. nu. 73. Ron. in l. facere posse, 25. D. sol. matr. Gratian. dec. 133. num. 18. Et idem dicas, si principalis debitor sit rixosus, Lopez l. c. tit. 10. p. 5. Menchac. illustr. cap. 33. nu. 21.

1137.

1138.

Inimicitia

VIII. Semper hac solvit, sive Delegatione, l. inter causas, 26. §. abesse, D. mand. sive Compensatione cum Creditore, l. si quid, 5. D. de compensat. sive Acceptilatione plena ad favorem Fidejussoris, qui agit adversus debitorem ita, ac solverit, l. idemque, 10. §. fin. D. mand.

1139.

L E M M A XXIX.

Quot modis finatur fidejussio?

Ex §. Fidejussor non tantum, 2.

1140.

Certum est, mortuo fidejussore ejus obligationem transire ad heredem, text. bic, & in l. si, in fin. D. de fidejuss. l. fidejussores, C. eod.

1140.

Confusione.

Perit tamen fidejussio. I. Confusione: ut si fidejussor succedat principali debitori: tunc enim major obligatio minorem absorbet, l. cum quis tibi, §. si pro te, D. de solut. l. generaliter, 75. D. de fidejuss. ibi: Julianus ait, cum, qui haeres extitit ei, pro quo intervenit, liberari ex causa accessionis, & solummodo, quasi haeredem rei teneri.

Cessat fidejussio.

Si fidejussor sit haeres debitoris.

II. Perit si Fidejussor sit haeres Creditoris. Et hoc, ne sit creditor sui ipsius.

Creditoris

III. Si Debitor succedat Fidejussori, extinguitur fidejussio, & remanet principalis debitor obligatus. Et hoc, ne idem sit principalis, & fidejussor. Et quia major tollit minorem obligationem, l. si petitor, 8. D. judicatum solvi; cum aliis Juribus, quae D. Nicolaus Vincentius Scoppa, hujus aevi J. C. maxime gravis nuper allegat in suis Practico-Receptis Exploracionibus (quae nunc typis, ut publica luce fruatur, datae sunt) ad Codicem Fabricianum, lib. 1. tit. 3. de Episc. & Cleric. explanat. 13. n. 2.

Aut fidejussori succedat.

IV. Si Debitor succedat Creditori, vel Creditor Debitorem extinguitur fidejussio. Nam extinguitur debitum principale: cum haeres teneatur solvere debita defuncti. Unde Creditor esset creditor, & debitor, quod nequit esse, L. Uranus, 71. D. de fid. juss.

1141.

V. Tollitur fidejussio, si Creditor sit haeres fidejussoris,

iusoris, ne sit sui ipsius fideiusor; Manet tamen obligatio principalis, licuti maneret fideiusore deperunte.

1142. VI. Tollitur fideiussio solutione debiti, l.in omnibus, D.de sol. l.cum quarebatur, D.judic. solvi. Si tamen duos haberet fideiussores, posset debitor pro parte solvere, & unum liberare, l.in his verbis, §. si duos, D. de solut.

1143. VII. Exspirat acceptilatione, seu condonatione debiti facta a Creditore, §. 2. Inst. quib. modis tollitur obligatio, l. quarebatur, 12. D. iudic. solvi.

1144. VIII. Finitur prorogatione termini: scilicet, Creditor proroget terminum Reo debendi, sive voluntate fideiussoris, l. si cum hermes, 7. C. locat. l. labeo, in fin. D. de arbitris, l. novatione, D. de fideiuss. Speculator. tit. Prorogatio de fideiuss. §. 1. & alii, quos sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 119. nu. 23. Nam se obligavit, prout res acta est. Ergo, si taxatum est tempus, ultra illud non tenetur, arg. l. qui hoc anno, 42. D. de verb. oblig. Effet tunc Creditor in mora petendi, quæ fideiussori præiudicare nequit. Inteligas, si tempus contractui adiectum fuit causa obligationis finiendæ, Facchin. 2. contr. v. c. 33. Coter. dec. 30. nu. 2.

1145. IX. Finitur delegatione, & novatione debiti principalis, d. l. si cum hermes, 7. Nam tunc cessat obligatio principalis, pro qua fideiussor intercessit, l. 4. l. ubi cumque, 60. D. de fideiuss. Cuncer. var. p. 1. cap. 14. nu. 67. & alii multi, cum quibus sic probat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 119. nu. 23. & seq. qui n. 23. affirmat procedere etiam si Creditor protestatus fuerit dicendo: Exira innovationem, & priorum fideiussorum præiudicium.

1146. X. Expirat legitima præscriptione debiti a principali facta, l. sicut in rem, l. omnes, C. de præscrip. 30. vel 40. l. 2. C. de constit. pecun.

1147. XI. Consensu partium, Mol. disp. 546. XII. Sententia iudicis diffinitiva, decidens nullam esse fideiussionem.

1148. XIII. Exceptione. Nam, quæ competit principali, etiam competit fideiussori, l. cum lex, 47. l. si testamento, 50. in princ. l. 69. in fin. D. de fideiuss. l. omnes, D. de except. l. defensionis, C. de except.

Nisi sit exceptio, ad quam excludendam, fideiussor adhibitus fuit: ut exceptio cessionis bonorum, inopia, &c. l. ex persona, D. de fideiuss. l. fin. D. de pact.

1149. L E M M A XXXI. De actione, quæ datur Fideiussori adversus Debitorem.

Ex §. si quid, 6.

1148. EX dictis patet, dari duplicem actionem. I. Mandati. II. Negotiorum gestorum. Mandati si principalis mandat, aut ratificet, vel non dissentiat. Nam censetur mandare, qui potens dissentire, non dissentit, l. indebitum, 47. D. de condic. indeb. l. semper, l. si non prohibet pro se intervenire, mandare creditur, 61. D. de reg. iur. l. qui petitur, 18. l. qui fidem, 53. D. mand.

Negotiorum gestorum actio datur, si principalis sit absens, vel ignorans, l. 2. D. de neg. gest. Mandati enim actio ibi cessat, deficiente mandato, l. Pomponius, D. de neg. gest. l. ex mandato, 20. §. 1. D. mand.

1149. Quæ actiones dantur etiam pro damnis, & interesse, si fideiussor solvit, l. si quis, 27. §. impedit, D. mand. l. fideiussor, 6. C. eod.

1150. Non tamen datur contra Debitorem, pro quo reluctantante, ac invito, quis fideiussit, l. si pro te, 40. D. mand. Sic habet actiones solventi cessas.

DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

T I T. XXII.

1150. Hæc est tertia obligationum species, quæ sine literis: hoc est, sine scriptura evanescit. Et hæc species multiplex est I. Literarum obligatio dicitur, si quis scriptura fateatur, se recepisse, quod non recipit, tex. hic, Salyc. in l. generaliter, Cod. de non num. pecun.

L E M M A I.

Quando possit opponi Exceptio non numeratæ pecuniæ?

1151. C ontra talem scripturam juratam potest opponi Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium continuum, l. in contractibus, 14. §. sed quomodo, l. si intra, 3. in fin. l. si quasi, 7. C. de non num. pec. Et tunc onus probandi transfertur in illum, quæ pecuniæ dicitur, pecuniam numeratam esse, Cyn. in l. si ex, n. 1. potest 3. l. 10. C. de non num. pecun. Carav. ritu 166. nu. 47. opponi con & Nos in hoc loco, inter alios, laudat, & sequitur tra omnem D. Nicolaus Vincencius Scoppa, olim meus discipulus, scripturam ad decis. Gratian. observ. 164 nu. 3. * Et probata numeratione pecuniæ; Debitor negans punitur in duplum, Auth. contra, C. de non num. pec. Nuell. 18. cap. 8.

1152. Si quis fateatur, se biennio ante accepisse pecuniam mutuum: an habeat biennium ad illam opponendam post datam in scriptura?

Affirma, arg. l. si mulier, 22. C. ad Vell. Nam secus daretur absa fraudibus, & Creditoribus id extorquentibus a Debitoribus compulsis spe, & necessitate instantis numerationis, Gomez. 2. var. c. 6. nu. 4. Facch. 2. contr. v. c. 83. Cyn. in l. generaliter, 13. oppos. 1. C. de non num. pec. Contra Salyc. in d. l. generaliter, 13. G. of. 21. l. in contractibus, 14. C. de non num. pec.

1153. Cum quo rectè stat, carere exceptione non numeratæ pecuniæ, qui fateatur se debitorem ex alia causa, quam ex mutuo, & dote, laudaverunt, l. generaliter, 13. C. cit. tit.

L E M M A II.

An Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi possit lapsò biennio, si Debitor velit probare, pecuniam ei non esse numeratam?

1154. C Errum est, durare per 30. annos per viam actionis, ex conditione causæ data, causa non si quata, quali scriptura sit ex causa finali, ut pecunia numeretur, & pecunia non fuit numerata, l. si quasi, 7. ibi: Per conditionem obligationem repetere, & si actor non petat. C. de non numer. pecun. Nam personalis triginta annis durat, l. 2. ibi: In quocumque casu. C. de const. pecun. l. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.

1155. Si verò per viam exceptionis, fateor, etiam post biennium opponi, dummodo clarè probetur ab opponente, * ut etiam, Nos hic laudando, probat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 164. nu. 4. * Ratio est: quia Lex civilis præsumit pecuniam solutam intra biennium: quia præsumit Debitorem intra biennium: repetiisse schedulam, si non obtinuit pecuniam. Ergo, si clarè vult probare, pecuniam nunquam a se receptam, cessat præsumptio, & audiendus est: Nam, qui vult iustitiam, & veritatem clarè manifestare, audiendus est. Sed hic vult iustitiam, & veritatem pecuniæ non acceptæ clarè manifestare. Ergo audiendus est, Minor supponitur, Major patet. Quia lex, & Judex iustitiæ jura tventur, l. luitas, 6. D. de off. Præs. Ergo debent repellere iniustitiam, & admittere probationes veritatis; nè quis cogatur solvere indebitum: & sicuti lex non potest facere, ut pecunia non soluta, sit soluta lapsu temporis, l. obligationum, 44. §. 1. D. de obl. & act. ita nec exceptionem non numeratæ pecuniæ denegare.

1156. Confirmatur I. Quia etiam quando omnis reiicitur exceptio, admittitur illa, quæ illicò, & statim probatur. Ergo licet transacto biennio reiiciatur exceptio non numeratæ pecuniæ, l. si intra, 8. in fin. Cod. de non num. pec. adhuc debet admitti, si illicò, probetur.

1157. Confirmatur II. Quia lex, quæ intra biennium, exceptionem admittit, tollit onus probandi Debitori, l. si ex cautione, 3. in fin. C. de non num. pecun. Nulla autem lex negat proponi posse post exceptionem, & probari.

1158. Confirmatur III. Contra cæteras scripturas, & confessiones semper possunt opponi exceptiones substantiales. Ergo etiam exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ substantialis est, perpetuò opponi potest.

1159. Per viam actionis, etiam post biennium, si illam probet opponens.

1160. Lex præsumit post biennium debitum solutum, nec solum in iustitia, Statibus, 1. for. c. 186 nu. 23. Pertra. ritu 168. nu. 4. in fin.

1161. Nulla reiicitur exceptio, quæ illicò probatur. Ritu 166. ubi Carav. nu. 46. ex l. si, à quo, D. ut in poss. leg. potest.

1158. poterit, etiam ex quovis alio contractu, arg. l. qui pecuniam, 30. D. de reb. cred. Gallupp. p. 2. prax. cap. 11. num. 5. Add. ad Aff. dec. 402. num. 12. post Accurf. in d. l. contractibus. 14. C. de non num. pecun. Bart. & Salycia d. l. si ex cautione, 3. Alex. cons. 168. col. penult. lib. 1. Ant. Fabris suo Cod. tit. de non num. pec. def. 1. num. 5. Contra Costam in d. l. si ex cautione, 3. Facob. 2. controv. cap. 31. Humu. 3. var. tracl. 6. q. 2. Harppref. hic num. 13.

1159. Iices. Taxatum est tempus biennii ad opponendas exceptiones, l. si intra, 8. l. in contractibus, 12. §. super. C. de non num. pec. Ergo post biennium nequit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Resp. Dist. antecedens: Taxatum est tempus ad opponendas dictas exceptiones absque onere probandi, concedo: cum onere probandi, nego antecedens, cum sua conseq.

1160. Replacabis II. cum Harppref. d. num. 18. Qui tenetur solvere non habet exceptiones. Sed post biennium quis tenetur solvere, tex. hic, & in l. 8. Cod. de non num. pecun. Ergo non habet exceptionem elapso biennio.

1161. Resp. Dist. mai. Qui tenetur solvere verè, & de rigore iustitiæ. Concedo mai. Qui tenetur solvere Juris præsumptione. Nego mai. Sed dist. Min. Post biennium tenetur solvere, Juris præsumptione. Concedo. Verè, & secundum iustitiam. Nego Min. cum sua conseq. Nam, qui non accepit secundum veritatem, non tenetur restituere, licet jus præsummat accepisse, & sic præsumit teneri ad solutionem.

1162. Instat III. Harppref. num. 19. Exceptio non numeratæ pecuniæ nequit probari. Ergo nequit Debitor se obligare ad probandam pecuniam ei non fuisse numeratam. Anteced. patet ex l. si severatio, 10. C. de non num. pec. & l. actor, 23. C. de probat.

1163. Resp. Negativam vagam non posse probari, d. l. 10. & l. actor. At posse probari co. statam tempore. Petit enim Debitor, ut Creditor dicat, quo tempore, & cui, & quam pecuniam numeravit. Et tunc Debitor probabit, tali tempore, & personæ pecuniam non numeratam, ex absentia personæ, defectu pecuniæ, ex coexistentia in alio loco, &c.

1164. Infurgens IV. post biennium Debitor omnino solvere compellitur, l. si intra, 8. in fin. Cod. de non num. pec. Ergo nequit opponere exceptionem. Secus non omnino compelleretur. Resp. Ex dictis compelli omnino Juris præsumptione, qua omnino debitor præsumitur. Quæ præsumptio veritati cedit, si probet clarè, se non esse debitorem.

L E M M A III.

Quando Exceptio ista biennialis perpetuatur?

Resp. Perpetuari, si intra biennium opposita sit, l. si intra, 8. C. cit. tit. & Nos in hoc loco sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 164. n. 6. In quo contractu currat Exceptio non numeratæ pecuniæ.

Hæc exceptio tantum in Mutuo, & Dote locum habet, d. l. si ex cautione, & durat prædicto tempore, d. l. adversus, 5. l. penult. Cod. de non num. pec. Mascard. de probat. cons. 695. num. 39. Facile enim in istis contractibus, quis scribit recepisse, quod non recepit, amore, vel spe mutui affectus: ut scilicet, sic alius facilius mutuum det, vel matrimonium ineat.

Sed in alio quovis debito ex contractu tantum potest opponi intra 30. dies. scil. instrumentum confessionis debiti fuisse factum, sub spe futuræ numerationis, l. in contractibus, 14. §. super ceteris, Cod. de non num. pec. Aff. dec. 105. nu. 2. & alii, quos sequatur D. Scoppa, non preteriens Nos etiam hoc in loco commendare, ad decis. Gratian. observ. 164. n. 2. An, contra confessionem debiti factam in iudicio, detur dicta Exceptio?

1166. Nega. Nam non censetur coram Iudice mentiris. Et si ex talis confessio non sit spe futuræ numerationis: exceptio in sed vi probetur debitum, Aff. dec. 107. Cætero confessione dec. Pedem. 34. Gayll. loc. cit. num. 11. An dicta Exceptio possit opponi contra quamlibet scripturam? Affirma. Et sic, contra privatam scripturam, vel

subscriptam à Debitore, l. 1. 2. 3. Cod. de non num. pec. l. 1. cut, 8. §. non videtur, D. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. l. si per epistolam, 10. D. de acq. vel omitt. hered. & etiam contra instrumentum guarantigatum, l. 3. ubi Costa fall. 12. l. An. C. de non num. pec. Jason in l. qui pecuniam, 30. D. si cert. pet. Excipias confessionem debiti in testamento factam: quia nequit fieri spe futuræ numerationis à moriente, l. Lucius, 88. §. quisquis, D. de leg. 2. Costa in l. si ex cautione, 3. fall. 11. C. de non num. pecun.

Sed 30. dies dantur etiam Creditori; qui, non recepto credito, Debitori quietantiam tradidit, d. l. in contractibus, 14. §. super ceteris. Non enim Creditor facile dicit recepisse, si non recepit, Harpp. hic nu. 17. Cui detur talis Exceptio?

I. Datur Debitori, & ejus hæredi pro residuo, durante biennio, l. si intra, 8. C. de non num. pec. Et currit etiam in pupillo, d. l. si intra, in fin. Licet restituatur in integrum, si non opponat dictam exceptionem, l. un. C. si adversus usucap. Caidas in l. Curatorem, verb. Facilitate, nu. 48. C. de in integr. rest.

II. Conceditur etiam Mandatori, & Fidejussori, l. tam mandatori, 12. C. de non num. pec. & datur adversus Creditorem, ejusque hæredem, l. si intra, 8. C. cit. tit.

Quando possit Exceptio ista opponi?

Resp. Etiam lite contestata. Nam est peremptoria, l. præscriptionem, 3. C. de except. l. peremptorias, 2. C. sententia non possit.

An huic Exceptioni possit renunciari?

Nega. Nam daret ansam ad delinquendum: & Creditor tutius non solveret pecuniam promissam: & Debitor renunciaret eadem spe numerationis, qua debitor se fatetur, arg. l. si mulier, 22. Cod. ad Vell. Et sic nequit juramento firmari, quod non est vinculum iniquitatis, & corrueret cum tali pacto nullo, l. si unus, 27. §. illud, D. de post. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 695. Contra Humu. 3. var. n. 6. q. 3. Et valere renunciationem juramento vallatam, ait Bart. in l. fin. C. de non num. pec.

Qua pena puniatur negans debitum, vel scripturam à se contestatam, si de solvitate convingatur?

Resp. Puniri in duplum, & in duplo continetur simplicium debitum, Auth. contra, C. cit. tit. ubi Gio. v. in duplum.

Quando nequeat opponi dicta Exceptio?

I. Si Tabellio in publico instrumento scribat pecuniam numeratam coram se, & testibus, Mol. som. di. 2. disp. 302. Abbas in c. cum P. nu. 11. de fide instrum. & D. Scoppa qui Nos in hoc loco laudat, ad decis. Gratian. observ. 164. nu. 11.

II. Si agnoscat Debitor scripturam, & partem debiti solvat, l. cum fidem, 4. Cod. de non num. pec. Sed pro reliquo opponere potest exceptionem non numeratæ pecuniæ, l. minorum, 2. C. cit. tit.

III. Confessio debiti facta post confectum instrumentum, quæ dicitur geminata, l. frustri, 6. l. in contribus, 14. §. sed quoniam, Cod. cit. tit. Cyn. in l. cum fidem, 4. in fin. C. cit. tit. Aff. dec. 119. in fin. & D. Scoppa, qui dat alios, inter quos etiam Nos commendat, ad dec. Gratian. observ. 164. nu. 12. Contra Fel. in cap. si cautio, 14. num. 56. de fide instrum.

IV. Nequit illam opponere Tutor, Curator, qui fatetur se mutuum accepisse à pupillo, minore. Nam non præsumitur confessio spe futuræ numerationis: cum confessio Tutor sibi satisfacere potuerit, Jason in l. singularia, 15. nu. 21. D. de reb. cred. ubi Dec. nu. 21. facit l. quoriam, 9. §. non solum, D. de adm. & peric. tut.

DE APOCHA BANCHI:

Species est Apocha banchalis, quæ in Regno facta recognitione, vel citato debitore, habet paratam executionem, Pragm. 64. §. item volemo, 6. de Offic. Procur. Casaris, Mousonus de caus. execut. q. 5. nu. 36. 37. nec Debitor auditur, nisi in vinculis, vel facto deposito, d. Prag. 64. Franch. dec. 502. Tappia ad cit. Pragm. 64. de offic. Procur. Casar. Et hoc, licet apocha sit scripta ab alio ex voluntate debi-

debitoris, tribus vallata testibus, qui recognoscen-
tes scripturam dicunt, subscriptionem esse pro-
priam.

175. Negans apocham banchi, vel literas cambii, con-
victus, tenetur ad decimam debiti, in illis contenti,
& negans apocham privatam convictus tenetur ad
vigesimalam, ex Prag. *Constit. Olivares* 1598.

Apocha banchi facta à minore cum consensu Cu-
ratoris, non habet executionem paratam vigore
Ritus, & Pragm. *Rov. prap. 63 §. in primis, n. 36. de offi-
Proc. Cur. Cesar. Thor. in supplem. comprehendit, v. Apoche
subscripta.*

Confessus autem debitum in recognitione Apo-
chæ, illam acceptando, aliquid non liquidum oppo-
nens non auditur, nisi in vinculis, vel facta depositio,
d. *Pragm. 64 §. 6.*

Idquæ non solum in confessione clara, vera, sed
etiam in confessione ficta habita ex contumacia De-
bitoris citati ter personalitèr, vel domi solitèr ha-
bitationis, si se abscondat, vel alitèr nequeat inve-
niri, *Franch. loc. cit. n. 2. Thor. v. carceratus pro debito
p. 3. ubi per Curiam recognita scriptura per Testes
contra contumacem debitorem, non fuit auditus
Debitor, nisi in vinculis, vel facta depositio, Hodier-
na contro. 39. n. 3. Rocc. lib. 1. resp. 29. n. 5. ubi Debitor
in mora, & fortius contumax, etiam ad interesse
tenetur, Mauson. de caus. execut. q. 5. n. 46. ibi: Si debi-
tor renuerit recognoscere, interposito decreto, quòd ha-
beat pro recognita, tenetur debitor depositum facere,
alitèr relaxari debent litteræ executoriales realitèr, &
personalitèr. Novar. lib. 1. forens. q. 70. Gutt. lib. 1. pratt.
q. 122. & alii plures, quos sequitur D. Scoppa ad de-
cis. Gratian. observ. 171. n. 9. & rursus in annotat. ad
Sarn. in prax. civil. p. 1. §. 28. n. 14.*

Idquæ inè melior sit conditio contumacis, quàm
debitoris non contumacis. II. quia, nec contumax
auditur, nisi purgata contumacia; qua purgata, ha-
bens liquidam exceptionem solutionis, illam oppo-
nit, sed illiquidam non opponit, nisi in vinculis, vel
facto depositio. Si verò nolit purgare contumaciam,
tunc non debet ex culpa, & ipretu Judicis relevari,
ut hic contingit.

An Carceratus vi apochæ banchalis recognita, excarcera-
tus præstia cautione ob supervenientes ferias,
possit audiri absque eo, quòd faciat de-
positum, nec reducat ad pri-
ores Carceres.

176. Casus contingit Neapoli in persona Octavii de
Marinis carcerati ad instantiam Monasterii S. Fran-
cisci Monialium, vigore apochæ banchalis; Et super-
venientibus feriis generalibus quatuor mensium,
excarcerati ex decreto Regi Collateralis Consilii
decernentis, ut Octavius gaudeat privilegio generalis
feriarum, præstia cautione in forma. Qua præstia,
fuit excarceratus. Et dictus Octavius volens sine
deposito probare exceptionem non numeratæ pec-
uniæ. Pars adversa opponebat, non posse audiri,
nisi in vinculis, vel facta depositio.

Sed affirmata excarceratum sub fidejussione, pos-
se audiri sine depositio. Ita decisum in prædicta causa
à Delegato Monasterii D. Fulvio Caracciolo. Et in
simili causa etiam decisum in Aula Judicis Messinæ,
Judice D. Michaelè Vargas, ubi fuit decisum, quòd
audiatur excarceratus præstia cautione, quia etiam
fuerat carceratus virtute apochæ banchalis.

Patet. Quia Pragmatica non requirit copulativè, ut
quis dici-
tur, qui
sint sub fidejussione.
sit carceratus, & faciat depositum; sed alternativè, in
vinculis, vel facta depositio. Et excarceratus sub fide-
jussione adhuc detinetur, licèt mutatis vinculis, du-
rante fidejussione, ut firmat *Novar. forens. quest. 138.
part. 1. n. 5. 6. 7. & 8. ibi: De quo quippè mirandum non
est: siquidem dicitur Carceratus, non solum clavibus,
& clausura detentus; sed etiam qui ad sui libitum dis-
cedere nequit: ut est, qui stat sub fidejussione. De Ma-
rinis alleg. 98. n. 7. som. 3. & alii plerique, cum quibus
probat D. Scoppa in Annot. ad Sarn. in prax. crim. p. 1.
pap. 5. num. 3.*

DE OBLIGATIONE PENES ACTA.

III. Species est Obligatio penes acta, quæ habet
paratam executionem, l. eum pro quo, ubi
*Alex. D. de in jus voc. Afflic. decis. 387. n. 1. Franch. de-
cis. 118. n. 7. & Petra ad Rit. M. C. V. 128. n. 1. quem
sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 116. n. 19.
& in Annot. ad Sarn. in prax. civil. p. 1. §. 31. n. 3.* Sed
obligatus debet se subscribere, præsentibus duobus
testibus cognoscens obligationem: & si obligatus
ignoret scribere, subscribit Actuarius. Nec alitèr
potest ista obligatio fieri sub pœna duc. 1000. solven-
dorum Actuario ad utilitatem Fisci; ultrà interesse
partis, ex Prag. anno 1603. apud *Gualder. in pratt. in-
strum. p. 1. gl. C. uret credit. n. 38.*

1177.
Obligatio
penes acta
habet pa-
ratam ex-
ecutio-
nem.

Intelligas, si obligatio excedat 50. aureos. Nam si
deficiat à dicta summa, sufficit sola subscriptio
principalis: & eo ignorante scribere, Actuarius
scribit pro ipso.

Neapoli in obligatione penes acta non præmittit-
tur citatio, *Franchis decis. 118. n. 9.* & alii multi,
cum quibus inquit, & illustrat *D. Scoppa ad Sarn. d.
§. 31. n. 3. & seq.* Nam est veluti confessio judicialis,
& contra confessum fit executio, l. 1. C. de confessis,
Franchis dec. 200. n. 22. Confessio enim plenè probat,
Mascard. de probat. in prax. q. 3. Indignum namque
est proprio resistere testimonio, l. ab Anastasio, v. Si
quis, l. per diversus, v. Ita tamen, ubi *Bart. Butr. An-
gel. & Salyc. C. mand. Tirag. de retract. §. 1. gl. 18. n. 35.
Corn. conf. 448. n. 7.*

1178.

DE SCRIPTURIS ARCHIVII.

IV. Species est in Scripturis ex Archivio deda-
tis, dummodò de probat. Felix in cap. ad au-
dientiam, n. 13. v. Prima conclusio, de præscript. Afflic.
decis. 303. Et Custodes debent esse authentici, *Innoc.
in cap. de probat.*

1179.

Scripturæ istæ plenè probant, & pars est citanda,
si, quæ extrahuntur, pertineant ad tertium, *Rom.
confil. 319. ex Auth. ad hæc, C. de fide instr. Verall. de-
cis. 33. n. 10. p. 2.*

Debent etiam Archivistæ fidem facere, scriptu-
ram esse desumptam ex Archivio, & originale con-
servari, & fuisse repositum à persona non suspecta,
*Natta conf. 672. n. 3. vol. 4. Mascard. de probat. concl. 111.
n. 9. vol. 1. Afflic. dec. 303. in fin. Verall. dec. 41. & 42. p. 1.
& decis. 349. p. 3.*

1180.
Scripturæ
Archivii
probant.

Istæ scripturæ ex Archivio faciunt fidem tantum
inter subditos Principis, cujus est Archivium, *Alex.
conf. 16. vol. 5.* Et nomine Archivii, licèt veniat, quod
habet Episcopus, non venit, quod habet Monaste-
rium, quod est privatum, *Puteus decis. 186. n. 1. lib. 30.*

DE OBLIGATIONE IN FORMA CAMERÆ APOSTOLICÆ.

V. Species est Obligatio introducta, ignota ori-
gine, quæ nomen obtinuit à debitis Ca-
meralibus, in quibus executivè proceditur, rejecta
omni exceptione; etiam non numeratæ pecuniæ,
*Gallef. de oblig. Camer. q. 18. n. 6. Caval. dec. 412. n. 1. Rota
de obl. Camer. dec. 67. n. 7.* Et in subsidium imponitur
pœna excommunicationis, & ad simplicem partis
requisitionem Debitor solvere tenetur, *Gratian. c. 37.
n. 25.* Estque tantæ efficacis, ut intelligatur renun-
ciatum per eam cujuslibet juris auxilio, etiam be-
neficio divisionis, *Gallef. de oblig. Camer. qu. 17. n. 25.
Puteus decis. 456. n. 3. p. 2.*

1181.
Obligatio
Cameralis
quid sit.

Differt à Garantigia. Nam hæc, non obligatio
in forma Cameræ, supponit confessionem coram Ju-
dice ad contractus, *Tobesau. decis. 26. n. 12.*

1182.

Obligatio in forma Cameræ est jurata, *Rota dec.
161. n. 1. p. 2. divers.*

Obligatio Cameralis non admittit exceptiones
extrinsecas à contractu, *Caccin. dec. 162. n. 2.* Nec mo-
ratur executio ab exceptionibus illiquidis, *Mantica
dec. 221. n. 7. Buratt. dec. 307. n. 3.* Nec ab exceptione
turbida debiti, *Buratt. dec. 206. n. 24. Mantica. l. e.* Nec
à restitutione in integrum, *Buratt. dec. 945. n. 4.*

1183.
Non re-
tardatur
ejus exe-
cutio.

Nec prius debet fieri excussio in bonis, deinde in
persona, vi Cameralis obligationis, *Buratt. dec. 441. n. 8.
Duran. dec. 394. n. 40.*

1184.
Nec

Nec admittitur ad impediendam executionem exceptio requirens altiore indagine, Coccin. dec. 162. n. 2. Caval. dec. 71. n. 5. Greg. dec. 224. n. 1. Sicut nec talis exceptio impedit executionem instrumenti Guarantigiati, Buratt. dec. 214. n. 24.

1185.

Qua sit exceptio requirens altiore indagine.

Exceptio autem requirens altiore indagine est, quæ nequit expediri infra tempus, in quo potest expediri processus principalis, Bart. in Extrav. ad re. primendum. v. summaria, n. 4. Ridolphin. in prax. p. 1. cap. 3. num. 170.

Quæ exceptio retardat obligationem Cameralem.

Exceptio retardans obligationem Cameralem, de bet esse una ex tribus. I. Novationis. II. Solutionis. III. Falsitatis. Cocc. dec. 161. n. 1. Ridolphin. loc. cit. n. 172. Vel si appareat nullum instrumentum vallatum obligat: one Camerarii, Maref. 2. var. cap. 121. n. 33. Buratt. dec. 422. n. 14. Idem est, si ex instrumento nascatur exceptio, Cocc. dec. 275. n. 2. Cassad. dec. 20. n. 3. de rescript. Seraph. dec. 43. n. 5. Non verò si exceptio probanda sit per testes: nam tunc executionem non impediret, Ridolph. loc. cit. n. 177. Similiter admittitur exceptio, quæ oritur ex natura actus: ut, pretii non solvit, Galles. de oblig. Cam. q. 17. n. 20. Buratt. dec. 351. n. 10. Rota dec. 33. n. 1. p. 1. recent. Caval. decif. 343. n. 11. Similiter exceptio rei judicate, & præscriptionis retardat executionem obligationis Cameralem. Galles. de oblig. Camer. q. 15. n. 16. & q. 19. n. 10.

1186.

Quomodo evadatur obligatio Cameralem.

Obligatio Cameralem per sententiam vulnerata, non exequitur, Maref. 1. var. cap. 121. n. 37. Et vulnerata dicitur, si lata sit prima sententia contra obligationem. Cameralem: vel sit factum primum decretum, quod declaratum fuit instrumentum nullum: vel pronunciatum fuit instrumentum non esse exequendum, Cocc. dec. 73. n. 11. Rota dec. 74. n. 5. vol. 4. Si tamen sententia sit nulla, instrumentum non dicitur vulneratum, Buratt. dec. 56. n. 3.

1187.

Obligatio Cameralem per sententiam vulnerata, non exequitur, Maref. 1. var. cap. 121. n. 37. Et vulnerata dicitur, si lata sit prima sententia contra obligationem. Cameralem: vel sit factum primum decretum, quod declaratum fuit instrumentum nullum: vel pronunciatum fuit instrumentum non esse exequendum, Cocc. dec. 73. n. 11. Rota dec. 74. n. 5. vol. 4. Si tamen sententia sit nulla, instrumentum non dicitur vulneratum, Buratt. dec. 56. n. 3.

DE FIDE, ET LIQUIDATIONE INSTRUMENTORUM.

1188. Instrumetum instruit mentem Judicis.

Aggreditur materiam admissimis difficultatibus circumseptam, affiduis fori d. Iliidiis celebrem, lacrimis debitorum tanquam læte adultam, Creditorum verò munitissimam arcem. Instrumenta, quibus, ut instruitur Judex, l. 1. D. de fid. instr. ita utentur Creditores tanquam grave balistæ onus, ad devastanda Jura, ac bona Debitoris, de quibus l. v. debimus Effentiam, & parces. II. Fidem. III. Liquidationem. IV. Quomodo liquidetur. V. Requisita ad liquidationem. VI. Quibus modis liquidatio impediri possit. VII. An liquidatio sit causa criminalis. Rem igitur ad trutinam.

L E M M A IV.

Quid sit, & quotuplex instrumentum?

1189. Chirographum, hoc est manu scriptum. Hinemarus Episcopus. de d. sortio.

Instrumentum hic est Scriptura, qua cautum est Creditoribus pro credito contra personam, & bona Debitoris.

Dicitur Scriptura ad differentiam obligationis, quæ ex scripto non oritur. Dicitur Cautum est, & quia per instrumentum habetur grande præsidium contra calumnias Debitoris, qui potest realiter, & personaliter conveniri.

Instrumentum est duplex. Unum publicum. Alterum privatum. Publicum est scriptura solemniforma scripta à legitima publica persona, Glossin l. generali, C. de Tabell. lib. 10. R. vit. conf. 66. n. 7. Et in Regno ultra

1190.

1191.

Quot testes requirantur in instrumento. Quotuplex instrumentum.

Tabellionem, exigitur Judex ad contractus, & tres testes, si excedat libram auti; duo, si non excedat, qui subscribere debent, Const. instrumentorum robur, ubi rectè Afflic. not. 1. Carav. ritu 166. & subdividitur in Guarantigatum, & non Guarantigatum. Non Guarantigatum est contractum à Notario sine juramento, pœna, & confessione debiti coram Judice ad contractus. De quo controversi primò potest.

An, factò instrumento non guarantigiato, possit Debitor cogi ad faciendum instrumentum guarantigatum?

1192.

Affirmat Gabelin. milleioq. 196. Nos negamus: nam nullum onus est imponendum, nisi partes consentiant. Omne enim, quod provenit ex contractu, sine consensu non potest fieri: cum contractus essentialiter exigat consensum. Ergò si instrumen-

tum, & onera adiiciuntur, quæ sunt de natura contractus, nequibunt apponi sine voluntate partium. Sed Guarantigia est onus. Ergò nequit apponi in instrumento parte reluctantè, Capensis ritu 166. n. 21. Gratian. cap. 722. n. 22. Angel. in l. omnibus, 4. ubi Castr. D. de judic. Et hoc etiam si adsit consuetudo Patriæ, ut instrumenta fiant cum Guarantigia. Nam talis consuetudo non habet vim legis; cum nulla pars consenserit; quidquid tunc posse cogi, voluerit Tiraq. de retract. lignag. §. 29. gloss. fin. n. 2.

Accedit, clausularum appositæ sine voluntate partium nihil operari, East. in l. 1. n. 10. D. de jure codicill. Bald. in l. quoties, col. 1. C. de hered. instit. Alex. conf. 125. vol. 1. Butr. & Abb. in cap. Quintavallis, de jur. jur. & ex stylo sine voluntate appositæ præsumuntur, Borrell. conf. 4. n. 21.

Guarantigatum est, quod vallatur pœna, juramento, & confessione debiti facta coram Notario, Judice Regni ad contractus, Carav. ritu 116. num. 5. Franch. decif. 341. Guid. Papa decif. 117. Boer. in decif. 295. n. 6. Rov. in rub. de liquid. instr. num. 33. D. dictum Guarantigatum, à Guarantigo: sc. Firmo, Confirmo, cap. 1. v. Si autem, de lege Conradi. in usib. feud. ibi: Guarantizare noluit. sc. confirmare voluit possessionem, Jas. in l. 1. §. si quis ita, n. 28. D. de verb. obl. Vigore cujus Guarantigiæ proceditur executivè, Theaur. decif. 16. n. 27.

Privatum, dicitur scriptura privata, l. scripturas, C. qui potiores in pign. Auth. contra qui propriam, C. de non pec.

Privata scriptura scribentibus obest, l. plures, C. de fide instr. l. rationes, 6. l. exemplo, 7. l. non nudis, l. non epistolis, C. de probat. l. fin. C. de conveniend. fisc. debit. l. 10. Guid. Pap. dec. 44. Et si subscripta sit à debitore, contra illum probat, l. si contra per calumniam, Cod. de probat. Episc. & Cler. l. si filius, D. ad Maced. Ang. in liquidem, tra scri. §. numularios, D. de edend. Alex. in l. publica, D. de prob. l. si quidem, D. de except. Probaret tamen plene, si esset subscripta duobus testibus, & ab illis recognosceretur, l. ubi numerus, D. de testib. Theolof. 43. a testibus plene probat.

DE FIDE INSTRUMENTI.

Scripturæ, siye instrumenta à publicis Notariis confecta plenam faciunt fidem, Curt. in l. admonendi, n. 133. D. de jur. jur. Dummodò non sint casata, rasa, intelligibilia, nisi Notarius in calice instrumenti fidem rasuræ sigillatim faciat, Parlad. lib. 2. quotid. cap. 1. Abb. in cap. cum venerabilis, de relig. dom. Mascard. de probat. concl. 255. Menoch. de arb. casu 18. num. 40.

Statut scripturæ, donèc probetur oppositum, l. optinam, 14. §. si verò moriatur, C. de contrah. stip. l. satis apertum, C. ad l. Corn. de fals. l. cum precibus, 18. C. de probat. Auth. de instrumentor. cautel. & fide, coll. 6. Facitque plenam fidem, sicut quævis scriptura authentica testibus subscripta, Bald. in l. Imperator, D. de statu hom. l. instrumenta, §. l. rationes, 6. C. de prob. Admittuntur tamen probationes in oppositum. Nam debet magis attendi veritas, quam scriptura, l. 1. C. plus valet, quod agit. l. cum propria, C. si quis alteri, vel sibi, l. diltrahente, D. de reb. alien. non alienan. l. nec ignorans, D. de donat. l. qui agnati, D. de except.

Intelligas, nisi pro instrumento sit præsumptio juris, & de jure. Nam tunc contra instrumentum non admittuntur testes. Cum præsumptio juris, & de jure non admittat probationem in contrarium. Et de hoc instrumento intelligitur text. in l. fin. §. 1. C. arbitrium tutel. l. si alii, D. de usufructu legat.

Sed quid dicendum in dubio? Dicas standum esse instrumento. Nam instrumentum facit probationem probatam, cap. cum dilecti, de donat. eique lex ipsa assistit, ut eleganter ait D. Scoppa in Sholius ad Controu. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 17. n. 8. in fin. ex l. cum presibus, 18. C. de probat. Et sic veniens contra instrumentum gravatur duriori probatione Gloss. in d. l. cum precibus. Berous lib. 2. conf. 147. n. 24. Surd. lib. 1. conf. 6. num. 11. Tiraq. de retract. lignag. §. 2. gloss. l. n. 20. decifum apud Gratian. forens. cap. 796. num. 1. Bald.

1193. Nequit sine voluntate fieri Guarantigatum.

1194.

1195. Quid sit Guarantigia.

In ea proceditur executivè.

1196. Scriptura privata probat et si-

1197. Recognitio à testibus plene probat.

1198. Standum scriptura, donec ostendatur oppositum.

1199.

1200. In dubio standum instrumento. Dec. conf. 302.

Bald. in l. Imperator. col. 1. D. de statu hom. Dec. cons. 423. n. 10.

LEMM A V.

An instrumentum reassumptum faciat fidem?

1201.

SI Notarius stipulans sit de iunctus, tunc non creditur reassumptio per alium Notarium, nisi ei sit concessa specialis facultas reassumendi. Imò nec creditur, licet ipse testetur, se habere illam facultatem, nisi ex scripto constet.

I. Quia effectus testis in re propria, cui non creditur. *L. ambrosius, C. de testib. §. Sed & si instrumenta, Auth. de cautionib. & fide instrumentor.*

II. Quia Notario non creditur, nisi solum de gestis inter partes coram eo, §. 1. & 2. *Auth. de tabellion. * Rovit. ad Pragm. 1. de Notar. n. 23. & alii recentiores, quos sequitur D. Scoppa, notabiliter etiam declarans, in Scholiis ad Contr. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 3. n. 20.* Imò nec ei creditur, si fidem faciat, se confecisse aliud instrumentum, *Affl. decis. 48. n. 2. Rov. prag. 1. n. 3. de Notariis, De Puzo de reassumpt. instrum. n. 20. q. 21. Mascard. de probat. somcl. 1906.*

III. Non credendum Judici dicenti, se habere, nisi probet, suam jurisdictionem. Ergò nec est credendum Notario: cum talis jurisdictio sit ad proprium commonum, *§. si verò absunt, Auth. de heredib. & salcid. Statib. centur. 2. resol. 130. n. 18.*

IV. Hoc reassumere est prohibitum Notariis: & sic debent ostendere dispensationem. Nam non creditur illi, cui res est prohibita, nisi probet, *l. qui testamentum, 27. D. de probat.* ex qua tradit *D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 74. n. 9. in fin.*

Requisita ad hoc, ut instrumentum reassumptum faciat fidem.

Quandoque Notarius rogatus est ad conficiendum instrumentum, sive potius notans, aut abbreviatum, qui si indè mortuus sit, aut absens, vel banitus, tunc per te instante pro confectioe instrumenti, debet deveniri ad reassumptionem ex minuta per alium Notarium, *Auth. de tabellion. Bart. in l. quadam, §. nihil, D. de edend. Alex. vol. 1. cons. 129.* Ad quod requiruntur octo conditiones, quas congregit *Affl. decis. 6. n. 2. & post eum Aut. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 16. de fide instrum. d. fin. 23.* de quibus etiam *D. Scoppa in Practico-Receiptis Explanationib. ad eund. Cod. Fabr. d. tit. 16. explanat. 28.* quæ ut in omnibus omnium evoluantur, jam typis datæ sunt.

I. Ut petat reassumptum ille, cuius interest. II. Requiritur Judicis autoritas, & licentia, *Affl. decis. 245. n. 2. Rota de fide instrum. in novis d. c. 1. & 2. Dec. in Auth. Si quis in aliquo, n. 9. C. de edend. & in l. 1. sol. 7. notab. 4. D. de off. eju.* III. Requiritur, ut sit inhabilis Notarius, qui scripsit ad conficiendum instrumentum: sive quia sit absens: sive quia sit capite diminutus. IV. Reassumens instrumentum debet esse legitimus Notarius, prout supradicabamus. V. Requiritur, ut sicuti jacet continenti serie de verbo ad verbum reassumat, nihil addat, minuat nihil, nihil extendat in abbreviaturis. VI. Requiritur, ut instrumentum redipatur in forma publica hoc est, ut contineat omnes Juris solemnitates, ut in *Auth. Ut nomen Imperatoris proponatur §. 1. coll. 5. & in l. contractus, 14. E. de fide instr.* VII. Requiritur, ut vocentur omnes, quorum interest. VIII. Requiritur, ut Notarius notam in protocollo describat, *Abbas in eorum P. Tabellio, de fide instrum.*

Quod si Notarius sit vivus, & alteri mandet, ut minutas extendat in protocollo, tunc ipse debet subscribere, *Affl. d. dec. 6. n. 2. post Alex. loc. cit.*

LEMM A VI.

An magis credendum sit instrumento, quam testibus. Ad l. in exercendis, 15. C. de fid. instr. l. optimam, 14. C. de contrab. stip. & ad c. cum Joannes, 10. eod. tit.

Regula est in l. in exercendis, 15. C. de fide instrum. & in c. cum Joannes, 10. eod. tit. Eandem vim obtinere in libris exercendis instrumenta, & depositiones testium. Contrà quam regulam est l. optimam, 14. C. de contrab. stip. & in §. si verò, *Auth. de instrum. cautela, & fide, ubi magis creditur voci vivæ, quam mortuæ.* Tom. 11. Lib. 111.

tus. Vivus enim dignior mortuo, l. iustissime, D. de adilit. edict. Et persona, qualis est testis, & dignior re, quale est instrumentum, §. fin. de iure nat. gent. & civil. *Glos. in c. tertio loco, de probat. Hippol. fing. 459.* Ergò non obtinent eandem vim instrumenta ac testes.

Mihj attentius cogitanti occurrunt multa pro fecunda Jurium discrepantia: & sic rem istam decidendam volo.

I. Actus, qui exigunt essentialiter scripturam, sine scriptura non probantur. Et sic quoad probandam eandem scripturam, non obtinent eandem vim instrumenta, & testium depositiones. Nam, non testes, sed scriptura probat actum: * Nisi de ipsius scripturæ amissione agatur, quam per testes probari posse, communissima est sententia, ut testatur *D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 91. n. 13.*

Possunt tamen testes impugnare illam scripturam, probando esse falsam, c. ex tenore, de testib. optimam, 14. ibi: *Per testes undique idoneos, & omni exceptione majores. C. de contrab. & committ. stipulat.*

II. Actus admittens ad sui probationem testes, vel instrumenta, aequè potest probari per testes, ac per instrumenta. Et si instrumentum amissum, potest probari contenta in instrumento per testes, l. 1. §. 7. 8. 10. 11. C. de fide instrum. l. iudicia, C. de rei vindic. l. cum causam, 13. de fide instrum. Et in hoc currit regula d. l. in exercendis, tantum probant testes, quantum instrumenta: * quam probant DD. quos sequitur *D. Scoppa. d. cap. 91. n. 19.*

III. Habenti pro se scripturam, præfertur altera pars, quæ pro se testes cum scriptura adhibet, §. si verò, *Auth. de instr. caut. & fid. Glos. in l. in exercendis, C. de fid. instr.*

Sed, si una pars inducat testes, altera inducat instrumenta, quibus magis standum, testibus, an instrumentis?

Ratio difficultatis est: quia falsitatis emergit suspicio contrà instrumentum, & testes se ad invicem collidentes, c. imputari de fide instrum. Ergò sicuti testes utriusque partis contrarii pro neutra parte probant, c. 3. §. de fide instrum. *Rota p. 2. decis. 337. n. 2. post 2. vol. cons. Farinac. Giurba cons. 37. n. 26. Farinac. de testib. q. 65.* Ita dicendum videtur, quando testes, & instrumenta se ad invicem collidunt: cum parem vim habeant testes, & instrumenta, l. in exercendis, 15. C. de fide instrum.

Ergò tunc concludendum, simpliciter standum non esse testibus, aut instrumentis, sed aliunde indagandam esse hujuscemodi veritatem, in quo judicialis erit labor, & Judicis entitæ solertis prudentia, *Auth. de instrum. caut. & fid. §. si verò, ibi: Verumtamen sit hoc Judicantis prudentia simul atque religio.*

Hinc factum antiquum instrumento efficacius quàm testibus, probatur. Nam memoria hominis labilis est, l. 1. §. si quadam longum, C. de veteri jure enuc. c. ut novum, ut ecclesiasti. benef. Nec videtur ultra annum excurrere, l. si arbiter, D. de probat. Et testis, non scriptura, potest esse varius, l. qui bona, §. fin. D. de dam. infect. Sic etiam processus, & sententia, scriptura, non teste, probari potest, c. quoniam contra, 11. de fid. instr.

Et è conversò, factum novum magis testibus, quàm scriptura, probatur, l. Celsus, D. de arbitris, c. cum causa, 13. de fide instrum. Et in hoc sensu est verum, quòd magis creditur voci vivæ: ut sunt testes, quàm voci mortuæ: ut est instrumentum, d. *Auth. de instrum. cautela, §. si verò, ibi: Existimamus, ea: quæ viva voce dicuntur, & cum jure jorando, hæc dignora fide, quàm scripturam ipsam.* Et d. c. cum Joannes, §. porro, de fide instrum.

Ex his controversia recrudescit.

LEMM A VII.

Quot testes requirantur ad probandam instrumenti fidem?

Diximus, testes reprobare instrumentum, l. optimam, 14. §. fin. C. de contrab. & committ. stipul. Et debere esse quatuor, vel quinque, vult *Speculator lib. 2.*

1208.

1209.

1210.

1211.

1212.

1213.

1214.

1215.

1216.

1217.

1202.

1203.

1204.

1205.

1206.

1207.

1208.

1209.

1210.

1211.

1212.

1213.

1218.

Contra testes instrumentarios non opponitur exceptio per famulis. Nam fuerunt à partibus oppositi, & licet, & suspitionis. Aut. de testib. l. si quis testibus. Co. de testib. Nisi exceptio superueniat, Adm. nob. de arb. casu 1. n. 7. Farin. decis. 294. n. 9.

lib. 2. specul. part. 2. de instrum. edit. §. fides quib. n. 3. Glos. in d. c. cum Joannes, v. Quilibet, ob Tabellionem, qui equiparatur duobus, & instrumentum, quod aliis duobus equiparatur, c. quoniam consuet. de p. obat. Et sic debet superaddi alius testis, ad hoc ut testes excedat vim instrumenti; secus parem vim habent, l. in exercendis, C. de fide instrum. l. iudicia, C. de rei vindic. i. scripturas, C. qui pot. in pign.

Sed quatuor tantum testes fideles, honestiores, contra instrumentum, vincere vim instrumenti, docet Glos. in Auth. de instrum. cautela, & fide, §. si verò, v. Cum iure jurando, Et Glos. in d. c. 3. §. v. Testium, de fide instr.

Aliqui volunt, requiri tantum duo, vel tres ad reprobandum instrumentum. Nam instrumentum tantum habet vim auctoritate Tabellionis: & testes ibi, si sint mortui, sunt, ac non sint, solumque Creditor propter Tabellionis auctoritatem, quod displicet Bart. in d. l. in exercendis.

Omnes istæ sententiæ sunt probabiles, nulla certa. Tu ergo rem discutias, ex qualitate testium. Nam potest esse, ut testis veniens contra instrumentum sit tantæ auctoritatis, dignitatis, & integritatis, ut præponderet cæteris, etiam Tabellioni.

Sed quid, si unus ex testibus necessariis, scriptus in instrumento, veniat contra instrumentum, & dicat se non adfuisse instrumento? Tunc claudicat, & non probat instrumentum, l. i. in fin. ibi: Si quis negat si-gillum suum agnoscere, non idè, quidem minus aper-turatur tabula, sed aliis suspecta sunt. l. sed si quis, D. quem adm. testiam. apr. l. de pompus, 15. D. de doct. præleg. l. locum, §. hoc interdicitum, D. de tabul. exhib. l. si cum, D. de probat. Bart. in d. l. in exercendis, n. 7. & Gramma. alii multi, quos luculentè sequitur D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Melin. cent. 2. cap. 2. n. 17. Sed si alii testes scripti sufficerent, per illos probari deberet validitas instrumenti, §. si verò mariantur, Aut. de instr. cautela, & fide, l. optimum, C. contrab. stip.

L E M M A VIII. An instrumentum corruptum si testes scripti in instru-mento dicant aüsser scriptum, quam gestum?

Affirma, d. l. cum præcibus, Bart. l. c. cum. 12. Vide Bald. lib. 3. cons. 37. Aug. cons. 158. Sed cui credendum est, Tabellioni, an testibus, si Tabellio dicat esse, ut scriptum est, testes verò dicant ita non esse.

1221.

Malus præsumitur ex præterito.

Tunc distinguendum: Si Tabellio sit suspectus de falso, statim dicto testium bonæ famæ, & vitæ, l. m. ror, 3. §. quæri potest v. Si autem, ubi Glos. v. versatus, D. de excusat. tutor. Nam, qui malum facere consuevit, malum secisse, & facere in cæteris presumitur, l. non omnes, §. si à barbaris, ibi: Si bonus miles ante affirmatus fuit, prope est, ut affirmationi eius credatur. D. de re militari, l. cum hi, §. in perjuris, D. de transact. l. testamento, 17. §. Non omnimodò, ibi: Quid, si multa flagitia in tuseia admisit, nonne magis reici à tutela debet, D. de testam. tuseia, c. alla, 4. in fin. de pignor. ibi: Contra ipsum emptorem præsumitur vehementer, præsertim cum usuras consueverit exercere. Ergo præsumitur contra Tabellionem, qui aliàs falsum commisit. Ergo tunc statim dicto testium contra Tabellionem.

1224.

1225. Valent instrumentarios non opponitur exceptio per famulis. Nam fuerunt à partibus oppositi, & suspitionis. Aut. de testib. l. si quis testibus. Co. de testib. Nisi exceptio superueniat, Adm. nob. de arb. casu 1. n. 7. Farin. decis. 294. n. 9.

Si verò Tabellio sit boni nominis, ei creditur ob jus jurandum, nisi testes velint probare oppositum dixisse, c. ad audientiam, 13. in fin. ibi: Nec credentes ipsum seriniarum (cum juratus sit officium suum fidelitèr exequi) aliud scripisse, quam à testibus dicta facta à reur. De præscript. c. cum dilectus, 9. in fin. de fide instrum. s. per tuas, de condit. apposit. Nam, quando Tabellio est bonæ famæ, habet multas præsumptiones pro se. I. ipse bonæ famæ, quæ præsumitur fidelitèr exequi, quod ei committitur. II. Ratione juramenti, ratione cuius etiam veritas præsumitur. III. Ratione publici officii, quod semper præsumitur exequi à personis dignis. IV. Habet præsumptionem Innocentiæ. Nam in dubio quilibet præsumitur bonæ famæ, l. i. in fin. D. pro socio, c. unic. de scrutin. Quæ præsumptiones non currunt in testibus, in quibus tantum toleretur, cum currat una præsumptio, vel duplex: sc. quòd non præsumatur testis malus, & quòd bonus, semper per bonus præsumatur, quæ duæ præsumptiones

nequeunt prævalere illis quatuor: Semper ergo periclitanda est qualitas personarum, l. in fundo, 39. ibi: Bonus iudex variè ex personis, causisque constituet. D. de rei vind. l. divi fratres, 27. de liberuit causa. Et attendenda quæ in terminis advertit D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merum. cent. 2. cap. 2. n. 19.

Sed quid dicendum, si adducantur duo instrumenta invicem contraria à duabus partibus?

¶. Invicem collidi, & fidem non facere, arg. l. scriptura, 14. ubi Gloss. C. de fide instrum. ibi: Scripturae diversæ fidei, sibi invicem derogantes, c. imputari, eod. tit. Et sic remanet negotium aliunde probandum. Vel iudex illi instrumentum nomen dabit, quod dignus est, l. optimum, D. de contrab. stipul. sicut statuit testibus dignioribus, l. ob carmen, §. si testes, l. 2. §. 1. D. de testib. §. si verò quadam, Auth. de testib. collat. 7. Vel statit instrumento, quod aptius negotio congruit, d. l. optimum, 14. Et in æquali præsumptione Reo favendum est potius, quam Actori, c. ex literis, de probat. c. cum sunt, de reg. jur. in 6.

Sed quid faciendum, si pars adversa meum amissum instrumentum, quod, ad fundandam mentionem libello expressam, adducebam?

Dicas, me obtinuisse contra partem adversam, si prolem ejus culpa instrumentum amissum. Satis enim remanet probata mea intentio, eo ipso, ac ex culpa alterius adversæ partis instrumentum perit, l. si de possessione, 20. ibi: Ad exceptionis probationem non est iudicis auctoritas. Sed instrumentorum furtum monstrare sufficit. C. de probat. l. testium, 14. §. in fin. C. de testib. c. perveit, 4. il. 1. ibi: Qui surripit instrumenta, iniquam ostendit se litem fore, & experiri debet in se iudicis auctoritatem de iussum. De testib. cogend. c. infamis, §. tria, 3. q. 7.

At non sic, si ab alio instrumentum subtrahum sit, vel fortuito amissum, d. l. testium, 14. in fin. ibi: Si verò facta quidem per scripturam securitas sit, fortuito autem casu, vel incendii, vel naufragii, vel alterius infortunii, precepta, tunc liceat bis, qui hoc perpessi sunt, debiti solutionem per testes probare. C. de testib. Ergo quando instrumentum casu fortuito amittitur, quis debet probare ejus amissionem, & tenorem per testes, l. apud eos, 13. C. de fide instr. c. cum olim, de privil. & tunc ad id probandum sufficiunt duo testes, iure communi, ubi D. de testib. l. sicut iniquam, D. de fide instr. l. cum contra, C. de jur. dot. Qui testes debent esse periti, ut valeant advertere, an instrumentum fuerit falsum? Et deponere I. De tenore instrumenti. II. Quòd erat sine vitio, c. cum olim, 12. ibi: Super amissione, & tenore privilegiorum testes recipere. in 1. de privil. III. De die, loco, tempore, & numero testium, Aff. dec. 274. & 302. ubi etiam sic probantur litteræ Regiæ amissæ, Viv. dec. 165. Ricc. coll. 1589. Excepto instrumento juris patronatus, quod nequit per testes probari, timore usurpationis, Ricc. l. c. Rotu p. 2. d. vers. dec. 199. n. 3.

Ex quibus causis fides instrumenti infirmetur?

Instrumenti fides, licet probata, infirmatur ex multis; sed placet ad quatuor capita reducere. I. Ex parte Notarii, II. Ex parte Creditoris. III. Ex parte Debitoris, & testibus. IV. Ex parte tenoris, & publicitatis instrumenti.

Ratione Tabellionis.

Claudicat I. Si dicatur, Tabellionem non esse legitimam personam: puta, si non sit constitutus ab habente potestatem: vel, si Neap. non sit Regius, l. generali, C. de Tabular. lib. 10. Innoc. in c. penult. de fide instr. Nam ad conficienda instrumenta requiritur jurisdictionis, sicuti etiam requiritur ad constituendum Notarium, quæ jurisdictionis, cum sit facti, probanda est, l. in bello, §. facta, D. de capt. c. per Principem, 11. q. 3. l. de præcep. D. ad l. Rodiam de iustu, Innoc. in c. nemo, de verb. sign. Aff. dec. 251. n. 1. requirens decennium ad hoc, ut reputetur persona legitima, Boer. d. c. 36. n. 70. Marcus dec. 51. n. 3. vol. 1. Rol. à Valle cons. 32. n. 3. vol. 1. Quæ qualitas probanda est ab illis, qui instrumento utuntur, Ludov. dec. Porus. 115. n. 3.

Hinc quæri potest: An præsumatur aliquis tabellio? ita ut hoc non sit probandum, & instrumentum censetur solemnè.

1216.

1227.

In pari causa favendum Reo.

1228.

1229.

Am. ff. instrumenti, præjudicat omittenti debitori.

1230.

Non sic si certius amittat.

1231.

Qualitas testium.

1232.

1233.

Tabellio debet esse legitimus.

1234. *Præsumitur rebellio ex centenaria præscriptione.*
 Resp. præsumi, quando instrumentum est antiquum, ultra centesimum annum, *Paleost. dec. 604. col. 3. Affi. dec. 245. num. 3. Puteus decif. 146. p. 1. in novis, 6. veniens, ubi Innoc. de verb. sign. lib. 1. c. 1. de fid. instr. Felin. in c. ficut, de jud. col. 18. Fragos. de Repub. Chri. p. 1. lib. 5. disp. 13. §. 11. num. 298. Serap. in dec. 1077. nu. 1. Francif. Marcus decif. 489. num. 14. p. 2. Cappella I. boiof. decif. 331. in fin. Feun. in c. ficut, de re jud. col. 18. Guid. Pap. dec. 357. nu. 2. Alc. in regul. 3. præsum. 13. nu. 15. Nam centenaria habet pro se præsumptionem: & hoc multo magis, si sit immemorable. Nam supplet defectum tituli, *Covar. de præscript. p. 2. §. 3. nu. 9. v. Primum, Mascard. de prob. concl. 1377. nu. 20.* Et titulus talis præsumptus ex ista immemorabili præscriptione est juris, & de jure, & sic non est probandus, *Rota decif. 977. nu. 4. p. 1. Sperell. decif. 37. num. 13.* Idque currit etiam in reservatis Principis, hoc jure, §. dicitur, *D. de aqu. plu. arc. c. si per quibusdam, §. præterea, de ver. signif. Rota dec. 11. nu. 2. p. 1. in recent. & alii recentiores, quos sectatur D. Scoppa in Scholis ad Controv. for. R. Martin. cent. 1. cap. 13. nu. 45. in fin.* Et sic hæc præscriptio pari passu ambulat, ac privilegium Apostolicum, *Rota decif. 614. nu. 2. p. 2. recentior.* Unde pro veritate habetur, *Alex. conf. 6. col. 2. lib. 1. Dec. 13. 1. conf. 2. Sperell. decif. 37. nu. 10.**

1235. *Immemorabilis habet pro se præsumptionem.*
 Si quis neget aliquem esse Notarium, qui mortuus est, tunc sunt producenda alia instrumenta antiqua ejusdem Notarii, ne detur occasio confingendi Notarios, & instrumenta, *Aymon. de antiqu. temp. p. 3. §. 1. dicitur, n. 6. Jason in l. Barbarius, col. 11. limit. 3. de off. Prætoris.* Et sic sola moderata antiquitas non probat notarium, *Alex. lib. 6. conf. 150. nu. 10. Mascard. de probat. concl. 1097. num. 8. Corneus lib. 3. conf. 142. in fin. Puteus lib. 3. decif. 186. nu. 2. Decifum apud Gratian. cap. 654. nu. 41.*

1236. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 II. Potest infirmari instrumentum, negando confectum à publico Notario, *Auth. de instr. cautela, & fide, Auth. de Tabellion.*

1237. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 III. Si dicatur, Notarium scriptum, non scripserit instrumentum: hoc enim est facti, & sic probandū, depositione ipsius Notarii viventis, *l. si quis Decurio, in fin. C. ad l. Corneli. de falsif. si quis, D. quem adm. scripturæ factæ ab eodem Notario, Auth. de instrum. cautela, & fid. §. in his verbis, §. si verò nullus, c. cum olim, 14. il. 2. de privileg. ibi: Nec esse variis scripturam manibus variatum; sed à primo ad ultimum eadem manu conscriptum.* Et recurritur ad protocolium, quando abunde constare nequit, *c. cum Venetabilis, 6. §. intelleximus, ibi: Per autentica scripta.*

1238. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 IV. Infirmitur instrumentum, si Notarius non subscripserit illud. Nam ab ipso vires sumit *l. scripserit, c. qui pot. in pign. bab. & ejus subscriptio est unum de essentialibus instrumenti, Aut. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 16. de fide instrum. def. 21. nu. 1. in all. & ibidem D. Scoppa in Explanat, quæ cum aliis jam typis tradita est.*

1239. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 V. Corruit instrumentum, si Notarius sit perituros, vel falsarius. *c. ad audientiam, de præscript. Bart. & Cyn. in l. si ex falsis, C. de transact. ubi dicit, falsitatem emanantem ex instrumento, & ex Notario in totum vitare instrumentum, c. semel malus, de reg. jur. in 6. Licet Bald. lib. 1. conf. 264. Accurf. in 12. in fin. C. de vet. jur. enucl. velit, utile veritatis, per inutile falsitatis non vitari. Quod ego in separatis, & diversis capitibus facile admiserim: quia tunc tot censentur instrumenta, quot capita. Sicuti tot sunt stipulationes, quot res diversæ, *l. publicus, §. quod dicitur, l. scire, in princ. D. de verb. oblig. l. etiani, §. 1. D. de minor. l. quod dicitur, D. de evict.**

1240. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 VI. Corruit instrumentum, si Notarius sit perituros, vel falsarius. *c. ad audientiam, de præscript. Bart. & Cyn. in l. si ex falsis, C. de transact. ubi dicit, falsitatem emanantem ex instrumento, & ex Notario in totum vitare instrumentum, c. semel malus, de reg. jur. in 6. Licet Bald. lib. 1. conf. 264. Accurf. in 12. in fin. C. de vet. jur. enucl. velit, utile veritatis, per inutile falsitatis non vitari. Quod ego in separatis, & diversis capitibus facile admiserim: quia tunc tot censentur instrumenta, quot capita. Sicuti tot sunt stipulationes, quot res diversæ, *l. publicus, §. quod dicitur, l. scire, in princ. D. de verb. oblig. l. etiani, §. 1. D. de minor. l. quod dicitur, D. de evict.**

1241. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 VII. Corruit instrumentum, si Notarius sit perituros, vel falsarius. *c. ad audientiam, de præscript. Bart. & Cyn. in l. si ex falsis, C. de transact. ubi dicit, falsitatem emanantem ex instrumento, & ex Notario in totum vitare instrumentum, c. semel malus, de reg. jur. in 6. Licet Bald. lib. 1. conf. 264. Accurf. in 12. in fin. C. de vet. jur. enucl. velit, utile veritatis, per inutile falsitatis non vitari. Quod ego in separatis, & diversis capitibus facile admiserim: quia tunc tot censentur instrumenta, quot capita. Sicuti tot sunt stipulationes, quot res diversæ, *l. publicus, §. quod dicitur, l. scire, in princ. D. de verb. oblig. l. etiani, §. 1. D. de minor. l. quod dicitur, D. de evict.**

1242. *Notarius mortuus, in dubio cum instrumentis sit comparatus.*
 VIII. Corruit instrumentum, si Notarius sit perituros, vel falsarius. *c. ad audientiam, de præscript. Bart. & Cyn. in l. si ex falsis, C. de transact. ubi dicit, falsitatem emanantem ex instrumento, & ex Notario in totum vitare instrumentum, c. semel malus, de reg. jur. in 6. Licet Bald. lib. 1. conf. 264. Accurf. in 12. in fin. C. de vet. jur. enucl. velit, utile veritatis, per inutile falsitatis non vitari. Quod ego in separatis, & diversis capitibus facile admiserim: quia tunc tot censentur instrumenta, quot capita. Sicuti tot sunt stipulationes, quot res diversæ, *l. publicus, §. quod dicitur, l. scire, in princ. D. de verb. oblig. l. etiani, §. 1. D. de minor. l. quod dicitur, D. de evict.**

agi oport. Hinc est facienda fides publica, quod Notarius sit fidelis, quæ sit autoritate Superioris illius loci, vel Provinciæ. Et tunc scripturæ creditur, quæ legalizatio dicitur. Vide *tex. in Spiritum verbor. de inutilib. stipulat. & in Auth. de instrum. cautela, & fide.*

L E M M A I X.
 Qua pena puniatur Notarius non conficiens instrumenta in forma et Jure Communis, & Municipali præscripta?

R Esp. Puniri pena facti, *Alex. in l. jubemus, nu. 6. de testam. Mari ad Grammat. decif. 22. nu. 25. Cap. Laur. lib. 1. consult. 160. nu. 31. Alex. in l. jubemus, nu. 6. de testam.*

1244. *Quid, si errore communi credatur Notarius, qui non est?*
 Affirma valere scripturam, *Pactum lib. 2. de probat. cap. 21. Rov. prag. 1. de Notariis matricul. Tbor. voto 78. nu. 21.* Idemque est si Notarius sit condemnatus de facto: sed id ignotum sit, *Mari ad Grammat. dec. 27. nu. 10. Novar. jorenf. q. 99. nu. 3. p. 1.*

L E M M A X.
 An Notarius debeat cognoscere Contrahentes?
N Ega. Nam nullo jure præcipitur, *Francis de- cis. 1262. Petra ad Grammat. dec. 60. nu. 19. Boer. off. Præf. decif. 118. num. 6. Ricc. part. 3. collectan. 713. Gratian. ad quædam cap. 497. nu. 4.* qui etiam decifum testatur in decif. 116. ubi *D. Scoppa in observ. pluribus comprobat.*

L E M M A XI.
 An Notarius Apostolicus possit conficere in Regno instrumenta?

I nstrumenta in Regno debent confici à Notario Regio, *Pragmat. 2. de contr. aff. Isern. in cap. 1. quæ sunt regul. Bartolom. de Capua in, & ex Constit. Instrum. robur, ubi Affi. 22. Solus enim Rex in Regno Notariis dat juridictionem, Constit. Lotis demanii, Constit. Instrumentorum robur.*

Hinc instrumenta confecta à Notario Apostolico in causis profanis, carent liquidatione, & executione, *d. Pragm. 2. And. & Bartol. de Capua in d. Constit. Instrumentorum robur. Frecc. de præsent. instrum. part. 3. nu. 2. & 7. Boer. decif. 242. n. 3. Anna singul. 245. Affi. decif. 245. Masuil. ad Cappo. decif. 201. Novar. de privileg. miserab. person. priv. 272. nu. 2.* & alii, quos sequitur, & comprobat *D. Scoppa ad decif. Gratian. observ. 1. nu. 14. & observ. 28. nu. 9.* Et idem est de testamentis, quæ non tenent, *Statib. cent. 2. resol. 159. num. 24. lib. 2. De Martinis lib. 2. cap. 228. nu. 2. Gaitus de credito, cap. 3. tit. 1. nu. 483. Cappo. dec. 201. & D. Scoppa d. observ. 28. num. 11.*

Sed favore Pæ causæ, & miserabilium personarum, etiam Neap. posse testamenta condere, volunt *Borrell. in summ. decif. tit. de fide instr. nu. 114. tom. 2. Boer. dec. 242. Peguera decif. 144. nu. 4. Molfes. ad Confue. Neap. tit. de instrum. consuet. qu. 10. & decifum Romæ, refert Novar. de privileg. miserab. personar. priv. vil. 172. num. 6.*

Si verò extra Regnum, vel extra Regiam jurisdictionem factum sit instrumentum, abique forma Constit. Instrumentorum robur, tunc liquidari tale instrumentum posse in Regno, & debitorem non audiri, nisi in vinculis, vel facto deposito, dummodò sit legalizata scriptura, docent *Rocc. to. 2. notab. 100. nu. 397. Cappo. Latro decif. 33. num. 23. lib. 2. Sanfelice. dec. 311. nu. 6. Carav. ritu 166. nu. 61. Thomas p. 1. decif. v. Instrumentum confectum, Danza de pægna Doctor. tit. de instrumentis, cap. 1. nu. 5.* & alii multi, quos sequitur *R. Petra ad Rit. M.C.V. 166. num. 25.* & post eum *D. Scoppa d. observ. 28. nu. 21. & §. q. Idque factum est, ut foveatur publica utilitas, & manuteneatur commercium: quod cæteroquin corruperet, si scriptura publica extra jurisdictionem Regiam confecta, non liquidaretur in Regia jurisdictione: eodem enim modo exteri respuerent nostras scripturas. Ergò scripturæ publicæ celebratæ juxta morem Patriæ, legalizatæ, ubique debent fidem facere, & exequi. Vide Frecc. de instrum. præsent. par. 3. & num. 10. ad 20.*

1244.
1245.
1246.
1247.
1248.
1249.
1250.

E E M M A XII.

An Vassallus Notarius possit conficere instrumentum pro Barone?

1251. Vassallus non conficit pro, & contra Remonem instrumentum, vel testamentum Franch. decis. 118. n. 1.

Nega. Nam requiritur, ut saltè sit summa unius uncie: sc. sex ducatorum, vel supra, ex Ritu 187. Franch. decis. 707. Francis. de Petris cons. 33. Frecc. de præsent. instrum. part. 15. q. 1. n. 1. sang. 73. Non enim Curie ad penam acrem perjurii procedunt in summis modicis, Petra ad Capyc. decis. 32. n. 20. Intelligas, nisi esset pro residuo majoris summæ instrumentariæ, Borrell. part. 2. summæ decis. tit. 18. n. 73. Trattagl. in prax. civil. cap. 1. n. 33. Petra ad Rit. 187. n. 20. Nam tunc residuum sequitur naturam totius, cujus est residuum; Et sicuti pro toto, ita pro residuo liquidari potest instrumentum.

Quomodo conveniendus erit Debitor intrâ unciam?

Recip. Ex Ritu 186. Debitorem interrogari per Curiam, & si confiteatur debitum, ei mandatur, ut solvat intrâ certos dies sub certa pœna, secundum

qualitatem personæ: & si sit suspectus de fuga, detinetur donec satildet.

Si citatus habeat aliquam exceptionem: puta, solutionis contra instrumentum. Curia committit unum, ut recipiat probationes super veritate exceptionis, Guald. in prax. instr. 2. p. 1. principalis, n. 26.

A decreto dato in tali summa non datur appellatio. Nam, cum addit instrumentum, adest confessio debiti, & juramentum; & nemo potest appellare a decreto lato, stante confessione propria, l. 2. C. quor. appell. non recip. Crem. in l. si debiteri, n. 4. D. de judiciis.

Eodem modo discurras de instrumentis factis extra Regnum: Nam pro summa tenui eodem modo proceditur contra debitores; licet cæteroquin habeant liquidam executionem paratam ad formam Ritus, Urhill. ad Affil. dec. 252. Carav. in rit. 166. n. 61. Roccus tom. 2. de asscuracione, notab. 100. n. 397. Sanjel. dec. 311.

An stante absolute à jurata renunciatione, possit instrumentum liquidari?

Affirma. Franch. decis. 670. n. 2. ubi Luca n. 2. Stoban. resolut. 31. Petra ad rit. 163. n. 4. Thor. lib. 2. vot. 6. Amat. resol. 36. num. 13. Masson. de caus. executio, qu. 2. n. 30. ajentes, præventionem renunciatam non impedire executionem.

An præventio impediatur executionem, si præveniens incipit solvere?

Nega. Luca ad Franch. decis. 373. n. 7. Intelligas, si executio instrumenti sit petita ante contestationem super præventionem, Casar. Peregr. q. 64. n. 16. Masstril. decis. 54. Sanjel. decis. 311.

Sed quid dicendum, si precedatur in præventionem, cui fuit renunciatum: An liquidatio tunc impediatur?

Affirma, ut pluries decisum cum Sanjel. Fontanell. Casar. referre Luca l. c. §. opinio, quia electa via ordinaria, nequit variari, & intentari via executiva, & actio, & exceptio prodest tantum utenti, Marcell. Fortunat. tract. de verit. p. 1. n. 249. in fin.

An præventio facta ab uno, prosit cæteris Debitoribus.

Affirma, si debitum non sit divisum inter debitores, & præventio fiat pro toto debito, l. si qui separatim, 10. D. de appellat. ubi appellatio unius, prodest aliis, quod Senatus Sabaudie firmavit, ut ait Ant. Fab. in suo Cod. lib. 7. tit. 30. si unus ex pluribus appell. d. fin. 1. * & plenius nuper offendit D. Scoppa in Practico-Receipts Explanationibus. quæ nunc typis data sunt, ad eund. Cod. Fabrian. d. tit. 30. explanat. 1. * Id firmatur magis ex l. si communem, 10. D. quemad. servitus amitt. ubi præscriptio servitutis, quæ non obstat contra pupillum, nec obstat contra consocium majorem, Sanjel. decis. 153. de Marini. lib. 2. cap. 173. num. 3.

Confirmatur, quia sicuti unius ex Creditoribus aliis prodest ad finem, nè sequestrum liberetur inauditis creditoribus, l. cum unus, D. de honor. autor. Judic. possid. l. fin. C. eod. Masstril. decis. 126. n. 14. Thor. tom. 1. voto 15. n. 35. Verall. decis. 160. part. 3. Ita præventio unius debitoris, debet aliis prodesse: cum finis in correlativis, in quibus currit eadem ratio, & juris dispositio, l. fin. C. de indic. viduit. toll. Everard. in Topic. à correlativis.

An præventio facta contra unum ex pluribus Creditoribus, impediatur alios, ut nequeat liquidare instrumentum contra debitores.

Affirma. Sicuti enim præventio facta ab uno prodest omnibus, ita præventio facta contra unum nocet omnibus, Muscatell. in prax. de fid. just. part. 2. qu. 8. num. 25. Guald. in prax. instrum. v. Fuerit ab eo præventus, est decisum apud Petram in Ritu 207. in fine, & comprobatur ex decis. per Senatum Sabaudie apud Ant. Fabrum in suo Cod. lib. 8. tit. 27. de duob. reis, defn. 7. * quam nuper illustrat D. Scoppa in Practico-Receipts Explanationibus. sub prælo existentibus, ad eundem Cod. Fabrian. d. tit. 27. explanat. 7. *

An præventio facta à Creditore creditoris, mandato Judicis, impediatur liquidationem?

Affirma. Quia nequit instrumentum liquidari contra illum, qui non est in mora; Sed, posito man-

Quod dunc potest etiam presentari per Tertium.

1445. Purgatur mora celeri solutione.

Quæ mora non purgatur.

1446. Interpellatur ille, qui tenetur ad rem promissam.

1447. Citatus non comparens, carcerari potest.

1448. Qui debitores conveniantur ante diem

1449.

1450. Instrumentum infra unciam non liquidatur.

1451.

1452. Debitor intra unciam cogitur solvere.

1453. Non appellatur à Decreto fundato in confessione partis. Etiam, si instrumentum sit factum extra Regnum.

1454. Præventionem renunciatam, procedit via executiva.

1455. Vel si captum sit solvere.

Nisi in præventionem procedatur.

1456. Præventio facta ab uno, cæteris prodest.

1457. Præventio facta contra unum Creditorem, impedit ceteros Creditores.

1458.

mandato Judicis, Debitor non est in mora: Nam est justè impeditus, Novar. q. 24. n. 11. Ergò.

Deponens mandato Judicis, non est in mora.

Intelligas, nisi Creditor, pro quo stat instrumentum, præsterit cautionem, ad hoc, ut Debitor solvens non pariatur aliquid damni ex sequestro faciendi ex mandato Judicis, arg. Auth. sed jam cautum, C. de deposit. l. si is à quo, D. de pesit. hered. Præfita namque cautione non est, cur debitor non possit solvere: & est in mora, si non solvat. Ergò, tunc poterit contra ipsum liquidari instrumentum.

An præventio facta à principali pro toto debito, prosi fidejussori?

1459. Præventio principalis prodest fidejussori.

Affirma. Nam in omni casu fidejussio est accessoria principali debito. Ergò si præventio liberat à principali debito, liberat etiam à fidejussione. Solutio enim principali debito, nequit instrumentum liquidari contra fidejussorem. Ita facta præventio pro debito principali, nequibit liquidari instrumentum contra fidejussores, §. fin. Inst. de replicat. Bart. in l. ex duobus, D. de duob. reis, in fin. Bald. in l. san mandatoris, n. 2. v. numquid, C. de non num. pecun. Muscazell. 2. p. prax. q. 3. n. 27.

Qua pena sit contra præventientem, si non probet præventionis causam.

1460. Pena male præventio nis.

Resp. Esse Penam decem unciarum solvendam Curia, Pragm. un. de præ. moder. Rit. 189. Guuld. 3. part. 2. pari. princip. v. fuerit ab eo præventus, n. 10. Petra, ad Rit. 165. n. 11.

Qua pena puniatur liquidans instrumentum, contra quod aderat clara præventionis exceptio.

1461. Pena liquidantis contra præventio nem.

Resp. Ultra penam, de his petito, siue exaño, ex Ritu 189. in fin. adhuc debere puniri in pecunia. Verba Ritus sunt: Punietur Creditor eo casu, pro quolibet uncia debita ad taxos auri seu diste Curia applicandos pro medietate Fisco, & pro reliqua medietate parti. hæc ritus.

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

T I T. XXIII.

1462. Perficitur consensu exterioris quovis modo declarato.

DEI adnectamus obligationem, quæ dicitur ex consensu: quia non exigit traditionem rei, scripturam, aut verba essentialiter. Sed sufficit consensu exterioris expressus, etiam inter absentes, l. 2. §. 1. l. obligamur, §. 2. §. non us, & fin. D. de obi. l. quod se nolit, 31. §. illud, 18. D. de ad. l. edict. l. 30. D. de solut.

Militant sub ista, multæ species a thomæ: & I. Emptio, & Venditio. II. Locatio, & Conductio. III. Societas. IV. Mandatum, & ceteræ multæ; De quibus distinctus. Et I.

DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

T I T. XXIV.

1463. Emptio à permutatio ne ortum habuit.

Emptio, & Venditio est contractus consensu celebratus; successit loco permutationis, siue commutationis, ut loquitur Niphus fol. 76. de divitiis; Nam per contractum permutationis, una res cum alia mutatur, l. 1. D. de rerum permut. Quæ mutatio non poterat semper cum aequalitate fieri. Et idè inventa fuit pecunia: cujus perpetua, & publica extimatio omnia exequaret, l. 1. D. de contrab. empt. l. fin. D. de rer. permut. Arist. §. Eth. cap. 5. Scotus in 4. d. 15. ar. 2. Licet permutatio pro venditione confuso olim vocabulo acciperetur, Gen. 25. n. 31. ubi primogenitura vendita dicitur ab Esau Jacobo fratri pro adulio lentis, quæ propria permutatio est.

Quid sit Emptio.

Ex §. pretium, 1.

1464. Definitio Emptionis.

Emptio est contractus Juris gentium, quo de pretio certo pecuniario dando pro re, convenitur. Venditio est contractus distrahendæ rei pro pretio, DD. in l. 2. C. de rescind. vend.

Venditio nis.

Quo reducitur definitio Augustini Niphi lib. 1. de vera vivendi libertate, p. 2. fol. 76. Emptio est commutatio nummi pro re. Venditio est commutatio rei pro nummo.

Incapit Juris gentium.

Ly contractus juris gentium, indicat Juris gentium ortum habuisse, l. 1. in fin. D. de contrab. empt. l. ex hoc jure §. D. de just. & jur. l. Juris gentium, 7. §. 1. D. de pact. Est enim ab omni Gente approbatum. Nec necess. Tom. II. Lib. III.

sum fuit illic ab initio pecuniam fuisse inventam & quasi Jus gentium homini fit coetaneum, l. 1. D. de acq. rer. dom. Nam satis est, ut inchoativè ab initio inchoaverit, & necessitate urgente successivè temporum à recta ratione approbatum, §. Jus autem civile, v. Quod verò naturalis, lib. 1. Inst. de jure nat. gent. &c. Nec ex eo, quia deinde Jure civili pecunia approbata fuerit, l. fin. C. de veteris numismatis potest. l. fin. C. de fals. mon. hinc emptio erit Juris civilis. Nam Jus civile etiam approbat; quæ Jure gentium emanarunt.

Ly de pretio certo pecuniario, indicat, sine pretio certo pecuniario non dari emptionem, §. pretium, 1. pretium hoc tit. l. 2. §. 1. l. 7. l. cum in venditione, 36. l. 37. l. 55. pecunia, l. 72. D. de contrab. empt. In quo a permutatione diversificatur, in qua res pro re datur, l. 1. D. de rer. permut.

Dicitur dando pro re, non datum, ut ostendatur, ante traditionem contractum esse perfectum in se: cum solo consensu perficiatur, l. 1. in an. l. 2. §. 1. l. in essentialibus venditionibus, 9. D. de contrab. empt. l. si. C. cod. Non in effectu, donec traditione consummatur l. 2. C. de pe. re. & con. rei vend. Et oritur actio ad petendum, l. qui pendentem, 25. D. de act. empt. §. alia autem, 1. Inst. de donat. licet petens pretium repellatur exceptione, si rem non tradidit, l. Julianus, 13. §. afferri, 8. D. sit. tit.

Rursus ly dando indicat, datione pretii ejus dominium in venditorem transferri, nam pecunia faciliè accipienti acquiritur. In quo differt à venditione, in qua res dicitur tradi, non dari, l. ex empto, 11. §. 2. l. servus, 30. §. fin. D. de act. empt. l. si ita distrahatur, 25. §. 1. D. de contrab. empt. Et Emptor fit dominus soluto pretio, si Venditor sit dominus. Si verò non sit dominus, Emptor acquirit jus usufructuendi, & ut possit agere de evictione, d. l. ex empto, 11. §. 2. l. in vendendo, 66. D. de contrab. empt. l. si in venditione, 60. D. de evict.

Dices. Etiam in conductione datur pretium pro usu rei conductæ, l. 1. l. 14. l. quod si domi, 28. §. 2. D. locati. Ergò definitio emptionis alteri à definito competit. Ergò mala definitio.

Resp. I. dist. anteced. Datur pretium pecuniarium ex natura conductionis. Nego anteced. Ex libertate Contrahentium. Concedo anteced. Enimverò potest aliquid aliud; quàm pecunia pro pretio conductionis pacisci. Nec placet responsio Harpp. bbe num. 75. dicentis, in emptione, pretium dari pro merce, in locatione pro usu. Nam esset emptio usus rei, pro quo solvitur pretium. Cum ipso fatente num. 27. res incorporales, ut est usus, emi possint, l. nec emptio, 8. D. de contrab. empt. l. rei appellatio, 5. l. 23. D. de verb. sign.

Resp. II. differe venditionem à locatione, in aliis, quàm in pretio pecuniario, ut infra tit. 25. An Venditor possit cogi ad tradendam rem, pretio ab Emptore oblato.

Ex §. 1. v. Res tradatur.

Affirma. Bart. Cass. & alii in l. 1. D. de act. empt. Dec. & Alex. in l. 9. D. de reb. cred. Ant. Fab. 6. conj. cap. 17. & de error. prag. dec. ad. 22. err. 4. Coras. miscell. cap. 3. num. 7. Moria in Emptor. p. 1. tit. 9. qua. l. 7. Contra re Vendit. Soc. in d. l. 9. num. 22. Alsias. in Lun. C. de sent. qua. torem ad pro eo, Facch. 2. contro. cap. 30. Donell. 12. com. cap. 2. rem ven. num. 50.

I. Quia est natura contractus, ut necessitatem inducat servandi pacta, §. 1. sup. de oblig. l. obligamur, lato pre. §. 2. §. necessitate, 7. D. ad oblig. II. Ex l. ex empto, 11. §. 2. D. de act. empt. III. Quia nequit una res pro altera solvi in vivo creditore, l. 2. §. 1. D. de reb. cred. Ergò nequit interesse solvi, si res extet. IV. Ex §. alia autem, 2. v. Et ad exemplum, lib. 2. Inst. de donat. ubi Donatarius cogit Donantem inter vivos ad tradendam rem, ad instar venditionis. Sed Donator debet tradere rem donatam, l. si quis argentum, 35. §. fin. C. de donat. Ergò, & Venditor rem venditam. V. Alias sequeretur, quem rem uni venditam, licitè posse deinde alteri vendere. Nam primo emptori tantum teneretur ad interesse: quod prohibitum est sub pena falsi, l. qui duobus, 21. D. ad l. Cor. de fals. Li-

Eicet secundus emptor ob bonam fidem acquirat dominium, l.quoties, 13.C.de rei vind.

Nec audi- Dices. Qui tenetur ad factum, praestando interes- tur vendi- se liberatur, l. si quis ab alio, 13. §. fin. D. de re jud. Sed tor solvo- Veditor in tradenda re vendita tenetur ad factum, re volens l. si rem tradi, 18. D. de verb. oblig. Ergo solvendo in- interesse. teresse liberatur.

Resp. Diff. maj. Quando factum est personale inducens speciem servitutis: ut fodere, edificare. Concedo maj. Quando ita non est. Nego maj. At in re nostra species servitutis non est. Cum sit rei traditio instantanea. Et ita intelligas l. 7. et l. 75. §. qui, 7. D. de verb. oblig.

Accedit. Traditionem illam non esse solius facti, sed etiam juris dominii, l. cum manu facta, 80. §. fin. D. de contrab. empt. & sic non curnit l. si quis, 13. §. fin. D. de re jud. loquens de mero facto.

Venditor quando tenetur ad interesse?

1466. Si Venditor nequeat rem tradere; tunc liberatur, Nisi res solvendo, quod interest, & ita intelligas l. 1. l. ex em- tradi ne- pto, 11. §. idem ait, 9. D. de act. empt. l. contractus, 17- queat. v. Adeo ut non illud, C. de fide instr. l. vinum, 22. D. de reb. cred. l. si cum fundum, 68. §. fin. D. de contrab. empt.

II. Venditor damnatur ad interesse, si fuit in mora tradendi: ut possunt etiam intelligi Jura citata, & l. si traditio, 4. l. 10. C. de act. empt.

III. Si res vendita evincatur, l. 3. l. si in venditio- no, 60. D. de evict.

Vel Em- IV. Si Emptor non urgeat; sed Venditore recu- ptor con- sensiat, ut sensiat, ut pro re in- teresse sol- va ur.

Quid requiratur, ut contractus emptionis sit perfectus?

Ex §. 1. v. Sed hoc quidem.

1467. Emptio ea se nihil aliud requirit, quam mutuum praesentem consensum, & acceptationem Contra- hentium de re, & illius pretio, l. 1. §. conventionis, D. de pass. l. in omnibus, 55. l. 57. D. de oblig. ubi ad con- tractum consensus requiritur, l. 2. l. nec ex empto, 3. D. de contrab. empt. l. emp. l. empti, 9. C. cit. tit. ubi pro- missio, & acceptatio mercis, & pretii exigitur.

Dixi ea se. Nam ex voluntate partium potest scriptura exigi; & tunc ante scripturam contractus non est perfectus, l. contractus, 17. C. de fide instr. l. cum inter, 4. C. de peric. & com. rei vend.

An requiratur Arrha: hoc est pignus?

Ex §. 1. v. Nam quid arrha.

1468. Nega. text. hic, l. quod sapit, 35. D. de contrab. empt. Quia arrha est pars pretii solvendi, amittenda a recedente injuste. Ergo licuti pretium, ita arrha ejus pars, non ingreditur emptionis quidditatem, l. fin. D. de l. commissar.

Potest tamen interponi, ad instar Arrhae, alia res a pecunia, l. 2. C. quando liceat ab empt. disced. l. ex empto, 11. §. si vina, 6. D. de act. empt. Cujac. 11. abser. cap. 17.

An amissa arrha, possit quis non stare contractui?

Ex d. v. Nam quid arrha.

1469. Distinguas: Vel contractus est jam perfectus: Vel Nequit incompletus: puta, nondum sit scriptura a partibus quis rece- exigita.

Si perfectus: tunc nequit recedere, etiam, si velis tractu per arrhas amittere, imo cogitur, et si nolit, ad interesse fessio, e- condemnabitur. Ratio, quia arrhae, ad firmandum, tiam si ve- non ad infirmandum contractum, sunt inventae, lit amit- l. quod sapit, 35. D. de contrab. empt. Secus minus esset tere ar- obligatus dans arrhas, quam non dans; qui compeli- rhas. li posset, l. 6. l. 7. C. de resc. vend. l. 2. C. quando licet ab empt. disced. II. Dans pignus non liberatur a contra- ctu, si pignus non sufficiat pro integro credito. Ergo nec dans arrhas.

Si vero contractus sit incompletus ob defectum alicujus solemnitatis requisitae a partibus: puta, scripturae Notarii. Tunc resiliens amittit arrhas: nec ad contractum qui adhuc non tenet, teneretur: patet ex text. hic. ibi: Donec aliquid deest ex his; & punitentia locus est. Ita tamen nisi jam arrharum nomine aliquid datum fuerit. Nota ly deest, ubi con- tractus non adhuc est perfectus. l. contractus, 17. C. de fide instr. ibi: Vendere pollicitus est venditionem re- cilians in duplum arrhas reddere cogatur. Ubi ly ven-

Ab imper- facta potest amittit ar- rhas.

deve pollicitus, indicat non adhuc perfectam em- ptionem. Unde arrhae appositae contractui imper- fectio arstant Contrahentes ad illum complendum arrhas, & sub poena amissionis illarum. Et Venditor solvit duplum, d. l. contractus, ubi Cyn. & Alber. in §. aliud. tandem Hunn. 3. var. tr. 7. p. 1. quast. 9. Contra Salyc. & Sicard. in d. l. contractus, 17. §. illud, Facch. 2. contro. cap. 28. Soarem. recept. v. arrhas, n. 274.

Quotuplex sit Venditionis, & Emptionis Contractus?

Ex §. Emptio tam, 4.

Contractus iste patitur genericas divisiones. In purum, Sub conditione, In diem, Modalem, Et passio- natum, & c. text. hic. l. sicut, 20. D. locati, l. 44. D. de oblig. & act. l. si quis, 37. D. de contrab. empt.

1470. Divisio accidentis.

II. Dividitur in venditionem ad Corpus, & ad Mensuram.

Sub conditionis divisione militant Venditio I. cum pacto legis commissoriae. II. cum pacto adjectionis in diem: ut sc. res sit inempta, nisi intra tantum temporis solvas pretium, l. 2. D. de l. commissoriae. III. cum pacto retrovendendi. De quibus hic distinctius. Et I.

DE PACTIS RESOLUTIVIS Emptionis, Locationis, Gensus, &c.

Quid sit pactum resolutivum Venditionis, &c.

P Actum resolutivum solet apponi in casu inob- servantiae contractus initi: puta, si Debitor non solvat censum, pensionem, pretium statutum; Con- tractus census, locationis, venditionis, statim, illicd, incontinenti fit nullus: habeatur, ut non factus, l. commissoria, 2. C. de pass. int. empt. l. Trajectitia. §. de illo, D. de oblig. & act. l. si quis ex l. D. de judic. Alex. in l. si in insulam, n. 42. D. de verb. obl. Aff. dec. 174. n. 4. Vivius decis. 521. n. 5. Trentacinq. 2. var. tit. de solutio- nib. num. 6.

Definitur. Est conventio, ut contractus initus sit ita, ac si nunquam fuisset initus, si aliquid non ser- vetur, ex l. commissoriae, 2. C. de pass. int. empt. l. 1. D. de in diem adject. l. 1. D. de lege commiss. l. 2. C. de jure emphyt. c. potuit, de locat.

1471. Resolvit contractum.

Et cum pactum apponatur reciproco partium consensu; hinc resolvitur contractus pactis non ser- vatis ex voluntate earumdem partium; quae, ut pos- sent resolvere contractum ex post facto; ita valent ab initio inire pactum, ut resolvatur in aliquo casu inobservantiae, l. voluntate, D. quibus modis pig. vel hypoth. Frauch. decis. 559. n. 5, & alii quos sequitur D. Scoppa in Scholiis ad Contr. for. R. Merlm. cent. 1. cap. 46. n. 3. in fin. Et verificatur regula: Per causas, per quas fit res, resolvitur, C. de reg. jur. l. nihil tam natu- rale, D. de reg. jur.

Voluntate partium.

An Juro communi, & Regni valeat in Censu, in in- strumento apponi pactum: ut liceat liquidare Instrumentum; si tertia non soloantur; si corpus obligatum alienetur; vel si res non sit libera?

Affirma. Prat. 1. forens. cap. 15. num. 2. & 38. di- cens, in Regno frequentissime servari, Gabr. lib. 6. cons. 152. Milonenf. lib. 2. decis. 2. num. 91. Gratian. cap. 258. num. 20. & cap. 301. num. 5. & decis. 12. ex num. 18. ubi D. Scoppa in observat. num. 3. qui etiam ait in Scholiis ad Controv. for. Reg. Merlm. cent. 1. cap. 72. num. 1. Ravit. ad Pragmat. 1. num. 35. de cen- sib. Cavalcav. decis. 43. num. 19. par. 1. Camill. de Me- dicis. consil. 39. num. 29. Paschal. part. 2. de patr. pa- rest. cap. 9. num. 7. Masfrill. decis. 95. num. 1. Reg. Pe- tra ad Rit. 166. num. 15. negans num. 16. posse apponi in censu vitalitio, Pelidor. Ripa observ. 26. num. 3. Sesse decis. Aragon. 116. num. 65. vol. 2.

1472. Instru- mentum census eo pacto in- censatur.

Patet ex l. 2. C. de jure emphyt. c. potuit, de locat. Pacta enim respicientia securitatem census, sunt licita, Latio tom. 1. decis. 30. Gabr. vol. 1. consil. 152. & dissolutio contractus est poena fidei non servatae; ideoque licite incurritur, l. si quis major, Cod. de transact.

Quisquis rebus suis cavere potest.

Nec officit, sortem debere esse demortuam in cen- su. Nam demortuam esse sortem, est, non posse re- peti a Creditore servata fide, & solvente censum;

non verò si pactis Debitor non stet, idem non servando, nec solvendo statuto tempore, Tappia decis. 25.

An Pactum Rescissorium ommissum, censetur tacite adjectum?

Affirmat Thorus voto 60. nu. 21. & voto 84. nu. 138.

1473. l. 1. ac etiam R. Petra ad Rit. 166. nu. 12. ajens usu communiter receptum, posse rescindi contractum tertius non solutis; quia pactum ommissum censetur tacite adjectum, ob consuetum modum contrahendi, ex Capycio decis. 159. Rovit. ad Prag. 1. num. 6. de satem par. censib. de Marinis tom. 1. cap. 281. Prato lib. 1. cap. 15. num. 91. & docet D. Scoppa ad Gratian. observ. 161. num. 25.

Sed de his meritis dubitas Gypcius ad Capyc. Latino decis. 115. num. 14.

Istis delibatis de Pactis resolutivis in communi, orationem convertamus ad singula in specie habentia conditionem non suspensivam, sed resolutivam Venditionis, &c. l. 1. D. de lege commissoria Et l.

DE PACTO LEGIS COMMISSORIÆ.

Quid, & quadruplex sit?

1474. **E**st pactum resolutivum contractus purè initi, si pretium statuto tempore non solvatur, l. si fundus, D. de l. commiss. ibi: Magis est, ut sub conditione resoluti emptio, quam sub conditione contrahi videatur. l. 2. l. 3. l. si fundus lege commissoria venierit: hoc est, ut nisi intra certum diem pretium exsolutum sit, inemptus feret. 4. & l. lege, 5. l. de lege, 6. l. post dies, 7. l. mulier, 8. D. de l. commiss. l. 2. §. Sabinius, D. de usu cap. pro emptor. l. 2. C. de pact. inter empt. Dicitur commissoria, quia in pœnam moræ solvendi incidit in commissum: scilicet in pœnam nullitatis, ut non solvens canonem Emphyteuticum incidit in commissum, l. 2. C. de jur. empt.

Potest iniri hoc pactum duplici modo. I. verbis directis: ut emptio, locatio sit nulla. II. verbis obliquis: ut emptio resolvatur: res emptæ, vel locata restituatur, l. 4. §. 6. D. de l. commiss.

Cujus favore sit Pactum Legis Commissoriæ.

Est favore Venditoris, vel Locatoris, non favore Emptoris, aut Conductoris, l. 1. ubi Bald. cum venditor, 2. ibi: Venditoris causa cavetur, l. nam legem, 3. ibi: Venditor exercebit. l. de lege, 6. ibi: Et ea lege Venditor uti velit. D. de l. commiss.

1475. **P**actio l. com. quis statuat. An Emptor invita Venditore, non solvendo die prefixo, possit uti pacto legis commissoriæ, & resolvere contractum?

Nega. Nam Venditoris, non Emptoris favore est inductum pactum, l. commissoria, 4. ibi: Malueris. C. de pact. l. de lege, 6. ibi: Venditor velit fundos inemptos fore, l. cum venditor, 2. l. nam legem, 3. D. de l. commiss. Ergo Emptor non potest, Venditore invito, pactum resolvere, nè sit in odium, quod favore Venditoris introductum est, contra l. quod favore, Cod. de leg. l. 3. D. de serv. expor. l. si Judei, D. de minor.

1476. **N**on utitur Emptor. An Venditor adveniente tempore prefixo, liberè possit resolvere contractum, vel cogere Emptorem ad solvendum pretium, firma remanente pacto.

Affirma. l. cum venditor, 2. l. nam legem, 3. ibi: Commissoriam, quæ in venditionibus adicitur, si volet, Venditor exercebit, non etiam invitus, l. si fundus, 4. §. eleganter Papinianus scribit, statim, as commissaria est lex, statimere Venditorem debere: utrum commissoriam velit exercere? an potius pretium petere? nec posse, si commissoriam elegit, posse variare. l. 6. in fin. D. de l. commiss.

Et si post tempus statutum recipiat Venditor pretium, censetur renunciante legi commissoriæ, l. post diem, 7. D. cis. 217.

1477. **A**ffirma. Si verba sint directa: ut contractus sit nullus, irritus res sit in vendita, l. mulier, 2. ibi: Ut à Venditoris vindicari debeant ex conventionem venditionis, D. de l. commiss. Ut de pacto adjectionis in dictum est, Gloss. in l. si de eo, C. de pact. Nam si verba

legis commissoriæ sint obliqua: ut, Contractus rescindatur, annuletur: res repertatur ad venditorem: Dominium restituatur res ab emptore. Tunc requiritur declaratio, & restitutio. Et sic tradit Can. er. 3. var. cap. 8. traditione m. 1. Gam. 2. var. cap. 2. n. 30. Covar. 3. var. cap. 9. ad dantiè.

An una via electa, etiam tacite, altera tollatur?

Affirma. l. commissoria, 4. C. de pact. int. empt. ibi: Non vindicationem rei, sed usurarum, l. fundus, 4. §. elegantè, ibi: Statim atque commissaria lex est, statuere venditorem debere: utrum commissoriam velit exercere, an potius pretium petere? nec posse, si commissoriam elegit, posse variare. ubi Bald. nu. 1. l. de lege, 6. in fin. l. post diem, 7. ibi: Nec variare. D. de l. commiss.

Ratio est, I. quia, electione unius, tacite est renunciatum alteri viæ, d. l. post diem, 7. ibi: Renunciare videtur legi commissoria. II. quia implicat, posse petere pretium, & rem, quia petendo pretium, supponit contractum validum: petendo rem, supponit contractum resolutum.

Sed quid si protestetur expressè, nolle renunciare alteri viæ, & una via electa, altera non tollatur?

Decisio petenda ex tradendis, cum de Protestatione.

1479. **A**n Emptor faciat fructus suos ante resolutionem contractus?

Affirma. Nam est verè dominus, eique res fructificare debet, l. lege, 5. ibi: Emptor interim eas sibi suo quoque jure percipiat, D. de l. commiss.

An, resoluti contractu, Emptor restituat fundum, unà cum accessoriis, & fructibus perceptis?

1480. **D**istinguas: vel Emptor solvit vel non solvit ali- quid pretii.

Si non solvit aliquid pretii, restituit rem, unà cum fructibus, & accessoriis; & si res deterior facta sit culpa Emptoris, etiam debet restituere in quantum res deteriorata est. Idque Venditor petit actione ex empto, l. si fundus, 4. l. §. l. de lege, 6. ibi: Nec id, quod accesserit, emptori debere. D. de l. commiss.

Nec officit, fructus quæsitos Emptori, l. §. D. de l. commiss.

Nam fuerunt quæsitæ revocabilitè, resolutibilitè, sicuti fuit quæsitum dominium rei resolvable, si pacta non fuerint servata, d. l. lege, 5. ibi: Nihil refidere pensis eum oportere in re, in qua si dem sefellisset. D. de l. commiss.

Si verò solvit, & amittit aliquid pretii: putat, si datum sit aliquid pretii ad instar arrhæ, ut illud amittat resoluti contractu; tunc pro rata illius pretii fructus retinet, l. si fundus, 4. ibi: Ut interdum fructus Emptor lucretur, cum pretium, quod numeravit, perdidit. l. mulier, 8. D. de l. commiss.

Hinc resolvitur.

1481. **A**n Venditor, vi legis commissoriæ ob pactum non servatum, resoluti contractu possit retinere id, quod ei solutum est. In no. arrhæ, vel alio nomine.

Affirma. l. de lege, 6. ibi: Quod arrhæ, vel alio nomine datum est, apud Venditorem remansurum. l. mulier, 8. D. de l. commiss.

Et tunc arrhæ non cedunt in pretium; sed retinentur in pœnam Commissariæ, l. de lege, 6. D. de l. commiss.

Nec requiritur sententia Judicis, ratione pœnæ. I. Nam hic non requiritur traditio: cum jam sit pretium in posse Venditoris. II. Quia hæc est pœna Conventionalis, non Legalis requirens sententiam. III. Quia cum sit pœna, debet nocere Emptori, idèque amittit arrham, quæ non est pars pretii, sed transit in pœnam. Et in hoc non currit: Contrahentes non debent ad imparia judicari.

Nunc est questio.

1482. **A**n possit apponi Pactum, ut resoluti contractu ob non solutionem pretii, si Venditor minori pretio alteri rem vendat, id sit in damnum primi Emptoris?

Affirma. l. fundum, 4. §. elegantè, ibi: In commissoria etiam hoc solet convenire, ut si Venditor eundem fundum venderet, quanto minori vendidit, id à prior

1479. **U**na via electa altera tollitur.

1480. **E**mpior quando fructus retinet?

1481. **Q**uando fructus retinet?

1481. **V**enditor, contractu resoluti, retinet arrham.

1482. **E**mpior primus tenetur ad quanto minoris vendidit, id à prior

emptore exigat, erit itaque adversus eum ex vendito actio. D. de l. commissi.

An Emptor teneatur, adveniente die, sine interpellatione solvere pretium; ne incidat in legem commissoria?

1483. Affirma, l. si fundus, 4. §. Marcellus, 6. ibi: Arbitrar offerre eum debere, si vult se legis commissoriae potestate solvere, quod si non habet, cui offerat, posse. l. mulier, 3. D. de lege commissi. Ratio est: quia dies interpellat pro homine, l. magnam, C. de contrab. stipulat. l. pecunia, §. fin. C. de usur. d. §. Marcellus.

Dabet sine interpellatione solvere si adfit, cui solvat. Si vero desit Venditor, vel alter, cui offerat, censetur solvere non posse, & nequit ad offerendum, tanquam ad rem impossibilem, obligari.

Sed quid, si adveniente die obtuleris pretium; & Venditor non fuit inventus: Et sequenti die Fiscus convenit Emptorem: an inquam Fiscus praferatur in illa re empti, tanquam in re Venditoris forte delinquentis.

Respondetas, confirmatum esse contractum, nec Emptor dicitur facere contra pactum, nec incidit in commissum; nec res est inempta, l. mulier, 3. in fin. D. de l. commissi. Cum enim tunc non stet per Emptorem; sed stet per Venditorem; non debet Emptor damnificari culpa Venditoris morosi; nec privari re empti, l. trajestitiae, in fin. D. de actione oblig.

An, si Venditor transacto tempore praefixo ad resolvendum contractum, peccat pretium; censetur renunciase pacto legis commissoriae.

1484. Accipiens pretium post lapsu termini nequit intentari pacto l. commissoriae. Affirma. l. de lege, 6. §. post diem lege commissoriae comprehensum, Venditor partem reliqua pecuniae accepit, videri recessum a commissoria. l. post diem commissoriae legi praestitum, si Venditor pretium peccat, legi commissoriae renunciare videtur, nec variare, & ad eam redire potest. 7. D. de l. commissi. Genituer enim elegisse, nolle resolvere contractum, sed velle pretium, firma remanente contractu.

An autem recipiens pretium, & censum; possit protestari, se nolle renunciare pacto legis commissoriae: sed exigere annum consumum, pretium, firma remanente caducitate?

Negat Bald. in l. si fundus, §. & eleganter, D. de leg. commissi. quia haec est protestatio Juri contraria: Nam Jure debet determinare, an uti velis lege commissoria; an non? l. cum venditor, 2. l. nam legem, 3. l. de lege, 6. ibi: Ea lege uti venditor velis. D. de lege commissi.

An in Pignoribus possit apponi pactum legis commissoriae?

1485. Distinguas, vel Incontinenti, vel ex Intervallo apponitur:

Si Incontinenti, nega apponi posse, l. qui pactus, 1. l. quoniam, 3. C. de pact. pignor. & de lege commissoria in pignoribus, cap. significanse, ubi Bald. de pignor. tunc enim censetur pallium usurae: ut scilicet retineat id, quod pignus plus valet supra sortem.

Ex Intervallo, affirma, Crotus vol. 2. conf. 185. n. 79. Gloss. in l. 2. C. de pact. pignor. Aver. in l. si ita quis, §. Seja cavit, D. de verb. oblig. Addentes ad Bald. in l. si fundus, l. 1. C. de l. commissi.

Et ratio est, quia quando ex intervallo apponitur pactum legis commissoriae: tunc cessat praesumptio usurae: ratione cujus praesumptionis, in pignore est prohibito pactum legis commissoriae. Sicuti pactum de retrovendendo, illico, non ex intervallo adjectum, est cum aliqua suspitione simulationis, Gloss. in cap. conquestus, de usur. cap. ad nostram, de empt. & vend.

1486. An in arboribus teneat pactum legis commissoriae? Quid in arboribus? Affirma. l. 1. Cod. de pact. inf. idque in poenam non servantis fidem, l. lege, §. ibi: Fidem sefellisset. D. de l. commissi.

Venditor, contractu resoluto, restis resolutivus, vel obliquus. Actio competens Venditori resoluti contractu?

Distinguas, vel pactum est conceptum verbis directis resolutivis, vel obliquis. Si directis resolutivis, competit duplex actio. I. est Remindicatio, ob dominium recta via reacquiratur, resoluti contractu venditionis. II. est Bald. in

l. si fundus, D. de l. commissi. l. qui hac lege, D. de rei vind. l. 2. C. de pactis inter empt. actio Personalis, quae est actio principalis contractus, l. 2. & l. Imperatores, 19. D. de in diem adject.

Si vero sit pactum conceptum verbis obliquis tunc cessat actio rei vindicationis, cum dominium non sit illico requisitum, & remanet actio Personalis contractus, l. Imperator, 19. D. de in diem adject. l. sed Celsus, §. 1. D. de contrab. empt.

DE PACTO ADJECTIONIS IN DIEM.

Quid sit?

Pactum adjectionis in diem est resolutivum contractus; si intra certum tempus alius meliorabit conditionem Venditoris, aut Locatoris, l. 1. C. de pact. int. l. 1. §. quoties, ibi: Si actum sit, ut meliore allata conditione, ab emptione discedatur, erit pura emptio, l. si venditor, 17. ibi: Abitum est a priori emptione. D. de in diem adject.

An istud pactum teneat?

Affirma. l. sed Celsus, 6. D. de contrab. empt. tit. D. de in diem adject.

Dices. Hujus contractus pretium nequit remitti in voluntatem Emptoris, l. haec venditor, 7. D. de contrab. empt. Ergo nec potest poni pactum adjectionis in diem. Nam in ejus voluntatem reiceretur contractus: quia Emptor ipse posset velle majus pretium.

Resp. Necessario pretium, sicut contractum, in fieri pendere a voluntate promittentis; sed in facto esse nascitur necessitas, ut nequeat a contractu recedi, l. sub hac conditione, 3. D. de oblig. & act. l. 17. D. de verb. oblig. Nisi apponatur conditio resolutiva casualis, ut est haec, si scil. tertius meliorem conditionem offerat.

Hoc pactum quot modis concipi valeat?

Potest concipi dupliciter: Vel verbis directis, Vel verbis obliquis; ut dictum est de pacto legis commissoriae.

Cujus Favore?

Est favore Venditoris, vel Locatoris; nisi aliud exprimatur, l. Sabinius, 12. ubi Bald. D. de in diem adject. ubi Venditor potest reicere meliorationem, & velle persistere in priori contractu; nisi actum sit, ut oblata melioratione liceat Emptori, vel Conductori discedere ab emptione. Nam tunc Conductore, vel Locatore discedente, est soluta prima emptio, aut locatio, etiam si Venditor, vel Locator nolit admittere meliorationem oblata, l. Sabinius, 12. in fin. D. de in diem adject.

An sit Purum, vel Conditionale?

Distinguas cum Bald. in l. 1. D. de in diem adject. Vel ly Nisi, Si, Ut, tendit ad perficiendum contractum venditionis, vel ad resolvendum contractum.

Si tendat ad perficiendum contractum emptionis, vel locationis. Tunc donec purificetur, contractus est suspensus, & conditionalis usque perficiatur. Ita est, si partes nolint contractum perfici, nisi adveniente die meliorationis.

Si vero ly Nisi, ly Si, apponatur ad resolvendum contractum initum; tunc contractus initus est purus, perfectus. Nam nequit resolvi, quod non existit; & ita habens rem titulo emptionis sub pacto adjectionis in diem, est pure dominus: licet dominium sit resolvable, conditione meliorationis postita, l. 1. §. quoties, 2. l. quoniam, 3. l. ubi autem, 4. l. cum, qui, 7. §. cum igitur: tuus recedatur ab emptione, ubi pure contrahitur; & tunc non impleatur, ubi sub conditione fit. D. de in diem adject.

Pendente tempore praefixo pro melioranda conditione, si res pereat, cui perit?

Distinguas. Vel pactum habet vim conditionis suspensiva, vel resolutiva.

Si resolutiva perit Emptori. Nam ipse est verè dominus; & re perempta nequit amplius expectari, in resolutiva meliorabit conditionem venditionis? tunc cond. l. quoties, 2. §. ubi igitur, l. quoniam post interitum rei, jam nec afferri possit melior conditio. 3. D. de in diem adject.

Si suspensiva, perit Venditori; Nam interim Venditor

1487. Tenet pactum, ut res vendita tradita emptori, revertatur ad Venditorem, si residuum pretii certo tempore non solvatur, l. qui ex lege, 3. C. de pact. int. exempt. idque potest actione ex emptio, d. l. qui ea lege.

1488. Tenet pactum adjectionis in diem.

1489. Favore Venditoris vel Locatoris.

1490. Et quando purum, quando conditionale sit.

Resolutio est rei tantum extantibus.

1491. Perit domino, ut est Emptor in resolutiva, tunc cond. l. quoties, 2. §. ubi igitur, l. quoniam post interitum rei, jam nec afferri possit melior conditio. 3. D. de in diem adject. in suspensiva.

ditor est dominus, suspensa venditione usque ad tempus, quo verificabitur conditio meliorationis, l.2.3.& 4. D. de in diem adject.

An, destructa re principali, corrumpat patti adjectio in fructibus: puta, in partu ancilla mortua?

1492.

Nega. l. si res in diem, 5. D. de in diem adject. An pendente resolutione contractus Emptor faciat fructus suos?

Distinguas. Vel pactum est suspensivum, vel resolutivum emptionis.

Si suspensivum. Tunc Emptor non est dominus; nec facit fructus suos, l. ubi autem, 4. D. de in diem adject.

Domino Si resolutionum, facit fructus suos: quia est pure res fracti dominus, l. 2. & l. 3. l. si ex duobus, 6 §. ex quo colligitur, fecit: ut quod emptor medio tempore dominus est. D. de in diem est emptor adject. Et Emptor tunc potest etiam rem pignoris cum pacto resolutivum, l. si ex duobus, 6 §. fin. D. de in diem adject. Et habet omne commodum, & incommodum illius non cum rei, l. cum, qui, 7. D. de in diem adject.

Suspensio An resoluto Contractu, resoluatur contra Hypothecam, Pignora, ita ac si emptio non fuisset inita?

Affirma. l. cum, qui, 7. ibi: Aliquem, sicut fructus,

1493.

Hypotheca quod distans est, fructus interea captos, emptorem ca resolutivum prioris sequitur: ut verum est; quoties nullus emptor vultur, existit, qui meliorem conditionem afferat, vel falsus existat. Si vero existit emptor posterior, fructus restituere priorem debere constat venditori. 9. l. Imperator, 19. ibi: Venditori restitui necesse est. D. de in diem adject. Quando dicatur meliorata Condicio?

1494.

Conditio Semper ac aliquid commodi contingit Venditori, in quantitate, in qualitate, in tempore, in loco, si in modo: puta majori cautela pignoris, si de iustis foris, faciliore solutione, in loco aptiori, vel si sine tot cautelis emat secundus Emptor; Non vero si aequalem conditionem afferat: vel si secundus Emptor sit simulatus, non verus, l. 2. l. cum, qui, 7. §. cum igitur, §. melior autem conditio, l. quidquid, 3. D. de in diem adject.

Non tamen dicitur meliorari conditio ob fructus excessivos, qui restituuntur Venditori; nec transeunt ad secundum Emptorem, l. si venditor, 17. §. fin. D. de in diem adject. Sicut nec melioratur conditio, si secundus Emptor sit idoneus ad servanda promissa, l. 4. §. fin. l. sed si, ubi Bald. D. de in diem adject.

An praeratur Primus Emptor, si in concursu sum Secunda, licitatione conditio melioraret?

1495.

Emptor Sed tenetur restituere Venditori fructus interim perceptos: nisi aliud actum sit, l. item, quod, 9. §. si quis, in fin. ubi Bald. l. Imperator, 19. D. de in diem adject. Non enim lucratur fructus perceptos: Nam resolvitur emptio, ita ac si ab initio non fuisset; & contrahitur secunda emptio meliorando conditionem extincta prima. Ergo non potest retinere fructus vi primae emptionis, quia retineret sine titulo, resoluta jam primo contractu; quamvis sit initus secundus, l. pacta conventa, §. Paulus, D. de contrah. empt. Ut in pacto adjectionis in diem, & Legis commissoriae, ac similibus, ex Juribus, quae allegat D. Scoppa ad Controv. for. R. Merlin, cent. 2. cap. 25. sub nu. 10.

An Emptor oblata, & non admisa a secunda Emptore meliori conditione, possit ipse ab emptione, invito Venditore, discedere?

Affirma. l. Sabinus, 12. in fin. D. cit. tit. Nam impleta est conditio, sub qua resoluta est emptio. An Creditor possit vendere Pignus cum pacto adjectionis in diem?

1496.

Emptor Affirma. Et tunc tenetur admittere meliorationem conditionis: in quo differt a principali Venditore domino rei-potente reicere oblata meliorationem, l. sed si proponatur, 13. ibi: Non potest vendi bona fide agi, nisi adjectio recipiatur, D. de in diem adject. Et ratio disparitatis a principali domino venditore est, quia principalis potest renunciare

suo favori; at Creditor nequit praedjudicare domino pignoris. Ergo, debet admittere melioratam conditionem, d. l. sed si, 13. §. quod ergo, & l. quod autem, 14. l. 15. l. 16. D. de in diem adject.

An possit imponi Pactum adjectionis in diem, si adveniat tertius meliorans; ut, res sit in invendita primo melioranti, & sic deinceps?

Affirma. l. quod autem Sabinus, 14. D. de in diem adject. ibi: Prima, vel secunda, vel tertia adjectione res a venditore discedat.

Ratio est, quia non est major ratio, cur valeat pactum iniuri cum uno, & non cum alio emptore, & si pactum initum est; servandum est, ut cum primo; ita etiam cum secundo, cap. 1. & fin. de pact.

Si plures vendant rem uni cum pacto adjectionis in diem; & adveniente meliorante, unus ex Venditoribus illam respuat: An sit locus resolutioni Contractus?

Distinguas: vel unico pretio: vel pluribus distinctis pro rata cujuslibet.

Si pluribus distinctis pretiis; tunc unus alium non impedit: nisi pro rata sua, l. quod autem, 14. §. fin. l. & si, 15. D. de in diem adject. Nisi Emptor illam partem non emisset; & actum sit, ut Emptor habeat omnes, & singulas partes. Nam tunc id, quod faceret unitas pretii, facit unitas rei venditae, l. quod si, 16. §. ipse quoque, D. de in diem adject.

Si vero unico pretio res sit vendita: tunc uno dissentiente, impeditur resolutio, l. quod si uno pretio vendiderint, dicendum est, totam priori emptori manere, 16. D. de in diem adject.

Si plures vendant cum pacto adjectionis in diem: an valeat unus ex Venditoribus meliorare conditionem, & hoc emere totum?

Affirma. l. quod si, 16. §. verum est autem, vel unum ex Venditoribus posse meliorem afferre conditionem, emere enim cum tota re etiam nostram partem possimus, D. de in diem adject. Et est casus singularis, in quo Venditor valet emere rem suam pro parte meliorando conditionem alterius Conventoris, l. qui negotia, §. fin. D. mandat. l. quaedam, D. de acq. rer. dom.

Idque fortius poterit unus ex pluribus Emptoribus cum pacto adjectionis in diem, ita ut meliorans conditionem praeratur aliis Emptoribus non meliorantibus, l. cum in diem, 21. D. de in diem adject.

An dissolvatur prima venditio, si Venditor simulatè procurer secundam apparentem meliorationem?

Nega. l. si venditor, 17. ubi Bald. D. de in diem adject. Nam re vera non est verificata melioratio conditionis, & sic nec pactum resolutivum habet effectum.

An teneat Secunda emptio, si prior Emptor subiciat secundum Emptorem non idoneum, & secunda Emptori res tradatur?

Affirma. Nam tunc revera est recessum a prima emptione. Sed prior Emptor tenetur Venditori pro eo, quod sua interest; & ex empto conveniri potest a Venditore decepto pro interesse, damnis, & fructibus, l. si venditor, 17. §. sed si, D. de in diem adject.

An hereditate jacente possit meliorari conditio Venditoris defuncti?

Nega. Quia tunc nequit verificari pactum: scilicet, si placeat conditio meliorationis. Cum hereditas jacens non habeat electionem, l. si praeiudicium, 18. ibi: Quia melior conditio allata, qua domino placeat, intelligi non potest; cum is, qui vendat, non existat. D. de in diem adject.

An teneat pactum adjectionis in diem in una indeterminata ex pluribus rebus venditis?

Nega. Quia tunc deest materia pacti, certa, vel certificabilis, l. cum duo, 20. D. de in diem adject.

1497.

Pactum tam cum primo, quam cum secundo Emptore servari oportet.

1498.

Individua tunc res est voluntate.

1499.

Potest unum ex Venditoribus meliorare conditionem, & excludere alios equè meliorantes.

1500.

Emptor primus tenetur Venditori pro eo, quod interest.

1501.

Emptor primus tenetur Venditori pro eo, quod interest.

1502.

Emptor primus tenetur Venditori pro eo, quod interest.

An Venditor oblata melioratione, teneatur monere Primum Emptorem, ad hoc, ut si velit, ipse concurrat cum Secundo meliorante?

1503. Affirma. Bald. in licet, 10. D. de in diem adject.

Emptor primus revertor. Das est de melioratione oblata.

Patet ex l. nam quod, §. fin. l. necesse autem habebis Emptorem; ut, quod alius addidit, ipse quoque addere possit. 11. D. de in diem adject. Idque quia in paricau- la melior debet esse conditio possidentis, & domini, ut est primus Emptor, arg. l. fin. C. de iure emphyt. l. si cum quibusdam, l. unum, §. rogo, D. de legat. 2. Quæ restituenda resoluta contractu vi pacti adjectionis in diem?

Venditor restituit Emptori pretium, Emptor rem cum fructibus, accessionibus: nam cessat titulus ita, ac si ab initio non fuisset initus, l. sed Celsus, 6. D. de contr. empt. l. item, 19. l. Imperator, 19. D. de in diem adject. Gomez. 2. variar. cap. 2. n. 30. cum id, quod probat D. Scoppa ad Controv. far. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 25. nu. 10.

Hinc resolvitur, An, restituis fructibus, accessionibus, &c. à primo Emptore, sit ei restituendum pretium, una cura tertiis, & expensis necessariis in re factis medio tempore?

1504.

Restituitur re cum fructibus, sub intrat restitutio pretii cum usuris, & expensis necessariis

Affirma, ita ut valeat ex fructibus illis pro rata compensare, & si non sufficiant, possit petere reliquum actione ex empto, tamquam sint reliquæ prioris contractus, l. Imperator, 19. ibi: Quæ prior Emptor medio tempore necessariè probaverit erogata, de redditu retineri, vel si non sufficit, solvi æquum est, & credo sensisse Principem: De empti, & venditi actione, l. si venditor. 17. ibi: Venditorem deceptum ex vendito actionem habere, per quam actionem, & fructus, quos prior Emptor percepit, & deterior res culpa, aut dolo malo ejus facta sit, recipiat venditor. Et ibi: Habitum est à priori emptione. D. de in diem adject. l. a liud, §. condemnatio, D. de ad. edicto.

Solutum pretium peti potest utiam à meliorante condicione.

Non tamen pro pretio soluto Venditori habet actionem adversus secundum Emptorem meliorantem conditionem; nisi ei delegetur à Venditore, l. prior, 23. D. de in diem adject. Vel, nisi in defectum debitoris vendentis: Nam, tunc contra debitorem debitoris agere potest, l. 1. & 2. Cod. quando sciens, vel privatus debitor.

DE PACTO DE RETROVENDENDO.

Venditores prospiciunt rebus propriis recuperandis adjecto pacto de retrovendendo.

1505.

Quid sit. Ex quo duplex.

Definitur: Est pactum reemendi rem venditam. l. si fundum, 2. C. de pass. int. empt. c. ad nostram de empt. & vendit. c. conquestus, de usur.

Dividitur in Perpetuum, & Temporale. Temporale est, si præfigatur tempus, intra quod quis reemere possit; quo elapso pactum extinguatur, l. 2. ibi: Certa tempora. C. de pass. int. de Marin. tom. 2. cap. 160. num. 1. & 2. Perpetuum est, si tempus non taxetur, l. 2. C. de pass. int. Maxime si apponatur quancumque, quotiescumque. Revert. decis. 573. ubi de Marin. num. 2.

Quod Pactum potest esse Purum, Conditionale, &c. 2. 1. D. de condit. & demonstr.

Cujus favore possit apponi tale pactum?

1506.

Ad favorem Venditoris Emptoris, utriusque

I. Ad favorem Venditoris. Ita ut ei sit licitum reemere, & Emptori non sit permissum re- vendere. II. ad favorem Emptoris, cui sit licitum re- vendere, licet Venditor nequeat. III. ad favorem utriusque, ut pro libito unus alterum possit ad- stringere: Venditorem, scilicet ad reemendum, & Em- ptorem ad revendendum, c. illo vos, de pign. c. ad no- stram, de empt. & vend. Levit. 25. c. 24. l. si res. 3. l. fundi partem, 75. l. & si consensum, 15. l. qui fundum, 40. l. sed Celsus, 6. D. contrab. empt.

An Pactum hoc sit licitum?

1507.

Est licitum & pretio.

Affirma, si revera partes velint inere contractum emptionis soluto justo pretio, quod ob tale onus minus est, nec illud assumant in pallium usurarum, Caphal. tom. 4. conf. 724. nu. 1. Corn. lib. 1. conf. 4. de Ma- rin. tom. 2. c. 160. nu. 2. Abbas. in cap. illo vos, num. 2. de

pignorib. Contra Sos. 6. de just. 9. d. art. 3. conc. 1. dicen- tem, illicitum favore emptoris.

Patet ex l. si fundum, 2. C. de pass. int. c. ad nostram de empt. & vend. c. conquestus, de usur. c. ad nostram, de empt. & vend. Extrav. Regim. de empt. & vend. & Extrav. cum onus de cens.

Est favorabile: quia eo revertuntur res ad pristinum statum, Caphal. vol. 4. conf. 724. nu. 7.

Patet paritate legis commissoriæ, cujus pactum est favore Venditoris, l. cum venditor, 2. l. mani legem, 3. D. de lege commiss. Et in pacto adjectionis in diem, etiam est favore Venditoris, l. Sabinus 12. D. de in diem adject.

Quantum minoretur pretium ab onus retrovendendi?

Minorari per tertiam partem, dicunt Menoch. lib. 3. præsum. 122. nu. 51. & Falluc. d. r. 3. c. 7. q. 3. Et minorari per quartam partem, scribunt Novar. c. 25. nu. 86. Mascard. tom. 1. concl. 449. num. 11. Tu rem remittas arbitrio prudenti, & boni Viri ob occur- rentes rerum, & temporis circumstantias, cum Mo- lina disp. 375. v. rem venditam.

An eodem pretio debeat res reemere, quo vendidit?

Si pactum fuit non solum de retrovendendo; sed etiam de eodem pretio; tunc eodem pretio reven- ditur, cessante dolo, & rei deterioratione. Sed, remo- to hoc pacto: puto rem vendendam quanti tem- pore revenditionis valet, plus, si sit aucta, minus si sit deteriorata. Nam est secunda venditio, non re- solutio primæ venditionis, & sic debet esse æquali- tas pretii cum re tempore hujus venditionis, Gram. dec. 138. nu. 2. & dec. 173. Cov. 3. var. c. 9. nu. 1. Mol. loc. c. disp. 375. respondens ad c. ad nostram, de empt. & vend. ubi dicitur, tale pactum suspectum de usura, quia pretium valde fuit diminutum. Contra Regim. lib. 25. nu. 293, volentem eodem pretio revenditionem ineundum.

An, cum pacto de retrovendendo, Venditor possit adungere aliud pactum con- ductionis rei venditæ?

Affirma, l. qui fundum vendidit, ut eum certa mer- cede conductum ipse habeat, vel sibi vendat ad com- plendum, quod pepigerunt, ex vendito agere poterit. 85. l. fundi partem, 79. D. de contrab. empt. l. 1. 2. Cod. de pass. l. si sterilitis, 22. §. si tibi, D. de all. empt. Sicut enim alius, cum non ipse rem illam conducere poterit? Nov. cap. 17. nu. 248. Syl. v. Usura, 2. q. 15. Menoch. lib. 3. præf. 122. nu. 50. casu 7. p. 1. Cai. 22. q. 77. a. 1.

An fructus percepti ab Emptore sint restituendi in revenditione?

Nega I. per l. 2. C. de pass. int. empt. ubi Bart. Salyc. Extrav. Cum quis, de censib. ubi in censu red. mibili non restituuntur fructus interim percepti. Patet II. Si Emptor venderet rem tertio, non teneretur illi cum re dare fructus interim perceptos. Ergo nec, si revendat primo Venditori, tenetur dare fructus. Confirmatur. Si revenderet primo Venditori, non præcedente pacto de retrovendendo, non deberet ei dare fructus. Ergo nec, si præcedat pactum de retrovendendo, debet dare fructus. Nam pactum tan- tum operatur, ut cogatur revendere. III. Quia res Domino suo fructificat, qualis est Emptor, l. cum manu sata, 80. D. de contrab. empt. IV. Quia per pactum de retrovendendo non resolvitur primus contra- ctus, secus esset pactum legis commissoriæ, & adje- ctionis in diem, in quibus ablato contractu, aufer- tur titulus ratione cuius resolutionis tituli nequit Emptor fructus retinere, tanquam titulo destitu- tus. At in revenditione supponitur remanere prior contractus, secus hæc non esset revenditio. Et sic fructus, remanente legitimo titulo domini, pos- sunt retineri, Covar. 1. var. cap. 15. nu. 6. Mol. disp. 315. num. 10. Less. 2. de just. cap. 21. dub. 15. num. 123. Et DD. oppositum sentientes, ut Jo. Andr. & Abb. in cap. illo vos, num. 7. de pign. ex l. Imperator, l. quod dictum est, D. de in diem adject. l. cum autem, D. de ad. edict. Le- vit. 25. loquuntur, quando per hoc pactum resolvit- tur venditio; ita ac si nunquam fuisset, quod est confundere hoc cum pacto commissoriæ, & adje- ctionis.

1508.

Pretium minoratur ab onus retrovendendi, arbitrio Judicii.

1509.

Pretium rei reoven- dendæ.

1510.

Venditor potest rem à se ven- ditam sibi recondu- cere.

1511.

Revendi- tor resti- tuit rem, non fru- ctus.

Res Do- mino fru- ctificat.

Resolutio titulo ex- tinguitur dominium in re pos- sessa.

nis in diem, & non dare distinctum pactum retro- venditionis. Perficit ergo venditio prima: & reven- ditio est alius contractus: ut ex terminis constat.

An transferatur Dominium sine traditione, ratione pacti de revendendo?

1512.

Redit do- minium ad primū Dominū, resoluta ti- tulo.

Aliqui dicunt, pactum factum verbis directis, ut si dicatur: *Contractus primus sit nullus: res sit inven- dita*, operari dominium redire ad Venditorem sine traditione, ex *l. voluntate*, 10. *D. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* ubi si Creditor vendat pignus, & deinde à tali venditione recedatur, dominium pignoris reddit ad Debitorem, & tamen res remanet pigno- rata Creditori. Ergo, resoluta prima venditione, dominium revertitur ad Venditorem.

Si verò verbis obliquis: sc. ut *res vendita tradatur, revertatur ad Venditorem*. Tunc requirunt tradi- tionem, ex *l. 2. C. de pact. inter empt. & ven.* ubi datur actio ex empto, vel præscriptis verbis pro repeten- da re, oblato pretio, vigore pacti de retrovendo. Si autem illicè acquireretur dominium, daretur etiam actio rei vindicationis, *l. si steriles, §. si sibi, 7. D. de act. empt.*

Non est confundendum pactum re- venditionis cum pacto ad- iectionis in diem.

In qua distinctione vides, istos confundere pactum adiectionis in diem, cum pacto revenditionis. Nam si, oblato pretio, res esset inventita, ad quid cele- brare alterum contractum revenditionis?

Si verò pactum ita adieceretur: *Vendo tibi rem mil- le, cum pacto, ut, quando tibi restituum pretium contra- ctus sit nullus, res sit inventita*, tunc re vera non est pactum retrovendendi sed conditionale, ut sit nul- la venditio, si, & quando restituum tibi pretium. In quo recipio distinctionem prædictam; qua utun- tur *Cour. 3. var. c. 3. num. 2. Gutt. de usur. in præfat. comment. 2. num. 5. Afflicti in l. si prædium §. C. de edil. edit.*

Cui, & contra Quem competat pactum de retrovendo?

Variis Forum agitant diffidijs, quæ continuo e- bulliunt ex hoc pacto Controversiæ. Nos distinctius. I. cui. II. contra quem.

Cui tale pactum competat?

Competit I. Venditori. II. Ejus Hæredi. III. Cessionario.

1513. Competit Venditori ejus hære- di, & Cessionario.

Venditori competere, patet ex natura pacti ma- ximè respicientis venditoris favorem.

Si plures vendant insolidum, quivis potest redimere vi pacti de retrovendo. Nam quivis habet totam insolidum actionem ex empto, ut fervetur tale pactum, *l. qui fundum, D. de contrah. empt. l. te- metur, §. 1. D. de act. empt. Facchin. 2. controu. cap. 2. Cancer. 3. p. var. cap. 7. n. 247. Noalis de transmiss. casu 56. n. 11. Censis de censib. q. 104. n. 9. Amat. tom. 1. var. ref. 13. n. 45.*

Et tale pactum transit ad Hæredem Venditoris, *l. necessarius, §. de vendendo, D. de pignorat. act. l. si pu- dum, D. de probat. l. 2. C. de pact. int. Dec. tom. 2. conf. 614. n. 11. de Marin. tom. 2. cap. 161. n. 2. Boer. dec. 182. n. 21. Tusch. litt. P. concl. 25. n. 6.*

Est hæc obligatio- nis insoli- dum.

Si plures sint hæredes insolidum: tunc quilibet eorum agere potest redimendo absque cessione alio- rum cohærendum, ut licet cuilibet petere totam rem individuum. Id enim operatur obligatio insoli- dum, *l. 2. l. ut pomum, §. §. fin. l. pro parte, 11. l. via, 17. D. de servit. l. una est via, 13. l. si unus, 19. D. de servit. rusticor. prædior. l. hæredes, 25. §. an ea, D. sam. ercisc. l. stipulationes, 72. D. de verb. obl. Castill. decis. 101. Gtur- ba decis. 52. dicens, unum ex pluribus hæredibus insolidum directi Domini sine cessione aliorum pos- se petere retractum, *Olea de cess. jur. tit. 4. q. 6. n. 27. & 28.**

Et redimens, si ab alijs deindè conveniatur, ut det rem redemptam, illam dat, soluto ei pro rata pretio, *Ludovic. decis. 112. n. 9. Lara de vita buzzana, cap. 23. num. 30. Hunnius enciclopedia p. 3. tit. 15. cap. 2. num. 17.*

Nunc est difficultas. An tale pactum transeat ad Hæredes etiam extraneos, si de hæredibus non sit facta mentio?

Affirma. *Roland. à Valle vol. 2. conf. 27. n. 2. Tiraquell. lib. 2. de retr. convent. §. 1. glo. 6. n. 1. Ruin. val. 1. conf. 72. Tom. II. Lib. III.*

1514.

Boer. decis. 182. Gomez. 2. var. cap. 2. num. 27. Competit Patet ex l. si pactum, D. de probat. Nam unusquisque censetur stipulari pro se, & suis hæredibus *l. 10. l. 45. l. 49. D. de act. empt. l. si sibi, 17 §. pactum, D. de pacto. doctus, 76. §. ex quo qui, D. de contrah. empt.*

Deveniamus ad Tertium, An jus redimendi ex pacto de retrovendo, possit donari, cedi, vendi Extraneo?

Distinguas; vel adest, vel deest pactum cedendi al- teri jus redimendi.

Si adest pactum, nè jus redimendi cedatur Tertio. Nega posse cedi, *Cagnol. in l. 2. n. 55. C. de pact. int. Roland. à Valle tom. 2. conf. 23. n. 31.* Nam pactum aliquid operari debet.

Si adest pactum, ut jus redimendi possit cedi ex- traneco. Vel deest pactum, nec edatur. Affirma posse cedi, *Roland. à Valle vol. 2. conf. 23. n. 14. dans n. 29. DD. 19. Crott. vol. 3. conf. 388. n. 10. dicens esse rem in- dubiam, Bart. in l. 1. §. fin. D. de noui oper. nunc. ubi habens jus ingrediendi propria autoritate fundum alterius, potest illud jus alteri cedere, Angel. in §. n- sitionum, Instit. de action. fol. 9. Alexand. ad Bart. in l. fundum, D. de vi, & vi, armata, Dec. tom. 2. conf. 114. n. 12. & 14. & conf. 630. colum. fin. Paul. de Castro vol. 2. conf. 45. id afferens etiam si in instrumento dictum sit dari facultatem redimendi, Ruin. vol. 4. conf. 47. colum. 4. sibi contrarius conf. 72. colum. 2. de Marin. tom. 2. cap. 161. n. 4. Capbal. tom. 4. conf. 466. n. 25. & 26. Cagnol. in l. 2. n. 37. C. de pact. int.*

1515. Pactum redimendi potest cedi: nisi exp- ressum sit, non posse cedi.

Probatur I. Quia omnis actio cedi valet, *l. 1. l. 2. D. de hered. & act. vend.* Ità reivindicatio cedi potest, *l. final. de rei vindic. l. 2. C. de litigios.* Imò actio cessa si- ne effectu iterum alteri cedi potest, *l. 1. §. de illis, ex- asse, D. ad Trebell.* Et jura, etiam personalia cedi valent, *l. per diversus, C. mandat.* Et jus retinendi possessionem cedi valet, *l. quod si in diem, §. Julianus, D. de petit. hæred. t.*

Ut de bo- nis, ita de actionibus disponit Dominus, vel quasi.

Probatur II. Quia jus redimendi cohærens perso- næ, est intuitu rei. Ergo ut res, ita jus cedi potest, *Joan. Andr. ad Speculat. tit. de cessione actionum, §. 1. in addit. v. an actio injuriarum, Gozahn in l. 2. n. 105. C. de pact. int. empt.*

Dices. Personalia cedi nequeunt. Sed jus redimen- di est personale. Ergo cedi nequit.

Resp. Cum *Ignes in l. dudum, n. 59. C. de contrah. emp.* Disting. majorem. Jus personale cohærens personæ, intuitu personæ. Transeat Major. Cohærens personæ, intuitu rei, Nego Majorem. Jus autem redimendi cohæret personæ intuitu rei, ut dictum est.

Probatur III. Transmissibilia ad hæredes extra- neos sunt cessibilia, *lex pluribus, 42. ibi: Non habe- bit, quod nec hæredi pupilli datur. D. de administ. tu- tor. arg. à contrario sensu, Francisc. de Petris conf. 42. n. 12. Bart. in l. mulier, §. ex asse, D. de jure dot. Ant. Fa- ber decade 30. err. 1. l. arrod alleg. 120. n. 6. Olea de Cess. Jur. tit. 3. q. 3. n. 2.* Et patet ex *l. si stipulatus fuerim, D. de V. O.* At pactum redimendi transit ad hæredes ex- tranecos, ut patet ex dictis. Ergo etiam absolute cedi poterit. Quæ ratio probat idem esse de omni pacto redimendi indistincte, transmissibile ad hæredes. Utitur enim tunc Cessionarius utili actione ex per- sona Cedentis, tanquam procurator in re propria, *Olea d. tit. 3. q. 3. n. 4.*

Cedi va- lent trans- missibilia ad hære- dem ex- tranecum.

Probatur IV. Quia habens jus redimendi potest redimere, & vendere alteri. Ergo etiam poterit ce- dere alteri jus redimendi. Nam dispositum de uno comprehendit etiam id, quod ad illum pervenitur, *l. oratio, D. de spons.*

Contra Quos detur?

Contra Emptorem, ejusque hæredes exerceri po- test pactum de retrovendo, ex regula generali: *actum obligat paciscentes, & eorum hæredes. l. 10. l. 45. l. 49. D. de act. emp. l. 17. §. pactum, D. de pact. Boer. de- cis. 182.*

1516. Pactum tum paci- scentes, tum eorum hæ- res obligat

Et difficultas est. An Pactum de retrovendo intentari possit adversus Tertios rei possessores titulo particulari?

Distinguas. Vel pactum est conceptum verbis di- rectis, Vel obliquis.

Si pactum sit conceptum verbis directis resolutivis:

1517.

Venditor putā, ut oblatō pretio, res sit ineptā venditio, emptio ex pacto de sit nulla ipso iure, ipso facto,

retroven- Afirmā posse agere adversus tertium Emptorem dendo quā sine ulla cessione, per rei vindicatione. Quia tunc do agat est itā, ac si numquam fuisset res vendita; Ideoque contra pos. recuperat primus Venditor dominium, cui consequitur rei vindicatio adversus quoslibet possessores illius rei: & secundus Emptor est itā, ac emptor rei alienæ. l. commissoria, 4. l. si à te, 17. C. de pact. int. empt. l. qui hominem, 19. D. de usucap.

Si pactum non sit conceptum verbis resolutivis directis; sed aliis obliquis; vel solum sit dictum: vendendo, cum pacto de retrovendendo.

Subdistinguas: Vel fundus ipse pro observantia pacti est hypothecatus in genere specievē; Vel non. Si hypothecatus est in genere, vel in specie pro observantia contractus. Afirmā agere posse contra tertium illius rei possessorem actione hypothecaria, Cravet. conf. 261. n. 5. Soccin. vol. 2. conf. 30. n. 2. Revert. decis. 270. ubi de Marin. n. 3. & 4. Ciffus conf. 96. n. 1. Maur. allegat. 105. n. 9. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de emp. & vend. ref. 10. n. 13. Novar. ad Prag. 1. n. 2. collect. 1. de pacto de retrovend. Felician. de censib. q. 63. n. 11. Ammend. ad Franc. dec. 104. n. 11. Magon. decis. 30. Fontanelli. tom. 1. dec. 80. Vela dissert. 32. n. 3. quos dat, & sequitur Olea de cess. jur. 2. 4. q. 10. n. 38.

Contra Boerium d. c. 182. Cappel. tom. 4. conf. 724. n. 6. Covarr. lib. 3. var. cap. 3. n. 2. & 3. Cancer. p. 1. var. cap. 23. n. 103. Tyrac. de retr. convent. §. 1. glof. 7. num. 6. Paul. de Castrō in l. si cum venderet, n. 6. D. de pignorat. act. Nigro de laudemia, q. 5. §. 1. n. 21, absolute affirmantes, posse tale pactum exerceri adversus tertios possessores actione utili rei vindicationis. Quod domonisi inventum dicunt aliqui.

Ratio est. Quia tunc ratione hypothecæ pullulat actio realis, quæ cum re emptā transit adversus quoslibet possessores, contra quos intentari valet, Giurba dec. 105. Valenzuol. conf. 29.

Si nulla adsit hypotheca rei pro observantia pacti de retrovendendo. Nega posse exerceri pactum contra tertium Emptorem, Ursill. ad Affl. dec. 163. n. 4. Gayll. lib. 2. observ. 16. Mynsing. cent. 6. observ. 69. Vivius 2. commun. opin. 579. n. 2. de Marin. tom. 2. cap. 161. n. 3. dans 9. DD. Olea de cess. jur. tit. 4. q. 10. n. 40. Gomez. 2. 2. var. cap. 2. n. 29. Felician. de censib. cap. 6. n. 11. Acosta de priv. credit. reg. 1. ampliat. 2. num. 4. Novar. loc. num. 1. & 2.

Prob. Quia ex pacto de retrovendendo tantum nascitur actio personalis, Tapp. i. decis. 12. n. 13. de Marin. ad Revert. observ. 461. n. 3, quæ est intrasmissibilis adversus tertium possessorem; l. fin. §. fin. D. de contrab. empt. l. 1. §. si hæres, D. ad Trebell. Actio enim cum obligatione ex contractu transit ad illos, ad quos transit obligatio, quæ tantum ad hæres transit. Nec tale pactum de retrovendendo rem afficit, Gaill. lib. 2. observ. 16. Mynsing. cent. 6. observ. 69.

Ad quid ergo tunc tenebitur Emens cum pacto de retrovendendo?

Tenebitur ad damna, & ininteresse Venditoris; qui Venditor poterit convenire primum Emptorem pro damnis, & interesse, ob pacti inobservantiam, Gomez. 2. 2. var. cap. 3. n. 29. de Marin. tom. 2. c. 161. n. 3. Acosta l. c. n. 4.

Patet ex l. 2. C. de pact. inter. l. rebus, 6. D. de rer. permut.

Et si Venditor secundus, etiam vendidit cum pacto de retrovendendo ad favorem suum, vel primi venditoris. Tunc primus Venditor poterit illum cogere, ut cedat sibi dictas actiones pro suo interesse, ut dicunt DD. citati.

An teneat pactum de retrovendendo Capitale, ut si reematur fors principalis, restituatur Capitale in simili specie, bonitate moneta, intrinsecè, extrinsecè, pondere, liga, ac sicut data tempore contractus?

1518. Afirmat R. Petra ad Rit. M. C. V. 196. n. 13. & post eum D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 201. num. 25. Nam nulli legi pactum adversum.

An Creditor Debitoris venditis cum pacto de retrovendendo, possit uti tali pacto sine cessione?

Distinguas: Vel Debitor cessit bonis, donave sunt sub concursu: Vel non.

Si cessit bonis. Afirmā. Nam tunc censetur etiam cessisse pactum ad favorem Creditorum, l. 2. §. quæque; ibi: Et si que actiones, & in eos utiles competunt. D. de curator. bonis dando. Peguer. decis. 199. n. 17.

Si vero debitor bonis non cessit; nec ejus bona sunt sub concursu. Nega Creditorem posse uti illo pacto de retrovendendo sine cessione. Nam, nec aliis actionibus sine cessione uti valet, Olea de cess. jur. tit. 4. q. 3. n. 31. 32. & 33.

Nec officit Creditori; 9. D. de novi op. nunc, ubi habens pignus habet jus ad servitutes debitas pignori sine cessione.

Nam dando pignus cessit omnia necessaria pro pignoris detentione, & defensione: inter quæ est jus ad servitutes,

An pactum de retrovendendo ad tempus evadat perpetuum, si intercedat læsio gravis in pretio?

Afirmā. Revert. decis. 133. ubi de Marin. n. 6 & lib. 2. cap. 160. n. 2. dicens communem, Ursill. ad affl. decis. 37. n. 3. Novar. ad Prag. 1. collect. 1. n. 16. & 17. de pacto de retrovend. Anna alleg. 83. Affl. decis. 65. Tusc. litt. P. concl. 30. num. 10. Jacobin. in l. 2. D. si cert. pet. Tyrac. de retr. convent. §. 1. glof. 2. n. 53. Cassan. ad Consuet. Burgund. rubr. §. 5. l. n. 2. & conf. 11. n. 40. Soccin. junior vol. 3. conf. 104. n. 3. Menoch. de arb. casu 217. Lupus de usur. §. 3. n. 8. Vincent. Anna alleg. 10. decisum bis ajens, & alleg. 33. n. 5. vol. 1. Fabius Anna conf. 68. num. 4. qui num. 5. idem ait currere in pacto emptionis, stante læsione. Contra Cagnol. in l. 2. n. 65. C. de pass. iur.

Ratio est, quia ex tanta læsione habetur gravis injustitia, ad quam tollendam semper debet esse appetus aditus, ut tollatur occasio delinquendi; quæ læsio reemptione reparatur; cum consistat in re ipsa, & duret læsio durante re; nec tempore tollatur. Nec valet pactum tunc ad tempus nam idem esset, ac post illud tempus velle, ut non liceat tollere injustitiam, quod est absurdum.

An tale Pactum de retrovendendo valeat probari per Testes?

Afirmā. De Marin. tom. 2. cap. 161. n. 18. Cappel. tom. 4. conf. 494. num. 6. Tusc. litt. P. concl. 34. Alexand. lib. 2. conf. 122. colum. 3. Tyrac. de retr. convent. §. fin. n. 61. Novar. ad Prag. 1. collect. 1. n. 1. de pacto de retrovend. ajens, etiam probari posse per presumptiones, & conjecturas.

Ratio est ex l. in exercendis, de fide instrum. ubi in litibus exercendis tantum probant testes, quam instrumenta, c. cum Joannes, de fide instrum.

An, & quando Pactum de retrovendendo præsumatur Pallium usuræ?

Afirmā. Cap. per vestras, cap. ad nostram, cap. illa vos, de emp. & vend. & præsumitur pactum pallium usuræ, I. si petenti mutuum, quis ita vendit, II. si vendat ad tempus. III. si vendat modico pretio: puta infra medietatem justii pretii. IV. si Emptor sit solitus feneratori: nam tunc præsumitur in præsens, qualis fenerator pro præterito fuit, Alexand. conf. 109. col. fin. lib. 4. Ruin. lib. 4. conf. 16. n. 4. Dec. conf. 69. col. 2. Roland. à Valle lib. 2. conf. 96. n. 19. Soccin. junior lib. 1. conf. 50. n. 2. Gramm. decis. 76. n. 26. Cassidor. decis. 1. n. 1. de usur. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. Cappel. tom. 4. conf. 496. n. 48.

Sed nunc pullulat controversia,

An Pactum de retrovendendo appositum in di-
stincto alio instrumento, reddat con-
tractum suspectum de
simulatione?

Afirmā. Affl. decis. 40. n. 17. & decis. 65. Cappel. vol. 2. conf. 195. n. 20. Ruin. lib. 4. conf. 16. n. 10. Alexand. conf. 46. num. 1.

Patet l. Paritate pacti Donationis insolutum, quod præsumitur simulatum, si accedat pactum de retrovendendo, l. 4. §. si ab ignoto, D. de manumiss. Cappel. l. c. n. 9. Ergo etiam venditio cum pacto de retrovendendo censetur simulata. Maxime si pactum apponatur in alio instrumento. Nam censetur id actum ad

1519.

Cessit bonis est etiam cessum pactum de retrovendendo.

1520.

Jure naturali semper obligante, læsio est tollenda, ad quam tollendum pactum semper est prorogandum.

1521.

Probat per testes, & conjecturis.

1522.

Ex quibus usuræ pallium præsumatur.

1523.

Usuræ pallium est pactum de retrovendendo appositum in alio instru-
mento.

ad decipiendum tertium: ne sc. sciat pacta adjecta, Aff. dec. 89.

II. Quia res cum pacto de retrovendendo minus valet: cum illud pactum sit pars pretii, l. fundi portus, D. de contrab. empt. Unde appositio pacti in diverso instrumento cenietur adjecta, ne cognoscatur pretium excessivum, vel tenue; & sic ad tegendam usuram praesumitur adjectum pactum de retrovendendo in diverso instrumento, Abb. in c. ad nostram, de empt. & vendit.

Qua actio competat Venditori, ejusque heredi contra Emptorem cum pacto retrovendendi, qui vendidit rem alteri?

Affirma habere duplicem actionem personalem natam ex contractu. I. est ex contractu venditionis. Nam contractus est firmus, & parit obligationem, & actionem personalem. II. est actio praescriptis verbis, qua petit condemnari ad damna, & interesse. Nec habet actionem realem hypothecariam, si in contractu de retrovendendo non expresserit, velle sibi obligata bona vendita pro retrovenditione, l. si ea res 32. §. uterque, D. de ad. empt. l. venditor, 21. D. de heredi. & aff. vend. l. 1. C. de pact. inter emptor. Contra secundum Emptorem non habet actionem personalem, nam cum illo nullum inivit contractum. Nec actio personalis, quam habet contra Venditionem transit ad singularem Emptorem, l. ult. §. ult. D. de contrab. empt. l. ad hoc, §. si operes, D. de usufr. l. si eos, §. 9. D. de evict.

Quantum Tempus daret Pactum de retrovendendo?

1525. Extinguitur elapso tempore convento

Distinguas. Vel habet, vel non habet praefixum tempus.

Si habet praefixum tempus; illo elapso, extinguitur, l. 2. libi: l. si a certa tempora. C. de pact. int. l. alienationis, D. de verb. sign. l. statu liberum, §. stichum, D. de legat. 2. l. epistola, §. fin. D. de pact. Revers. dec. 573. ubi de Mar. ximis n. 2. Caphal. tom. 4. conf. 496. num. 27.

An autem illo elapso ob ignorantiam, vel ex alia causa restituar: in integrum Venditor ad reluendum? Affirma ex clausula generali: Si qua mihi iusta causa. l. fin. D. in quib. caus. major. l. 1. §. si quis autem, D. de itm. ad uq. privat. Revert. decif. 573. ubi de Mar. ximis n. 2.

Sed quid si sit Minor?

Affirma multo magis restitui. Nam laesus amittens jus reluendi Minor restituitur, l. denique, 3. & l. minor, 25. D. de minor. Caphal. tom. 1. conf. 700. n. 35. Alexand. lib. 5. conf. 55. Dec. conf. 52. in fin. Traq. de retr. lignag. §. 35. gl. 4. n. 43.

Si non adest tempus taxatum ad recemendum. Subdisting. Vel est simplex pactum de retrovendendo indefinitum. Vel est pactum de retrovendendo. Quandocumque, Quotiescumque in perpetuum, in infinitum.

1526. Quid si tempus non sit praefixum

Si est pactum simplex de retrovendendo. Affirma extingui lapsu triginta annorum, Caphal. tom. 4. conf. 496. n. 24. Alexand. lib. 7. conf. 170. col. 2. Dec. conf. 164. col. fin. Jaf. in l. si mater, in fin. C. de inst. & subst. Aff. ff. de iure protomis. §. licet autem, n. 20. Boer. q. 192. num. 1. Suarez recept. ver. revendendi, n. 9. & ver. praescriptio, n. 215. Surd. decif. 2. n. 7. & alii, quos sequitur D. Scop. pa ad decif. Gratian. observ. 4. n. 17.

Patet I. Quia actio personalis civilis, praescribitur per triginta annos, l. 2. l. 4. & l. cum notissimi, 2. C. de praescrip. 30. ann. Ergo etiam actio, quae nascitur ex pacto de retrovendendo. Nam etiam haec personalis est, eadem, ac quae nascitur ex contractu principali, Tapp. decif. 12. n. 13. de Marin. ad Revert. observ. 461. n. 2. Ergo extinguitur lapsu triginta annorum.

II. Quia pactum de retrovendendo censetur conforme Juri; nisi partes aliter de exprimant; Jure autem per triginta annos personalia evanescent; & includitur tacita conditio, si venditio intra triginta annos fuerit intentata, Angel. conf. 55.

Nunc difficultatis cardo est.

In pacto de retrovendendo Quandocumque, & Quotiescumque in perpetuum: An extinguitur lapsu triginta annorum?

Nega. Caphal. tom. 4. conf. 79. n. 6. & conf. 224. n. 3. Dec. Tom. 1. Lib. III.

conf. 23. Cravet. conf. 201. n. 42. Novar. decifum referens 1527. in S.R.G. ad Prag. 1. collect. 1. n. 8. de pacto de retrovend. Aut in de Marin. ad Revert. decif. 573. n. 1. dans 7. DD. dicens, pacto ad nec per centum annos praescribi, Paris. fuse probans sint verba tom. 3. conf. 92. & vol. 4. conf. 92. Fulgos. conf. 123. Cros. in Quando- l. xema potest, in fin. n. 81. D. de legat. 1. Caphal. caut. 68. cumque Purpurat. in l. petens, C. de pact. ubi Alciat. dicens, & quoties- quorem, & in praxi tenenda, Angel. in Aurb. ut Ec- cumque. clesia Romana, in fin. dicens, currere tantum centenariam, & immemorabilem praescriptionem, cum Paris. 192. 3. conf. 92. n. 46. Ricc. p. 1. collect. 285. dicens pluries decifum in S.R.C. Gypsius ad Capyc. Lacro observ. 160. n. 28. dicens n. 39. pactum de retrovendendo ad tempus fieri etiam perpetuum.

Contra Angel. conf. 55. Jaf. in l. si mater in fin. C. de inst. & subst. Ruin. lib. 1. conf. 71. n. 7. Roland. a Valle dantem 40. DD. conf. 21. n. 42. & 43. & conf. 25. n. 1. lib. 2. Ciofum conf. 22. n. 1. & 2. subintelligentes in dicto pacto conditionem, si intra triginta annos petatur, Boer. decif. 182. n. 12. Covarr. 1. var. cap. 9. Fab. Annam conf. 68. n. 6. Tbesaur. lib. 2. forens. qu. 72. Cavall. comm. qu. 207. Ant. Amat. resol. 19. Surd. dec. 2. n. 7. Ant. Fabr. qui decifum refert in suo Cod. lib. 7. tit. 13. de praescrip. 30. vel. 40. ann. def. 3. n. 4. Fontanell. decif. 75. n. 3. Crott. vol. 1. conf. 61. n. 32. Cum Ancharano conf. 327. agente, praescribi spatio decem, vel viginti annorum, & Striban. tom. 1. ref. 40. n. 33. & 34. Videlicet Vivium decif. 324. Cachberan. dec. 69. & quae novissime scribit D. Scop. in Practico-Receptis Explanationib. ad Cod. Fabrian. d. lib. 7. tit. 13. explanat. 3. & seq.

Patet I. ex l. quod si nolit, §. si quid ita, D. de adil. edict. ubi actio Redhibitoria, quae per semestrem extinguitur, durat perpetuo, si tale pactum apponatur: scilicet ut quandocumque, & quotiescumque liceat uti redhibitoria. Ergo etiam pactum de retrovendendo semper perennabit vi pacti quotiescumque, & quandocumque.

Ut est in actione redhibitoria.

Probatur II. Quia non est major ratio, cur se extendat ad triginta, non ad quadraginta annos: cum l. x, quandocumque, quotiescumque, omne tempus comprehendat, ut patet, paritate substitutionis Compendiosae conceptae per quandocumque decesserit, Bald. in l. quod si nolit, §. si quis ita, D. de adil. edict. Bart. in l. Centurio, D. de vulg.

Nec dicas, id esse ex dispositione legis fugientis infirmitatem, ideoque restringentis ad triginta annos, l. in cognitione, D. ad Syllan. l. ficut, l. omnes, C. de praescrip. 30. ann. Inst. de perpet. & temp. action.

Nam id currit, quoties oppositum inter partes Verba de non sit Pactum: ut est, quoties apponatur, l. Quobent oportet, & Quandocumque. Quae nomina nihil operari, si tempore coarctarentur, l. fin. D. no quid in loca publ.

III. Probatur ex l. 2. C. de pact. ins. ubi per l. Quandocumque, competit Venditori, omni, & quolibet tempore actio ad cogendum Emptorem ad revendendum. Et gratis Roland. loc. cit. n. 48. ait l. Quandocumque, intelligi intra triginta annos. Nam triginta annos comprehendit actio, etiam quando non apponitur l. Quandocumque. Verba autem non debent esse otiosa. Ergo aliquid aliud operari debent.

IV. Probatur. Verba debent aliquid operari, l. si quando, D. de legat. 1. Bald. in rubr. C. de contrab. empt. Sed l. Quandocumque, Quotiescumque est tale. Ergo debent aliquid operari. Nihil autem operarentur, si triginta annorum metis pactum coarctaretur, l. cum notissimi, C. de praescrip. 30. annor.

V. Probatur. Verba pacifcentium possunt inducere infinitatem, l. si ita stipulatus a Sejo, D. de fidei. juss. ubi Burt. Alexand. vol. 2. conf. 145. col. 5. At Quandocumque illimitatum tempus ex se indicat. Ergo infinitatem ex voluntate partium inducere potest, Bart. in l. qui bona, §. fin. D. de damn. infect.

Et possunt inducere infinitatem

VI. Quia, l. Quandocumque voluerit, indicat actum facultativum, contra quem nulla currit praescriptio, l. viam publicam, D. de via publ. Abb. in cap. inter ceteros, in fin. de rescript. ubi facultativa longeva observantia praescriptionem non inducit.

VII. Patet ex l. fin. C. de pact. int. ubi servanda sunt

paſta, ſine quibus partes non contraxiſſent : cum à voluntate partium legem accipiant , l.1. §.ſi conve- niat , D. de poſit. cap. contractus, de reg. jur. in 6. Ergò non debet tempore coarctari pactum munitum di- ſtione quodcumque, quotieſcumque, aliàs Pacifcentes deciperentur, l.1. §.magiſtrum autem, ibi: Aliqui contrahentes deciperentur. D. de exercit. act.

VIII. Obſtat mala fides Emptoris, quæ præſcriptionem tollit, cap. fin. de præſcript. cap. poſſeſſor, de reg. jur. in 6.

IX. Poſt triginta annos partes poſſunt revendere. Ergò poſſunt ſe obligare ad revendendum quodcumque .

X. Prohibitio alienandi extrà familiam, Centeſimo anno coarctatur , §. nos igitur , Auth. de reſtit. ſi- deicom. Et tamen, ſi addatur perpetuò, excedit in deſcendentibus, etiam quartum gradum ; & ſic ex- cedit centeſimum annum , Jaſ. in l. fin. col. 2. C. de hæ- red. inſtit. Dec. conſ. 516. n. 16. Curt. jun. conſ. 263. n. 34. Soccin. lib. 3. conſ. 43. n. 2. Ruin. lib. 1. conſ. 123. n. 17.

Solvuntur Argumenta.

Obiicies I. cum Roland. loc. cit. n. 25. Promiſſio ſem- per ſolvendi præſcribitur triginta annorum lapſu , l. in rebus , §. fin. C. de jure dot. Ergò pactum ſolvendi quodcumque, & quotieſcumque extinguetur lapſu triginta annorum.

Reſp. Nego Antecedens: ſcil. promiſſionem ſem- per ſolvendi, extingui lapſu triginta annorum. Nec oppoſitum evincitur in del. in rebus , §. fin. C. de jure dot. Nam ibi, non adest ly ſemper, ſolumque aſſeritur actiõnem de dote evanefcere lapſu trigin- ta annorum . Quod eſt commune etiam aliis actiõ- nibus perſonalibus .

Obiicies II. Semper ruſticis favendum , l. fin. C. de reſſam. & tamen non eſt favendum omni tempore. Ergò quamvis pactum ſit quodcumque, & quotieſ- cumque, ſolvendi, non erit ultrà triginta annos ex- tendendum .

Reſp. Limitari tempus favoris ex ſubjecta mate- ria ; & ex aliis legibus, l. 1. quodcumque, C. de bon. matern. ubi quodcumque tantum exprimit trigin- ta annos. Ita in cap. 1. de feudo dato in vicem leg. com- miſſ. ly Quodcumque præſcriptionem non tollit. At in re noſtra, materia ſubjecta pendet ex diſpoſi- tione hominis, ſecus decepti, ſi in infinitum pactum non ſe extendere poſſet, ut in l. 1. §. magiſtrum, D. de exer- cit. act. l. fin. C. de pact.

Obiicies III. Obligans perpetuò ad eviſionem non tenetur ultrà triginta annos, l. minor §. ſtatu liberum, D. de eviſionibus.

Reſp. Illud eſſe ex diſpoſitione legis; quia una lex per aliam interpretatur : ut actio perpetua corrumpat lapſu triginta annorum, l. Prator ait , §. hoc interdium perpetuò, D. de novi op. nunc. Boer. dec. 182. n. 6. At iſta non currunt in illis, quæ proveniunt ex vo- luntate hominum , in quibus ſtatur pactis, cap. 1. & cap. fin. de pact. quæ , ut ſucceſſivè valent replicari poſt trigelimum annum ; ità ab initio fieri valent , ut durent etiam poſt trigelimum annum, ut accidit in re noſtra.

Obiicies IV. Actio perſonalis Civilis durat triginta annis, l. ſicut, C. de præſcript. triginta ann. l. penult. D. de conſ. pecun. Sed ex pacto de retrovendendo quodcumque natiçur actio perſonalis ex empto, l. 2. C. de pact. int. Ergò durat per triginta annos.

Reſp. Verum antecedens, quando aliud non con- ſtat de voluntate pacifcentium; & quando præſcri- bens eſt in bona fide . At in re noſtra præſcribens non eſt in bona fide, & aliud eſt ex voluntate paci- ſcentium, qui ſi vellent pactum durare per trigin- ta annos, non apponerent ly Quodcumque, & quo- tieſcumque.

Obiicies V. Præſcriptioni trigenariæ renunciari nequit: quia eſt favor publico, Roland. vol. 2. conſ. 21. n. 48. Boer. decif. 182. n. 8. Bald. in l. Centurio, in fin. D. de vulg. & vol. 1. conſ. 301. Ergò clauſula Quodcum- que, & quotieſcumque, non tollit præſcriptionem triginta annorum.

Reſp. Nego antecedens: quia in pendentiibus à vo- luntate pacifcentium ; ut poſſet poſt trigelimum

annum res redimi pacto conſequenti ; ità ab initio antecedenti pacto poſſet ſe obligare ad revendendũ. ſive poſt. Nam ſe obligat faciendum, quod licitè quodcum- que facere poſſet, etiam poſt triginta annos.

Obiicies VI. Cap. 1. de capitulis Conrad, ubi Affiſſ. ita ab ini- nam. 33. prohibita præſcriptione, non eſt prohibita præſcriptio trigenaria . Ergò pacto de redimendo quodcumque, non tollitur præſcriptio trigenalis. ad plura

Reſp. Concedo antecedens, & Nego conſequen- tiam. Quia non in primo caſu diſpoſitionis generalis lepis, vel hominis, de qua d. cap. 1. ſed in ſecundo caſu habemus expreſſam voluntatem pacifcentium, etiam ultrà trigelimum annum, id experimentum per clauſulam quodcumque: quæ alias nihil ſigni- ficaret ; & tamen ſignificare debet : cum loquentes aliquid exprimere velint, l. ſi quando , D. de legat. 1. Pactum, ut volens redimere rem à ſe venditam cum pacto de retrovendendo, teneatur præmonere rei Dominum per duos menses ante- quam redimat: an ſit licitum?

Affirma, licere etiam in cenſibus, Cencius de cen- ſib. q. 103. n. 19. Cappo. Latro dec. 24. n. 1.

Ratio eſt, quia eſt pactum non præjudicans prin- cipali, & conſulit alteri ; ut interim Dominus ſibi proſpiciat, applicando pecuniam ſolutam, quæ ſe- cus inapplicata remaneret .

Sed cum pacto præmonendi per duos menses an- te, rectè ſtat ſine præmonitione poſſe reſtituere, ſibi reemendo ante duos menses, dummodò ſolvat in- tereſſe pecuniæ ſolutæ inapplicatæ intrà illos duos menses. Nam tunc ceſſat ſinis dilationis duorum menſium: nè ſcilicèt ſit pecunia otioſa; cum pro il- lo tempore intereſſe ſolutum reddat pecuniam, ità ac ſi non eſſet otioſa . Ceſſante autem ſine legis in caſu particulari, lex ceſſat, ut docent omnes impræ- judicati, Olea de ceſſ. jur. tit. 1. q. 5. n. 60. Gratian. tom. 1. cap. 8. n. 3. Cenc. de cenſib. q. 91. n. 43. Licèt enim Credi- tor pecuniam non cogatur recipere ante tempus, l. eum, qui, §. D. de ann. legat. l. ſi ante, 10. D. ad Trebell. Intelligitur, ſi interſit Creditori pecuniam non re- ſtitui ante tempus, Morta in emporio tit. 8. q. 1. Quod in re ceſſat, ſi reſtituatur ante tempus præfixum, & intereſſe ſolvatur .

An liceat pactum, ut quis redimat, niſi poſt tantum tempus: puta, poſt decem annos?

Affirma . Bald. in cap. 1. n. 7. tit. de feud. datis in vic. leg. commiſſ. Jaſ. lib. 4. conſ. 153. Urſill. ad Affiſſ. decif. 69. n. 4. de Marinis ad Revert. dec. 573. n. 4. & lib. 1. cap. 160. n. 9. decifum referens, dicentis, licere pactum, nè annui redditus redimantur intrà certum tempus ; non verò, ut nunquam redimantur, cum Rovin. dec. 33. concludente, illicitum pactum, Venditorem poſſe redimere cenſum tantum intrà certum tempus, non poſt.

DE PACTO DE RETROVENDENDO IN FEUDIS.

Vendentes feudum proſpiciunt ſibi pacto de ro- trovendendo, in quo diſcutitur.

An Pactum de retrovendendo Feudum, & actio ad reemendum Feudum, ſit feudalis?

Affirma . Revert. decif. 106. ubi de Marinis n. 1. & 2. & lib. 1. cap. 126. n. 89. Franch. decif. 475.

Probant, quia habens actionem ad rem, illam ha- bere vedetur, l. qui actionem, D. de reg. jur. Quæ ra- tio non placet : quia non coheret alteri doctrina iſtorum agentium, pactum de retrovendendo non eſſe in rem, nec poſſe intentari adverſus tertium poſſeſſorem rei non hypothecatæ, Gaill. lib. 2. obſer. 16. Magon. dec. Flor. 105. Novar. ad Prag. 1. n. 2. de pacto de retrovend.

Undè melior eſſet ratio naturalis, actionem ſpeci- fica ri à termino, cujus eſt actio. Ergò ſi terminus eſt feudalis, actio eſt feudalis. Et vide quod diſtinguit D. Scoppa in Schol. ad Contr. for. R. Merl. cent. 3. c. 49. n. 89.

II. Controverti ſolet.

An ſi vendatur tale pactum, requiratur Reg. aſſenſus?

Affirma. Joan. Andr. in Conſt. Honorem Diadematis, de Marin. ad Revert. decif. 116. n. 3.

Ratio: quia tale pactum, cum ſit feudale, ſequitur naturam feudi inalienabilis ſine Regio Aſſenſu, Conf. rei.

1528. Objectiones, & ſolutiones.

Favores, tempus, legi, & aliis præjudicialia reſtringendum juxta diſpoſitionem ut minus la- datur Jus commune, & Jus ter- tii.

Eviſio triginta annorum ſpatio per- mittitur.

Implicat eſſe facultativum, & poſſe præſcribi.

1529.

Pactum promonendi obligat, & non præmonens re- dimens ſol- vit ratio- nem præ- tii non ap- plicati.

1530.

1531. Actio à termino ſpecifica- tur.

1532. Pactum ſequitur naturam rei.

Constit. Constitutionem Divae memoriae, de prohib. feudi alienat. Ut enim res feudalis, pupillis ita actio ad illam rem vendi nequit sine legitimo assensu.

An Pactum reemendi Feudum, remitti valeat sine Assensu Regio?

1533. *Assirma. Affi. in Const. Divae memoriae, & dec. 232. Assensus Capyc. decis. 156. Revert. decis. 116. ubi de Marin. nu. 7.8. & 10. Contra Camerac. in Cap. Imperialem, lit. E. ubi Montan. num. 139.*

Ratio: quia tunc feudum non alienatur, & Assensus requiritur in alienatione. Sic remittere etiam quis potest hypothecam in feudo, quia extinguit, non ponit alienationem, nec viam ad alienationem, Franck. decis. 540.

An pactum retrovendendi Feudum ad tempus, possit per partes prorogari sine Assensu Regio?

1534. *Assirma. Freccia lib. 2. de subfeud. qu. 16. Novar. ad Prag. 1. nu. 1. de pacto de retrovend.*

Ratio: quia prorogatio pacti non est novum pactum de retrovendendo, & prorogatio fit cum sua qualitate. Sic Jurisdictio Judicis prorogata, non est nova jurisdictio. Ergo pactum de alienando prorogatum, sive de retrovendendo, non est novum pactum. Ergo non requiritur novus assensus.

An Feudum venditum cum pacto de retrovendendo, quando retrovenditur, requirat alium Assensum Regium?

1535. *Nega. Revert. dec. 463. Contra de Marin. ad Revert. ibidem num. 1. & 2.*

Ratio est, quia assensus praestitus in dicto pacto de retrovendendo tempore in initio contractus, esset vanus, si requireretur alius assensus Regius. Unde assensus censetur praestitus pro tempore, pro quo feudum retrovenditur. Licet cautius in supplicatione exprimat, ut concedatur assensus super pacto retrovendendi, & futura retrovenditione.

An Assensus impetratus pro venditione feudi, sit nullus tacito pacto de retrovendendo, illic adjecto in contractu venditionis?

1536. *Assirma. Bart. in l. contractus, C. de fide instrum. Freccia de subfeud. q. 16. Contra Alderis. de assit. q. 17. num. 12.*

Nam omnia pacta individuunt unum contractum, & ratione connexionis idem omnium est iudicium. Ergo obreptio in uno, vitiat totum, etiam si sit in minimo, ut alius demonstravimus.

An res cum pacto de retrovendendo, valeat minus, quam sine illo pacto?

1537. *Assirma. Surd. dec. 155. num. 10. ita ut possit tollere beneficium legis 2. C. de rescind. vendit. Cacharan. dec. 41. num. 14. Valasc. lib. consult. 70. num. 4. Romani. mell. dec. 84. nu. 1. & 3. lib. 1.*

Ratio est I. Quia pactum de retrovendendo in continentem adjectum est pars pretii, l. fundi partem D. de contrab. empt. l. si quis putat, §. arbitrium, D. de comm. divid. Staib. 10. 1. resol. 41. num. 96. Gratian. forens. c. 26. nu. 40. & cap. 786. num. 17. Caphal. 10. 4. conf. 496. nu. 43. Alexand. in l. bona fidei col. 2. Cod. de pact. Ergo pro rata pacti debet minui pretium.

II. Quia tale pactum est onus, & res eo minus valet, quod magis est gravata oneribus. Nunc est difficultas.

Quantum tale pactum minuat pretium?

Distinguas: Vel pactum retrovendendi est ad tempus: vel est perpetuum.

1538. *Si est perpetuum, minuit valorem, & pretium ultra tertiam partem, Gramm. dec. 138. Covarr. p. 3. var. c. 10. nu. 1. Casanat. conf. 10. nu. 46. Quod magis communiter esse, ait Ant. Faber in suo C. lib. 4. tit. 30. de rescind. vendit. definit. 27. & novissime examinat D. Scappa in Practico-Receptis Explanation. ad eund. C. d. Fabrian. ibid.*

Restringit ad quartam partem iusti pretii rei venditae, Tiraquel. de retrat. convention. in prim. num. 25.

Alii remittunt ad arbitrium Judicis, pensata qualitate rei, temporis, & personarum, Menoch. de arbitr. casu 217. & praesumpt. 122. n. 9. lib. 3. Farinac. de falsitate qu. 163. n. 13.

Si vero sit ad tempus: puta, ad decem annos. Tunc ad arbitrium Judicis indistincte recurrunt Menoch. lib. 1. de arbitr. q. 14. nu. 6. & Mantica de tacit. lib. 13. tit. 10. nu. 1.

Patet ex c. 1. §. 1. v. bonus tamen Judex, in usib. feudor. Et legibus non taxatum, relictum est arbitrio Judicandis taxandum.

An in pacto de retrovendendo, resoluta contractu, resolvantur Pignora, & Hypotheca?

Nega. Cagnol. in l. 2. nu. 76. ubi Gozadin. nu. 17. C. de pact. int. Mantica 4. de tac. tit. 31. num. 18. Alderis. de assit. q. 7. nu. 10. Contra Bart. in l. diem, D. de aqua plu. arc. Frecciam, & alios.

Probat I. Quia retrovenditio non tollit primam venditionem, sed est novus contractus, l. ab emptione, D. ad laquil. l. 2. C. de pact. int.

Probat II. Quia si venderet Tertio, transfret cum hypotheca. Ergo etiam si revendat primo Venditori, debet transfere cum hypotheca ad primum Venditorem. Nam pactum retrovendendi non resolvit primam emptionem, sed remanet firma prima, & initur secunda venditio.

Dices I. In pacto adjectionis in diem, & in pacto legis commissoriae, verificato pacto resolvuntur pignora, & hypothecae adjectae, l. ubi autem, §. sed, & Marcellus, D. de in diem adject. l. in diem, 19. D. de aqua plu. arcend. Ergo, etiam quando verificatur pactum legis de retrovendendo.

Resp. Concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Et disparitas est: quia in pacto adjectionis in diem, & legis commissoriae contractus resolvitur, ita ac si ab initio non fuisset initus. Ergo omnia resolvuntur onera. Ut etiam patet in restitutione in integrum, quae tollit contractum, ita ac si ab initio non extitisset, & etiam tollit onera, & hypothecae. Idem accidit in censu emphiteutico: nam ob canonem non solum, resolvitur, ita ac si ab initio non fuisset contractus initus: & evanescent onera adjecta ab Emphiteuta, ita ac si nunquam fuisset dominus. Nam si nunquam fuisset Dominus, non potuisset adicere onus. Ergo onus adjectum evanescit. Et tunc currit Regula: Resoluto jure Datoris, resolvitur jus Acceptoris, l. debitor 4. §. fin. D. de pignor. act. l. 1. D. si pignus pignori datum sit, Franck. dec. 226. num. 3. Cacharan. dec. 136. num. 9. Borr. dec. 181. num. 3.

Quae ratio non currit in pacto de retrovendendo, quod non resolvit primum pactum, ita ac si non esset initum, sed tantum sit secundus Contractus, l. 2. C. de pact. int.

Dices II. Cum Bart. in l. diem, D. de aqua plu. arcend. Emens cum pacto de retrovendendo, nequit alienam spem decipere, hypothecando alius, l. fin. §. sed qui nostra, v. nemo itaque, C. commu. de legat. Ergo debet resolvi hypotheca adjecta, secus primus Venditor deciperetur.

Resp. Pactum de retrovendendo operari, ut hypothecans teneatur Venditori pro eo, quod interest talem hypothecam non esse adjectam.

DE VENDITIONE AD CORPUS, ET AD MENSURAM.

Quid sit?

Ad Corpus est vendere fundum non taxata mensura. Ut: vendo tibi hoc Rus, hoc acerovum tritici. Ad Mensuram est vendere jugera, modia, taxata mensura. Ut: vendo mille jugera, modia, &c.

Si vero corpus, & mensura explicetur, tunc Venditio est ad corpus; si oratio incipiat à corpore, licet exprimat mensura: ut vendo fundum mille jugerum, l. qui fundum, 45. D. de evict. Nam mensura censetur demonstratio rei venditae; & non vitiat contractum, demonstratio, D. de cond. & dem. l. si in emptione, 2. l. tenetur, 6. D. de ass. empt. Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 2. num. 16. Cod. de resc. vend. Regim. lib. 25. c. 24. num. 353.

Si vero incipiat à mensura, censetur venditio ad mensuram, & non ad corpus. Ut, vendo tibi viginti jugera mei agri. Intelligas, nisi alia sit voluntas suram.

con-

1539. *Hypotheca non resoluta contractu pacto de retrovendendo.*

Secus ex pacto adjectionis in diem, vel legis commissoriae.

Resoluto jure datoris, resolvitur jus acceptoris.

1540. *Venditio incipiens à corpore, est ad corpus.*

Incipiens à mensura est ad mensuram.

contrahentium, Pinell. l. 1. Bonac. disp. 3. q. 2. p. 8. n. 5. Q. l. Efficus venditionis ad Corpus, & ad Mensuram?

1541. Efficus I. Si est ad corpus, eodem pretio, totum censetur venditum, sive plus, sive minus sit, d. l. qui fundum, 40. D. de evict. l. si fines, Cod. de evict. Covarr. pract. c. 3. nu. 9. concl. 11.

Sed, si minus, vel majus inveniat, quomodo est mensura dicta, sit ne augendum pretium?

Resp. Videndum esse: an fuerit justum cum re ipsa. Nam debet augeri, vel minus ad normam justitiae. Cum contractus sub justitiae regulas militet. Conducit l. qui fundum, 40. D. de evict. l. Julianus, 14. §. si cuius fundum, & ratio est ex l. si servum, 4. §. si modus agri minor invenitur, quia ubi modus minor invenitur, non potest affirmari bonitas loci, qui non est. D. de act. empt. Paul. de Casiro in l. 2. C. de peric. & com. rei vend.

1542. Etiam debet esse justum.

Contractus ad mensuram non est perfectus, nisi res mensuretur.

II. In contractu ad mensuram, non censetur perfectus contractus ante mensuram. Nam donec de mensura constet, pretium est incertum: Cum pretium debeat mensuram correspondere, l. l. 6. l. 3. D. de peric. & com. rei vend. Et si plus in mensura invenitur, plus solvitur, l. qui fundum, 3. §. qui agrum, D. de contrab. empt.

DE PRETIO.

Ex §. Sed & certum pretium, 1.

I. E. M. M. A. X. V.

Quid, & quotuplex sit pretium?

I. In genere pretium est valor perfectionis, bonitatis Rei.

Est duplex. Unum secundum se. Alterum respiciens convitium societatis humanae.

Pretium secundum se, est ipsa perfectio bonitatis rei, qua una excedit alteram rem, Ita, non viventia habent proprias perfectiones, in quibus exceduntur a viventibus sensitivis, & haec superant, in perfectione a ratione utentibus, & rationabilia a puris intellectivis. Qui valor non consideratur in convitio humanae societatis; in quo extimantur convenientia ad fovendum, meliorandum convitium humanum.

1543. Pretium quotuplex.

Pretium respiciens convitium societatis humanae, est valor rerum communi estimatione taxatum, respiciens ipsum hominum commercium, Caranuel. 2. sentent. num. 314.

Duplex. Unum Pecuniarium. Alterum non Pecuniarium?

Non Pecuniarium est valor rei deservientis societati humanae communi iudicio aestimatus, quae aestimatio ejusdem rei variatur circumstantiis mutatis, & ita valor ejusdem rei mutatur, ut magis in penuria, minus in abundantia aestimetur.

Dixi: Deservientis societati humanae. Nam ex Scoto in 4. d. 15. q. 1. ar. 2. §. sunt, caret pretio res etiam perfectior, nobilior, convitium humano non necessaria, non utilis: ut noxia, musca, formicae. Et pretio aestimantur animalia, quae profunt hominibus.

Pretium Pecuniarium est res, legitima publica forma, signata ad exequendum valorem rerum humano convitio deservientium, l. 1. l. 2. §. 1. D. de contrab. empt. Arist. 5. ethic. cap. 5. Sul sentat humanum commercium reddens omnes res communicabiles, ita ut habens pecuniam, omnium valorem habeat, l. si 120. 42. D. de fidei. §. l. v. num. D. si cert. pet. l. quoties, 19. D. de verb. oblig. l. pecunia appellatio, l. pecunia verbo, l. pecunia nomen, D. de verb. sign. Alex. ab Alex. 4. genial. cap. 15. ubi dicitur Tiraquell.

Pretii Pecuniarii nomina, a quo, & cur?

Sunt Pecunia, Nummus, Moneta, Denarius, Aes, D. August. lib. de doct. Christ. Niphus de divitiis, fol. 79.

1544. Pecunia dicta a Pecore.

I. Pecunia significans quidquid est in nostro patrimonio, dicta est a Pecoribus usu permutationis, frequentissimis ante custionem metallicam loco nummorum. Ennaste tom. 3. disp. 61. nu. 41.

In numerata impresso.

II. In specie Pecunia numerata dicta: quia cussione imprimebatur effigies Pecudis, Ovis, Bovis, &c. Plinius lib. 33. cap. 3. Mohn. disp. 336. Plutarch. in Publicula. Columella lib. 6. de re rustica. Ovidius Fastorum, libi:

Aut Pecus, aut latam Dives habebat Humani: Hinc etiam locupletia: Hinc ipsa pecunia dicta est. A Bove impresso, pecunia dicebatur Bossita ut de Advocato, Oratore, Accusatore, ob acceptam pecuniam nolente accusare, loqui contra aliquem, dicebant: Est Bos in lingua.

Hecatumboen erat, si impressi erant centum Boves: Decaboccon continebat decem boves, Homerus Illiade 6. libi:

Aurea, Ares valentia Centumbae novem Bobus valentibus.

Et a diversis imaginibus insculptis, dicta Biga, ubi erat insculpta Biga: Quadriga, ubi aderat impressa quadriga, & a Victoria sculpta dicebatur Victoria. Unde dicti Bigeati, Quadrigati, Victoriati. Livius lib. 1. decad. 9. & lib. 2. decad. 3.

A quo nomen accipiebant.

III. Nummus, sive Nummus, nomen datum a Numa Rege Romanorum, primitus suo nomine signata calculum ferreum, aeneum. Sed aliis placuit derivari a Nomos graece, lege latine: qua firmatur materia, forma, & valor pecuniae, Arist. 5. ethic. c. 6. ibi: Nummus, non natura, sed lege consistit. Budaeus in l. 1. D. de contrab. empt. 2. Jus.

Nummus dictus a Numa, vel a Lege.

IV. Moneta appellatur: Quia legitimo signo monet de veritate, quantitate valoris, materiae quidditate, & de cavendis improbis, Isidorus lib. 15. c. 17. Coras. lib. 3. miscell. cap. 13. nu. 3. I. besaur. de augmento monetae, part. 1. num. 8.

Moneta a monendo.

V. Denarius a denario perfecto numero nomen obtinuit. Et olim continebat valorem decem librarum aëris: ut ex Varrone ait Niphus loc. cit. fol. 86. Denarius enim perfectus est numerus, continens quamlibet numeri speciem: par, impar, quadratum, cubum, simplicem, compositum. Et postquam devenit ad perfectum denarium, semper reddit ad primum.

Denarius in aëre per se sitam pecuniam, ut est numerus perfectus.

Olim erat species nummi continens Dragma. Hodie, usu prevalente, significat quamlibet pecuniae speciem.

VI. Aes est dicta pecunia: quia ab initio a Numa Rege Romanorum, aëre cussa, & signata, Hiehoaus poeta. D. Ambros. lib. 8. in Lucan. ibi: Pecuniam detulerunt, non utique aëris. Comprehendit quamlibet speciem pecuniae, quando dicitur: Qui non habet in aëre, suat in corpore.

Aes indicat quamlibet pecuniam.

Deinde aëri commixtum Aurum, Argentum, & ob excessum aëris commixti dicta est pecunia aërosa. De qua in l. creditor, D. de solution. ibi: Ceteros.

Pecunia aërosa.

Et talem mixturam, falsam effusionem, vocat Imperator in l. 2. C. de falsa moneta. Si vero Aurum, Argentum excedebat, dicebatur Aureus, Argenteus Nummus. Aureus cepit ab Urbis condita anno 546. ante Christum. Luminum 212. Nummus Argenteus cepit anno 62. ante Plinium lib. 35. cap. 3. l. bo. §. sint. p. 3. n. 3. Covarr. opusc. de numis. c. 3. n. 1.

Nummi auri, argentei mixti.

Utilis Pecuniae ulterior Disquisitio.

Consideranda materia, forma, valor.

Necessitate acunte, industria diversam adhibuit materiam, a qua nomen usui pavit. Et ante Nummam etiam ligneis, coriacis utebantur Romani, Laxius lib. 3. de Republ. Roman. cap. 3. T. holos. 36. §. sint. cap. 2. Numa ex aëre, & ferro conflata pecuniam signavit.

1545. A materia

Exclusum Plumbum, stannum, ob materiam consumptionem.

Brittani ferreo nummo, & ferreo anulo certi ponderis usi, suo tempore refert Caesar lib. 3. com. belli Gallici.

A Livio Druso cepit aëri commisceri Argentum, Plinius lib. 31. c. 3. Plumbo argentato pro nummi usus Caracalla, Dio in Caracalla.

Receptum aëris aurum, solidi argenti ob materiam persistentiam.

Deinde ob fragilem, fluxilem, facile usu deteriorabilem materiam, exclusum Stannum, Plumbum; Et receptum Aes, Argentum, Aurum diuturnioris materiae, lege Cornelia, 19. D. ad l. Corn. de fals.

Et introducti solidi Orbizati, ex puro Auro: qui Principi offerrebantur. De quibus in l. 1. ult. Cod. de veter. num. potest. Gloss. in l. 1. C. de oblatione votor. Alciat. lib. 5. per ergon. cap. 9. Et Aurum purum erat 24. carat. Argentum purum 12. carat. & tale Aurum dictum Coronarium, quia ex eo constabatur Principis corona, l. un. Cod. de auro coronar. de quo Laxius lib. 2.

Aurum coronarium, solidi orbizati ex auro Orbizati scilicet puro, 24. carat. stannum.

lib.2.de Rep.Rom.c.13.gratis dicens,aurum corona- rium esse speciem tributi .

A forma nomen derivatum multis . Unde Flo- rentiae introducti ab impresso flore,dicti Floreni.

A valore est pecunia ordinaria communi usu ad- hibita,affiduo commercio recepta .

Qua pecu- nia ima- ginaria.

Extraordinaria,sive imaginaria pecunia fuit olim introducta, & signata; quae hodie non extat quod ad materiam signatam . Sed remansit quod ad ejus va- lorem certum tunc taxatum . Et secundum illum valorem hodie contrahitur ad tollendas lites mu- tationis, diversitatis, decrementi, augmenti pecu- niarum .

Et valor illius pecuniae imaginariae, olim impres- sae,nunc non extantis, solvitur in pecunia curren- ti, Thesaur.p.1.de augmento monetae,num.44.

Pecunia Imaginaria, ad cujus valorem solet inter Mercatores contrahi, est Libra continens 20. solido- ster Genuentium,Libra Gallica, Floreni Germaniae, Sterlinorum Angliae, Florinorum Deseriae,&c.Et de hac pecunia imaginaria, perpendens plura, agit D.Scoppa ad decis.Graetian.observ.201.n.9.& seqq.

A quibus signata Pecunia introducta ?

Patet ex dictis, Et a Caino introductam unam cum mensuris, & ponderibus,ait Strabo in Joseph lib.1.an- tiq.cap.4.Tibolosan.26 syntag.c.2.num.19.

1546. Pecunia signata a quibus in- troducta .

Apud Latinos a Saturno aereum nummum intro- ductum,ait Alexand.ab Alex. lib.4.genial.cap.15.§.in Latio, Et aes Janum primo signasse, putat Macrob. saturnal.lib.1.cap.7.

Chorintis signatam pecuniam dedit Legislator Phidon; licet alij id tribuant Uxori Midae Regi Phrygum .

Quotuplex sit Pretium valoris rerum ?

1547. Pretium quotuplex

Est duplex. Primum Naturale: hoc est, lege hu- mana non taxatum. Secundum legitimum, Arist. 5. ethic.cap.7.D.Th.2.2.q.77.art.1.ad 1. & hoc est,quod lege taxatur, l.1.D.de off. Praef. Urb.

Naturale est valor rerum in ordine ad huma- num convictum . Quod est majus, minusve, secun- dum quod rei copia, inopia, magis, & minus servit indigentiae, utilitati, jactantiae hominis, l.pretia re- rum,63.D.ad l.falc. Dixi:Servit indigentiae. Nam,ut ait recte Scotus in 4.de 15.q.1.art.2. §.sum, Res in se nobilior; ut Mus, non utilis usui hominum, caret pretio .

Pretium naturale dividitur in Supremum,Medio- cre, & Infimum. Scotus in 4. dist.15. q.2. art.2. §.Et propter. Et injustus est,qui vendit supra Supremum, vel emit infra minimum, Nemo enim alterius ja- ctura debet locupletari, l.jure natura,206. D.de reg. jur.cap.locupletari,48.eod.tit.in 6.l.jure succursum,6. in fin. D.de jur.dot.l.14. D.de condit. ind. Nec est licitum circumvenire in negotio alterum, Thes.4.n.6. 1.ad Cor.6.nu.8.D.Aug.11. de Civit. cap.19. Scot.loc. cit.verb. Sunt autem tres contractus.

1548. Intra la- titudinem iusti pre- tii, licet contrahen- tibus se circumve- nire.

Sed intra latitudinem iusti pretii, licet contra- hentibus se decipere, l.in causa, 16. §.penult. D.de min.l.item si pretio,22. §.fin. D.locat. l.si voluntate,3. C.de resc.vend. l.si haeres,3. D.ad l.falc. Covar.2. var. cap.3. nu.2. Est enim dolus bonus ita solertis suum negotium gerere, ut lucretur sine injuria, Ant. Fab.de err.decad.9.err.1. Thol.21 syntag. cap.13.n.2. Merend.1. controu.cap.33. Morla in empt.p.lit.9.q.8. Habet hanc latitudinem . Quia impossibile est scire punctum indivisibile aequalitatis inter rem, & pre- tium . Ideoque medium rei in Justitia Commutati- va in istis contractibus non consistit in indivisibili, ut recte monet Scotus loc.cit. §. & propter, contra Ric- card. in 3.d.33.art.3. qu.4. Henr. quodl.6. Sed satis est, si servetur moralis aequalitas in ordine ad convic- tum, & necessitatem hominum; & si quid excedat medium illud rei aequalis, intelligitur inter partes donatum: ita ut libero consensu, mutuo remittant, si quid in re, vel pretio excedat aequalitatem rei ad Justitia intentam .

Impossibi- le est scire punctum indivisibi- le aquali- tatis inter rem, & pre- tium.

Hinc resolvitur .

Q. I. An res tanti valeat, quanti vendi potest?

Affirma intra latitudinem iusti pretii, non supra. Nam esset injustitia, si aequalitas non servaretur

inter rem, & pretium, Arist. 5. Ethic. cap. 5. l.62. l. pre- tia rerum, 63. D. ad l. falc. cap. hoc quis. 10. q. 2. D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. & ita recipias l. 1. §. si haeres, l. 2. D. ad Treb. l. quae rebus, l. si servus, 32. D. ad l. falc. l. si quis uxori, D. de sup. Vel res valet, ut vendi potest; si ei, nec lege, neq. usu sit pretium taxatum, Regim. lib. 26. cap. 16. num. 256. & ad splendorem, luxumque curio- sitatem spectet .

1549. Res valet, ut vendi potest, si ei pretium usu, aut lege non sit taxatum.

Q. II. Unde desumatur justum pretium rerum ?

Ex communi rationabili aestimatione, quae mu- tatur circumstantiis alteratis, inopia, abundantia, necessitate Rerum, Emptorum, Vendentium multi- tudine, & defectu, c. legimus, 97. d. D. Hier. Epist. 85. ad Eugrium, l. pretia rerum, 63. D. ad l. falc. Scotus loc. cit. D. Thom. 2. 2. q. 73. art. 1. Ita, in magna quanti- tate minoris emuntur ob inopiam istorum Empto- rum, Regim. lib. 25. cap. 16. nu. 280.

1550. Carum. 2. theol. in- cens. num. 835. ait, pretium au- geri, vel minui tan- tum. Em- ptorum copia, vel in- opia, ad quod acuti- sime ca- teras cau- sas redu- cit.

II. Res pecunia credita magis valet, quam pecu- nia numerata. Non solum ob periculum solutionis, difficultatem exactionis, cap. naviganti, de usur. ob lucrum cessans: sed ob inopiam rei. Nam non ita frequenter inveniuntur res, quae credito vendan- tur, & ob multitudinem Emptorum credito, quae ratio auget aestimationem, & pretium, D. Thom. loc. cit. ubi Cai. & Bannez. art. 3. Sotus 6. de just. q. 3. art. 1. Ang. v. Emptio, q. 9. Covar. 2. var. cap. 36. nu. 6. Similiter ob affectum circa rem: puta, picturam, quis potest carius illam vendere, Scotus l. c. Nam non inveniun- tur, qui vendant rem, cujus affectione vincuntur. Salom. 2. 2. q. 77. art. 1. q. 183. Sotus loc. cit. oncl. 3. Less. 2. de just. cap. 21. num. 27.

1551.

III. Res ultroneae vilescunt, Nam signum est, non habere multos Emptores, Regim. lib. 2. nu. 280. Molin. disp. 348. Sa. v. Venditio, n. 4. Secundum aliquos ultra tertiam, Cai. 22. q. 77. art. 1. Less. 2. de just. 1. dub. 4. nu. 33. Molin. loc. cit. num. 40. Filius. tract. 55. cap. 3. num. 58. Bonac. disp. 3. qu. 2. part. 4. num. 21. Et secun- dum alios usque ad medietatem iusti pretii; quo non ultroneae venderentur, Palacius ad Cajet. in summ. v. Emptio, cap. 1. Salas de empt. dub. 25. num. 3. Rebell. p. 2. lib. 9. q. 1. num. 36. Megala. 22. lib. 2. cap. 6. q. 2. num. 47. Courad. q. 59. Hinc res subhastata: quia ultronea, vilis emitur, Lopez lib. 1. in str. cap. 29. Gar- zias 1. de contr. cap. 21. Bonacin. loc. cit. Navar. lib. 3. c. 2. nu. 36. Valent. 2. 2. d. sp. 5. q. 20. part. 2. Et possit emi in- fra medietatem iusti pretii, ait Barr. in l. 1. num. 4. C. de praed. decur. lib. 10. Ang. in d. l. pretia rerum, nu. 3. Dec. cons. 210. & sic cessare l. 2. C. de rescind. vend. Cas- siren. in d. l. 2. num. 2. Navarra l. cit. num. 6. Quod disp- licet Rom. in l. si quis, §. D. de verb. oblig. ibi Alex. num. 16. Gom. 2. var. cap. 2. num. 23.

1552.

Tu dicas, tunc etiam ex communi aestimatione desumendam justitiam pretii: nam communis aesti- matio etiam taxat res ultroneas subhastatas. L. E. M. A. XVI.

Ultronea vilescunt, quoad me- dietatem Carum. l. c. fine.

Vel infra medietate.

An pretium emptionis debeat esse certum ? Ex eod. §. Sed & certum .

Affirma. Text. vic. Ratio est, quia res habet cer- tam aestimationem. Ergo, ei debet certum pretium correspondere; ut servetur Justitiae commutativae aequalitas, l. 2. §. 1. D. de contrab. empt. l. em- pti, §. C. cit. certum autem intelligitur semper, ac certificari potest: licet ignotum tunc sit, l. certum, 6. D. de reb. cred. l. haec venditio, §. hujusmodi, 1. D. de contrab. empt.

1553.

Q. I. An pretium sit certum, si dicatur: Vendo, quanti Cajus rem arbitrabitur ?

Diff. Quas, cum ten. hic. Vel Cajus aestimabit, vel non. Si primum; tenet. Nam pretium certificatur. Si secundum; non tenet; quia remanet incertum, & ita nullum, l. fin. C. de contrab. empt.

Pretium debet esse determina- tum, & sic certum. Na rei incer- ta domi- nium ne- quit acqui- ri, Carum. loc. n. 313.

Nec obstat l. 1. §. 1. D. de leg. 2. ubi actus valet etia alio non arbitrate, cum censetur arbitrium boni viri; & ideo si arbitrabitur, non facit conditionem personalem. Nam illud est, favore ultimae volun- tatis manutenendae, sive ille, sive alius arbitretur, l. fin. §. 1. C. com. de leg. Quod non currit in contra- ctibus, in quibus servatur voluntas partium, sub conditione alterius arbitrii contrahentium, quo non arbitrate, conditio non purificatur, & actus cor-

1554.

Quid si po- nium sit in alterius arbitrium

corruit, l. si quis arbitratu, 43. D. de verb. oblig. l. si coi-
za, 75. D. pro soc. l. si merces, 25. D. locati.

Q. II. An possit contractus emptionis remitti
in liberam voluntatem alterutrius
Contractantis?

1555. Debet obli-
gari ad de
clarandū
pretium.

Tertius
supponit
justū velle
pro utraq;
parte.

Non part.

Quò ad essentiam contractus. Negà. Quòad acci-
dentialia, Concedas. Primum patet. Nam, si non
adeest obligatio, ut declarat pretium essentiale, nec
adeest contractus obligationem inducens, l. quod
sagt, 35. §. 1. D. de contrab. empt. l. in vendentis, 13. C.
cit. tit. Sicut enim, emptio remissa in arbitrium
Emptoris est nulla, l. in vendentis, 13. Cod. de contrab.
empt. Ità etiam, si pretium remittatur: quod essen-
tiam ingreditur contractus. Et licet possit remitti
in arbitrium tertii, qui justum supponitur velle
pro utraque parte, l. fin. C. de contrab. empt. Nequit
tamen remitti in arbitrium partis, quæ suum, non
alterius, commodum præsumitur velle. Secundum
patet: posse, se. aliquas circumstantias, quæ suppo-
nunt contractum validum, remitti in arbitrium
alterius contractantis. Nam non est timor nullita-
tis contractus; & ità intelligat. l. hac venditio, 7. D.
de contrab. empt. l. societatem, 76. l. 77. D. pro soc. l. si in
lege, 24. D. locati.

Q. III. An sit pretium certum vendere rem
tantū, quanti est in arca, sive pro
pretio, quod est in arca?

1556. Est certū
in se, sed
ignotum.

Non ex-
presso pre-
tio est con-
tractus in-
nominatū

Distinguas. Vel intercedunt alia essentialia con-
tractui emptionis, Ut consensus, merx, & pretium.
Et est Venditio. Nam pretium certum in se est, li-
cèt sit ignotum Contractanti. Et ità satisfit nostro
§. 1. l. 74. 75. D. de verb. obl. l. 7. §. hujusmodi, 1. D. de
contrab. empt. l. naturalis, §. 1. D. de præscript. verb.

Si verò non exprimat contractus emptionis,
nec pretium. Tunc est contractus aliū, pro par-
tium voluntate, de qua, si non constat, est contra-
ctus innominatus, vel aliquid aliud, l. fin. D. de condi-
t. caus. dat. causa non sec. Ità est legatum speciei,
non quantitatis, si dicam: Lego centum, quæ in arca
habeo. Et si mel debentur, licet pluries centum sint
legata. Et hoc, ex voluntate Testatoris nolentis
nisi gravare hæredem, l. planè, 34. §. sed hoc ita, 4.
l. §. 1. 198. §. qui quinque, 10. D. de leg. 1. Accurs. in l.
acc venditio, 7. §. 1. v. quantum, D. de contrab. empt. Et
ità concordantur dicta Jura.

Q. IV. In quo consistat hoc pretium?

1557. Resp. in pecunia numerata, sex. hic. secus cum
permutatione confunderetur, l. 1. §. pen. 12. D. de
contrab. empt. l. pen. C. de rerum permut.

Q. V. An, non soluto pretio, nec dato pignore,
aut fidejussore, aut nisi alio modo satis-
factum sit Venditoris, Emptor ac-
quirit dominium rei emptæ.

1558. Emptor
non sit Da-
minus rei,
pretio non
soluto.

Negà. Aut res Emptoris, 53. l. quod vendidit, & tradi-
didit, non aliter sit accipientis, quam si, aut pretium
nobis solutum sit, aut satis est nomine factum, vel
etiam fidem habuerimus Emptori sine ulla satisfac-
tione, 19. D. de contrab. empt. §. venditæ, lib. Inst. de
ver. diu. quo non factus, Venditor retinet dominium,
& rei vindicationem, l. procuratoris, §. pen. D. de
trib. aff.

Q. VI. An, quando pretium non est justum,
Venditio valet?

1559. Requiritur æqua-
litas inter
rem, & pre-
tium.

Certum est in conscientia, æqualitatem inter
rem, & pretium requiri ex natura contractus, Jus-
titia præcipiente, inspecto valore rei tempore con-
tractus, l. si voluntate, §. in fin. ibi: Nisi minus dimidio
esset. C. de resc. vendit. Sed, ne lites invadat Forum,
Jus, ob gravem lationem: non omnibus, d. l. si volun-
tate, §. ibi: Paulo minus pretio fundum venditum, l.
quisquis, 15. C. de resc. vend. sed tantum personis
privilegiatis restitutionem in integrum conceffit.

Enormis lasso facti consultum voluit; ut vel supplementum pretii;
rescindere vel, restituito accepto, rem petant, l. 2. C. de resc. vend.
contractu. Quæ l. 2. quia difficultatibus tumida, uno verbo
absorberi nequit; in partes scissa detumescere ju-
beas.

L E M M A XVII.

An Venditor læsus ultra medietatem justii
pretii, possit petere Supplementum
ex l. 2. C. de resc. vend.

Affirma. Et Emptor pro sua electione; vel sup-
plementum pretii, vel rem restituit, reaccepto
pretio dato, ex l. 2. C. de resc. vend. * ex qua sic
tradit D. Scoppa in Scholiis ad Controv. R. Merlin.
cent. 2. c. 25. sub nu. 11. * Præsumitur namque igno-
rante rei valorem; vel necessitate adactus ad ven-
dendum; aut dolo Emptoris circumventus, Cyn. d.
l. 2. Nec consideratur valor, quo venditur; sed quo
vendi potest licite tempore contractus. Currente
illo principio. Res tanti valeat, quanti vendi potest.
l. 1. §. si hæres, 16. D. ad S. C. Trebell. l. in furti, 50. l. si
quis, 52. in fin. D. de furt. scilicet licitè, non ex igno-
rantia, metū, dolo, necessitate. Vendi autem licite
potest pretio justo, Et si ei detur minus, quam sit
rei valor, pretium est injustum. Et si non adequat
medietatem valoris, venditio rescinditur, d. l. 2. c.
cum causam, 3. de empt. & vend.

Q. VII. An d. l. 2. currat etiam in bonis
mobilibus?

Affirma. Bart. & Glor. in d. l. 2. num. 24. ubi Finel-
lus p. 2. cap. 2. nu. 17. Harpp. hic nu. 17. Contra Cujac.
lib. 2. animadvers. cap. 12. ajentem currere tantum
in rebus pretiosis. Nam in omnibus est eadem rati-
o; & multò fortius in rebus vilioribus: quæ eitiùs,
quàm pretiosæ præcipites ruunt, arg. l. à Divo Pio,
15. §. piguora, D. de re jud. Nec te moveat d. l. 2. fundi
meminisse. Nam id factum est, ad explicandum ca-
sum magis dubitabilem, ut illicò minus dubitabi-
lem comprehensum pronunciare. Et majoris dubi-
tationis esse casum rei immobilis, patet. Quia ma-
gis consideratè, & majori apparatu res stabilis alie-
natur, unde non præsumitur deceptus. Nec ità, pro
rei immobilis, sicuti pro rei mobilis distractione,
continua graves urgent necessitates. Ergò, leges
confendæ sunt magis promulgatæ pro frequenti
rei mobilis; quàm magis rara rei stabilis aliena-
tione; cum aptandæ sint vehementius ad frequen-
tiores, quàm ad rariores casus, l. neque leges, 9. D. de
legib.

Q. VIII. An Emptor, qui solvit pretium supra
medietatem, possit petere restitui
sibi excessum?

Affirma. Nam sumus in correlativis, in quibus
idem jus servatur, l. cum emptores, §. D. de resc. vend.
l. si cum dies, 12. §. penult. D. de recept. arb. l. 7. Cod. de
supressis, l. fin. C. de indiff. vid. toll. & errore censetur curri in
inductus: cum nemo præsumatur proicere bona
sua. Ergò, si læsio injusta ultra medietatem causat
rescisionem in Venditore, causabit etiam in Em-
ptore. Nam ubi eadem ratio humanitatis, & æqui-
tatis, ut in re nostra, ibi eadem Juris dispositio, l. il-
lud quaesitum, 32. D. ad l. Aquil. l. à Titio, 108. D. de
verb. obl. l. in omnibus 68. D. de reg. jur.

Nec dicas, diversam esse rationem Emptoris, à
Venditore. Nam Emptor sine necessitate ex affe-
ctu emit. Venditor verò vendit necessitate compul-
sus, l. non idcirco, 12. C. de resc. vend.

Nam contra: quia Venditor quandoque vendit
causa lucri: ut in Mercatoribus, aut majoris com-
moditatis; ità ut Emptorem ipse alliciat. Et è con-
verso Emptor, necessitate, indigentia, penuria, arti-
tudine: vel ut malum vicinum evitet, invitus emit.
Et ita contra Cujac. 6. obs. c. 18. Ant. Fabr. de error.
decad. 8. err. 7. docet communis cum Bart. Bal. in d.
l. 2. ubi Donell. 48. Facch. 2. contrav. cap. 76. Merend.
1. contr. cap. 36. n. 2. Hunn. 3. var. tr. 7. p. 1. q. 11.

Dices cum Cujac. & Fab. Emptor ratione affectus
ad alios excludendos suum proicit. Ergò, ei non
est succurrendum.

Resp. Nos loqui, quando Emptor emit, non quan-
do donat; vel proicit bona sua. Porro, sua proiice-
re, vel donare nemo præsumitur. Ergò præsumitur
emere. Ergò nolle dare pretium sine rei valore.
Cum Emptio supponat rem emptam, l. nec emptio, §.
D. de contrab. empt. Et pretium, quod rem, excedit,
pro rata excusus, non habet rem, cui correspon-
deat.

1560.

Emptor
potest, vel
supplere
pretium,
vel rem re-
stituere.

1561.

d. l. 2. da-
tur in re-
bus mobi-
libus.

Majori
confidera-
tione res
stabilis,
quàm mo-
bilis ven-
ditur.

1562.

Æquitas
emptione,
& vendi-
tione.

Emptor
multoties
coactus e-
mit.

1563.

Præsumitur debeat. Pretium enim rei est pretium. Ergo pretium majus rei majoris erit pretium. Si ergo deest rei valor, cui pretium respondeat, dederit etiam ratio pretii. Unde Emptor pecuniæ excessum repetere poterit à Venditore. Nam Venditor nullo titulo illud poterit retinere: Non donationis, quæ non præsumitur: Non emptionis: nam rem pro illo excessu non dedit: Nec ut derelicta: nam talis animus non præsumitur. Ergo debet restituere. Et in foro æquum est saltim pro excessu supra medietatem, Emptori succurri.

Confirmatur. Si Venditor nullam rem tradidisset Emptori, nullum pretium posset recipere. Ergo, si minorem rem, minorem pretium: Ergo rei nequæ excessivum pretium recipere.

Ex hac ratione potest decidi quæstio.

Q. IX. An teneat contractus emptionis cum læsione ultra medietatem?

Et dicat: quò ad illud, in quo pretium non habet rem, cuius sit pretium, contractum esse nullum.

1564. Probatur à priori: quia contractus est regulandus à justitia; & debet servare æqualitatem. Ergo, in quo æqualitatem non servat, contractus non est. Quòd si dicas esse contractum injustum. Jam fateris non obligare: quia injustitia non obligat. Et si non obligat, nec est contractus, cuius natura est obligare. Secundo probatur ex l. nec emptio, nec venditio, hinc, quæ veniat, potest intelligi, §. D. de contrah. empt.

Pretium rei respicit, & pro majori, & minori pretii res debet augeri, vel minui.

Confirmatur. Pretium rei est pretium. Ergo majus pretium majoris rei pretium. Ergo deficiente majori re, deficit majus pretium. Et simul venditio pro illo excessu, cui deest res major, & pretium, majus.

Nec obstat, tales venditiones rescindi, l. 2. l. ad rescindendam venditionem, qd. non est, §. C. de resc. vend. Ergo ab initio tenet. Non enim rescindi potest contractus nullus.

1565. Resp. Contractum tenere, prout æqualitatem servat inter rem, & pretium; nullum verò esse, quò ad excessum: Nunc, si Emptor velit supplere pretium; contractus in totum habet esse, etiam quò ad illam partem, pro qua defectu pretii non tenebat. Si verò nolit supplere pretium; tunc rescinditur etiam pro parte, pro qua valebat; ne Venditor partem cogatur vendere. Et è converso, si pretium Emptoris fuit excessivum, tenet contractus, prout est æqualitas inter rem, & pretium: & tenetur restituere excessum. Illo autem renuente, rescinditur etiam pro parte, pro qua contractus erat validus. Nec argumentum probat, contractum etiam quò ad pretium excessivum valere. Præsumitur autem in totum validus, donec læsio probetur. Et idè auctoritate Judicis rescissio faciendæ; vel pretium supplendum est, d. l. 2. ibi: Auctoritate Judicis intercedente.

Q. X. Quomodo sit calculanda læsio ultra medietatem in Venditore?

Resp. Quando pretium non adæquat valorem medietatis rei, l. 2. ibi? Si nec dimidia pars veri pretii soluta sit. C. de rescind. vend. pretium enim rem respicit. Et læsus est ultra medietatem, qui pro re estimationis mille non recepit quingentum l. si voluntate, §. 8. ibi: Nisi minus dimidia justis pretii, quod fuerat tempore venditionis, datum esset. C. de resc. vend.

Q. XI. Quomodo computetur in Emptore?

Resp. Computanda esse, si res empti non adæquet medietatem pretii; Gajac. lib. 16. cap. 3. Ant. Fab. dec. 3. err. 7. Facchin. 2. contr. c. 16. v. illud longè, Merend. 2. contr. cap. 36. n. 5. Abb. in c. cum causa, n. 2. de empt. & vend. Connan. 17. comment. c. 9. Dudr. in l. si quis cum aliter, D. de verb. obl. Contra Giof. in d. l. 2. C. de resc. vend. ubi Cagn. n. 55. Cov. 2. var. cap. 3. n. 3. Ratio est: Quia unusquisque læditur in re sua, non in re alterius. Ergo sicut Venditor in merce ultra medietatem læditur, si pretium non adæquet medietatem rei; ita Emptor læditur in pretio, si res non adæquet pretii medietatem.

Tomall. Lib. III.

1566. Calculatio læsionis in Venditore est in re.

1567. In Emptio. re res debet esse minor medietate pretii

Hinc, si pretium fuit viginti, & res non adæquet valorem in decem, Emptor est læsus ultra medietatem. Non verò, si pro re, quæ valet decem, solvat 16. Nam læsio Emptoris ultra medietatem debet esse in pretio. Et semper ac res superat valorem medietatis pretii, non læditur supra medietatem. Res autem valoris ibi superat medietatem pretii sexdecim, cum medietas esset valor in 8. non in decem. Nec contra hoc affertur quid urgens.

Q. XII. An, si læsio ultra dimidiam proveniat ex adjudicatione, vel datione in solutum Judicis, possit læsus uti l. 2. C. de resc. vend.

Affirma. Alex. & Imol. in l. si quis cum aliter, 36. D. de verb. obl. Facch. 2. contr. c. 20. Menoch. 2. præsum. 75. n. 34. Cagnol. hic, num. 198. Contra Bart. in l. 1. C. de præd. decur. Ang. in l. 1. C. de præfer. 30. Calà de modo art. §. 2. n. 137.

Probatur I. Ecclesia alienans, omni sollemnitate, & Pontificis consensu, læsa ultra medietatem restituitur, cap. 2. & c. cum causa, de empt. & vend. Ergo etiam id dicendum in læsio, ex decreto Judicis per adjudicationem.

II. Idem patet in Minore læso restituto adversus alienationem, Judicis decreto factam, l. si quidem, 11. C. de præd. minor.

III. Datio in solutum habet vim venditionis, l. ff. prædium, 4. C. de evict. ibi: Vicem venditionis. l. 44. D. de sol. Et factum Judicis, est factum partis. Ergo in illa currit d. l. 2, ex l. 2. C. de fidei, & ass. ff. lib. 10. ibi: Si res tua ex officio Judicis distracta sint, & damnnum inde eveniat, auxilium præstabitur. Nec urget l. 1. C. de præd. decuriam sine decreto Judicis alien. Nam ibi supponitur res, justa estimatione, vendita. Et tantum non auditur Venditor, dicens timore, vel dolo vendidisse. Cum ista cessent coràm Judice præsumptio.

Q. XIII. An in venditione sub hasta currat l. 2.

Affirma. Bart. in l. 1. n. 1. C. de præfer. 30. vel 40. Facchin. 2. contr. c. 12. Ulyss. ad Aff. decif. 340. Trenta in q. 3. var. resol. 3. de empt. & vend. n. 4. & dixit Sabaudia Senatus, ut inquit Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 30. de rescind. vendit. d. fin. 4. n. 8. Contra Bald. in l. 1. n. 2. C. de præfer. 30. vel 40. Guid. Papa dec. 2. 2. Nam venditio ex necessitate facta, à fraudibus non est immunis, l. si quis, 16. C. de resc. vend. nec in d. l. 2. exceptuata, & patet ex l. fundus, 9. D. de resc. vend.

Q. XIV. Quid in datione in solutum judiciali?

Cum factum Judicis censeatur factum partis, censeo, Creditorem læsum datione in solutum rei vilis, vel Debitorem rei majoris estimationis, habere l. 2. Nam etiam doctus accipit, ac dat. Et injustitia est semper propellenda. Accedit, dationem in solutum habere vim emptionis, l. fin. D. ex quibus causis in possessione, l. prædium, 4. in fin. C. de evict. l. elegantèr, 24. D. de ignorat. act.

Nec obiciat Harpp. hic n. 244. Partem posse appellari à tali decreto, l. ab executione, §. C. quor. appell. non recipian. Nam potest esse, ut Pars ignoret rei defectum, ac valorem, qui deinde innotescit. Et ita docet Imol. in c. cum causa, n. 45. de empt. & vend. Jaf. conf. 151. in fin. Oltrad. conf. 37. q. 3. Contra Trentac. l. c. Facch. l. c. cap. 21.

Q. XV. An currat d. l. 2. in læsione ultra dimidiam ob transactionem?

I. Sententia negat Jafon. Alex. in l. si quis, 36. D. de verb. obl. Gram. dec. 66. n. 47. Aff. dec. 220. n. 3. Menoch. conf. 401. n. 157. lib. 5. Et plures, quos sequitur Harpp. hic n. 163.

II. Sententia affirmat Bart. Ang. Imol. in l. Lucius, 73. §. ff. D. ad Trebell. Cagnol. in l. 2. C. de resc. vend. Dev. conf. 60. n. 4. Tusc. lit. l. concl. 353. n. 1. Guttier. 2. præf. qu. 142. Franch. decif. 159. n. 7. Facch. contr. cap. 26.

III. Sententia affirmat, si damnnum sit enormissimum valde supra medietatem. Negat, si parum excedat medietatem, Gabr. 2. com. de empt. & vend. concl. 5. n. 69. Morl. in Emptor. p. 1. tit. 4. q. 2. n. 9. Minfin. cent. 1. obs. 33. Mol. de prim. q. n. 3. & 4. Cavall. com. q. 72. n. 1. Et me referente fuit decisum in Curia Archiep. Neapol. 21. Februarii 1633. ex doctrina Roland. vol. 4. conf. 28. Gram. dec. 110. Vivii decif. 429. num. 3. & 4.

1568.

1569.

1570.

1571.

1572.

1573.

1574.

Gratian.c.788.n.1. Mantic.de tacit. lib.26.tit.9.n.23. Anton.Fabr. de error.decad.3.err.10. Berlichij practi- car.p.2.concl.42.

1575. Currit d.l. 2. in tran- sactione.

Mihi videtur I. transactionem factam, dolo, & de- ceptione, nullam, & in foro rescindendam esse ma- xime in latione ultra medietatem, *lin summa, 656 §. 1. v. Sin autem evidens calumnia, D. de condit. in- deb. l. dolus, 10. C. de resc. vend. l. si superstito, 5. v. Sanè si læsa, & immodice, 6. de dol. mal.* ubi Pater tutor filie dolo induxit filiam ad transigendum circa bona matris, filie debita; licet filiam, ob patriam reve- rentiam, illum ut dolum non conveniat.

1576.

II. Transactionem nullam nihil operari, & con- tra ipsam posse partes venire, *l. Imperatores, 3. §. 1. D. de transact.* ubi transigens venit contra transactio- nem, & petit reliquum fideicommissi. Id namque factum fuit, quia transactio de rebus ex ultima vo- luntate nequit fieri, nisi inspectis scripturis, & ver- bis testatoris, *l. de his, 6. D. de transact.* "cujus dispo- sitionem late illustrat D. Scoppa in Scholiis ad Con- trov. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 61. ex n. 3." Et in illo casu fideicommissum apparebat ex codicillis, qui in- specti in transactione non fuerunt.

1577.

III. Si quis sciens, prudens, nolit litem ingredi, & transigat de dubio litis eventu. Ita ut pro lite in dubio accipiat mille, pro qua alius daret bis mille. Tunc puto, istum non posse venire adversus transa- ctionem.

1578.

Non potest venire ad- versus transactio- nem, recepto pretio factam in dubio litis eventu.

Patet I. ex *l. Lucius, 78. §. fin. D. ad S. C. Trebell.* ubi hæres non restituit quadruplum inventum: quod deberet restituere, nisi ante fuisset transactum.

II. Ex *l. sub preætextu instrumenti, 19. l. sub præ- textu speciem, 29. C. de transact.* ubi transactio firma stat, licet ex instrumentis deinde constet, nihil de- bitum fuisse.

Scio aliquos respondere, dictas leges correctas à *l. 2. C. de resc. vend.* in enormi læsione. Sed istam cor- rectionem jure non expressam, reiicimus, *l. un. C. de inoff. dot. l. præcipimus, D. de appell.*

Dices. Transactio est introducta pro æquitate, *cap. 1. de litis contest. in 6.* Ergo non debet fovere tam enormem iniquam læsionem.

Resp. Concedo anted. & Nego suppositum Con- seq. sc. tunc læsionem esse iniquam. Nam, cum sit ad tollendas litis ambages exhaurientes patrimonium, & alium non invenisset illius dubie litis emptorem, justè transactum est. Nam experimento comper- tum, etiam in lite certa expensas magnas, labores, & anxietates assiduas perpeti: quanto magis in lite dubia, *l. quod debetur, 51. D. de pecul.*

Q. XVI. An Venditor lasus ultra medietatem possit agere adversus Emptorem, re emptæ fortuito destructa.

Distinguas. Vel Emptor fuit in bona fide, credens justum pretium solvere. Vel in mala fide. Si in bo- na fide ad nihil tenetur. Tum, quia in nihil factus est locupletior. Tum, quia res perit Domino. Et res emptæ quod ad portionem, pro qua pretium non fuit solum, emptæ non est, nec est sub dominio Emptoris, ut patet ex *l. quod vendidi, 19. l. ut res, 53. D. de contrab. empt. §. vendidit, lib. 2. Inst. de rer. div. l. Ju- lianus, 14. §. offerri pretium, D. de act. empt.* ubi actio Nam non ex empto non competit, parte pretii non soluta.

Si fuit in mala fide. Cum ipse non sit Dominus rei, pro illa portione, regulatur ex dictis sup. n. 505. ubi discutimus: cui res pereat. Et petit Emptori, si casus fortuitus ex ejus culpa oriatur; vel si res apud Venditorem non periisset; aut si fuit in mora tra- dendi rem, vel ejus pretii supplementum.

1582.

Res perit illi, quæ est in culpa & mora, do- lo, &c.

Scio I. Alios absolute velle, posse Venditorem re- petere supplementum pretii; *Abb. in cap. cum dilecti, n. 10. de empr. & vend. Cremens. sing. 84. Ripa in l. quod tibi, 5. D. de reb. cred. n. 11. Morend. 1. contr. cap. 44. id asserens etiam de emptore bonæ fidei.*

Scio II. Alios velle, non teneri ad supplementum pretii, *Cagnol. in l. 2. n. 115. C. de rescind. vend. Gom. 2. var. cap. 2. Covar. 2. var. cap. 4. n. 14. Fanch. 2. contr. cap. 18.* & alios, quos sequitur *Harpp. bic n. 213.*

1583.

Mihi tamen non est à dictis recedendum. Nam quod ajunt, debitorem liberari perempta re, *l. Ti-*

tia, 36. §. fin. D. de leg. 1. l. electio, 26. §. ff. is, 4. D. de no- xal. act. l. si quis, 57. D. de sol. Non currit, si debitor sit in mora, culpa, fraude; nec quando ad est actio per- sonalis: ut est hæc ex contractu emptionis; ut patet in creditore hypothecario, qui remanet obligatus, destructa re hypothecata.

Q. XVII. An Venditor petat pretium, si adjecit in con- tractu clausula: Si plus valet, dono?

Affirma. Nam nunquam præsumitur, Vendentem velle donare absque causa, & illa clausula tantum est ad firmandum venditionis contractum, nè, præ- textu levis læsionis, rescindatur, *lib. 2. adjectio, 192.* ibi: *Adjectio, plurisve non infinitam pecuniam conti- net. D. de verb. sign.*

Accedit I. quod si præsumeretur donatio, revocari posset ex caulis, de quibus *lib. 2.* scil. ingratitude, superventa liberorum, mutatione status. Quod non videtur dicendum.

Rursus, præsumitur eadem necessitate, qua indu- citur ad vendendum, induci ad apponendam illam clausulam, qua non apposita, Emptor posset emere. Idèdque in utroque casu illi succurrendum beneficio *d. l. 2.* ubi *Alber. n. 12. Cagnol. n. 124. Bart. Bald. & Saigo. C. de rescind. vend.* Quæ lex humanitati innititur, *Boer. dec. 142. n. 10. Facchin. 2. contr. cap. 19. Contrà Ca- wall. comm. q. 511. n. 2. Rom. in l. si quis, 36. D. de verb. oblig.*

Idque etiam si Venditor dicat: *Dono omne, quod plus valet.* Contrà *Harpp. bic n. 220.* Nam, licet uni- versalis omnia includat, *l. Juliano, 68. D. de leg. 3. l. 22.* ibi: *Omne lumen. D. de sero. urban. præd. cap. 1. §. dicen- do, d. 19.* Tamen id currit in illo, qui causam habet ad donandum, non verò in illo, qui vendere inten- dit, alienus ab animo donandi, *arg. l. fin. §. idem qua- sit, D. de cond. indeb. l. Stich. §. argentarius, D. de sta- tu. lib.* Ergo Donans totum, non censetur donare; quando vult vendere, si graviter lædatur. Et ita est in illo, qui necessitate præssus vendit.

Q. XVIII. Quid si renunciet omni legis auxilio?

Resp. Adhuc Renunciantem gaudere *d. l. 2.* Nam est beneficium speciale, generali renunciatione non comprehensum, *Tiraq. in l. si unquam, n. 123. C. de revoc. donat. & alii.*

Q. XIX. Quid si specialiter quis renunciet beneficio d. l. 2.

Puto, justum ex necessitate renunciare, & ita e- normissimè læsum, habere beneficium *d. l. 2.* ubi *Bald. n. 7. Cassidor. dec. 1. de empt. Contrà Covar. 2. var. cap. 4. Facchin. 2. contr. cap. 20. Harpp. bic n. 120.*

Patet I. Quia secus talis renunciatio daret aditum ad delinquendum: scilicet ad ineundum injustum emptionis contractum. Nam quis nollet emere, nisi Venditor tali speciali renunciatione bona sua proiceret.

II. Quia Emptor præsumitur dolosus, cum tam gravi læsione Venditoris, *l. si quis, 36.* ibi: *Res in se dolum habet. D. de verb. oblig. l. si servus, 23. D. sero. ur- ban. præd. l. sub preætextu, 29. C. de transact.* Nemo au- tem potest renunciare dolo, quod ab altero com- mitteretur. Ex quo patet solutio ad *l. quæritur, 14. §. si venditor, D. de adit. edict.* ubi quis remittit actio- nem. Nam id verum est in renunciatione bona fide facta: non verò in renunciatione enormissimæ læ- sionis, quæ malam fidem, & dolum imbibit, ut patet.

Nec opponas *l. domum, 59. D. de contrab. emp.* ubi solvit integrum pretium Emens domum combu- stam scienter, à debitore, id ignorante. Nam ibi Emptor emit aream tantum; & sciens volens liberè excessum pretii promisit. Rei enim suæ moderator erat.

Q. XX. An imponens penam pro observando contractu, possit illum rescindere ex d. l. 2.

Affirma. Nam pena cessat in faciente id, quod à lege conceditur. Et pena, ista esset ligamen con- tractus injusti, adeoque reiicienda, *Gloss. in l. 3. D. si quid in fraudem, Jaf. in l. 1. §. si Vir Uxori, D. de acq. poss.*

1584. Vendens non præsumitur velle do- nare.

1585.

1586. Proposi in universaliis omnia comprehendit.

1587. Utitur d. l. 2. et renuncians etiam spe- cialiter.

1588.

1589. Emptor cum læsio- ne enor- missima Vendito- ris præsu- mitur do- losus.

1590.

Q. XXI. Quid si venditio sit jurata?

1591. Resp. Petita abolitione juramenti, posse venire contra Emptorem infra medietatem justii pretii. Nam juramentum non est vinculum iniquitatis, cap. sius, qua- & si Christus, cap. quanto, 18. §. si falsum, de jur. jur. Et talis contractus injustus, & iniquus est, Afflic. l. sione, no decis. 322.

Q. XXII. An l. 2. currat in conductione, attentata pentione ultra medietatem, quo res locantur?

1592. Affirma. l. si merces, 25. §. vis major, 6. D. locati, ubi succurritur Conductori plusquam tolerabiliter laeso, l. si olei, 21. C. de locat. Et conductiono regulatur, ut em- l. 2. D. locat. l. veteres, 10. l. 20. D. de act. empt. Me- lasus su- rend. 1. contro. cap. 36 n. 6. Gutt. 2. pract. q. 138,

Q. XXIII. An laesus possit agere contra tertium possessorem rei vendita?

1593. Puto l. alienationem factam in fraudem Credito- ris posse actione Pauliana revocari, si fraus sit tan- tum ex parte Dantis in lucrativa, Accipientis in o- nerosa alienatione, ut satis patet ex lib. 4. n. 370. l. i- gnosi juris, 5. C. de revocatis, l. qui autem, 6. l. ait Prae- tor, 10. D. qua in fraud. cred.

1594. Si vero sit bona fides, etiam ex parte Dantis in lucrativa, & Accipientis in onerosa alienatione, ut ex lib. 4. n. 370. Tunc alienatio nequit revocari actione Pauliana, de qua in §. si quis in fraudem, 6. lib. 4. Inst. de action.

II. Puto, cessare actionem ex empto, quae non da- tur adversus singularem successorem, l. 1. §. baredes, 16. D. ad Trebell. l. fin. §. fin. D. de contrab. empt. l. aris, 15. C. de donat.

III. De puto, contra tertium possessorem habere rei vindicationem pro rata pretii non soluti. Nam pro illa rata non acquisivit dominium Emptor, l. quod vendidi, 19. l. ut res, 53. D. de contrab. empt. Nec in al- ium poterat transferri. Nam alienatio transit cum sua causa, l. alienatio, 67. D. de contrab. empt. Et in hoc sensu potest currere beneficium l. 2. ut nisi velit pre- tium, pro illa parte vero Domino dare, rem restituat, reaccepta pro alia portione rata pretii. Et habebit contra secundum Venditorem actionem de evictio- ne, & actionem ex empto, ut servetur Emptor in- demnis. Et in hoc sensu recipio Covarr. 2. var. cap. 3. n. 3. Tiraq. in l. si unquam, 8. v. Revertatur, n. 329. C. de revoc. donat. Bald. & Salyc. in d. l. 2. Menoch. lib. 1. conf. 63. n. 23. Contra Ant. Fab. dec. 7. err. 3. n. Fac- cbin. 2. contr. cap. 18. Merend. 1. contro. cap. 43. num. 5. Harppr. hic n. 208. negantes actionem realem, & personalem.

Q. XXIV. An, si Emptor rem emptam hypothecavit, rescissa venditione, cesset hypotheca?

1595. Puto, non extingui jus pignoris pro illa rata, in qua pretium justum solvit. Nam in illa est plenus Dominus, & potest illam obligare. Et, sicut sequuta redhibitione, res remanet pignorata, l. bonum, 41. §. pignus manebit obligatum, etiam si redhibitus fuerit servus. l. redhibere, 21. D. ad l. edict. Ita etiam res re- manet hypothecata, rescissa venditione, pro rata pretii, quo venditio erat valida.

Nec officit, extingui jure dantis, extingui jus ac- ceptoris, l. lex vestigali, 31. D. de pign. Nam tantum currit in Domino utili, cujus dominio evanescente, evanescit pignus in re: puta, emphyteusi ab ipso constituto. Non enim poterat Domino directo pra- judicare. Non ita est in re, in qua plene pro rata soluti pretii est Dominus Emptor. Et quod ad hoc recipio opinionem Bart. in l. si res, D. quib. mod. pign. Boer. dec. 181. n. 10. Ant. Fab. dec. 23. err. 2. Merend. 1. contr. c. 45. n. 7.

1596. Si vero loquamur pro portione, qua pretium non adaequavit, nec fuit solutum. Puto, pignus illius non subsistere, & evanescere: ut patet de pignore rei alienae, tit. D. si pignus pignori datum sit. Nam Em- ptor non est Dominus. Et sic recipio opinionem Bald. in l. 3. D. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Tiraq. de retrast. convent. §. 3. glof. 1. n. 12. Facch. 2. contr. cap. 23. indistincte ajentium, hypothecam extingui.

Q. XXV. Quae actiones dentur ex l. 2.

1597. Puto l. pro petendo pretii supplemento dari actio- nem ex empto. Cum pretium justum sit ex natura Tom. II. Lib. III.

1598. Si vero loquamur pro portione, qua pretium non adaequavit, nec fuit solutum. Puto, pignus illius non subsistere, & evanescere: ut patet de pignore rei alienae, tit. D. si pignus pignori datum sit. Nam Em- ptor non est Dominus. Et sic recipio opinionem Bald. in l. 3. D. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Tiraq. de retrast. convent. §. 3. glof. 1. n. 12. Facch. 2. contr. cap. 23. indistincte ajentium, hypothecam extingui.

1599. Puto l. pro petendo pretii supplemento dari actio- nem ex empto. Cum pretium justum sit ex natura Tom. II. Lib. III.

contractus emptionis. Nam omnia, quae contra bo- nam fidem fiunt, veniunt in empti actionem, ut ait l. 1. §. venditor, D. de act. empt. Et sicuti, si res non adaequat pretium, Venditor convenitur actione empti, l. tenetur, 5. D. de act. empt. ita si pretium rem non adaequat, Emptor actione ex empto conveniri potest.

II. Pro rescindendo contractu, adhuc datur actio ex empto, l. ex empto, 11. §. si quis virginem, ibi: Ex empto competere actionem ad resolvendam emptionem, ut pretio restituto mulier reddatur. §. is, qui utrum, ibi: Julianus ex empto agi posse ait, ut arca restituatur, utique esse actionem ex empto, etiam ad distraken- dam emptionem. l. Julianus, 14. §. si quis colludente, ibi: Agere ex empto, puto, ut, aut stetur emptioni, aut dis- scedatur. D. de act. empt. l. Celsus, 6. §. 1. D. de contrab. empt.

III. Si res sit dividua, rei vindicatione potest par- tem rei repetere, cui Emptor non vult pretium of- ferre. Omnia patent ex dictis.

Scio alios recurrere ad officium Judicis, Cynus in l. 2. C. de rescind. vend. Alios ad conditionem ex l. Ang. in l. si id quod, 22. D. de verb. obl. Pinell. in l. 2. p. 22. l. num. 26.

DE CAUSA EFFECTIVA EMPTIONIS.

D E hac nihil superest dicendum ultra dicta in communi de iis, qui possunt contrahere. Solum Q.

Monopolium an licitum?

Nega. Menoch. de arbitr. casu 569. Patet ex l. unis. ubi Sicutud. C. de monopol. Ita ut nec Princeps valeat concedere privilegium faciendi monopolium. Nam esset inducere damnum publicum in rebus necessa- riis carius emendis ab uno. Excipias res aeternas, alias non venturas in Civitatem; nisi uni concedatur facultas illas inducendi, & vendendi, Grotius lib. 2. de jur. bell. cap. 12. n. 1. & 6. Perez de monopol. n. 3. Melius est enim tunc bona inveniri; licet carius e- menda à Civibus, quam nullatenus inveniri. Ut etiam Inventori alicujus artis potest concedi in- premium illius artis opera vendendi; si secus non essent in Civitate futura.

Unde I. Ad Materiam. II. Ad Res properemus.

DE MATERIA EMPTIONIS.

M Ateria contractus est materia societatis hu- manae: nam pro conservanda, fovenda so- cietate humana, rationabile sunt introducti con- tractus.

Hinc, quae nequeunt esse in commercio societatis humanae, adeoque rationabilis, non sunt materia contractus: ut sunt res impossibiles secundum natu- ram, & secundum mores: Destrunt enim, non con- servant rationabilem societatem quaecumque illicita, homicidia, furta, assassinia, injustitiae, &c. nulla- que est venditio futurae hereditatis ob turpitudinem voti mortis captandae.

L E M M A XVIII.

Quae res sit Merx.

L. 1. §. loca sacra.

M ERX est omnis res, corporalis, incorporalis, stabili, semovens, mobilis, quae potest veni, & emi, l. nec emptio, 2. D. de contrab. empt. l. 6. l. 7. l. 14. l. 17. C. de hered. & act. vend. l. 2. §. fin. D. de peric. & cona. rei vend. Modò sit alienabilis, prout sup. n. 338.

An res futura possit vendi?

Affirma. l. nam hoc modo, 11. D. de hered. & act. vend. l. nec emptio, 2. D. de contrab. empt.

An spes ad rem futuram possit vendi?

Affirma. Nam spes illa est pretio estimabilis, d. l. nec emptio, 2. l. emptorem, §. seu. D. de act. empt. etiam si deinde res non sit, Cov. 2. var. cap. 2. n. 6. Et emendo spem capiendi pisces ex jactu retis, se exponit pe- riculo lucri, & damni.

An redditus annui possit vendi?

Affirma, etiam si consistant in pecunia: nam tunc pecunia venit ut merx, non ut pecunia, Extrav. 1. & 1. de empt. & vendit. Clem. Exivi, 1. §. cumque

Datur ad- huc ex em- pto.

1600. Ex l. 2. datur ad- huc ex em- pto.

1601. Resvindi- catio.

Officium Judicis, aut condi- cto ex le- ge.

1602.

1603.]

Quae sint contra- ctus mate- ria.

1604. Venditur.

1605. Res justu- ra.

Spes.

1606.

Redditus annui, de verb. sign. Nouh. 120. cap. 1. Facit l. necessa- riu, §. fin. D. de peric. & com. rei vend. ubi usufructus potest vendi quoad commoditatem. Ergo etiam annui redditus, Gaill. 2. obseru. 10. num. 1.

An possit emi spes, aut hereditas futura?

Nega. Nam daretur ansa, & votum captandae mortis, l. 1. D. de hered. & aff. vendit.

L E M M A XIX.

An possit vendi hereditas fundi?

1607.

Hereditas defun- di.

Affirma. Nam deest votum captandae mortis, l. 2. §. 1. l. cum hereditatem, 7. l. 3. l. 11. D. de hered. & aff. vend. Et, vendita hereditate, censetur venditum jus succedendi in totum patrimonium defuncti, in quo iure consistit hereditas, l. hereditas, D. de reg. jur. l. 24. D. de verb. sign. l. venditor, 21. D. de hered. & aff. vend. Nec tenetur Venditor, si aliqua res evincatur: nam, non res, sed jus vendidit, l. 2. l. quod si, 13. D. cit. tit.

L E M M B XX.

An, vendita parte hereditatis, Emptor habeat jus accrescendi pro petenda portione alterius repudiantis?

1608.

Vendita parte hereditatis quidquid accrescit, datur heredi, non Emptori.

Nega. Sed debetur heredi Venditori portio repudiantis, Jaf. Ripa. Curt. in d. l. re. conjuncti, 89. D. de leg. 3. Salyc. in l. un. Cod. quando non pet. part. Gom. 2. var. cap. 10. n. 44. Cujac. 2. obseru. cap. 13. Facch. 10. contr. cap. 3. nu. 69. Ant. Fab. de err. p. 2. decad. 50. err. 5. Contra Bart. in l. re. conjuncti, num. 26. Hunn. disp. 16. thesi 11. quos sequitur Harppr. hic num. 23. post multos alios.

Probatur I. Quia Jus accrescendi competit habenti hereditatem tit. hereditario. Sed Emptor hereditatis, illam non habet tit. hereditario. Ergo Emptore non competit jus accrescendi.

Mai. probatur. Jus accrescendi datur inter Conjunctos a Testatore, §. si eadem res, lib. 2. Inst. de leg. l. triplici, 142. D. de verb. oblig. l. Attius, 11. l. heredes, 36. D. de heredib. instit. Ergo inter vocatos ad hereditatem tit. hereditario.

Confirmatur. Jus accrescendi datur, ne Defunctus decedat partim intestatus, l. jus nostrum, D. de reg. jur. Sed hoc currit in habentibus hereditatem titulo hereditario: non in aliis. Ergo.

Mi. patet. Quia Emptio non est titulus hereditarius: cum natura sua non sit universalis. Titulus autem successioneis est universalis, l. hereditas, 62. D. de reg. jur. l. hereditas, 119. l. pecunia, 178. §. hereditas, D. de verb. sign.

1610.

Cur detur jus accrescendi.

Confirmatur. Fiscus in confiscatione juris hereditarii, habet portionem heredis delinquentis, & tamen ei non accrescit portio alterius heredis repudiantis, quae accrescit heredi confiscationem passio, l. ex facto, 43. §. fin. D. de vulg. & pup. Ergo, portio repudiantis accrescit habenti hereditatem titulo hereditario. Secus, si sufficeret habere jus universale hereditatis non titulo successioneis, Fiscus habens hereditatem delinquentis haberet jus accrescendi, contra d. l. ex facto.

Probatur II. Cessat jus accrescendi inter venientes ex diverso titulo, l. sed cum patrono, 6. D. de bon. poss. Sed Emptor, & cohæres sunt venientes ex diverso titulo. Hæres: scilicet tit. institutionis, Emptor ex tit. emptionis. Ergo.

Nec dicas cum Harppr. hic n. 33. Emptorem hereditatis representare heredem. Nam non representat heredem titulo institutionis, sed titulo emptionis; & ita diverso, non eodem titulo.

Probatur III. Etiam post venditionem juris hereditatis, remanet hæres. Ergo ei remanet jus accrescendi. Antecedens patet ex l. ei, qui, 83. D. de hered. instit. l. ex facto, 43. §. fin. D. de vulg. & pupill. l. ait Praetor, 7. §. sed quod, 10. in fin. D. de minor. l. final. C. de pass.

Nec dicat Harppr. hic n. 28. habere tantum nomen heredis. Nam si hoc esset, non posset, ut hæres conveniri; sicuti non potest agere, qui purum nomen habet, & non est creditor, aut debitor, contra l. 2. C. de leg. 2.

Dices I. Portio accrescit portioni, l. si Titio, 33. D. de usufr. Sed Emptor, non hæres, habet portio-

nem: Ergo Emptori, non heredi, portio accrescit.

Dist. ma. Accrescit portioni habitae titulo hereditario. Concedo. Alio titulo. Nego mai. Dist. mi. Emptor habet portionem tit. hereditario. Nego Alio tit. Conc. min. & Nego, quod sequitur. Portio enim portioni habitae tit. hereditario accrescit. Insuper accrescit habenti titulum hereditarium, etiam sine altera portione: puta, si illa esset destructa.

Accedit. Pretium hereditatis esse loco illius portionis, cui altera portio accedere potest. Nam ex illo legata, & æs alienum solvitur, & convenitur a Creditoribus, l. 2. C. de hered. & aff. vend. Qua ratione adhuc possidere censetur hæres, qui vendidit, l. si quis pecunia, 4. §. fin. D. si quis omiff. caus. testam.

Dices II. Totum id, quod habet hæres, habet Emptor hereditatis, l. 2. l. 7. l. 3. D. de hered. & aff. vend. Sed, jus accrescendi habet hæres. Ergo, etiam Emptor.

Resp. Dist. mai. Quod habet hæres, habet Emptor, in requirentibus titulum hereditarium. Nego mai. In non requirentibus titulum hereditarium. Conc. mai. Sed, dist. mi. Jus accrescendi habet hæres, ex titulo hereditario. Concedo. Ex alio tit. Nego min. cum eo, quod sequitur. Ut enim probatum est, ad jus accrescendi requiritur titulus hereditarius; nec latis est hereditas alio titulo habita, ut patet in Fisco. Et ita solvuntur cætera, quæ affert Harppr. n. 24. dicens, Emptori tradenda, quæ ad heredem pervenient, d. l. 1. §. non tamen, D. de hered. & aff. vend. Intelligas, de non requirentibus titulum hereditarium.

L E M M A XXI.

An possit sibi emere rem suam?

Nega. l. rei sua, 16. l. 34. §. rei sua, 4. l. 39. D. de contrab. empt. l. scire debemus, D. de verb. oblig. l. si servum, 37. D. de condit. indeb. Nam per emptiorem nihil acquireret: cum res magis sua fieri nequeat, l. proprias, C. de legat. & si solvat pretium scienter, vel ignorans rem esse suam, illud repetit, d. l. rei sua, 16. D. condit. indeb.

Potest tamen emere I. Quod in re sua, suam non est: ut servitus, possessio, alteri debita, l. 32. l. si in emptione, 34. §. item si emptor, D. de contr. empt. l. si aliquid, D. de acq. poss. l. cum res, C. de contrab. empt.

Potest emere II. pro tempore, quo sua non erit: puta, urgente die restitutionis fideicommissi, l. si rem suam, 31. D. de verb. oblig. l. existimo, 61. D. de contrab. empt.

III. Si emptia sit cum pacto adjectionis in diem; tunc licet sit tua, l. 2. l. eum, 7. D. de pacto adject. in diem. Tamen si alius meliorem conditionem offerat, potest, & ipse offerre, & meliorare conditionem Venditoris; & ita emit rem jam suam, l. quod si uno, 16. in fin. ibi: Emere enim cum tota re, etiam nostram partem possumus. l. licet, 10. l. necesse, 11. D. de pact. adject. in diem, & est nova emptio rei suae, in casu, in quo desineret esse sua, l. eum in diem, 21. D. cit. tit.

An possit vendi res aliena?

Affirma. l. rem alienam, 28. D. de contrab. empt. Sed Venditor tenetur de evictione, si res a vero Domino repetatur, l. ex empto, 11. §. 2. D. de act. empt. l. si fundum, 27. C. de evict. l. nemo, C. de reb. alien. non alien.

Idque, ut clarius percipias, quadruplici in casu potest res aliena vendi. I. si utraque par sit in bona fide. II. si utraque in mala. III. si Venditor sit in mala. IV. si tantum Emptor sit in mala fidei.

I. In nullo istorum casuum dominium transferatur. Quia Venditor illo caret.

II. In omni casu Dominus rei habet rei vindicationem, l. si fundum, 27. C. de rei vind. l. nemo, 9. C. de reb. alien. non alien.

III. Si uterque ignoret, contractus tenet; & tantum datur Emptori ufucapiendi conditio, & actio ex empto pro evictione, d. l. ex empto, 11. §. 1.

IV. Si uterque sciat, contractus est nullus, l. rem alienam, 28. D. de contr. empt.

V. Si Emptor solus sciat, non obligabitur Venditor, ut ait d. l. rem alienam, 28. sibi enim tribuat, si sciens emeris rem alienam.

1614. Pretium succedit loco hereditatis vendita, cui pretio potest accrescere.

Accrescit ex titulo hereditario.

1615. Nemmo emit rem suam.

Emit quod suum non est.

Emit rem suam in casu quo desineret esse sua.

1616. Res aliena potest vendi.

Venditionis rei alienae contractu valido, persona obligatur, licet dominium non transferatur.

1617. Contractus est nullus, si uterque sit in mala fide.

IV. Si Venditor solus sciat rem alienam, tenet venditio, quod ad multos effectus; præcipue, ut possit conveniri de eviçione, & ut Emptor possit rem emptam præscribere, d. l. ex empto, 11. Sed dicitur nulla quod ad alios effectus. Non enim habet omnes effectus veri contractus, l. 2. D. de fur. l. si mancipium, 23. D. de rei vind. Et ita intelligas l. 34. §. ite si emptor, D. de contrab. empt.

L E M M A XXII. An res furtiva vendi possit licite.

Negas, si in emptione, 34. §. item si, D. de contrab. empt. l. incivilem, 2. C. de furt.

Sed quid si furtivam emit, & vendit rem alteri bona fide?

1618.

Bona fidei Emptor, & Venditor rei furtivæ ad nihil tenetur, si non sit factus locupletior

Tunc, cum locupletior non sit factus, non tenetur pretium restituere. Nam bonæ fidei possessor non restituit rem, nisi extantem, vel in quantum factus est locupletior. Et pretium redactum ex re furtiva, non est furtivum, l. qui vas, 48. §. fin. D. de furt. Ergo pretium non restituit, nec, ut furtivum, nec, ut in illo locupletatus: cum tantundem de suo expenderit, Nau. in man. cap. 17. num. 3. Rebell. p. 2. de oblig. just. lib. 9. q. 13. sect. 1. nu. 11. Saxeb. 1. Decal. lib. 2. cap. 33. nu. 25. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 6. p. 3. qui oppositum dicit probabilius. Sed

An habens rem bona fide, cognito deinde rem esse furtivam, possit illam furi venditori restituere, ut pretium reacipiat?

1619.

Conditio unius non est melioranda cū damno alterius.

Affirma. Valentia l. c. p. 4. Turrian. 2. 2. tom. 2. disp. 13. dub. 2. nu. 3. Maldor. 2. 2. tr. 4. cap. 3. d. 2. & 12. D. D. quos resert, & sequitur Diana p. 1. tr. 3. ref. 69. Contra Cai. 2. q. 62. ar. 6. Sotum, 4. de just. q. 7. A. 2. Cou. 1. var. cap. 3. num. 6. Nam nemo innocens tenetur meliorare conditionem alterius cum suo damno. Sed Emptor est innocens. Ergo non tenetur meliorare rei Domini conditionem cum suo damno: scilicet amissione pretii. Justitia enim exigit, ut rem in priori statu: scilicet apud furem, in quo erat, reponam. Neque ego illum lædo, cum jam læsus supponatur. Alias sequeretur, quod rem inveniens tenetur illam accipere, & propriis expensis Domino conservare. Ergo, sicut irrationabiliter est invitus Dominus rei volens me meis sumptibus accipere, & ipsi tradere rem amissam. Ità etiam irrationabiliter erit invitus Dominus volens, meis nummis amissis, sibi rem furto amissam restituere.

Nec per hoc cooperatur furto latronis, cui restituit. Nam latro potest etiam ipse rem restituere. Et ex propria malitia, non ex re tradita, illam non restituit.

1620.

Urget caritas succurrere leg. so.

Id verum in contractu oneroso. Nam si donatione rem accipiat, debet illam Domino restituere: quia nullum sentit detrimentum, Navarra 3. de rest. cap. 2. dub. 3. num. 19.

An Res litigiosa vendi queat?

1621.

Nega. l. alienationes, 13. D. fam. ercisc. l. 1. D. de litigiosis. Sed de quibus alienationibus hæc Jura intelligantur? ex Cujac. Lancoliot. & aliis declarat D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 25. nu. 25.

An Res feudales, & emphyteuticæ vendi possint sine Domini directi consensu?

1622.

Nega. Et hoc sub pæna amissionis rei alienatæ, c. m. de prohib. feud. alien. per Lothar. l. 3. Cod. de jure emp. Non enim sunt in commercio nostro, sine Domini directi voluntate, ex illis Juribus, quæ recitat D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 57. num. 3. & probat ibid. cap. 59. nu. 2. in fin.

An Res Ecclesiæ, publicæ, vendi queat?

Ex §. loea Sacra, 5.

1623.

Res Sacra non potest vendi.

I. Res in se Sacra vendi nequit; & Venditor effectus limoniacus, c. si Dominus, 3. cap. 5. 6. 12. de simon. l. 1. D. de rer. div. l. sed Celsus, 6. l. ad Sacra, 73. D. de contrab. empt.

Profanæ autem res, quæ subsunt Ecclesiæ dominio vendi queunt, intercedente Summi Pontificis licentia, & legitima causa, Extrav. Ambrosiæ, de reb. Eccl. non alienat.

Caram. 2. Intens. nu. 329.

II. Quæ alicujus nequeunt esse, vendi non possunt. Nam quod Venditor vendit, debet posse acquiri Emptori. Qualis non est res quæ nequit ali-

cui acquiri: ut Res communis, aer, aqua, Res publica, flumina, portus. Res Universalitatis: ut Theatra, Via, Prætorium, &c. §. flumina, §. riparum, §. Universalitatis, lib. 2. Inst. de rer. div. l. 2. 4. 5. D. de rer. div. l. 2. 4. 5. L E M M A XXIII.

An homo possit vendi?

Ex eodem §. loca sacra, in fin. v. idem juris est, 9.

III. Homo liber emptus scienter non fit Emptoris, l. liberi hominis, 70. l. si ex emptione, 34. §. omnium rerum, l. 6. D. de contrab. empt. Si vero Venditor sciat, & Emptor ignoret hominem esse liberum, tenet venditio quod ad actionem personalem natam ex contractu, modo, quo de Emptore rei alienæ dicebamus, l. 6. l. 34. l. 70. D. de contrab. empt.

An quis cogatur rem suam vendere, vel alienam emere?

Nega. l. nec quasi publicianam, 70. D. de rei vind. l. non enim, 9. D. de act. rerum amotar. l. id, quod nostrum, 11. D. de reg. jur. l. in vendendis, 13. l. dubium, 4. C. de contrab. empt. l. nec emere, 16. C. de jure delib. l. nemo exterius, 9. C. de Judais, l. inuitos, 11. C. de locat. l. possessores, 12. C. de fundis patrim.

An sint aliqui casus, in quibus cogitur quis emere rem alienam?

Affirma. I. in re comuni, ubi alius compellitur emere partem consocii; si ex communitate nascantur discordiæ, & aliis vendi nequeat, l. communis, 7. §. fin. D. comm. divid. l. Julianus, 13. §. idem Celsus, 17. D. de act. empt.

An quis ex causa compellatur vendere?

Affirma I. Hæres compellitur vendere rem suam legatario, præcipiente defuncto, l. si cui legetur, 49. §. pen. & fin. l. si a quo pretio, 66. D. de leg. 1.

II. Favore publico quis potest compelli ad vendendam rem suam, juxta pretio, l. venditor, 13. §. 1. D. com. præd. Non enim communi consulendum etiam cū damno particularis, l. Lucius, D. de emitt. l. si fidejussor, 27. ibi: Multis enim privilegiis propter publicas necessitates, publico juri præstitis. D. de fidejuss. Ex quo mercatores possunt compelli ad vendendas res justo pretio, inopia urgente, l. 1. §. cura carnis, 11. D. de off. Præs. Urbis, l. 2. C. ut nomen liceat in empt. Tbol. 36. syniag. cap. 30. nu. 40. Decian. lib. 7. tr. crim. cap. 22. nu. 2. Gomez. 2. var. cap. 2. nu. 51. docens, sed gratis, tum posse compelli etiam vendere minus justo pretio, Capra reg. 37. nu. 21. Bart. in d. l. 1. §. cura carnis, ex l. 2. §. 2. D. ad l. 20. D. de rat.

III. Dominus plus æquo crudelis cogitur vendere servum justo pretio, §. 2. v. Sed & major, Inst. lib. 1. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.

L E M M A XXIV.

An, pro constructione, vel ampliatione Ecclesiæ, ejusque ædri, scilicet, quis cogatur vendere rem suam?

Affirma. l. si quis sepulchrum, D. de relig. & sumpt. ubi quis cogitur vendere viam ad sepulchrum, Marcus decif. 534. p. 1. Carroc. decif. 26. nu. 17. Tappia decif. S. C. 7. num. 3. Franck. decif. 223. Giurb. decif. 36. Mastrill. p. 3. decif. 280. Gram. decif. 79. de Ponte de potest. Prærog. tit. de abund. Civit. §. 4. num. 18. Gizzar. decif. 38. Farin. p. 1. dec. 372. Valenz. conf. 12. Idemque dicas, si sit construendum, aut ampliandum Monasterium, ejusque Dormitorium, Pomarium, Cujac. 3. obs. cap. 22. Gram. dec. 83. & 75.

L E M M A XXV.

An, una possit cogere aliam Ecclesiæ ad vendendum?

Affirma. Nam privilegium Ecclesiæ non est, nè cogatur, sed est, ut cogat vendere. Sicque cessat Privilegium conquisitio, de qua in Auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Mastrill. decif. 280. p. 3. Giurb. l. c. nu. 7. & 15. Et concurrentibus duabus Ecclesiis, præfertur conducens ab bonum commune cohabitantium, aut carens necessariis: puta, Choro, Sacrificia, pro exercendis Sacris: aut magis privilegiata, Rota p. 1. dec. 554. nu. 4. in noviss. Cutell. de donat. tom. 1. p. 6. nu. 50. Mastrill. l. c. nu. 102. Pilaja lib. 2. Inst. Canon. 6. num. 22. Idque multo magis, si Ecclesiæ una, non alia, habeat jus congrui, Rota l. c.

Nec res, quæ nequit alicui acquiri.

1625.

Nec homo liber.

1626.

Nemo invitus vendit, vel emit.

1627.

Vendit invitus socius ad tollendas discordias.

1628.

Favore communi.

Sensus supra modum.

1629.

Cogitur vendere ad constructionem Ecclesiæ, & ejus accessorii.

Dormitorij

1630.

Una Ecclesiæ cogit aliam ad vendendum.

Cor-

Contra Ricc. p. 3. decis. 59. Valenz. l. e. num. 29.

L E M M A XXVI.

An donans ad Ecclesiam constructionem cum pacto, ne magis ampliet, possit cogi ab Ecclesia ad plus vendendum?

1631.

Quid si adfit pactum, ne amplios.

Affirma. Nam nequit Donans derogare privilegiis Ecclesie, nec illis religiosus renunciare, l. nemo potest, D. de legat. 1. l. quidam decidens, D. de adm. tut. Dec. apud Thor. p. 2. v. Ampliatio.

L E M M A XXVII.

An idem sit pro Palatio Principis, Scholis, & con- struendis, vel ampliandis?

1632.

Pro viis publicis.

Affirma. Nam bonum particulare cedit bono communi, Auth. res quae, C. comm. de leg. Barbof. in l. 1. D. sol. matr. p. 3. n. 50. Anna sing. 84. Mele ad Giazar. decis. 37. n. 16. Ricc. decis. 147. Borrell. tom. 1. de- cif. tit. 35. n. 47. Cancr. 2. var. tit. de empt. n. 133. Covarr. 3. var. cap. 14. n. 7. & alii apud Pilajam l. c. n. 29. ex l. un. C. de palatiis, lib. 11.

L E M M A XXVIII.

An pro ampliacione Ecclesie possit tolli via publica?

1633.

Ad am- pliandam Ecclesiam potest tolli via publi- ca.

Affirma. Giurba obser. 2. n. 11. Pilaja loc. cit. n. 20. Dummodò desit locus commodior. Nam tunc injustè populis conquereretur. Nec relevat jus publicae utilitatis viarum, de quo in l. si locus, §. cum via publica, D. quemadmodum servit. amitt. Nam Ecclesia promo- vet majus bonum publicum, divinum, & humanum. Debet tamen Ecclesia sternere viam aliam. Non enim Ecclesia pro damno, sed pro populi commodo struenda est, Covarr. 3. var. c. 12. in fin. Alber. in d. l. si quis sepulchrum, Glos. in l. rescripta, v. adant, C. de precib. Imperat. offer. Pilaja l. c.

L E M M A XXIX.

An, favore publico, & Ecclesia, cogatur quis vendere rem fideicommissò subjectam?

1634.

Alienatur res fidei- commissò subjecta.

Affirma. Pilaja lib. 2. l. 6. n. 21. citans Giurb. obser. 2. n. 12. Tapp. decis. 6. n. 7. Nam, sicuti Testator ipse non posset evitare alienationem rei suae ob Ec- clesiae constructionem, ita nec potest id per fideicom- missum facere: Cum fideicommissum non habeat majores vires, quàm ipse Testator. Et currit regula: Quod per nos facere nequimus, nec per alios facere pos- simus: per illos sc. qui à nobis vim habent faciendi, Marc. dec. 534. n. 6. Thorus p. 1. v. bona subjecta fidei- commissò. Nec alienans, tunc dicitur contravenire præcepto Testatoris. Accedit necessitate adaquum ad vendendum, non esse inobedientiae nota inuren- dum. Nam necessitas legi, & præceptis non subest, cap. non licitum, de reg. jur. in 6. l. tutor, qui reperio- rium, D. de adm. tut. l. durum, C. de contrab. empt.

L E M M A XXX.

Quando nequeant cogi ad vendendum pro Ecclesia constructione.

1635.

Favore Ecclesia non ven- ditur anti- qua.

In multis casibus I. Si Domus sit antiqua Familia Magnatum, decisum apud Novar. 1. forens. q. 32. Favore n. 2. Pilaja lib. 2. l. cit. dec. 6. n. 19. citans Meren. 1. contr. Ecclesia c. 30. n. 19. Pasqual. Effet enim grave detrimentum orbari probatione, & honore pro Familia antiquita- tis, Rosa decis. 372. p. 1. in recent. Covarr. 3. var. cap. 10. n. 3. ex d. l. si quis sepulchrum, ubi non est graviter damnificandus Dominus rei vendendae, l. 1. §. sunt, qui, D. ne quid in loco publ. Fein. in cap. 1. de judic. Giurb. dec. 36. n. 10. Tbesaur. 1. forens. q. 64. n. 9.

1636.

Debet emi- totum.

II. Si pars emere, & Dominus velit totum vendere, ex l. penult. §. final. l. Julianus, §. item Celsus, D. de aff. empt. l. cum in fundo, §. si fundum, D. de ju- re dot. Gram. dec. 75. Covarr. 3. var. cap. 14. n. 7. Franc. de Petris conf. 48. n. 2. Tapp. dec. 7. Contra Pilajam l. c. n. 24.

Et pre- tium ju- stum solvi

III. Nisi solvatur justum pretium, d. l. si quis sepul- chrum, Masfrill. dec. 230. vol. 3. Gratian. decis. 75. & pretium illicò solvendum est, Capibl. tom. 2. de Baron. cap. 3. n. 12. Licet, dilacionem hebdomadae dari posse, velit Frecc. de subjeud. aut. b. 36. unius diei, Surd. vol. 2. conf. 205. & arbitrio Judicis remittat Tiraq. de re- tract. §. 1. glof. 9. n. 148. Et res æstimanda est ex fru- ctibus.

L E M M A XXXI.

Quomodo sit pretium taxandum?

1637.

Justo pre- tio.

Atentis redditibus, ornamentis, affectu ad an- tiqua, sumptibus, architectura, l. si quis, C. de

banis, quae lib. Thor. voto 95. n. 14. Masfrill. decis. 230: n. 4. Seraph. dec. 102. & 673. n. 6. tom. 1. Ludov. decis. 101. n. 2. Cagnol. in l. 2. n. 233. C. de rescind. vend. Valenz. conf. 18. n. 18.

L E M M A XXXII.

An, quando locus Sacer non est necessarius, cogatur quis vendere fundum?

Nega. Sed debet locus Sacer esse moraliter nec- cessarius præ exhibendo Divino cultu, & mi- nistrandis Sacramentis, decisum apud Gratian. cap. 742. n. 25. Idque statutum est, ne quis volens vexare aliquem pro libito, eligat construere eadem sacra- mentum, quod iniquitatem sapit, Rota in una Romana Pala- tii, de Comitibus 16. Jun. 1610. apud Gratian. loc. cit. n. 26. Et hoc fortius, si ædificium sit voluptatis. Ergò. Merenda tom. 1. controu. cap. 30. n. 19. Pilaja loc. cit. n. 23.

L E M M A XXXIII.

Quo remedio, quis compellat alium ad vendendum?

Resp. Dari officium Judicis, non actionem. Nam est æquitas exorbitans à Jure communi; quo Jure nemo invitus vendit rem suam. Rota apud Fa- rinac. dec. 676. n. 2. tom. 1. Gratian. cap. 742. n. 25.

L E M M A XXXIV.

Ad quem spectet periculum rei venditae?

Ex §. Cum autem, 3.

Rem istam decidunt dicta sup. n. 507. ubi res per- rit Domino, nisi aliud sit pactum: vel alterius dolo, culpa, mora, factò, pereat, tex. hic. & in l. pignus, §. C. de pignorat. act.

Cum ergò perfecta venditione, pretio soluto, Em- ptor sit in mora, rem emptam non petendo, ei res perit, l. electos, 12. D. de peric. & com. rei vend. ibi: Aut per eum stetit, quo minus traderentur, Emptoris pe- riculum esse, placet. Idque licet rei dominium non sit nactus, tex. hic. & l. 1. §. id quod, 7. l. necessariò, §. l. si vendit, 11. l. 15. D. de peric. & com. rei vend. l. 1. 4. §. l. fin. C. sit. tit. l. 12. 13. l. pen. C. de aff. empt. Et tenetur solvere pretium, & sumptus facti in re destructa, tex. hic. & in l. Julianus, 13. §. præterea, D. de aff. emp- ti, l. venditor, 21. D. de hered. & aff. vend. l. fin. D. de condit. caus. dat. caus. non seq. l. si solutus, 39. D. de sol- lut. l. cum emptor, §. §. fin. D. de rescind. vend. Ant. Fab. 2. conjec. cap. 4. Covarr. 1. var. c. 5. n. 2. Gomez 2. var. cap. 2. n. 32. Contra Cujac. ad Africanum in l. si fundus, 23. D. de reg. jur. cap. 4. n. 7. Volentes pretium non sol- vendum, re destructa.

Diximus autem, rem Emptori perire; & intelli- gimus, re empti deteriorata, vel destructa. Nam si res extet, sed conficitur, tunc Venditor non po- test agere pro pretio; & si accepit, illud Emptori restituere tenetur, sicut etiam de evictione teneretur, l. si fundus, 36. D. locati, ibi: Nam & si vendideris mihi fundum, isque prius, quam vacuus traderetur, publicatus fuerit, teneris ex empto. Sicut enim de e- victione non tenetur Venditor, re percunte; sed ab alio ablata. Ita destructa res perit Emptori; non ab alio ablata. Cum Venditor rem extantem teneatur liberè tradere Emptori, Ant. Fab. 2. conjec. cap. 4.

Ob. I. Res Domino perit, l. 9. C. de pign. act. Sed Em- ptor ante traditionem non est Dominus rei. Ergò ei non petit. Resp. ex dictis, Emptorem esse in mo- ra, si illicò, non accipiat. Nam Venditor Emptori statim tradendo, apud se rem peremptam non ha- beret. Accedit, quòd sicuti Emptori in illa mora crescit, tex. hic. ita illi decrescere debet, l. id quod, 7. D. de peric. & com. rei vend.

Ob. II. l. quod si, 14. D. de peric. & com. rei vend. ubi res etiam furto, perit Venditori, si Emptor non fuit in mora. Resp. Venditorem ibi fuisse in culpa, & in mora tradendi, & sic meritò ipsi rem perisse; & Venditorem esse in culpa, & mora, patet ex tex. ubi dicit, Emptorem non esse in mora. Ergò, illicò petit rem à venditore, qui distulit tradere. Secus Emptor non petens fuisset in mora, est etiam Vendi- tor in culpa, si pereat res vendita, quam ipse pub- licè tenet aliorum injuriis patentem, de qua in l. le- nos, 12. l. eamque, 13. D. sit. sit.

1638. Locus Sa- cer debet esse neces- sarius.

1639. Datur of- ficiium Ju- dicis.

1640. Res perit Domino.

1641. Res perit Emptori etiam ante traditio- nem.

1642. Contra- rium do- centes re destructa.

1643. Venditor debet tra- dere Em- ptorem.

1644. Objectio.

Solutio.

1645.

Venditori in mora, aut culpa res perit.

L E M M A XXXV.

An fructus rei emptæ ante traditionem debeantur Emptori, qui jam solvit pretium?

1646. Fructus rei ante traditionem sunt Emptoris.

Affirmat. fructus, 13. C. de cust. l. post perfectam, 16. l. fructus, 13. C. de act. empt. Venditor enim lucratur fructus pretii, & Emptor rei, cujus damno detrimentum rei cederet, &c. hic. l. Julianus, 14. §. si fructibus, in fin. §. si quid servus, 18. D. de act. empt. ubi Emptori debentur acquisita per servum emptum ante traditionem, qui dicuntur fructus servus, questum, 40. D. de acq. rer. dom. l. penult. C. de act. empt. ubi perfecta venditione fructus sunt Emptoris. Et venditio perfectur ante traditionem, l. necessarii, 8. D. de peric. & com. rei vend. lex. hic in §. quorum autem, 3.

1647.

Dices. Obstat haurabit, 5. C. de act. empt. in l. Julianus, 14. §. de venditio, D. de act. empt. ubi Emptor, habita re, tenetur restituere usuras pretii non soluti. Ergo, ante rei possessionem non deberet restituere dictas usuras. Ergo signum est, quod ante traditionem non lucrabatur fructus.

Resp. Post traditionem Emptorem acquire fructus, sicut ante, sed, re accepta, ob pretium non solutum, teneri ad usuras: ne rei, & pretii fructus lucretur. Unde negatur consequens. Et non dandum Venditori interesse fructuum, l. fin. C. de usuris.

An in Venditione sub basta inter viuos, & voluntaria fructus pendentes rei vendita acquiratur Emptori?

1648.

Distig. Aut fructus pendentes semel in anno colliguntur: ut vinum, frumentum, &c. aut singulis diebus: ut pensiones domorum, &c.

Fructus post venditionem spectant ad Emptorem.

Semel in anno, affirmat fructus pendentes acquiri Emptori. Si singulis diebus, affirmat, pro rata temporis acquiri Venditori, de Franck. decis. 70. num. 3. Affict. decis. 183. nu. 2. Addebat ad Franck. dec. 346. num. 3. & decis. 79. num. 4. ubi Lucasium. 1. & 5. cumulari alias decisiones. Semper enim, ac fructus percipiuntur post venditionem ad Emptorem spectant.

Quilibet enim emendo fundum censetur emere fructus, qui sunt fundi partes, & accessiones, Franck. dec. 399. Affict. decis. 26. num. 2. & decis. 183. nu. 3. Tbesaur. decis. 55. num. 1. Cappoc. l. terra dea. 65. nu. 16. Idem enim juris est in parte, ac in toto, Tiraq. de retract. lignag. glof. 7. num. 40. l. juris gentium, 7. §. ad de, vers. igitur in totum, D. de pact.

Et licet Tbesaur. in decis. 55. num. 6. variè distinguat: non officit: nam se remittit ad dec. 79. de Franck. qui ad favorem Emptoris refert decifum.

L E M M A XXXVI.

Ad quon spectet periculum venditionis conditionalis, si pendente conditione, res deterioretur?

1649. Pendente conditione destructa re, cessat venditio, & perit Venditori.

Distiguit. Si, pendente conditione, res in totum pereat, vel deterioretur. Si perit: extinguitur venditio defectu rei; licet deinde verificetur conditio, l. 9. C. de peric. & com. rei vend. Nam non potest retrotrahi conditio ad tempus contractus, re non extante. Fictio enim cessat, si medium tempus non sit habile, juxta illud, quod declarat D. Scoppa in Scholtis ad Controu. R. Merl. cent. 1. cap. 7. num. 3. Nam per medium tempus, veluti successivè deberet retrotrahi: & non posset ob defitionem rei: nam tunc esset contractus nullus rei. Ergo, re perempta, extinguitur venditio, quæ nequit retrotrahi successivè ad tempus contractus. Unde non perit Emptori, qui non est in mora, nec est Dominus rei emptæ, l. necessarii, 8. ibi: Planè si pendente conditione res interierit, perimitur emptio. D. de peric. & com. rei vend.

1651. Conditione purificata retrotrahitur.

Si deterioratur res emptæ, pendente conditione, Emptori damno cedit. Nam censetur ab initio perfecta venditio, purificata, & retrotracta conditione, d. l. necessarii, 8. ibi: Sanè si res extat, licet deterior effecta, potest dici damnata esse emptoris.

L E M M A XXXVII.

Quando res non pereat Emptori, sed Venditori?

1652. Venditor perit, si est in culpa, vel dolo.

Respond. Venditori perire. I. si sit in dolo, vel culpa, vel mora, l. 4. ibi: Per venditorem steteris. l. lectos, 12. l. eamque, 13. l. quod si neque, 14. l. 15. l. 16. ibi: Sine dolo venditoris. l. 17. D. de peric. & com. rei vend.

l. 4. l. 5. C. eod. Non verò, si casu fortuito pereat, l. hoc ita, 7. in fin. D. act. Nam semper in mora est Emptor. Debet autem Venditor, in re vendita, adhibere, quam in aliis suis diligentiam adhiberet, l. custodiam, 3. D. cit. tit.

Si uterque simul sit in mora. Emptori nocet, si unus post alium: puta, si modò unus nolit dare, modò alter nolit accipere, illo volente tradere; tunc nocet illi, qui ultimò est in mora, l. illud sciendum, 17. §. quod si per emptorem, D. de peric. & com. rei vend.

Si uterq; sit in mora.

II. Si vendatur res in genere: puta, equus, lignum, tunc, si aliquis equus, aliquid lignum incendio absumatur. Venditor adhuc debet rem venditam tradere. Quia res emptæ non perit: Cum genus deperdit, nequeat, l. in ratione, 30. §. incertæ, 5. D. ad l. falsæ. l. incendium, 11. Cod. si cert. pet. l. quod te, 5. D. de reb. cred.

1653. Genus nequit perdi.

III. Perit Venditori, si res ante contractum perierit, Emptor enim non est in mora, l. fin. Cod. de cond. cau. dat. non seq. & rei mortuæ nulla obligatio, l. si homo mortuus, 69. D. de verb. oblig.

1654. Res quibus in casibus perit Venditori.

IV. Res vendita, ut intra certum diem degustetur; si ante diem præfixum pereat, vel deterioretur, Venditori damno cedit, l. si quis vina, 4. D. de peric. & com. rei vend. l. 2. C. cit. tit.

V. Res vendita ad mensuram, Venditori perit ante mensuram: nisi Emptor sit in mora, l. si per Emptorem, 5. D. de peric. & com. rei vend.

VI. Si Venditor in se periculum suscepit, l. 1. §. Sed si venditor se periculo subjecit: in id tempus periculum sustinebit. D. de peric. & com. rei vend. & ibidem subditur, vendito vino, sine aliquo pacto, Venditorem teneri usque ad degustationem.

VII. Ratione eviçtionis res Venditori damno cedit, l. 1. C. de peric. & com. rei vend.

L E M M A XXXVIII.

An, nullo contractu ob non purificatam conditionem, fructus sine restituendi Venditori, & pretium cum interesse Emptori?

Affirma, d. l. necessarii, ibi: Quod pretium solutum est, repetetur: & fructus medi tempore Venditoris sunt. l. fin. D. de peric. & com. rei vend. l. 2. Cod. de usur. l. illud sciendum, 29. ibi: Usuras pretii consequatur? quasi quod sua interit, debet accipere, maxime sunt restitutum fructus ipse restituat. D. de adit. edict. l. cura tuendi, vel bit, 5. §. 2. C. de act. empt. cum aliis, ex quibus id recipere esse; ait de Marinis lib. 1. resol. cap. 149. num. 3. sandi cum & sequitur D. Scoppa ad Controu. R. Merlin. cent. 2. c. in interesse, 25. num. 10. Quæ restitutio non erit necessaria; si fructus compententur cum interesse pretii, Tappia dec. 8. S. C. nu. 29. ubi rescisso contractu feudali, restituito feudo, fructus non sunt restituti; sed compentantur cum interesse pretii.

1655.

Fructus tuendi, vel sandi cum in interesse.

L E M M A XXXIX.

An Venditor teneatur moneri de vitiis, & defectu rei venditæ.

Affirma, l. si post, 9. ibi: Sed si ignoravit Emptor. l. si vina, 15. ibi: Cum intelligeret Venditor bonitatem eorum non duraturam, D. de peric. & com. rei vend. l. Julianus, 14. D. de act. empt. cum aliis, quæ aptissime scribit D. Scoppa ad Controu. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 46. num. 8.

1656. Venditor debet moneri de vitiis rei venditæ.

An Venditor frumenti tempore inopiæ, sciens paulò post minorandum valorem, aduentu Nautium cum frumento, teneatur id proflare emptoribus pretio currenti ignorantibus, non empturis si scirent?

Nega Couar. in reg. peccatum, p. 2. §. 4. num. 6. Laym. lib. 3. tract. 4. c. 17. §. 1. num. 9. Salas de empt. & vendit. dub. 32. Menoch. de arbitr. casu 185. num. 22. Grotius de jure bell. lib. 2. c. 12. num. 9. Alexand. ab Alex. lib. 6. Geminal. c. 1.

1657.

Contra Bart. in l. quæro, D. act. empt. Gomez. tom. 2. var. c. 2. n. 32. Ziegler. de jur. Majest. lib. 1. c. 45. n. 5.

Patet, quia Vendens justo pretio nulli facit injuriam. Sed hic vendit justo pretio. Ergo nulli facit injuriam; Major est evidens. Minor patet. Quia justum pretium est impositum, declaratum communi currenti æstimatione, cap. legitimas, dist. 97. Sed hic vendit pretio currenti communi æstimatione taxato. Ergo vendit pretio justo. Nec privata notitia pre-

Vendens justo pretio nulli facit injuriam.

pretii mutandi tollit iustam communem æstimationem, nec iustum pretium.

Objectio.

Dices. Vitium rei occultum est denunciandum emptori, Sed mutatio valoris est vitium rei occultum. Ergo est denunciandum emptori.

Solutio.

Resp. d. st. mai. Vitium quod est in re vendita, & ex re vendita pullulat. Conc. Maior. Tale enim vitium tollit intrinsecum valorem rei: Et communis æstimatio est rei carentis intrinsecum vitio. Si vitium pullulet non ex re; sed casu fortuito. Nego Maior. Non enim Venditor rei tenetur de fortuitis casibus post venditionem; nisi vendendo expressè se obliget ad casus fortuitos: Nec est vitium rei valor mutandus ex fortuitis, vel voluntate Principis; Dummodò, quando venditur æstimetur pretio communi, juxta æstimationem taxato. Nec cognitio futuri eventus mutationis, habita ex literis amicorum, debet diligenti Mercatori obesse, non tollens communem iustam æstimationem currentem. Diligentibus enim Jura semper, non negligentibus prospiciunt.

Objectio.

Instabis. Quod tibi non vis, alteri nè facito. Nam proximus diligendus, ut quis se diligit. Sed Venditor non emeret in tali casu. Ergo nec debet vendere.

Solutio.

Resp. Distant regulam: Quod tibi non vis, &c. currere cum suis qualitatibus; secus Carnifex nec posset reum occidere: quia nollet, se ita occidi. Undè intelligitur, quod tibi non vis iniuste fieri, aliis iniuste non facies. Et in re nostra vendens non lædit iustitiam.

Nec officit Cicer. lib. 3. de offic. asserens, id esse verum, astuti, callidi intellectus, & veteratoris vafri. Nam id currit in Stoicè viventi, ut ait Couar. l. c. Ex his resolvitur.

An sciens privatum valorem pecuniæ abrogandum, augendum, mutandum; solvens, vel emens merces pecuniæ currenti, sit tutus in conscientia. Vel antequam augetur valor pecuniæ, possit à Banco pecuniam repetere, ut sibi crescat.

1658.

Afirma esse tutum in conscientia: Et posse à Banco pecuniam repetere.

Patet, quia utitur vera pecunia, & valore iusto currenti; adeoque nulli facit injuriam; & illæ mutationes fortuitæ ei notæ privatim, non tollunt ei jus, nec sunt vitium rei, Idque fortius in pecunia depositata apud Bancum, quæ Domino debet crescere, vel minui.

Nec obstat l. si vinum. 15. §. planè, D. de peric. & com. rei vendita, ibi: Cum intelligeret venditor non duraturam rei bonitatem; nec admonuit Emptorem: tenebatur ei quantum, ejus interesset, iuste aduonitum. Ubi Salyc. & Bald. asserunt, esse dolosum venditorem non monentem bonitatis non duraturæ illum, qui emit. Nam resp. Id currere in vitio intrinsecum vini deteriorandi.

Pecunia crescit, & minuit de mino.

Et sic recedimus à contrarium docentibus, Pinell. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. n. 21. Tondut. civi. l. cap. 10. nu. 2. Stracca tract. de sponsonib. §. iteus quæro, num. 31. agente, dantem pecuniam, quam sciebat reprobendam, posse conveniri crimine stellationatus, ut dolosum, l. 3. D. de crim. stell.

Et observa, alios velle, recipientem pecuniam mutandam, non posse regredi contra dantem, si habuit tempus ad illam utiliter expendendam; secus si ob repentinam mutationem tempus ad expendendam defuit, Bald. in l. acceptam, 25. C. de usur. Aff. dec. 194. num. 2. Guerb. dec. 87. nu. 33. Thesaur. jun. p. 1. de monet. nu. 68. Gratian. c. 884. nu. 35. Sic Couarruv. lib. 1. tract. 4. c. 17. putat, personas Magistratus scientes, non aliàs teneri revelare mutationem imminuentem. Et Ziglerus l. c. num. 6. ait, neminem scientem mutationem defectus valoris posse illam dare pretio currenti, nec talem pecuniam posse solvi Creditori invito. Quod etiam probavit Senatus Sabaudia, ut ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 30. de solut. defuit. 37. in fin. Tu videas Barbof. in c. 2. de maledictis, & l. 38. §. 1. D. de V. O.

L E M M A XL.

Quæ Venditio perfecta dicatur?

Venditio pura est perfecta, & periculum rei est Emptoris. Si sit conditionalis, venditio non est perfecta, sed est suspensa. Et, conditione non purificata, venditio cessat. Conditione verificata, periculum rei extantis est Emptoris per retrotractionem conditionis ad instans contractus, d. l. necessarii, §. in princ.

1659.

Perfecta est venditio pura.

L E M M A XLI.

An sit perfecta venditio rei sub conditione, siue navis venerit, siue non venerit ex Asia?

Afirma. Et sic periculum rei est Emptoris, l. 1. C. de peric. & com. rei, d. l. necessarii, ibi: Si ita venerit, est servus ille emptus, siue navis ex Asia venerit, siue non venerit, Julianus putat, statim perfectam esse venditionem, quoniam certum sit eam contractam. Ex quo text. inferitur, venditionem istam esse puram; nisi aliud eruatur ex voluntate partium. Nam ait, statim perfectam esse. Ergo illico periculum est Emptoris, ut patet ex princ. ejusdem legis, ubi perfecta venditione periculum est Emptoris. Nec est conditionalis. Nam in conditionali tantum deinde purificata conditione, periculum est Emptoris.

1660.

Venditio, siue venerit, siue non venerit, est pura.

Accedit, puram, non conditionalem, esse illic perfectam. Nam conditionalis purificata conditione, perficitur, l. hæc venditio, 7. D. de contr. empt. ibi: Conditionales autem venditiones tunc perficiuntur; nequeunt esse impleta fuerit conditio. Cui concordat l. Julia. simul venus, 60. in princ. D. de cond. indeb. ubi promittens, siue navis ex Asia venerit, siue non venerit ex Asia, siue veniat, non repetit solutum. Ergo obligatio est pura, secus repetere posset, si esset debitor conditionalis, l. si pecuniam, D. si cert. petat, l. sufficit, §. ubi dicitur, & sic ceter, quod interim soluitur, repeti. D. de condit. indeb. reititium. Et, illam obligationem esse puram, indicant verba d. l. Julianus, 60. ibi: Proficiuntur. Ergo obligatio est pura, & non est contingens, conditionalis, & puram parit obligationem, ita ait Glos. destruen. in d. l. Julianus, 60. putant ibi: Clarè ostendit omnino ditione se velle renunciare, & purè debere.

1661.

Absolutè simul venus, siue venerit, siue non venerit, est pura, siue veniat, non repetit solutum. Ergo obligatio est pura, & non est contingens, conditionalis, & puram parit obligationem, ita ait Glos. destruen. in d. l. Julianus, 60. putant ibi: Clarè ostendit omnino ditione se velle renunciare, & purè debere.

Nec officit l. hujusmodi, 13. D. quando dies legati nisi dies cedat. Nam ibi, vel intelligitur dies, ut ibidem ob-servat Glos. in qua die incertum est, quod nam debeat verificari, & est contingens: an verificetur ly, contingenter venerit; an ly, non venerit. Vel ibi, actus est conditionalis: quia Testator vult legatum deberi verificetur, apud una ex duabus causis fieri, scilicet non fieri. Quod cum sit contingens, clare sequitur, legatum ab una ex illis causis contingentibus pendens, esse conditionale, l. sufficit, §. 6. in fin. ibi: Quæ causam incertam habet, conditionis instar obtineat. D. de condit. indeb. Vide sup. num. 264.

est purus, causa, in qua uno ter verificatur, apud ponatur. 1662. 1663.

L E M M A XLII.

An Emptor, perfecta emptione, ante traditionem rei emptæ sit Dominus? Ex §. Quam autem, 6. in fin.

Nega. Tex. hic in fin. l. clauibus, 24. D. de contrab. empt. l. si Pater, 8. C. de act. empt. ad dominium enim acquirendum, supra titulum venditionis, requiruntur etiam traditio, l. traditionibus, 20. C. de pact.

Intelle-ctus l. hujusmodi, 13. D. quæ do dies leg ced.

Sed obstat l. Julianus, 14. §. offerri pretium, ibi: Venditor enim quasi pignus retinere potest eam rem, quam vendidit. D. de act. empt. l. quod si nolit, 31. §. si plures, 9. Idem Marcellus, ibi: Nam Venditor pignoris loco, quod vendidit, retinet, quo Emptori satisfaciat. D. de adil. edict. Ergo, Venditor non est Dominus. Nam nemo habet pignus in re propria, l. neque pignus, D. de reg. juris, l. si rem alienam, D. de pign. act.

1664.

1665.

Emptor, perfecta emptione, non est dominus rei emptæ.

Respon. Nego conseq. & ad probationem. Dico I. eum Glos. in d. l. Julianus, §. offerri, v. Retinere. Venditorem improprie dici habere pignus in re vendita. II. Resp. Nemo habet pignus in re propria. Diff. Quò ad essentiam pignoris. Concedo. Quò ad effectus pignoris. Nego. Enim verò res vendita, licet sit Venditoris ante traditionem; producit tamen aliquos effectus pignoris. Et sunt: ut fructus non remaneant illi, qui retinet pignus, sed dentur Emptori, ut res de-

1666.

Pignus in re propria non consistit.

1668. de fructu Emptori percat. Pignus enim perit, & fructificat Debitori. In hoc enim sensu est ad instar...

2. de pign. tit. 1. q. 48. num. 32. Thefaur. dec. 160. Ricc. in prax. resol. 67. n. 5.

An pecunia Ecclesie possit alienari sine assensu Papa.

Affirma. Nam mobilia nuncupatione accensetur, l. motentium, 93. D. de verb. signif. §. & quia parum...

DE ALIENATIONE REI ECCLESIE.

LEMMAXLIII.

Quid sit alienatio?

1669. Alienatio est Alienus Juris in alium translatio. Sive tale jus sit directum; sive utile, l. alienationis verbo...

An alienatio rei Ecclesie sit prohibita?

1670. Respond. Prohibitam alienationem voluntariam scil. liberè factam; non necessariam: scil. legis, statuti, pacti, aut testatoris præcepto, factam.

An Arbores possint vendi sine assensu?

Affirma, si sint de illis, quæ recisæ, renascuntur: ut in sylva, cujus arbores cæsæ sunt in fructu. Nam...

An in alienatione necessaria requiratur assensu Papa?

Nega. Nam lex assensum præstat, sive necessitas emanet ex lege, statuto: ut in alienatione pro ampliatione Ecclesie...

DE EVICTIONE.

1679. Vincere est ab alio auferre, Evictio. Tu lacrymis evicta meis. Livius lib. 7. ab Urbe condita. Et in re nostra, evincere est auferre rem suam ab Emptore...

LEMMAXLVI.

Quid, & quotuplex sit evictio?

1680. Est rei, ad quam jus habemus, acquisitio. Non dixi nostræ, sed ad quam jus habemus. Nam, non solum nostra; sed nobis obligata, in judicio à tertio possessore tollimus...

1681. Est duplex. I. Expressa, si Emptor expressè cogat Venditorem, ut in casu evictionis se obliget, l. non ex eo, 30. C. de evict. II. Tacita, quæ oritur ex natura contractus onerosi. Eo enim ipso, ac quis dat alteri rem, debet illum tueri in possessione illius rei; secus est injustus, dando rem litigiosam: cum ipse non litigiosam acceperit...

An imminente evictione rei emptæ in timore contractus, Emptor teneatur solvere pretium consentum?

1682. Nega. Aff. det. 171. Franch. dec. 54. & 555. Mastrill. rei emptæ dec. 160. p. 2. Menoch. 2. de arbitr. casu 224. Trentacinq. pretium 3. var. res. 16. Gufman de evict. q. 15. n. 13. 14. Carav. ri. soloere nō in 173. n. 6. R. Merl. in for. contr. 45. n. 3. cent. 1. ubi vide tenetur, e. D. Scoppa, qui latè, & eruditè tractat in Scholis ibid. evictione Patet ex h. si post perfectam, 24. C. de evict. ibi: Si imminet, post te.

LEMMAXLV.

An pecunia Ecclesie destinata ad emptionem rerum stabilium possit alienari sine assensu Papa?

1675. Pecunia destinata ad emptionem venit stabilium nomina. Nega. Nam tunc numeratur inter mobilia, l. h. choruz, 19. p. 1. D. de leg. 3. l. cetera, §. 1. D. de leg. 1. Boer. dec. 209. Gaill. 1. obs. c. 11. Ant. Faber. in sua Cod. lib. 7. tit. 1. def. 22. in fin. Viscont. v. pecunia, Merl. in Tom. 11. lib. 111.

post perfectam venditionem ante pretium numeratum, rei vendita nota fuerit questio, vel mancipia vendita proclamens ad libertatem, cum in ipso hunc contractus imminet evictio. Emptorem (si satis ei non offeratur) ad totius, vel residui pretii solutionem non compelli. Juris auctoritate monstratur. Unde, cum parte pretii numerata, domus, quam emisti, tibi veluti pignoris jure obligata, ne ad emptionem accederes, denunciatum ab aliquo proponas. Judex tibi, quae ex emptione veniunt, praestari providebit. Et etiam ex lex iis praediis, 5.C. eod. tit.

Liquidum censetur, quod mox liquidatur.

Si enim potest agere, ut pretium solum restituatur ob evictionem; multo magis ne solvat. Evictio enim imminens est idem in effectu, ac evictio in re: ut mox liquidandum, liquidum censetur.

An autem teneatur Emptor solvere pretium, si a Venditore offeratur cautio de restituendo pretio in casu evictionis?

1783. Emptor tenetur solvere pretium rei emptae, si Venditor cautionem praestet pro evictione imminente.

Affirma, si idonea fit pretio recuperando, una cum damnis, expensis, & pro quacumque lite forsitan intentanda in posterum, ex d.l. si post perfectam, ibi: Si satis ei non offeratur. Et decisum testatur Franc. dec. 555. Quamquam hoc postremum, de cautione praestanda pro quacumque alia evictione in futurum forte movenda, non admittat D. Scoppa, late contra communem depugnans in Scholiis ad Controv. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 45. a num. 27. Et scio Cavallin. apud Gufman. l.c. velle, Emptorem non teneri solvere pretium, & se fragili cautioni tradere, ex lex bis praediis, C. de evict. l. plus cautionis, D. de reg. jur. Alex. in l. 1. §. si haeres, D. ad Trebell.

L E M M A L X V I I.

Requisita, ut Venditor tenetur de evictione.

1784. Denunciatio est facienda.

R Equiritur I. ut in judicio quis rem auferat ab Emptore, Surd. dec. 165. n. 7.

II. Ut Emptor moneat Venditorem, ut assistat liti motae, tempore, quo in judicio rem tueri possit, l. 1. C. de perc. & com. rei vend. l. emptor, §. C. de evict. cap. fin. de empt. & vendit. & sic saltem ante rem judicatam.

1785.

Quae notificatio fit, etiam si venditor sciat litem motam: Nam non fit tantum, ut Venditor sciat; sed ut tueatur rem venditam in judicio, d. l. Emptor ubi Bart. Bald. ex l. denunciasse, 17. v. quid ergo, D. de adult. Capell. Tholof. decis. 407. Franc. Marc. decis. 581. n. 9. Gratian. decis. 13. n. 41. Maria voto 65. n. 6. Gomez 2. var. cap. 2. n. 39. Licet non ignorem, Viv. dec. 510. n. 9. Surd. dec. 288. n. 44. velle, non esse faciendam denunciationem scienti litem motam. Nam in sciente cum cesset finis certiorationis, debet cessare monitio, l. 1. §. intelligitur, D. de adil. edict. Quae ratio non vincit: Nam, ut monuimus, denunciatio non tantum fit, ut sciat: sed ut adversus litem motam rem tueatur. Alias praesumeretur Emptorem absque Venditoris ops, posse jus suum tueri, l. 1. C. de perc. & com. rei vend. l. si rem, la 1. §. fin. D. de evict. l. si parentes, l. empti actio, C. de evict. 2. 1. ibi: Interpellare Venditorem, sive successorem ejus debes, ut assistat, causamque instruat. Cagnol. in l. venditor, col. 1. D. de judic. Capyc. decis. 106. num. 2. Covar. 3. var. cap. 17. n. 3. Contra Bald. in l. Emptor, C. de evict. dicentem, satis esse, si denunciatur, ut Venditor sciat litem motam, ex l. si cum questio, 17. C. de evict. Ad quem tex. respondet Rip. in cap. cum M. de const. 165. intelligi de certificatione ad finem defendendi, ut concordentur alia Jura in d. l. 1. C. de perc. & com. rei vend.

Non tantum ut Venditor sciat litem motam.

Sed ut defendat in judicio rem venditam.

1786.

Denunciatio facienda venditori, non illi, a quo Venditor rem habuit.

Denunciatio facienda est suo Authori, & ille alteri, a quo rem obtinuit, si per plures manus res transit: Ita Maritus denunciatur Dotanti, Dotans alteri, a quo rem obtinuit, l. si res, quam, ubi Bart. D. de evict. Greg. dec. 254. Capyc. dec. 97.

Denunciatio non fit facienda Venditori.

1788.

I. Si Eodem conveniantur judicio Emptor, & Venditor ab eodem, qui rem contendit evincere. Nam tunc Venditor scit, & potest jura sua patefacere pro rei tuitione: & si nequit tueri jus suum, res ab ipso evicta censetur, Franc. dec. 523. Viv. decis. 510. Cavalc. dec. 3. n. 40. lib. 4. Capyc. dec. 106. n. 3. Franc. Marc. dec. 583. Gloss. in l. si dictum, 59. §. si compromisero, v. possit, D. de evict. Peregr. de empt. c. 3. n. 76. arg. l. si rem, 29. §. fin. D. de evict.

Cessat denunciatio, si eodem judicio conveniantur Venditor.

II. Si Venditor absens, vel contumaciter se abscondens, moneri nequeat, l. si ideò, 55. ibi: Per eum fiat, quò minus denuncietur. l. si fundo, 53. ibi: Si cum posset Emptor auctori denunciari, non denunciasset, l. 56. v. simili modo, D. de evict. l. cum successores, 23. l. si permutationis, 29. C. eod.

Si Venditor sit absens.

1789.

Absente Venditore, satis est denunciatio facta Domini, amicis, vel per Edictum, l. si eo tempore, 6. C. de remiss. pign. l. aut qui aliter, §. & si forte, D. quod vi, aut clam. Bart. in l. 4. §. ait Praetor, num. 6. de div. inf. Non tamen tenetur mittere denunciationem Venditori extra Provinciam existentem, d. l. si ideò, 55. in fin.

Fit domi.

III. Si remissa sit, denunciatio non fit, l. Herennius, 63. ubi Bald. D. de evict. ibi: Si passio ei remissa esset denunciandi necessitas. Aufser. ad Capell. Thol. dec. 480. Sibi enim tribuat Venditor, se obligans ad evictionem, etiam monitione non praemissa, Maran. de ord. Jud. p. 6. tit. de laudatione, n. 15. Muta dec. 59. n. 14. Mascard. 10. 2. conclus. 614. n. 19. Sed ex equitate etiam tunc monendum Venditorem, ait Masfrill. decis. 189. n. 22. Muta decis. 59. n. 15.

1790. Cessat si sit remissa.

De equitate monendus Venditor, esset quando se obvi-gas sine denuncia-tione de-fendere.

Denunciatio fit haeredibus, l. cum successor, C. de evict. l. si rem. quae, 62. ibi: Si ei, qui mihi vendidit, plures haeredes extiterint: una de evictione obligatio est, omnibusque denunciari, & omnes defendere debent. D. de evict. Est individua. Nam tale est jus defensionis, & totum quilibet defendere debet, l. si cum uno, D. si ex uxori can. Gail. 2. obser. 14. n. 2.

1791.

Fit denunciatio haeredibus

L E M M A X L V I I I.

An sufficiat denunciationem fieri sibi jussori Venditoris?

N Ega. l. Auctore laudato, C. de evict. Peregr. loc. cit. cap. 13. n. 73.

1792.

Judex Evictionis.

Est Judex Emptoris conventi, coram quo Venditor defendere rem debet, & Emptoris declinatoria potest uti, l. venditor, D. de jud. Aff. dec. 227. Gamma dec. 333. n. 1. Capyc. dec. 197. Gram. dec. 21. Guurb. dec. 3. n. 28. 29. Surd. dec. 315. n. 21. Gomez 2. var. cap. 2. n. 39. Nisi Venditor compareat ante ceptum judicium cum Emptore. Nam tunc, ut reus trahit litem ad proprium forum. Et idem est, si petat ab ipso inchoari judicium, & se obliget, executionem fieri in re petita, l. sed & si, §. item rem, D. de petit. hered. l. planè, D. fam. ercis. Bart. cons. 209. n. 1. Ruin. cons. 84. n. 6. lib. 5. Benint. nd. decis. 92. n. 2.

1793. Judex causa evi-ctionis, est Judex Emptoris.

Si Venditor sit Clericus, adhuc debere defendere in foro Emptoris: nam venit, ut procurator, ac defensor Emptoris, docent milleni Doctores, quos congerit Grassi ff. Cler. 1. n. 262. Gufman tract. de evict. q. 7. a n. 10. citans 57. D. D. Urfill. ad Aff. dec. 380. n. 8. Gram. dec. 21. n. 4. Viv. dec. 49. Cavalc. acc. 5. n. 33. Bald. in d. l. si Venditor, Abbas in cap. final. n. 1. de empt.

1794. Etiam si sit Clericus.

L E M M A X L I X.

An Venditor debeat defendere Emptoris rem?

Affirma, etiam propriis impenlis, & si quid Emptor impendit, reficere cogitur, etiam re non evicta, l. non dubitatur, C. de evict. l. venditores, 102. D. de verb. obl. Gratian. dec. 33. n. 7. l. si plus, §. nota, D. de evict. Cavall. to. 1. q. 321. ubi refert Doctores docentes, non teneri de evictione, si Emptor vincit, ex l. si controversia, C. de evict. Gloss. in l. 1. C. de evict. Ad quam litem tollendam tutius est, in contractu obligare Venditorem, etiam in lite injuncta mota, expensis propriis, ad rem venditam tuendam.

1795. Sunt reficende impenso factae a Emptore.

Itaque Venditor propter evictionis periculum, non solum tenetur Emptorem defendere, & liti assistere; sed etiam a sententia contra Emptorem lata appellare, l. ab executore, §. alio, D. de appell. & l. si parentes, C. de evict. & de hoc neminem dubitare, ait D. Scoppa ad decis. Gratian. obser. 149. n. 1. edisserens inde, quid dicendum, quando sententia in rem judicatam cum Emptore transivit?

1796. Et Venditor potest a sententia appellare.

Quando Venditor de evictione non teneatur? In multis. I. Si jure congrui auferatur a vicino. Nam non emanat defectus ex Venditore, & re vendita, sed a Jure, arg. l. si fundum, l. mancipium, D. de evict. Aff. dec. 153. Gratian. cap. 205. n. 4.

1797. Cessat evictio, si juri, vel Principis mandato res evincatur.

II. Si

II. Si evincatur ob alicujus imperitiam, injustitiam: puta, Judicis, Advocati, l. si per imprudentiam, D. de evict. Nisi Venditor sit in culpa, nolens scripturas exhibere, nec appellare, arg. l. exceptione, D. de fidejusi. Marcus dec. 585. Viv. dec. 155. n. 10.

1798.

III. Non tenetur de evictione, si vendatur hereditas, & evincatur res particularis, l. 1. C. de evict. Nam jus, non res particulares sunt venditæ, Mant. dec. 137. n. 1. p. 1. Muta dec. 24. n. 26.

1799.

Si quis sciens rem alienam emit.

IV. Cessat evictio, si sciens, volens quis rem alienam emit, l. si fundum, C. de evict. Salyc. in l. iubeamus, §. sanè, il. 1. C. de sacros. Eccles. l. fin. §. Emptor, C. comm. de leg. quæ loquitur de re subiecta restitutioni conditionali, quo casu potest esse Emptoris.

1800.

Si Emptor sit in culpa.

V. Denegatur evictio, si culpa levissima Emptoris in judicio res evincatur: puta, si ignaro utatur Advocato, Menoch. l. de arb. q. 65. n. 10. l. 34. l. 63. in fin. l. si idem, §. D. de evict. l. Emptor, C. eod. Viv. decis. 151. n. 10. Franc. decis. 112. Ex qua culpa non agit de evictione Emptor nolens uti certa actione monitus à Venditore, l. si cum Venditor, 66. D. de evict.

1801.

Si vitium superveniat post contractum.

VI. Si, perfecto contractu, vitium superveniat, non tenetur de evictione Venditor, l. 3. l. Lucius, 11. D. de evict. ibi: Futuros casus evictionis, post contractum emptionem, ad Venditorem non pertinere. Sive accidat ex præcepto Principis, legis, fortuito, & c. Alex. lib. 1. conf. 46. n. 4. Menoch. conf. 343. num. 17. Q. s. f. dec. 48.

1802.

Si res periret ante evictionem.

VII. Non agit Emptor adversus Venditorem, si res pereat, antequam evincatur, l. ubique, D. de rei vind. l. si servus, 21. l. si servum, 25. D. de evict. potest tamen agere de dolo adversus Venditorem dolum, d. l. si servus, 21.

1803.

Vel extra judicium evincatur.

VIII. Non agit de evictione Emptor, si extra judicium res evincatur, l. non tamen, 24. D. de evict. l. emptor, l. si cum questio, l. qui rem, C. de evict. c. fin. de empt. & vend.

1804.

Petit pretium res evictæ, qui evictioni renunciat.

IX. Si pactum sit, ne Venditor, non dolosus, de evictione teneatur, cessat evictio, l. illud quaritur, 4. D. de evict. l. pacta conventa, D. de contrah. empt. Mascard. 2. de prob. concl. 614. n. 19. Semper tamen pretium rei evictæ peti potest, l. emptorem, §. fin. D. de act. empt. & pactum, nè teneatur de evictione, operatur, Venditorem non teneri ad interesse, l. 16. in fin. l. evicta, 70. D. de evict.

1803.

Evictio in legato certo.

X. Non datur evictio rei nondum Emptori traditæ, l. evicta, 16. §. si servus, D. de evict. ibi: At si in bonis meis non sit.

XI. Non datur evictio pro legato rei in specie sed datur pro legato rei in genere, l. hæres servum, §. 3. D. de evict. l. si à substituto, l. si domus, §. 1. D. de leg. 1. Et datur evictio etiam in legato alternativo duorum servorum A, vel B. l. quæ de legato, D. de leg. 1.

XII. Cessat evictio, pretio non soluto, l. ex empto, D. de act. empt.

L E M M A L.

In quibus datur Evictio?

1804.

Datur evictio in venditione.

I. IN Venditione datur evictio proprie ex natura contractus, etiam si nihil actum de ea sit, l. non dubitatur, 6. C. de evict. l. 2. l. si in venditione, l. dupla, D. cit. tit. l. emptio, D. de act. empt. Mantrill. dec. 28. n. 1. Giurb. decis. 87. n. 8. cum cæteris, ex quibus probat D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 35. sub n. 7. * Et hoc etiam si res vendita sit pignus, l. 1. in 2. resp. C. si antiquior Creditor, Aff. dec. 8. & 16. Ad quam evictionem, non Creditor vendens, sed Debitor tenetur, l. periculum, D. de pignor. l. cum, & c. D. de evict.

1805.

Dote.

II. In Dote currit evictio, l. 1. §. 1. C. de rei ux. act. l. 1. C. de jure dot. l. pater, l. si pro re, §. 1. D. de evict. Et enim dos titulus onerosus, l. pro queribus, C. de jure dot. Cappc. decis. 123. n. 10. Nisi dotans sit extraneus. Nam tunc, ut donans, non tenetur de evictione, Guzman tr. de evic. q. 16. n. 3. Vide lib. 4. n. 934. ad 939.

1806.

Datione insolutoria.

III. In Datione insolutoria est locus evictioni. Nam est instar venditionis, l. elegantèr, D. de pign. act. l. libera, C. de sent. & interloc. l. si pradium, C. de evict. l. fin. D. ex quib. caus. in poss. eat. Aff. dec. 35. n. 18. Surd. decis. 243. n. 3. Contra Alex. lib. 5. conf. 76.

1807.

Permutatione.

IV. In Permutatione debetur evictio, l. si permuta-

Tom. II. Lib. III.

tationis, C. de evict. Dec. conf. 281.

V. In Transactione datur locus evictioni, si evincatur res data alicui, ut transactioni consentiat. Non verò datur evictio, si liserat de re, de qua transactum est. Nam tunc transgens discedit a lite, non verò dominium transfert, l. si pro fundo, C. de transact. Menoch. de præsumpt. præf. 118. Crav. conf. 24. Transgens verò, licet non teneatur de evictione rei litigiosæ; tamen illa evicta, debet restituere rem acceptam, l. emptorem, §. fin. D. de act. empt. l. qui libertatis, D. de evict. Nisi alius sciens litem futuram, vel rem alterius, etiam transgessit, l. si fundum sciens, 27. C. de evict. Franc. decis. 239. n. 9. Gratian. cap. 566. num. 3.

1807. Transactio.

1808.

L E M M A L I.

Casus, in quibus dubitatur, an currat

Evictio?

I. IN Locatione datur evictio. Quia regulatur, ut Venditio, l. 2. D. loc. l. si quis domum, D. loc. Cancr. 1. var. cap. 13. n. 16. Tenetur enim locator conductorem in re locata tueri, l. ex conducto, D. locat. Magon. decis. 11. C. qual. decis. 43. n. 64. Contra Bald. in l. 1. in fin. C. de peric. & com. rei vend. Satis tamen est, si locator domum aliam æquè idoneam det conductori, Cartavius decis. 4. n. 2. de locat. ex d. l. si quis Domum.

1809. Locatione.

II. In donatione rei certæ incipiente à promissione, cessat evictio, l. Aristo, 18. §. fin. D. de donat. ubi Cum. l. 2. C. de evict. l. ad res donatas, ubi Fulgos. D. de adil. edit. ubi ratio assignatur: Nè eo casu liberalitatis suæ donator penam patiatur. Quæ ratio etiam currit in donatione, quæ incipit à promissione, & à traditione, & sic utrobique eadem Juris dispositio, l. à Titio, D. de verb. obl. II. ex l. prædium, ubi Bart. C. de collas. ubi Donans rem, donat jus, quod in illa habet, l. qui tabernam, D. de contrah. empt. l. si demum, §. 1. D. de leg. 1. Ità docet Alber. in lat. C. de jur. dot. Bart. in l. si id, quod, D. de verb. obl. Gabriel à S. Vinc. de Jus. disp. 9. q. 15. n. 225. Contra 26. D. D. quos agglomerat Guzman tr. de evict. q. 25. n. 3. Tufib. v. Evictio, concl. 363. n. 6. Pereg. dec. 93. n. 5. Gratian. cap. 657. n. 47. motos: quia in causa onerosa currit evictio. Ergo etiam in lucrativa: & quod in dote currit evictio. Ergo etiam in donatione, l. 1. C. de jur. dot. Sed disparitas est ex d. l. res donatas. Nam nemo debet ex liberalitate penam reportare; quæ ratio in lucrativa, & in onerosa locum habet. At in donatione facta contemplatione matrimonii, esse evictioni locum, latè scribit Cappc. Latro decis. 40. tom. 1. quem post alios sequitur D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 60. n. 3. in fin.

1810. Evictio non datur in donatione sine traditione, l. 2. C. de evict. ubi donans, ex nudo, non tenetur de evictione. Si autem traditio pauperum esset volitum.

III. In donatione incipiente à traditione, cessat evictio. Patet ex d. l. Aristo, & d. l. ad res donatas. Cui consentiunt etiam DD. oppositum sentientes in præcedenti discussione, Gratian. cap. 667. n. 50. Surd. decis. 290. n. 3. Dec. conf. 492. n. 10.

1811.

IV. Idem dicas de omni obligatione, aut gratuita traditione, ut cesset evictio, ex eadem ratione, d. l. ad res donatas. Non enim vult molestiis litium se implicare, quando alteri vult liberalis esse, l. quod si in venditione, D. de hæred. & act. vend. Olivarius decis. 723. Alex. lib. 4. conf. 84. n. 5.

1812.

DE EDILITIO EDICTO.

L E M M A L I I I.

Quis sit, & ortus Edilis?

Ædilitiæ actiones, de quibus in tit. C. de adilit. action. Dabantur ab Ædilibus contra illos, qui decipiebant contrahentes in qualitate, & bonitate rei, l. 1. D. de adilit. edit. Ædiles habebant curam ædium publicarum, & privatarum; & dicebantur Ædiles curules: quia cursu, & sella eburnea gestabantur pro dignitate sui muneris. Qui, invigilantes bono publico, promulgabant edictum. l. De re aq. bitoria, vel quanti minoris pro mancipii reddibend. dis tantum, quod deinde ad jumenta, postea ad pecus, rursus ad quascumque res mobiles, stabiles extensum fuit, l. 1. 2. usque ad 18. D. de adil. edito. Quo Edicto datum fuit jus omnibus Contrahentibus dicit.

1813. Quis Edilis?

1814. Vitium debet esse ante venditionem, l. quæro, §. fin. D. de adil. edito.

redhibendi rem vitiosam, & morbosam, acceptam ex quovis contractu oneroso, sciendum, 26. l. cum autem, §. jubent adiles, 23. D. de adilit. edit.

Quot sint adilitia Actiones?

Tres. I. Reddibitoria. II. Quanti minoris. III. In factum.

De Reddibitoria Actione.

1815. Est in pristinum statum repositio, l. facta, D. de adilit. edit. Reddibitoria, quis repetebat pretium, restituta re vitiosa Danti, l. reddibere, l. si quid venditor, 13. D. de adilit. edit. Et contractus resolvebatur, ac si non fuisset factus, l. si pradium, 4. C. de adilit. edit.

Est duplex. Prætoriam ob res comprehensas edicto ædilitis, ut ob morbum animantis, l. ob quæ, §. idem Pomponius, D. de adilit. edit. Civilis ob vitium rei Edicto non comprehensa.

1816. Non juvat, si Venditor protestetur: Vendo tibi rem, qualis est, si vitium rei sit occultum; ita ut cognoscere facile nequeat, l. quæritur, §. si venditor, D. de adilit. edit. l. ea quæ, §. in. D. de contrab. empt. Jaf. in l. pacifici, D. de pact. Nam, quando vitium non apparet, protestatio non relevat, Gallup. p. 2. cap. 15. n. 30. Surd. conf. 26. n. 10. decisum apud Zacch. lib. 10. decis. 10. n. 2.

1817. Si Venditor dicat: Vendo tibi Equum claudum, caecum, morbosum, immiscendo inorbum, quo equus laborat, inter cæteros, quibus patet non affici, adhuc reddibitoria conveniri poterit. Nam censetur insidiosè intermiscere morbos veros, inter alios clare non existentes, ut credatur, Equum nullo lingue vitio, l. ea quæ, §. in. D. de contrab. empt. l. quod cum Venditor, D. de dol. Jaf. in l. pacifici, D. de pact.

Intra quantum tempus intentetur Reddibitoria?

1818. Resp. Intra sex menses utiles, lajunt adiles, l. cum sex, D. de adilit. edit. Trentac. lib. 3. resol. 11. n. 2. de empt. & vendit. Bonacof. de equo, q. 380. Glos. & Bal. in l. 2. C. de adilit.

Si verò quis emat rem, adjecto pacto, ut illam possit reddibere, si displicuerit; tunc currunt 60. dies, intra quos debet Emptor suum propalare placitum, l. quod si nolit, §. si quid ita, D. de adilit. edit. Menoch. 1. de arb. q. 22. n. 13.

An, pro omnibus fiat reddibitio, si unum animal sit morbosum?

1819. Resp. pro omnibus, si ita simul sint empta; ut distributivè nihil fuisset emptum: puta, si morbo langueat unus ex par bovum emptum ad rusticos labores. Unum enim bovem non emisset, l. cum ejusmodi, l. adiles ajunt, §. in. l. si plures, l. penult. §. idem ait, D. de adilit. edit. Paris. lib. 1. conf. 64. n. 69. Gomez 2. var. cap. 2. nu. 49. Causal. dec. 8. nu. 1. lib. 2. Tusch. tom. 3. concl. 154. nu. 2.

Si verò disjunctim emanantur, tantum animal morbosum reddibebit, l. cum plures, D. hoc tit. Alex. lib. 3. conf. 119. nu. 3.

Actio quanti minoris.

1820. II. Actio est, quanti minoris. Ut scilicet etiam retenta re, pretium restituatur pro rata vitii, l. quidam, 13. l. illud, 29. l. 30. & 31. §. Marcellus, D. de adilit. edito.

Curritque etiam hæc actio, quando vitium est levis præjudicii: puta, si libro deficit una, vel altera linea, Bart. in l. Julianus, D. de act. empt.

1821. Est duplex actio quanti minoris. I. Prætoriam, & datur propter morbum, l. quod si nolit, §. si plures, in fin. D. de adilit. edit. II. est Civilis, quæ datur ob alium defectum rei emptæ, l. Julianus, D. de act. empt.

Actio in factum.

1822. III. Est actio in factum; qua compellitur Venditor ad restitutionem pretii, vel ad diminutionem pro rata vitii, l. quod si nolit, §. Marcellus, v. in factum, D. de adilit. edit.

Cui competat electio istarum Actionum?

1823. Resp. Adori, l. si is, qui, D. de excep. rei jud. l. nemo ex his, §. quoties, D. de reg. jur.

Optio: an velit restituere pretium, vel pro rata vitii minuere; spectat ad Venditorem, l. cum autem reddibitio, 23. §. quid, l. reddibere, 21. l. si quod venditor, 13. D. de adilit. edit. Caballin. tract. de adilit. edito, c. 3. n. 3. tom. 6. in tract.

DE JURE CONGRUI.

Serpit omnium Gentium instituti Jus, cui summa Equitas Congruum nomen dedit apud nostras, & Gentes exteras. Quo Jure, licet certis recludatur cancellis Jus commune, in l. in re vendita, & in l. dudum, l. 4. C. de contrab. empt. & in l. re mandata, C. mand. ubi libertas est arbitrix propriorum bonorum. Tamen Congruum Jus est sancitum, urgente magna congruentia, & urbanitate: ut sc. prius de re vendenda certioretur Consanguineus, Socius, Vicinus Dominus directus, & tandem, istis negligentibus, integrum sit aliis emere.

Est introductum: quia valde lugubre videbatur, avitas, communes, vicinas possessiones, in alios transfere, vicinis invititis, & pretium solvere volentibus, l. si in emptionem, D. de minor. ubi minor restituitur in re, quæ Majorum suorum erat: quia creditur læsus graviter, si antiquorum bona ad Conjunctos non deveniant. Interest enim nostra, res Patrum apud nos esse, Jaf. in l. 1. D. de verb. obl. Et hoc, quia Avita bona memoriam, & familiæ dignitatem conservant, Glos. in l. scilicet, in fin. D. ad l. Jul. id. Unde reiciendus Alcint, dicens, à librariis additum ly, Interest, in d. l. si in emptionem, D. de minor. Nam, re vera interest, nostrorum, etiam Burgenfes res habere. Facit 3. Reg. 21. & l. libertus, qui solvendo, D. de bon. libert. l. 1. §. & alias videmus, D. si quid in fraud. patr. l. lex, quæ Tutores, C. de adm. tut. ibi: Maxima habenda est ejus Domus ratio, in qua Pater defecit, filii creverunt, in qua Majorum imagines, aut videre fixas, aut videre revulsas, satis est lugubre. Quo re. patet, res Majorum apud posteros esse in maximo affectu, & pretio, Cic. 1. offic. & l. pater, §. Julianus, D. de leg. 3. Ergò, jure merito in tex. apponitur ly Interesse: & meritissime Regni Const. Sancimus, de jur. procom. dedit posteris, & vicinis Jus reemendi res Consanguineorum, ac vicinas.

Nos, ne turbatis agminibus, in medium irrumparamus; rem utilissimam explicandam partitè agredimur, videndo I. Quibus juribus sit Jus Protomiseos sancitum. II. Quantum temporis interstitium datur pro petendis rebus venditis. III. Quis Vicinus præferatur. IV. Quibus contractibus datur, & quibus perfunis. Et hoc in ordine ad Jus Congruum ratione vicinitatis. Nam in secunda parte breviter de Jure Congruum ratione Consanguinitatis, & Societatis dicemus.

Nomen, & quid sit Jus Congruum?

U: Juris Congruum in omnes se diffunderet utilitas. Federic. Imperator omnibus, Constit. dixit, quæ incipit, Sancimus ammodò, ubi hoc Jus appellat Protomiseos, Græcè a Protos: idest, Primus, & mixis; hoc est mistio, conjunctio, quasi eo Jure misceantur, & in unum coeant, quæ ante separata erant; hoc est bona, quæ ante erant sub diversis Dominis, sub uno fiant.

Non tamen displicet aliorum speculatio: dici sc. Protomiseos, à Prælatione, quam in re vendenda, vel vendita habent conjuncti Sanguine, Societate, Vicinitate. Nam, Prælatio, sonat Latinè, Præfero, ut ait Theof. 26. syntag. cap. 1. n. 3.

Hoc Jure utuntur multi, & secundum diversos per diversa nomina sortitum: apud Lucanos Recompre: apud Patavinos Jus Prælationis; Galli nominant Retractionem, ad sonat Aeneid. 5. ibi:

Nata Deu, quo fata trabunt, retrahuntque sequamur.

l. 1. C. de tabular. lib. 10. l. in fraudem, §. à debitore, D. de jur. fsc. l. Imperatores, §. item rescripserunt, D. de adm. rer. ad Civis. pertin. Retrahere enim revocare est ad suum dominium, l. Pomponius, §. ex factis, D. de acq. poss.

Nostrates Jus Protomiseos, & Jus congrui vocitant. Definitur Jus protomiseos: Est Jus intra certam tempus petendi rem conjunctam, certam, alienatam in non Conjunctum. Per ly, Conjunctum, indicatur non solum Conjunctio Sanguinis, sed etiam rerum. Nam etiam Vicini hoc Jure utuntur, Ruth. c. 4. ibi: Jure propinquitatis eme. Hierem. 32. ibi: Tibi enim competit ex propinquitate. Sic ratione Juris congrui Vicinus

1824. Jus congrui.

Contrà Jus commune.

1825. Interest res avitas esse apud posteros.

1826.

Lugubre est, Majorum imagines videre revulsas.

1827. Dicendo ordo.

1828. Cur dicatur protomiseos?

1829.

1830. Jus prælationis.

1831. Definitio Juris Congruum.

nus acquirit alveum fluminis recedentis, l. hoc Ju- re, §. si aquam, D. de aqu. quotid. & est. Dicitur. Rem certam. Nam non quævis res potest revocari. Dicitur, Solutio pretio. Nam debet offerre pretium. Dicitur, Intra certum tempus. Nam præscribitur tale Jus, elapso spatio mensis, vel anni, prout dict. Constit. Sancimus.

1832.

Quotuplex sit Jus Congruum?

Jus Congruum multiplex est. I. Sanguinis, quod datur Confratribus pro revocanda alienatione rei alienatæ à Confratre. II. Est Vicinitatis ratione Societatis. III. Ratione Confinium. IV. Ratione Domini directi, & utilis. V. Ratione Cohabitationis, quæ cohabitatio tantum sibi locum vendicat in Metromonia, qualis appellatur Insula militibus translatis destinata, de qua in l. 1. C. non licere habitatoribus Metromonia, lib. 11.

1833.

Divisio.

Nos, remissis aliis multis in propriis materiis, duas præcipue species expendemus: Jus scilicet Confinium, & Jus Sanguinis: quia sunt magis usitatæ, & grui agem. in altum difficultatis evehunt Jus Congruum.

DE JURE RETRACTUS CONFINIUM.

Datur Confinantibus Jus, ut bona ad finia, potius ipsis, quam aliis vendantur, Tborus in comp. dec. S. R. C. p. 2. v. Donatio domus, Papyrus prax. jur. protomis. ad Catacens. Consuetud. num. 3. Amat.

1834.

Jus congrui ratio ne confinium.

Quantum temporis detur ad reuocandam alienationem?

Resp. Ex Constit. Sancimus, de jur. protom. quod, si Venditor denunciât Vicino præsentem venditionem; tunc Vicinus, cui est facta denunciatio, habet quatuor menses ad solvendum pretium Venditori. Absentes habent annum. Verba Constitutionis sunt: Habeant ipsam protimiam in unius anni spatium; post annum verò nullam protimiam habent: Si autem sint in ipsa Terra, vel in ipso loco, habeant protimios viciniam usque ad quartum mensem; ita tamen, si fuerint à Venditoribus solemniter requisiti, & non renunciauerint protimisi. vid. cap. Constitutus, de restit. in integ.

1835.

Facta denunciatio, inter presentes, quatuor menses, inter absentes datur annus.

Si verò non sit facta denunciatio, dantur decem anni, quibus elapsis, possessor amplius molestari nequit, d. Constit. Sancimus, ubi: Transacto verò decennio, si non denunciauerint, nulla de cætero moueatur controuersia illis, qui possident ex aliquo contractu.

1836.

Non facta denunciatio, dantur decem anni.

Sed quid, si ille, cui est facta denunciatio, sit Pupillus, Minor, Absens causa Reipublicæ, Captiuus, Exul, Deportatus?

Resp. Ex d. Constit. Sancimus, v. Nisi forte, dari quatuor menses eorum Tutoribus, Curatoribus, Procuratoribus, Defensoribus, ut justum solvant pretium cum legitimo interesse; quibus negligentibus, ex proprio deinde ipsi tenebuntur illis, quorum negotia gerunt.

1837.

Quid si de nunciatio fiat pupillis, &c.

Non ignoro Papyrus. hic num. 33. velle, præsentibus dari triginta dies, & Tutoribus, Curatoribus, Procuratoribus absentium dari quatuor menses, ubi citat Afflict. de jur. protom. §. 2. v. uti, 30. dies; tamen verba Constitutionis jam adduxi.

1838.

Nota, hic ex Consuetudine hujus Civitatis, de Jure congrui, Vicinum Jure Congruum posse petere rem immobilem venditam intra annum, soluto pretio justo, Afflict. decif. 223. num. 1.

1839.

In Ciuitate Neap. datur annus ad retrahendum.

DE ANNO DATO PRO REPETENDA RE VENDITA.

Annus datus pro repetenda re vendita, non est mestrus, vel bimestrus, quo utebantur Aegyptii, Diodor. lib. 1. tit. de æquiuoc. Nec sumitur pro ætate; vel hyeme, vel pro trimestre, ut voluere Archades, Plin. 7. hystorias. cap. 48. S. August. 5. de Ciuit. cap. 12. Nec est annus decimestrus, apud Romanos receptus, cui Numa addidit Ianuariam, & Februariam: ut accinit Naso 1. Fastor.

1840.

Quot olim annorum genera.

Tempora dignaret cum Conditor Urbis in anno, Constituit, menses quinque bis esse suos. At Numa, nec Januam, nec Auitas præterit umbras,

Mensibus antiquis, addidit ille duos. Sed est duodecim mensium. Nam nostris utebatur temporibus Frederic. in d. Extrauag. Sancimus ammodò.

1841.

Similiter, cum Papyrus d. Extrauag. Frederici det triginta dies, denunciatis præsentibus; ad retractum intendendum, congruè dignoscendum hic venit, quantum sit talis diei spatium.

Dies, alia Naturalis, quæ completur 12. horis. Alia Ciuilib, quæ 24. Plutarch. problemat. cap. 84. Plin. lib. 11. cap. 79. Bald. in cap. 2. de fer.

1842.

Datur etiam dies Legalis, Conventionalis, Ecclesiastica. Dies Legalis, five Emergens, incipit etiam in quacumque, & in simili altera hora finitur de momento ad momentum. Sic promittens aliquid factum intra diem, à momento promissionis incipit obligatio, & finitur eadem hora diei sequentis, l. 1. §. dies, v. quid ergò, D. quando appell. fit, l. in omnibus, l. 1. §. dies, v. oblig. l. 3. §. minorem, D. de minor.

Quotuplex sit dies legalis, conventionalis, ecclesiastica.

Dies Conventionalis est, de qua convenitur inter partes contrahentes, l. eum, qui certarum, D. de verb. oblig. & talis dies servatur, prout partes statuunt, l. 1. §. si conuenerit, D. de pos. l. in Conventionalibus, D. de verb. obl. & si nihil inter partes actum sit, intelligitur dies civilis, §. in diem, Instit. de verb. oblig. Undè promittens dare tali die, potest usque ad mediam noctem differre, Bald. in cap. ego, col. 1. de jurejur.

1843.

Hinc illud est notabile, Notarium, noctu stipulantes instrumentum, posse diei, non noctis, mentionem facere, secundum Innoc. in cap. consuluit, de offic. Deleg. Aretin. in l. qua ætate, D. de testam. licet eueniente nocte scribat. Et qui fecit pactum de non fruendis infidiis per aliquot dies, nec noctu potest fruere; essetque induciarum violator, prout Traces criminatur Tull. de offic. Polimus, 7. Stratag. Undè est illud: Tracium conuentum, contra illos, quibus persuasum est, pacta callidè eludere.

1844.

Debet tamen adhibere sollemnitates necessarias.

Dies Ecclesiasticus est multiplex. Nam quò ad abstinentiam carni, incipit post mediam noctem, ex Consuetudine, quæ correxit c. de esu carni, de consecr. dist. 3. ubi incipiebat post cœnam. Quò ad indulgentias incipit à primis vesperis ad sequentes inclusivè, Clement. 1. de reliq. & venerat. Et quò ad Divina Officia aliter currit dies. Vid. Glos. in cap. 2. de feriis.

1845.

Denunciatio ergò facienda est in die Civili ex horis 24. sicque potest fieri etiam noctu, Alber. in l. moræ, col. 1. de fer. Bald. in l. ob signatione, C. de solut. & duo dies anni bisextilis reputantur pro uno, l. 3. §. minorem, D. de minor. l. cum bisextus, D. de verb. sign. cap. qua fuit, eod. tit.

Duo dies anni bisextilis computantur ut unum in odiosis.

Sed, cum id verum sit in odiosis, non in favorabilibus, l. cum hæres, 4. §. Sticibus, D. de fiat. lib. Hinc, si retractus est favorabilis, augetur tempus, l. 11. D. de diuers. & temporan. Si verò est odiosus, non augetur. Hinc videndum.

1839.

In Ciuitate Neap. datur annus ad retrahendum.

An Retractus sit odiosus.

Odiosum, dicunt Mattiens. in l. 7. tit. 11. lib. 5. recond. pil. gl. 1. num. 14. Tirag. lib. 1. de retract. lignag. nu. 60. Fimis sper in præfat. Quia, ut vult Onact. tom. 2. tract. 21. disp. 72. significat annum. Resolutio justis contractibus, partibus invitis, hunc, & sic est contra Jus Commune, l. dudum, C. de contrab. emp. est retractus venditio debet rescindi, invito Emptore, l. con-tractus, C. de rescind. vend.

1846.

Sed favorabilem voluit esse Retractum Rom. conf. 29. & dat rationem: quia per se est ad favorem Vicini, & Coniuncti, Paris. conf. 83. num. 4. lib. 3.

qui exceptionem, D. de cond. indeb.

An pendente questione Vicinitatis, currat tempus Retractus?

Affirmat Puteus dec. 10. & 200. lib. 2. Intelligas, si causa Vicinitatis incidenter per modum exceptionis cognoscatur: tunc enim non supersedetur in retractu: & cum discutitur Vicinitas, currit tempus, & si sit faciendum depositum pro pretio. Ut fit Romæ ex Bulla Greg. XIII. debet fieri depositum, non obstante discussione Vicinitatis: decisum apud Gratian. c. 234. n. 36.

1847. Currit tempus retractus pendente lite vicinitatis

Ratio est: quia non est distinctum iudicium. Nam exceptio non inducit novam causam, sed de ea iudicatur, ut de causa principali, Bald. in l. 3. in addit. n. 6.

1848.

nu.6. D. ad exhib. Castr. in l. filio praterito, num.6. D. de injust. rup.

1849. Sed si Vicinitas distinctè per se principalitèr intentatur; tunc debet supersederi in retractu. Nam tunc causa Vicinitatis est præjudicialis, respectu causæ retractus: cum, deficiente Vicinitate, deficiat etiam retractus: & tunc dum de vicinitate tractatur, non currit tempus ad petendum retractum, l. final. Cod. de ord. cognit. l. fundi, l. fundum, D. de exception. c. lator, qui fil. sint legit. Symon consil. 79. Bald. in l. 2. num. 1. Cod. de ord. cognit. Et hoc etiam, si causa præjudicialis vicinitatis inchoetur post causam retractus. Nam in rebus præjudicialibus non consideratur tempus, sed causarum natura, Abb. conf. 16. num. 3. par. 2. Bald. in l. ubi pactum, 40. num. 4. Cod. de transact.

Non sic si solem de vicinitate agatur.

1850. Nec obstat l. qui potior, 29. de judic. ubi appellans prius, prior est. Nam test. currit, quando judicia sunt paria.

1851. An jus petendi retractum currat à die contractus, an à die affrancationis?

1852. In emphyteusi cum potestate affrancandi currit jus congrui

Dicas, currere à die contractus, Franch. dec. 392. num. 8. ubi etiam habes, in re data in emphyteusim pro annuo canone, cum potestate affrancandi: hoc est, tollendi onus canonis, currere jus congrui. Quod jus congrui non currit, si desit talis potestas affrancandi, Aff. dec. 72.

An Vicinus possit petere rem, transacto tempore, si facta denunciatione, Emptor dicat: Petas, quando volueris: nam te admittam?

1853. Verba intelliguntur secundum subjectum materiam

Resp. Vicinum, nec tunc posse venire, tempore elapso. Nam illa verba accommodantur naturæ actus, nec inducunt ultra aliud, l. si decem cum petiero, 43. D. de verb. oblig. l. Titia hæredis, D. de cond. & demonstrat. l. 3. D. de leg. 1. Alex. consil. 170. num. 30. lib. 7. cum verba intelligantur secundum subjectam materiam, l. si stipulatus, D. de usur. Tirac. in l. si unquam, v. revertatur, m. 30. C. de reuoc. donat.

1854. Ly omni tempore non excludit præscriptionem.

Accedit ly semper, omni tempore, perpetuo, quando cumque, &c. non excludere præscriptionem, quæ alias curreret, l. in cognitione, ubi Glos. v. præscriptionem, C. de bon. materno ubi licet text. dicat, Patrem nullam posse præscriptionem opponere filiis, Glos. ibi ait, posse opponi præscriptionem 30. annorum, Abb. in cap. 2. de reuoc.

1855. Vicinus admittitur post tempus Emptore cedente.

Sed si Emptor sciens, jam elapsum tempus, dicat Vicino, se velle illi cedere rem jure congrui; tunc est Vicinus admittendus, Capoll. caut. 97. Bart. in l. cum mulier, D. solut. matr. Jas. in l. de pupillo, §. seruo, D. de nou. op. nunc. per l. Emilianam, v. dicebam, D. de minor. l. quod si nolis, §. si factum, D. de adilit. edict. l. post diem, 7. D. de leg. commiss. ubi renunciati legi commissoriæ Venditor petens pretium post terminum præfixum ad dissolvendum contractum. Ergo, qui renunciati scienter, dicendo, se velle cedere rem emptam, etiam post terminum, tenetur deinde cedere, illud Vicino petenti.

Sed in hoc est difficultas, Quantum temporis debeat differre Vicinus pro petendo retractui.

1856. Vicinus do dies legat. l. hæc conditio, D. de cond. & demonstr. Et debet petere retractum, cum commodè potest.

Dicas, non debere multum differre; sed, cum sit potestativum, debet venire ad petendum retractum, ubi primùm commodè potest, l. Roma, D. quæ hoc etiam, si Vicinus dixerit: Venias, & repetas quandocumque, Anchar. consil. 331. col. 1. v. tertio advertendum. Idque factum, nè temporis tædiosa prolixitate beneficium prorogationis temporis commiseret.

1857. Prorogatio est ad tantum temporis.

Hinc multi dicunt, dari tantum octo dies, & alii ad summum dant annum alium, vel dant terminum ab initio datum: Nam prorogatio semper intelligitur ad tantundem temporis ab initio statuti, Auth. qui semel, C. quom. & quand. Jud. l. sancimus, C. de fideiuss. Auth. ei, qui, C. de tempor. appellat. l. si Judex, D. de judic. e. presentis, §. qu. 1. Dec. in c. tua nobis, coll. 11. in fin. De appell. Marfil. sing. 32. Ita prorogatio reconductionis, intelligitur ad idem tempus facta, l. in iis, §. uxor, D. sol. matr. litem quaritur, §. qui impleto, D. locat. l. inter socerum, §. cum inter, D. de pass.

1858.

ubi tempus, & quicquid additur, sequitur naturam temporis principalis jam dati; nisi aliud exprimat, Bal. lib. 4. conf. 448. col. 2.

An tempus incipiat à die contractus? Affirma. Nam tunc est perfectus contractus, qui consensu, non re perficitur: ut est venditio, l. si sub conditione, D. de solut. & tempus adjectum actui jam perfecto, statim currit, l. ait lex, D. ad l. Aquil. l. annus, D. de calumn. l. mariti, §. sex mensium, D. de adult. l. 1. §. dies, D. de lib. agnos. l. fin. D. de manum. testam. Signoroll. consil. 81. num. 6. Alberic. in l. si filius jam, §. cum fundum, num. 3. D. de verb. oblig. Salyc. in l. contra, in fin. C. de inoff. testam. Couarr. 3. resol. c. 11. nu. 2.

Reconditio, pro quo tempore intelligatur.

An currat tempus à die purificata conditionis, si contractus: puta, Venditio, sicut conditionalis.

1859. Tempus currit à die contractus.

Affirma I. Quia contractus, pendente conditione suspensiva, non est perfectus, l. cedere diem, de verb. oblig. l. necessariò, D. de peric. & commod. Et ante depurationem conditionis, contractus; non in actu, sed in spe dicitur perfectus, l. hæc venditio, ibi: Conditionales venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio. D. de contrah. empt. l. bonatus, §. si sub conditione, D. de adilit. edict.

1860. Tempus currit à die purificata conditionis.

II. Ex l. Titius, §. procedit autem, D. de excus. tutor. l. Cajus, D. cit. tit. & l. 1. D. de jur. delib. l. cum notissimi, §. illud, C. de præscript. 30. ann. Ubi in conditionalibus, præscriptiones incipiunt, conditione purificata. Ergo etiam in re nostra, tempus datum ad rescindendum contractum, incipiet depurata conditio, l. fin. §. fin autem avaritia, C. comm. de legat. Bart. in l. si qui legatur, D. de leg. 1.

1861. Præscriptio non currit non purificata conditione

Intellige, non currere præscriptionem ante depuratum conditionem, nisi conditio sit potestativa: subiecta sc. voluntati Partis. Nam tunc, si negligat adimplere conditionem, ei currit præscriptio, l. 1. §. qui sub conditione, D. si omiff. cau. sest.

1862.

III. Quia, quando tempus adicitur actui, qui pendet ex futuro eventu: pendente futuro eventu, tempus non currit, l. 2. §. si quis hæredi, D. de stat. liber. l. si rem, §. fin. D. de p. gnor. act. l. si mandauero Titio, D. mand. Ergo etiam in re nostra, C. fuentes l. 70. Tauri col. pen. Gomez 2. var. c. 11. n. 1. Alber. in, & ex l. 1. §. annus, ibi: Annus autem utilis computabitur, ex quo peti potuit, conditione existente, D. quando act. de pecul. annual. sit, l. Titius, §. procedit, D. de excus. tutor. contra Guid. Pap. dec. De fca 296. col. 1.

1863. Pendente dubio extat, ut currit tempus

Obiicies I. l. 1. §. biduum, D. quando appell. sit. & cap. biduum, 11. qu. 6. ubi in sententia conditionali tempus currit, non à die purificata conditionis, sed à die latæ sententiæ. Ergo, in re nostra, tempus retractus incipiet, non à die purificata conditionis, sed à die facti contractus.

1864. Objectio.

Resp. text. ind. §. biduum, probare in sententia: quia sententia statim lata damnificat etiam ante adventum conditionis, Innoc. in c. qui ad consultationem, de re judic. v. ulterrus, Bald. in l. si quis iniquum, §. 1. D. quod quisque jur. & appellari semper potest, & debet, ut damnus eviteretur. At in re nostra, nisi conditio purificetur, Vicinus non damnificatur, nec potest tunc temporis agere: cum non possit dominium avocare, non adhuc transmissum ad Emptorem; sed remanet apud Venditorem, conditione extante indefecata; & nequit revocari res, quæ nondum transit ad Emptorem, l. bonem, §. si sub conditione, D. de adilit. edict. Quod, si ex speciali pacto dominium esset translatum in Emptorem sub conditione resolutive: ut est pactum legis commissoriæ, adjectionis in diem; tunc fateor, tempus retractus incipere à die contractus: quia quædam transfereendum dominium in emptorem, incipit statim à tempore contractus, ex quo potest revocari tale dominium. Idemque dicas, si contractui conditionali accedat traditio rei venditæ, etiam pendente conditione. Nam tunc illicò transfertur dominium, l. dotis fructus, §. fin. & l. seq. D. de jur. dot. Cum enim in tali casu contractus habeat effectum, etiam ante purificationem conditionis; merito res retrahi poterit: Adeoque curret tempus ad retrahendum, conditione non purificata.

1865. Solutio.

Quid in re solutiva conditione

1866.

Quib-

1867. *Obiicies II.* Contractus conditionalis, purificata conditione, retrotrahitur ad tempus facti contractus, *l. filiusf. D. de verb. oblig. l. 2. §. ea quoque, D. de collat. bon. l. fin. D. de stip. servor.* Ergo etiam in re nōtra, purificata conditione, contractus retrotrahitur. Ergo etiam tempus ad retrahendum debet retrotrahi ad diem celebrati contractus.

1868. *Respon.* Concesso anteced. Nego conseq. quæ peccat in subjecta materia. Nam tempus ad agendum currit, quando adest materia, circa quam quis potest agere. At in re, pendente conditione, deest materia: hoc est, deest dominium revocandum, unde non mirum, si cesset actio retractus revocatoria dominii. Si ergo pendente conditione, nequit agere, nec etiam currit tempus ad agendum.

An tempus incipiat à die ratihabitionis contractus, vel à die initi contractus, requirentis ratihabitionem?

1869. Casus est. Si vendam rem alterius Domini, ratihabitionem exigentis: ut si filius vendat rem patris; tunc contractus iste ante ratihabitionem est infirmus: merito insurgit quæsitum:

An tempus currat à ratihabitione contractus? an à tempore celebrati contractus?

1870. Pronunciamus, currere à die ratihabitionis, ex *l. si speculam. C. de negot. gest. ubi ex Baldo* currit præscriptio actus, requirentis ratihabitionem, à tempore, in quo fit ratihabitione, *Bart. in l. Pomponius. D. de negot. gest.*

Accedit. Ante ratificationem contractum non esse firmum, l. qui absentis, D. de acq. poss.

1871. *Ratihabitione acquiparatur mandata.* Nec officit. Ratihabitionem retrotrahi, & mandato æquiparari, *l. hoc jure, §. dejecit, D. de reg. jur. l. 10. D. de judic. l. fin. C. ad Macedon. c. ratihabitionem, de reg. jur. in 6.*

Nam retrotractio regulariter non currit in præjudicium tertii, sed tantum in præjudicium illius, qui ratum habet, arg. *l. si patrem, §. fin. D. quem ad, servit. l. 1. §. si quis filium. D. si tab. testam. Bart. in l. si in debitum, §. si procurator, D. rem ratam haberi. Joann. And. in c. ratihabitione, de reg. jur. in 6. Salys. in l. aliena res, D. de pign. act. Affl. dec. 286. & 331. nu. 12. & à Senatu Sabaudicæ decimus testatur Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 20. ad S. C. Maced. de fin. 1. ac pluries probat D. Scoppa ad Controu. R. Merlin. cent. 1. cap. 7. n. 11. & cap. 63. nu. 6. ac cent. 2. cap. 9. nu. 3.*

Sic restitutio in integrum non retrotrahitur in præjudicium tertii, *l. si sine, §. sed quod Papin. D. de minorib. l. formalis, Cod. de sent. passis, cap. quis, de rescriptis, in 6. Rota dec. 118. in antiq. Jaf. conj. 139. col. 11. lib. 1.* Ergo nec ratihabitione retrotrahitur in præjudicium habentis jus retrotractionis, *Bal. lib. 1. conf. 14. Paul. de Castro lib. 1. conf. 217.* Et hinc fit, quod si amicus nomine vicini petat retractum, & offerat pretium sine mandato; tunc posita ratihabitione vicini non retrotrahitur ad tempus contractus, Nam non potest actus retrotrahi in præjudicium primi emptoris, *l. bonorum, D. rem ratam hab. ubi quis intrat, non post tempus statutum centum dierum, dicitur ratificare bonorum possessionem ab alio ejus nomine agitam, l. fin. D. quis ordo in bonor. poss. l. 1. D. de appell. recip. cap. non solent, 11. qu. 6. Rota decif. 428. in nouis. Abbas in cap. accedens, de præbend. Paul. de Castro conf. 281. Alex. conf. 135. lib. 2. col. 11. Guidon. Papa dec. Deifica 436. & qu. 94. Jaf. in l. is qui pro Emptore, nu. 122. D. de usucap. Dec. in l. semper, qui non col. 11. ver. seu regula, D. de reg. jur.*

Quid in venditione facta, ut transferatur dominium sequuta morte venditoris?

1874. Contractus iste valet, *l. 1. C. ut actiones ab hærede, & est Glos. in l. fin. v. accommodauerat, Cod. de pactis conuentis.*

1875. *Venditio validè fit cum pacto translationis domini post mortem venditoris* Nunc dicas, retractum competere ex tunc, quando dominium transfertur: quia tunc adest materia: scil. dominium, quod retrahi potest. Cum enim ante res sit adhuc sub dominio Venditoris, non est quid retrahi possit ab Emptore. Nam contractus retrahi nequit: cum nulla sit vicinitas, respectu contractus; sed tantum respectu rei retrahibilis, nè transeat ad Emptorem. Ergo sequuta morte incipiet

tempus retractus; quia ex tunc incipit translatio dominii. Quicquid contradixerit *Tiraq.* putans, illicò competere: quia talis contractus non suspendit, sed tantum differt obligationem, quæ ratio non est firma. Nam non retrahitur obligatio contractus, respectu cuius nullum est jus congrui, sed dominium rei, quod nondum est translatum in Emptorem, & ita intelligimus, quæ supra dicebamus, translatio retractum currere à die contractus, non à die traditionis: in illis, scilicet casibus, in quibus sine traditione dominium acquiritur.

Si, facta denunciatione, Vicinus non possit offerre pretium: an post lapsum tempus possit repetere contractum?

1877. *Affirma.* *Paparus post Affl. b. nu. 15. §. 2.* quia non potens agere est impeditus; & impedito non currit præscriptio, *l. 1. D. de annali excepti.* Hinc, si Vicinus ex paupertate nequeat offerre pretium, nec ei currit tempus, secundum *Marant. tract. de multipl. alien. num. 139. Felin. in c. si quis, col. fin. de testib. & c. nihil, de præscr.* Sed certè ista difficilia sunt. Nam dicimus, præscriptionem currere etiam impedito: sc. quando impedimentum est justum; licet per restitutionem in integrum rescindatur usucapio, ut *lib. 4. fati à n. 353.*

An, lapso termino præfixo in constitutione, sit ei renunciatum?

1879. *Affirma.* *Surd. dec. 166. num. 17. & 189. num. 3. & lib. 1. conf. 97. num. 21. gl. & Ang. l. si ego, D. de reg. jur. Gratian. c. 957. num. 16.* qui ait, nec dari purgationem moræ, post *Bald. in c. 1. col. 5. quo tempore miles, Cognol. in l. diffamari, num. 16. C. de ingen. manum. Casfrenf. lib. 1. conf. 150. col. 5.*

Et si, pendente denunciatione, Emptor ædificet, non potest ratione meliorationis rem retinere, & impedire retractum: Nam censetur in culpa, apud *Gratian. decifum c. 657. nu. 30.* & ei imputandum, si meliorem rem ab ipso auferendam, *l. si ex duobus, §. sed, & Marcellus, D. de in diem adict. l. si servus, 25. l. si necessarias, §. D. de pignor. act.* Nam, non subvenitur illi, qui potest scire, rem retrahi posse ex juris dispositione, *l. si quis domum, 9. D. locat. l. si creditores, D. de privileg. credit. Cyn. in l. fin. §. sed quia, C. communia deleg. l. decurio, D. de negot. gestis, l. servitus, D. quod vi, aut clam. Bal. conf. 182. lib. 1.*

Et impensæ tantum valde necessariæ, quod aliqui etiam de utilissimis ajunt, sunt rescindendæ, *Boer. dec. 97. num. 10. Igneus in l. dudum, num. 70. C. de contrah. empt. Vide l. impensæ, 70. D. de verb. sign. Alber. in l. intra utile, §. 1. D. de minor. Gratian. cap. 957. n. 34.*

Et si impensæ essent excessivæ factæ ad repellendum Vicinum retrahentem, non essent restituendæ, *Bald. in lib. 1. conf. 116. ex l. sed an ultro, §. 1. D. de negot. gest. & hoc etiam si denunciatio retractus, non denunciatur, nè fiant impensæ ab emptore, Boer. dec. 47. num. 6. ex l. magnam, Cod. de contrab. & committ. stipul.*

Et statim fit retractus, data cautione de restituendis impensis, *Putens dec. 471. num. 8. lib. 2. Rota dec. 137. num. 3. p. 2. rec.*

DE RE CONJUNCTA RETRAENDA.

Quæ conjunctio exigatur, ut detur retractus Juris congrui.

1884. Vicinus alteri potest esse ex multiplici latere: sursum, deorsum, deorsum, sinistrorsum, ad pedes, ad capita, *Glos. ad Consuetud. hujus Civitatis,* quæ incipit. *Ubi domus, num. 54. de jure congr.* Certum est æquales in conjunctione laterum æquè admitti, *l. adeo, 7. §. insula, D. de acq. rer. dom. Paparus l. c. nu. 31.* Sed quid, si ex uno latere fundi sint plures conjuncti, & ex altero æquali latere unus?

Dicas, conjunctum ex uno latere habere medietatem, & alii conjuncti ex altero latere habebunt aliam medietatem iure congrui, quæ pro rata dividitur inter singulos conjunctos vicinitate: & hoc, nè alicui fiat præjudicium. Sed si unus tantum velit jus congrui, nolentibus aliis conjunctis, hæc prævalebit, ac habebit totam rem, non partem, juxta pretio soluto, ex *Consuet. hujus Civitatis,* quæ incipit:

1876.

Tempus retractus petendi datur à die traditiois domini.

1877.

1878.

1879.

Retractus datur non obstante alienatione.

1880.

1881.

Impensa utilissimè rescindendæ

1882.

Nisi excessiva sint.

1883.

1884.

Vicini æqualiter conjuncti æquè admittuntur.

1885.

pit: Si ex uno latere, tit. de jure congr. Ratio est, quia
Præfertur magis con-
junctus. ian. cap. 745. n. 18. ubi præfertur in retractu habens
majorem portionem, post Anchar. cons. 370. Carpant.
ad Consuet. Mediolan. c. 434. nu. 183. Renell. de jure pro-
tomis. in fin. c. ult. nu. 5.

1886. Et præferendus est, qui habet jus potentius, l. con-
tra pupillum, §. qui majus, D. de re judic. l. si duo-
bus, §. D. de appell. l. libertas, §. cum simul, D. ad municipi-
pal. Rom. cons. 47. num. 1. Dec. cons. 619. nu. 7. Rota dec.
474. num. 14. p. 1.

Et qui po-
tentius jus
habet. Sed quid, si res sit individua : ut statua, columna
solo affixa, undè stabilium nuncupatione gaudeat,
l. fundi, D. de aff. empt. l. granaria, l. penult. §. fin. D. de
contrab. empt.

1887. Dicas, tunc diligentior præferri; & petentem
primo loco, vel ad iudicium venientem, ut diligen-
tior detur prælatio, §. fin. proam. Instit. Paul. de Castro
lib. 1. cons. 221. Alex. lib. 6. cons. 27. nu. 9. & per conte-
stationem datur locus præoccupationi, l. si duobus,
D. de leg. 1. l. ex duobus, in 2. D. de duob. reis. Quòd si
simul concurrant, tunc seiplos retardant: Cum utrius
que impossibilis sit rei consequutio, l. 2. §. fin. D. quib.
mod. ususfruct. amitt. & tunc congrue ad sortes divi-
forias deveniendum est, l. si duobus, 3. ibi: In omnibus
hujusmodi casibus rei iudicem Fortunam esse, & Sor-
tem, & inter altercantes adhibendam. Cod. comm. deleg.
l. in his tribus, l. seqq. l. qui potior, D. de judic. l. pluribus,
C. de procur.

1888. Concludamus, præferendum magis conjunctum; si
talis inveniatur: & major pars prævalet minori, l. 1.
C. quando, & quib. quarta, lib. 10. l. fin. Cod. qui bon. ced.
Sicuti dignius trahit minus dignum, cap. quod in du-
biis, de consec. Eccl. vel Altar. licet etiam in hoc præ-
occupationi locum dari, voluerit Cast. lib. 1. cons. 221.
num. 2. Gratian. cap. 745. num. 57. ex d. l. in his tribus,
D. de judiciis.

1889. Si Dominus sit diuisa in diuersas partes, cui com-
petet jus congrui?
Resp. inferiorem partem præferri, ex Consuet. hujus
Civitatis, incip. Si domus habet, tit. de jur. congr. Nam
sentit onus, & debet sentire commodum, §. 1. Instit.
de legit. patron. tut. l. secundum naturam, D. de reg. jur.
Si ergò domus supposita sentit onus partis superio-
ris, meritò debet sentire commodum prælationis in
jure congrui: Facit, quòd ædificium cædit solo. Ergò
pars superior cædit parti inferiori, cui innititur.
Quid dicendum, si unus ex conjunctis sit conjunctus
medio Pomario, vel medio spatio interiecto:
vulgò, lo Cortiglio: aliter verò sit
conjunctus mediante domo,
quis inquam ex illis
præferatur?

1890. Intumescit diuersis Advocatorum flatibus hæc
controversia, & exercuit magna agita: one Italiæ
Panatheneum Sac. Conf. Neap. apud Afflic. dec. 223.

1891. Conclusum fuit, Vicinum ratione domus, præ-
ferri Vicino ratione horti, &c. Quia res magis digna
debet præferri; Et domus excedit dignitate hor-
tum, l. Lucius, §. 1. Collegio, D. de leg. 3. cap. qui in du-
biis, de consec. Eccl. vel Altar. & ità bis decitum apud
Afflic. ubi Urfill. supra Jo. de Amicis cons. 1. dub. 30.

1892. Conducit, hortum esse accessorium domui, l. ux-
rem, §. in testamento, ibi: Domum meam cum horto. D.
de leg. 3. cap. Raynutius, v. domum, & hortum, de testam.
Ergò hortus sequitur naturam domus. Ergò, qui
præfertur respectu domus, præfertur etiam in hor-
tu, & conjunctus ratione domus, censetur conjun-
ctus ratione rei principalis, meritò præferendus
conjuncto ratione horti, qui est accessorius: Ut ap-
pellatione domus venit etiam Insula conjuncta, &
cædit domui legata, l. prædiis, §. fin. D. legat. 3.

1893. Hinc conjunctus ratione Territorii caret jure
congrui respectu domus conjunctæ Territorio, & si
per dictum Territorium pateat aditus ad domum,
Napadan. ad Consuet. 1. hujus Civitatis, de jur. congr.
v. domum, Afflic. loc. cit. Hinc q.

1894. An habens Jus congrui respectu domus, habeat
etiam respectu horti?
Affirma. l. sed & loci, §. fin. D. finium regund. Nam

1895. accessorium sequitur domum, cui accedit, l. in præ-
diis, §. fin. D. de leg. 3. Nec obstat, si aliquid inter-
mediet: puta, si intermediet Rivus inter domum,
& pomarium, l. licet, D. de contrab. empt. Corn. lib. 3.
cons. 29. Tiraq. de primog. qu. 73. num. 4. in fin. Sunt
namque hortus, & alia circumadjacentia appendi-
ces domus, l. fundi, D. de aff. empt. Ovid. 4. Pastorum.
Napadan. ad Consuet. Si quis, v. domum, num. 16. ibi:
Similiter vicinus habet jus congrui in balneis, & hor-
tis. Sed insurgit nova difficultas.

1896. An Vicinus teneatur recemere omnia simul ven-
dita: scil. balneum, hortum, &c. l. à ut
possit repelli, si velit emere domum,
non hortum?

1897. Supponimus hîc prædium rusticum non esse ac-
cessorium domui.
Nunc dico, jure congrui me posse petere unum,
non alterum: scil. petere domum, non rus, si jus
congrui habeam respectu domus, non verò respectu
ruris: Quia illud possum avocare, respectu cujus
habeam jus congrui, sed respectu unius, non respec-
tu alterius habeo jus congrui. Ergò unum, non al-
terum possum avocare.

1898. Secundò probatur: Quia habens jus congrui, non
debet omnes contractus celebratos à Venditore re-
vocare, si respectu omnium rerum venditarum
non habeat jus congrui. Sed in re nostra sunt plures
contractus venditionis; & respectu omnium
non adest jus congrui. Ergò non poterit revocare
omnes res venditas. Minor patet. Nam multipli-
catis rebus venditis multiplicatur venditio, l. scire
debemus, 29. D. de verb. oblig. l. cum plures, 72. D. de procedit
evict. Et pro una re agit de evictione, si una ex plu-
ribus simul venditis evincatur, d. l. cum plures, D. de tã
evicta.

1899. Ergò ex pluribus rebus simul venditis possum jure
congrui petere unam rem, & non aliam: quia sunt
tot venditiones, quot res, d. l. scire debemus.
Non ergò Emptor potest dicere totum, aut nihil
reemari, intelligas, si res sit indivisibilis, vel alte-
ri accessoria, l. quidam, C. de jur. delib. l. cum quaritur,
in fin. D. de administr. tutor.

1900. Dices. Nemo potest cogi vendere partem. Nam
partem non emisses, l. quod si uno, D. de in diem
adject. l. tutor, §. 1. D. de minor. l. si quis aliam, D. de
solut. l. cum ejusdem, D. de adlit. edict. Ergò, si Em-
ptor emit totum patrimonium, alicujus partem
non empturus; Vicini jure congrui non possunt
petere partem, sed vel totum, vel nihil.
Resp. dicta Jura currere, quando respectu totius,
& singularum partium est eadem ratio, puta, si re-
spectu cujuslibet partis habeat jus congrui, tunc
enim ultra damus, Vicinum non posse unam, non
alteram rem petere, jure congrui, sed debet petere,
vel totum, vel nihil. At, quando respectu quarun-
dam habet jus retractus, & respectu aliarum tali
jure caret: puta, si alie res non sint conjunctæ vi-
cinitate, nec sint accessoriæ rei conjunctæ: tunc si-
cuti uni, & non alteri est conjunctus; ità unam
conjunctam, non alteram rem disjunctam petit,
Bald. de jur. protomis. in fin. nu. 22.

1901. Et quia in relativis est procedendum uniformi-
tè: sicuti Emptor vicinus non cogitur totum ree-
mere, ità nec Venditor potest cogi ad relaxandum
totum, quando ad singulas partes congruitas vic-
nitatis non se extendit.
An competat Jus congrui, quando via vicinalis
est in medio?
Competit, si via non sit publica, l. f. d. & loci, 4. §.
fin. D. fin. regundor. Sed sit privata facta à Dominis
finium, vulgò limite, l. 2. §. etiam, §. vicinales, D. ne
quid in loco publ. Gratian. cap. 742. nu. 78. Afflic. dec. 1.
62. ubi Urfillus, Carpentiis ad Consuet. Mediolanens.
cap. 417. num. 571.
Ratio est: quia via publica, non privata, tollit
coherentiam prædiorum: sicuti flumen publicum,
non privatum, aut rivus, tollit affinitatem prædio-
rum, l. 1. §. fin. & l. 4. ibi: Si verò flumen, vel via publica
in.

Habens
jus con-
grui ad do-
mum, ha-
bet ad hor-
tū, & alia
adjacentia.

1896. Potest una
non altera
res distim-
ta peti ju-
re congrui

1897. Evictio
pro re tan
cuiuslibet.

1898. Licitio
pro re tan
cuiuslibet.

1899. Objectio.

1900. Si non sit
jus con-
grui respec-
tu omnium

1901. Non potest
cogi ven-
dere res, in
quibus de-
est jus con-
grui.

1902. Jus con-
grui à via
vicinali
non tolli-
tur.

1903.

interuenit, consilia non intelliguntur. l. sed si, 6. D. fin. regund. Capolla de seruit. rufus. prad. c. 3. q. 20. Papar. l. c. num. 32.

1904. Ripa fluminis cuius ripa fluminis est illorum, qui prope ripam praedia possident, etiam si mediet via publica. Nam id est ex eo, quia etiam cedit fundo vicino.

Secundò non obstat l. Martius, D. de acq. rer. dom. ubi dicitur vicinus, licet mediet via. Nam respondetur, fundum vicini à flumine destructum accedere quò ad commodum fundo vicini: qui, sicuti sentit dampnum ex fluminis redundantia, ita debet sentire utilitatem ex fluminis recessu, l. si locus, §. fin. D. quando seruit. amitt.

1905. Sed notabile est, quod post Gloss. ad Consuet. ubi domus, obseruat Urfill. ad Afflic. decis. 62. n. 4. scil. conjunctum per pontem, vel alio modo, habere jus congrui in re conjuncta, licet mediet via publica. Nam re vera est conjunctus, adedque debes gaudere jure congrui.

Quis praefertur, habens nò murum communem usque ad testum? an verò habens usque ad solarium.

1906. Resp. praeferrì illum, qui magis cohaeret, ut est, qui à centro, ad testum habet parietem communem; non verò, qui prope domum habet: Nam censetur magis vicinus ratione muri inherentis, quàm sit ille, qui habet murum coherentem, l. si ex pluribus, D. de suis, & legit. ubi res magis accrescit illi, qui est magis conjunctus, l. non nunquam, D. ad Trebell. l. re conjuncti, D. de legat. 2. l. triplici, D. de verb. signif. l. si qua cautiones, D. fameris. Afflic. b. n. 44. in princip. Anob. cons. 30. n. 2. Gratian. cap. 752. n. 31.

Qua vicinitas attendatur: illo sc. qua est ante domum? an qua post domum?

1907. Ornatum Civitatis est valde favorabile, ideò puto, attendendam illam vicinitatem, quae conducit ad Civitatis ornamentum, aedificia nobilitanda: & conducit ad bonum publicum, vicinitas, quae vergit ad viam publicam. Ad quod respexit Greg. V. in Bulla, de jur. congr. §. 4. §. 6. l. 8. & 20. ubi ex hoc attenditur vicinitas ex parte, quae vergit antorsum à facie respiciens viam publicam, Gratian. cap. 247. n. 16. ubi dicit saepe ita judicatum.

1908. Nota hic, ex nostra Constit. Sancimus aemodò, in fin. quòd habens prothomium à tribus partibus est potior, ac sit habens ex uno: & habens ex duplici concurrat pro rata propinquitatis. Insuper in ead. Constit. in fin. asseritur, propinquorem ratione castrì praeferrì propinquiori ratione parietis.

An habens mojos aedificium praefertur alteri aequè conjuncto?

1909. Affirma. Nam est majus dignum, & arctiorem vicinitatem habet, l. fin. C. qui bonis ced. l. fin. C. de ver. sign. cum ita, §. fin. D. de leg. 2. Alex. lib. 6. cons. 27. n. 3. Ancharan. cons. 320. Carpenf. ad Consuet. Mediol. cap. 434. n. 13. Musa ad Consuet. Penorm. cap. 26. n. 1.

1910. Et hoc multò magis, si in re retrahenda haberet quid commune: ut est puteus, fornix, cisterna. Nam ratione illius, ut magis concludinatus jure dominii, debet praeferrì, Bald. Salys. & Gloss. in l. audum, C. de contrab. emp. Jaf. cons. 185. col. 4. lib. 2. Socius enim aliis praefertur, soluto eodem pretio, Ruin. lib. 4. cons. 143. n. 19. Beron. cons. 137. n. 12. lib. 1. Guid. Papa sing. 130. Marfil. sing. 441. Felin. in c. Ecclesia S. Mariae, n. 51. de Constitut. Sec. cons. 18. lib. 4. decisum apud Gratian. cap. 526. n. 3. ex l. necesse, D. de in diem adject. l. 1. D. de privileg. credit. l. ad officium, C. communis divid. l. si nemo, D. de testam. tut. l. 1. §. si in emptorem, D. de manor. Decian. cons. 231. n. 7.

1911. Socius praefertur

Quid si Venditor reservet sibi aliquot passus terra circa rem venditam?

1912. Difficultas est: quia reservatis palmis terrae circumcirca, tunc ille non est vicinus rei venditae, nec potest cogere Dominium ad vendendum spatium illud intermedium.

1913. Nos tamen distinguendum putamus. Nam, vel intercapedo illa terrae est utilis Venditori: vel non. Si est utilis: tunc cessat jus congrui: nam cessat pro-

sumptio fraudis: quod sc. ad excludendum Vicinum reservaverit sibi partem illam terrae: censetur namque tunc ad propriam utilitatem reservasse illam portionem terrae, non ad excludendum vicinum. Sed si interjecta portio terrae sit inutilis Venditori: tunc ut in fraudem vicini, non prodest ad excludendum jus congrui: nam fraus non debet sua umbra protegere fraudatores; sed luce aequitatis fuganda est: & ita decisum in nostro S. R. C. Capp. decis. 38. Pisanell. ad Consuetud. Si quis emit, de jure congr. v. adverte quia, Tappia in Const. Sancimus, n. 92. Ricc. collect. decis. 6. Corn. lib. 3. cons. 29. Tborus tom. 1. compen. decis. v. jus congrui, au locum, ubi citat alios.

An Vicinus praefertur Domino directo in re vendita?

Resp. Dominum directum praeferrì Vicino. Capp. decis. 99. l. fin. C. de jur. empb. Franc. dec. 610. Ricc. l. c. de Ponte dec. 3. v. & pro adimplemento, Anna alleg. 43. Gratian. cap. 460. n. 36. Alexan. cons. 27. n. 6. lib. 5. qui tamen Dominus directus solvit debita; si ejus res emphyteuta vendatur ob concursum creditorum, Tbor. in compend. decision. tom. 1. v. jus congrui, au re vendita.

An socius in re vendita praefertur vicino?

Affirma decisum Socium in re societatis vendenda praeferrì vicino, Anna sing. 295. Bald. in l. 2. n. 2. v. Equum tamen, C. de comm. rei alienat. & probant alii multi, quos sequitur D. Scoppa ad decision. Gratian. observ. 169. n. 9.

An Possessor praefertur Vicino?

Supponimus, possessorem esse in bona fide, & titulo quodam praesumpto; Nunc dicimus, possessorem praeferrì. Nam censetur habere in re majus jus: cum ratione tituli credatur Dominus directus, vel utilis, qui praefertur, ac habet jus offerendi, l. si fundus, §. in vendicatione, D. de pignor. Afflic. decis. 332. in fin. Capp. decis. 99. Alex. concl. 27. n. 6. lib. 6. Jaf. in l. fin. col. 4. notab. 3. C. de jur. empb. Gratian. cap. 957. n. 2.

An Colonus Partitarius praefertur in emptione fructuum, & frumenti ejusdem praedii?

Supponimus, Colonum Partitarium esse, qui cum Domino fundi fructus dividit pro parte aliqua: inita veluti societate in re: ut Dominus fundum cum aliqua alia re, & Colonus semen, labores, & alia contribuat pro colligendis fructibus. Nunc dicimus, Colonum Partitarium praeferrì aliis emptoribus, ex l. ad officium, 3. Cod. comm. divid. Nam est ad instar socii, qui in re societatis praefertur, l. 1. §. si in emptorem, D. de minor. Anna l. c. Ruin. lib. 4. cons. 143. n. 19. Guid. Papa sing. 760. Marfil. sing. 411. decisum refert Gratian. cap. 526. n. 30. & affirmant alii plures, cum quibus sic ait D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 99. n. 15.

An Vicinus potens jus congrui possit se panitere?

Affirma. Franch. dec. 346. n. 10. Nam jus congrui introductum est ad favorem Vicini; cui favori, sicuti aliis privilegii propriis, potest renunciare, c. si diligenti, de foro. compet. l. si quis in conscribendo, C. de pact.

Idque fatemur etiam, si contestatione litis sit quasi contractus cum Judice, & partibus. Nam adhuc resistere potest à lite: sicuti petens cessionem bonorum, adhuc lite contestata potest cessionem respicere, eamque repudiare, quamvis coram Judice petierit, & fuerit ei concessa, quem panitet, l. 12. D. de cess. bonor. prout noto ad Gallupp. 3. p. c. ult. voluit Franch. ubi sup. n. 9. Dec. in l. edia, coll. 6. §. 1. D. de verb. oblig.

Instabis, A quasi contractu non licet discedere, altera parte invita; l. si quis, C. de act. & oblig. Sed posita contestatione litis inter partes est quasi contractus. Ergò non licet parte invita discedere. Ergò posito quòd Vicinus petierit coram Judice jus congrui; ratione cujus quasi contractus non potest amplius à judicio recedere, invito Reo.

Responsum Franch. qui sequitur Bart. in Leni bonis, D. de cess. bonor. licere à quasi contractu discedere, quando quasi contractus introducitur ad favorem aitoris: Et in re nostra, lia contestatur ad favorem Vicini, Ergò potest cedere suo favori. Atque aded distinguenda est major. A quasi contractu non licet di-

1914. Dominus directus excludit Vicinum in jure congrui. Mago decis. 100. Et Dominus utilis praefertur extraneo vicino, Lanar. ad. ad resp. feud. n. 14. Contra Fran. ch. dec. 17. n. 7.

1915. Socius praefertur vicino.

1916. Possessor etiam praefertur.

1917. Ut etiam Colonus Partitarius.

1918. Et Socius in re societatis.

1919. Vicinus potest renunciare juri congrui.

1920. Objectio.

1921. Quando licet recedere à quasi contractu.

discedere, quando est ad favorem recedentis. Nego majorem. Quando est in odium recedentis, Concedo majorem. Distincta pariformiter minori subsumpta. Nego consequentiam.

De re, quae per Jus congrui peti potest.

1922. Non datur jus congrui in re mobili, & se moventi. Non omnis res potest jure congrui retrahi à Vicinis, merito debemus videre: Quae res supponatur huic retractui.

Res est mobilis, se movens, habilis. In re mobili regulariter cessat jus congrui: quia in illa re mobili non cadit gravis affectio: cum earum fluxa, atque inconstans sit natura; nec vicinitas in illis potest regulariter considerari. Inter mobilia adnumera etiam res moventes seipias: ut pecora, l. moventium, D. de verbor. signif. l. à Divo Pio, §. 2. D. de re jud.

1923. Sed sunt, qui affirmant, jus congrui in rebus mobilibus ratione vicinitatis, licet negent ratione consanguinitatis in mobilibus dari retractum, ut Gutierrez praef. lib. 2. q. 165. Gratian. cap. 342. n. 36. Aquoraz in l. 13. Tauri, n. 7. lib. 4. tit. 11. Castill. de usufruct. cap. 74. n. 28. & 29.

1924. Sed datur in re habili. Immobilia ergo Vicini jure congrui gaudent. Nam in illis affectio cadit, Civitatis, familiae decor, atque dignitas augetur, l. 1. §. quamvis, §. sed si servus, D. de ventre inspic.

Inter immobilia adnumera annuos redditus perpetuos, non temporaneos, e. quarelam, de elect. Alciat. in l. moventia, D. de verbor. signif. Censur, pensiones, immobilia censentur: ut si Ecclesiae sint, non possunt insolemniter alienari; l. subemus, Auth. hoc jus portectum, C. de sacros. Eccl. l. fin. §. praeerea, de jure dot. Clement. exiui, §. cumque, de verbor. signif.

Sed quid dicendum de Usufructu?

1925. In usu fructu. Ususfructus vendi nequit, l. si ususfructus, D. de jur. dot. licet possit vendi commoditas, l. necessarius, D. de peric. & commod. Difficultas ergo resolvitur: An, si Domino consentiente vendatur ususfructus (quod fieri potest) datur jus congrui Vicino.

1926. U. usufructus dicitur pars fidi, Scopya ad Merlin. cent. 2. c. 6. n. 4. Affirmat, dari jus congrui in usufructu, Petrus Tholosanus. ff. de ag. 26. cap. 2. n. 4. & alii, quia usufructus est pars domini, & fundi, l. 2. & 4. D. de usufruct.

II. Conducit, quia competit jus congrui ratione domini utilis, Aff. de jur. protomis. in princ. notab. 10. v. item quare an locatarius, n. 30. Gratian. cap. 460. n. 2. & 14. licet deinde ipse cap. 526. n. 14. velit, Vicinum usufructuarium non habere jus congrui in re vicina, cum Roland. conf. 63. n. 3. lib. 1.

1927. Conducit III. quia, qui usufructum stipulatur, assimilatur illi, qui fundi partem stipulatur, l. qui usufructum, D. de verbor. obl. l. si à Reo, l. si reo, D. de fidejuss. l. ab emptore, D. de evict. Et usufructuarium creditur rei Dominus, l. si usufructus, ibi: Quasi Domino. D. de aqua pluvia arc.

1928. Vendatur jus congrui. Sed, si usufructus vendatur Domino proprietatis, tunc Vicinus non habet jus congrui: quia per talem venditionem ususfructus extinguitur, §. fin. Instit. de usufr. l. si usufructuarium, D. usufructuar. quem admod. coveat. Servitutes namque consolidatione cum proprietate extinguntur, l. si tibi homo, §. fin. D. de leg. 1. l. si communi, D. de servit. rust. praed. & ita destructo usufructu, cessat in illo jus congrui, l. quod te, D. si cert. pet.

An Vicinus praferatur, Jure congrui, Usufructuario ementi proprietatem?

1929. Vicinus non praferatur proprietario. Nega. Nam Usufructuarium jure inheretiae est magis conjunctus, quam Vicinus: quia tantum conjungitur jure contiguitatis. Nec refert confusione tunc usufructum extingui. Nam antequam perficiatur emptio proprietatis, & acquiratur dominium, durat usufructus, & durat major conjunctio. Et licet deinde usufructus extingatur, l. si legatarius, D. de legat. 1. non per hoc amittit jus, & retentionem fundi empti. Sicuti Vicinus retinet domum, quam petiit jure congrui; licet deinde propria domus corrumpatur. Ergo retinebit Usufructuarium proprietatem emptam, licet usufructus consolidatione cum proprietate extingatur, l. si communi, 27. D. de servit. rust. praed.

1930. Et ut haec consolidatio servitutis cum proprietate tollat servitutem, debet esse perpetua, d. l. si communi, non ad tempus, l. si legatarius, D. de leg. 1. l. Pa-

1931. pinianus, D. de servit. l. à liberto, ibi: Ususfructum in Consolidatam pristinam restituendum. D. de bonis libert. Un-

de, si Usufructuarium sciat proprietatem à se emptam ad alios debere venire: puta, ad fideicommissarium, tunc usufructus non amittitur, & facta restitutione, redit in pristinam causam, l. à liberto, D. de bonis libertor. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glof. 7. n. 67.

An in bonis Fisco delatis admittatur Jus congrui?

Distinguas: Bona Fisco deferuntur aliquando confiscatione, aliquando ex contractu: Si deferantur confiscatione, cessat jus congrui: nam cessat emptio, c. constitutus, de restit. in integrum. Habet enim tunc Fiscus rei dominium, l. Statius Florus, §. Cornelio, D. de jure Fisc. sicuti filius habet dominium bonorum patris, l. si deportatus, 1. C. de bonis proscript.

Si vero deferantur ex contractu: ut si emere velit vel ratione hypothecae, Vicinus habet jus praetationis, & congrui. Nam in hoc Fiscus utitur jure privatorum, l. 1. C. de jure Fisc. lib. 10. l. cum quidam, §. fiscus, D. de usur. nec habet privilegium jure non expressum, Glof. in litem veniunt, §. in publicorum, v. publica, D. de petit. hered.

An datur Jus congrui in usu, communi habitatione, actione personali.

Supponimus, pluribus competere jus, vel actionem ad fundum: & inquirimus: an datur jus congrui, si unus velit vendere suam portionem extraneo?

Et affirmamus, dari jus congrui, itaut possit cogi vicinus ad vendendam rem consocio illius juris, & actionis & consociis potest agere actione personali ad habendum totum fundum sibi debitum, Gutierrez 2. praef. q. 165. n. 1. Lopez ad l. 55. tit. 1. p. 5. glof. 2. Azaved. ad l. 13. Tauri, n. 7. lib. 1. tit. 11. Castill. de usufr. cap. 74. n. 78. Gratian. cap. 342. n. 23. Ruin. lib. 4. conf. 143. n. 19. lib. 4.

Debet tamen idem pretium solvi, l. necesse, D. de in diem adjct. l. 1. de privil. credit. l. 1. §. si in emptorem, D. de minor. Felin. in c. Ecclesia Sancta Maria, v. testata declaratio, n. 41. de constit. Surd. dec. 205. n. 3. lib. 2. qui loquuntur in specie de conductione, Berous lib. 1. conf. 137. n. 12. Guid. Papa sing. 780. Marfil. sing. 441. n. 1. Soccin. lib. 4. conf. 58. Ripa in l. quominus, n. 104. de flumin. Oldrad. conf. 34. Bald. in l. 1. num. 6. C. qui testam. fac.

An habens pignus, vel hypothecam in re Vicini, habeat etiam in tali re Jus congrui?

Nega. Aff. decis. 339. Nam petens jus congrui debet esse Dominus, saltè putativus, vel bonae fidei possessor rei vicinæ, Franch. decis. 242. n. 3. ex l. suos, D. de leg. 3.

Imò, si res detur in pignus, vel in hypothecam, Vicinus non praefertur, dicens se velle hypothecare, vel recipere in pignus rem hypothecandam, vel pignorandam, Aff. l. c. ubi Urfill. Paris. vol. 3. conf. 82. n. 32.

Quid dicendum in fructibus pendentibus: an scilicet in illis datur jus congrui, & Vicinus possit illos emere, vendendo extraneum?

Distinguas: Vel fructus venduntur una cum praedio, vel sine praedio. Primum, affirmo. Nam tunc fructus sunt pars praedii, l. fructus pendentibus, D. de res. vindic. Et idem jus competit respectu totius, & partis, l. jurisgentium, 7. §. adeo, D. de part. l. pars, D. pro derelict. l. si servus, D. de acq. hered. c. Pastoralis, §. sed cum totum, de offic. Deleg. Et vendito fundo, intelliguntur venditi fructus pendentibus, l. Julianus, §. si fructibus, D. de act. empr. Si vero vendantur fructus sine praedio, cessat in illis jus congrui. Nam censentur à solo separati, arg. l. 1. D. de milit. testamen. Et non censentur pars fundi, l. in edibus, §. 1. l. cum te donatione, D. de donat. Ubi fructus pendentibus non augent aestimationem fundi donati ad effectum requirendi insinuationem, Gratian. c. 311. n. 26. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. n. 42.

An Emphyteuta, & Superficiarius habeant jus retractus in re vicini?

Affirma. Gratian. c. 460. num. 3. post Aff. & Napolitan. Nam habent dominium utile, ratione cuius com-

1932. In bonis confiscatis cessat jus congrui.

1933. Non in emptis à fisco.

1934. Datur consocio pro jure, & actione.

1935. Soluta eadem pretio.

1936. Creditor caret jure congrui in pignore.

1937. Datur jus congrui in fructibus pendentibus.

1938. Non colligitur.

1939.

Super-competit jus congrui ; & superficiarii sunt æquiparati emphyteute, Menoch. de retinenda possess. remed. habet jus 4. n. 31. & superficies est facies loci, quæ oculis congruitur. Menoch. de arbitr. casu 31. Vacon. 2. declarationum juris, c. 81. Sed est gravior difficultas.

sanguinis ; puto tamen deficiente Consanguineo ; Vicinum præferri extraneo. I. quia, ita fovetur pax inter Vicinos, & quies illorum, qui inviti admitterent extraneum. II. quia eadem æquitas, quæ currit in allodialibus, venit etiam in bonis feudilibus Facit Maltrill. decis. 3. n. 20. de Ponte decis. 11. num. 6.

An Jus congrui currat in re emphyteutica?

An Jus congrui possit cedi alteri?

1941. Affirma. Nam Venditor habet dominium utile, in quod cadit jus congrui, Alex. lib. 6. conf. 27. n. 4. Bald. & Ang. in l. ante penult. D. de pass. Jas. conf. 224. Velasc. de jar. emphyt. q. 17. n. 14. lib. 3. Gratian. c. 460. n. 78. ubi decum refert in una Romana domus retrahitur 16. Febr. 1590. Accepitque rem eodem sub onere, Covar. 3. var. cap. 11. n. 3. Intrig. singul. 328. & servari ait Affl. de jure protomis. in princ. v. quæro, an jus, num. 7.

Potest unà cum re, Franch. decis. 242. n. 1. post Napodan. ad Consuet. Si ex uno, v. nisi, de jure congr. Salyc. in l. ad officium, Cod. comm. divid. Coras. 3. miscell. cap. 3. n. 7. undè Vicinus potest facultatem juris congrui alteri concedere, si transferat in alium illam rem vicinam. Nam ratione rei competit jus congrui, Alberic. in l. qui solidum, §. prædia, D. de leg. 2. Castrens. in l. apud antiquos, C. de furt. Paris. lib. 3. conf. 32. n. 26. Tirag. de retrah. lignag. §. 26. gloss. 1. n. 39. Gratian. c. 742. Paris. conf. l. c. Sed congruè hic quæres.

1950. Jus congrui potest cedi.

An prælatio retrahitur, quæ unà competit, possit ab ipso alteri concedi?

1942. Intelligas, Domino directo consensiente. Nam si ipse velit pro se rem habere, tunc præfertur Vicino, & Consanguineo, l. Imperator, ubi Ang. D. de pass. Cappc. dec. 99. n. 1. Franch. dec. 61. p. 4. Ceterum, illo pro se nolente, æquius est, Vicinum admitti eisdem conditionibus, Covar. 3. variar. c. 11. n. 3. in fin.

Casus. Dominus directus præfertur Vicino in re emphyteutica, ex l. 2. C. de jur. emphyt. Cappc. dec. 99. Franch. dec. 610. Ricc. collect. decis. 6. de Ponte decis. 3. Thorus tom. 1. decis. v. jus congrui, an re vendita, Gratian. cap. 460. n. 36. Nunc inquirimus: an Dominus directus possit hanc prælationem cedere extraneo emptori? Et contra Mignion. ad Consuet. Antegavens. p. 12. art. 547. videtur cum Tholos. Syntagm. lib. 26. cap. 13. n. 1. negandum, DD. in l. ad officium, C. comm. divid. Probat. Nam jus retrahitur est privilegium, quod non debet extendi, ubi jure taxatum invenitur. II. Quia, si ipse non esset, non posset cedere.

1951. Nequit cedi jus retrahitur.

1943. Idemque dicas de Conductore perpetuo, Censuario, Livellario, qui tantum nomine ab Emphyteuta differunt; secundum Angel. conf. 184. n. 3. Tirag. de retrah. lignag. §. 34. gloss. 1. n. 1. ubi ait, somniasse illos, qui vocabula, & discrimina in his invenerunt. Sufficit enim utile dominium transferri in his omnibus.

Ergo, etiam quando non vult uti: nam paria sunt non esse, & nolle uti, l. sive, §. fin. D. de jur. patron. l. si ex modica, §. filius, D. de bonis libertor. l. 2. §. sed si fuit sui, ubi Bart. D. ad Tertill. Bartill. l. 1. §. filium, q. 3. D. de bonor. possess. contra sab. arg. l. fin. C. ad l. Flaviam, de plagiar. ubi idem est, inutilem filium, & nullum filium habere, Alex. lib. 6. conf. 27. n. 7. Ita etiam Statutum excludens fœminas, extantibus masculis, intelligitur, extantibus filiis hæredibus; non verò, si filii nolint, vel nequeant habere hæreditatem, Bald. & Salyc. in l. maximum vitium, C. de lib. præter. Ergo, si quis nolit uti jure congrui, ita est, ac si desit. Sed qui desit, non potest cedere. Ergo

1952. Non esse, uti, sunt paria.

1944. Hinc, in concessione ad vitam datur Vicino retrahitur. Nam censetur concessio perpetua: cum sit ad longum tempus, & consequenter cum translatione domini utilis, Alex. conf. 109. lib. 3. Pineil. lib. 1. p. 3. n. 63. C. de bonis maternis, Dec. conf. 203. n. 2. Vincent. Anna sing. 325. Covar. 2. var. cap. 16. n. 3. Molina de primog. cap. 2. lib. 1. n. 29. decisum apud Gratian. cap. 460. n. 40.

Facit. Tantùm inveniri in Jure jus congrui concessum Domino directo pro se, l. fin. C. de jur. emphyt non verò invenitur, ut possit alteri dare in præjudicium Vicini, Guid. Pap. dec. 411. Et finis, cur dicitur jus congrui, est; nè bona deveniant ad extraneos. Ergo Extraneo jus congrui cedi nequit, arg. l. fin. & l. si plures, D. de administr. tut. l. unic. C. qui mulier. excusetur, lib. 10. l. si nemo, D. de testam. tutel. Sic, nec dotis prælatio potest cedi personis non expressis in Jure, l. 1. D. de privileg. dot. Boer. dec. 139. n. 3. ubi rectè monet, retractum posse cedi consanguineo, cui debetur; nam tunc nulli præjudicat. Sicuti, & feudi refutatio fieri potest in proximè successorum, c. 1. §. porrà, qualiter olim poterat feud. alien. adsonant tex. in l. si usufructus, D. de jure dot. & in c. 1. §. sed etiam res, per quas fiat invest. no in cap. 1. de alienat. patern. feud. & est communis DD. sententia, ut plene ostendit D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 57. n. 3. & seq.

1953. Nequit vicino pro Judicari.

1945. Idemque dicas de locatione ad longum tempus; scilicet dari jus congrui. Nam tunc contractus transfert utile dominium, arg. tex. in Clement. 1. de reb. Eccl. non alien. non solet, D. locat. Alex. lib. 3. conf. 104. n. 3. Dec. in Auth. qui rem, v. sed existente, C. de sacros. Eccles. Natia conf. 114. n. 9. Et transit in contractum emphyteuticum, c. 1. §. donare, Qualiter olim feudum, poter. alienar. Dinus, & Bart. in l. codicillis, §. instituto D. leg. 2. Ruin. lib. 1. conf. 156. n. 6. Valasc. de jur. emphyt. q. 4. num. 1.

An in datione in solutum fit locus retrahitur?

In quibus contractibus datur jus congrui? Nostra Const. Sancimus admodo, in princ. tantùm vult, jus congrui habere locum in contractu emptionis, emphyteusis, locationis, & asseritur, non licere rem ita alienare, nisi alienatio denunciatur ordinatim, parentibus, conjunctis, sociis illis, qui sunt in eodem servitio vicini. In emptione ergo datur jus congrui, Franch. dec. 277. 482. & 538. Et in hac Civitate est Consuet. quæ incip. Si quis emit, tit. de jure congrui, Gratian. to. 1. disc. cap. 67. Gutt. pract. q. 157. lib. 2. Exuberant in hoc contractu emptionis difficultates. Nam venditionis nomine veniunt omnes alienationes onerosæ, l. sicut, §. venditionis, D. quib. modis pignus solvit. Fatendum tamen, latam illam significationem

1954. Nequit vicino pro Judicari.

1946. Affirma. Nam datio insolutum est loco venditionis, si species pro quantitate detur, l. si prædium, 4. C. de evict. Bart. in l. elegantèr, D. de pignor. act. Dixi, dationem insolutum esse venditionem, quando datur species pro quantitate. Nam si detur species pro specie, non est loco venditionis; sed est permutatio, l. si quis aleam, D. de solut. Azcu. lib. 5. tit. 11. n. 72. tom. 3. Et hoc, sive datio insolutum sit necessaria, sive voluntaria, Alber. in l. si prædium, n. 3. C. de evict. Cifuentes ad l. 70. Tauri, q. 40. ubi Arias n. 19. Guttier. pract. lib. 1. qu. 157. & hoc sive adjudicatio fiat creditori, sive tertio, qui solvat pretium creditori, Franch. dec. 277. & 482. n. 1. Azcu. l. c.

Quod si ad memoriam revocare velis, quid sit datio insolutum?

1947. Quid sit datio insolutum? Dicis, dationem insolutum esse, quando bona debitoris assignantur Creditori loco venditionis crediti juxta pretio. Et tunc dicimus, Vicinum, soluto illo pretio, excludere Creditorem in re data insolutum; ex eo quia tunc adjudicatio illa est veluti venditio, ut patet ex dictis, l. si prædium, 4. C. de evictioib.

An in Feudis datur Jus congrui?

1948. Si loquamur de retractu gentilitio: tunc dari in feudis, tenent Jo: Faber in §. instit. de empt. & vendit. Capolla conf. 44. ex cap. 1. §. Titius, Si de feudo defuncti, ex cap. 1. §. porrà, Per quas fiat investitur. cap. 1. §. sed & rei, Qualiter olim poter. feudum alienar. Rotis. in Rubr. Pragm. de feud. n. 17. ubi citat 22. Doctores, & ait, Proximiores posse retrahere feudum Vicino alienante, refuso pretio intra annum, qui Cognati præferuntur Vicinis, cap. 1. §. sed & rei, tit. de alien. feudor.

1955. Nequit vicino pro Judicari.

1949. Sed ego licet admittam in feudis præferri jus Tam. II. Lib. III.

1956. Datur jus congrui.

1957. In emptione

1958. Cujus nominis veniunt omnes alienationes onerosæ, l. sicut, §. venditionis, D. quib. modis pignus solvit.

coarctandam in re nostra ad propriam. Nam sumus in Jure exorbitanti, l. fin. C. de prædiis curial. lib. 10. Propria autem significatio contractus venditionis est, ut sit distractio rei pro pretio. Adsonat assuetus loquendi modus, cui bonus juris Interpres debet nomen dare: Cum communis usus sit attendendus, etiam contra significationem propriam vocabuli, l. librorum, §. quod tamen Cassius, D. de leg. 3. l. Labed, D. de suppl. leg. c. ex literis, de sponsal. quibus post Alex. & Jas. subscribit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glof. 2. n. 3. Sed prima difficultas est,

An Vicinus habeat jus congrui, si contractus venditionis sit nullus: puta, factus à prodigo, à pupillo, &c.

1959. Communis loquendi usus attenditur.

1960. Cum nullus non possit contra tab. l. 4. condemnatum, D. de re jud. d. 13. hac verba, D. de negot. gest. & ex nihilo nihil fit, ut jus est. l. ejus, qui in provincia, D. de reb. credit. Ergo ex venditione nulla cessat jus congrui, sicuti cessat domini translatio. Et si nulla est emptio, pretium solutum repetitur, ut indebitum, l. seruum meum, 27. D. de condit. ind. Capolla cons. civil. 44.

1961. Vicini possunt agere, ut valideretur contractus nullus.

Nega. Nam venditionis nomine non utitur contractus nullus, l. non putavit, §. non quævis, D. de bonor. possess. contra tab. l. 4. condemnatum, D. de re jud. d. 13. hac verba, D. de negot. gest. & ex nihilo nihil fit, l. ejus, qui in provincia, D. de reb. credit. Ergo ex venditione nulla cessat jus congrui, sicuti cessat domini translatio. Et si nulla est emptio, pretium solutum repetitur, ut indebitum, l. seruum meum, 27. D. de condit. ind. Capolla cons. civil. 44.

Sed si sit in libertate Venditoris, nullum dicere contractum, & nolit dicere nullum, ut potest, ex l. cum interdictæ, C. arbit. tutel. l. Julianus, §. si quis colludente, D. de act. emp. cap. si qua de rebus, 12. q. 11. tunc, ut fraudibus præcludatur via, & ne Venditores ad excludendos Vicinos ludant nullis contractibus, amittentibus ipsis requisitas solemnitates, puto, Vicinos posse agere ad validandum contractum, vel ad ostendendum titulum, quo Emptor rem obtinet, nec posse repellere exceptione (tua non interest) l. ille à quo, §. 1. D. ad Turpill. Nam ratione juris congrui, interest scire: an, & qui contractus subsistat? Tiraq. loc. cit. n. 10.

An competat Jus congrui, si in venditione sit appositum pactum: ne dominium transferatur, nisi pretio saluto?

Affirmat Affl. dec. 338. Tiraq. de retractat. lignag. §. 1. glof. 2. n. 36. & 38. locum esse juri congrui. Nam illud pactum, ne transferatur dominium pretio non soluto, nihil operatur in præjudicium vicini, & tertii, ut ibidem Affl. n. 9. ubi Carav. Bald. in c. 1. de prohib. feudi alienat. per Federic. Non enim possunt Contractantes præjudicare Vicinis offerentibus.

Negat Boer. dec. 112. n. 2. tunc dari jus congrui, & fatetur, non currere tempus ad retrahendum, Nam cessat tunc dominium, & res, quæ possit transire in Emptorem, & per Vicinos peti jure congrui. Ergo debet cessare jus congrui: & placet, nisi fiat in fraudem Vicini.

An requirens suam rem iam venditam cum pacto de retrovendendo, excludat Vicinum?

Vicinum tunc carere jure congrui, vult Affl. d. dec. 338. n. 2. ubi fatetur, ita obtinuisse, quia venditio cum pacto de retrovendendo, vel retrovendendo, non est vera venditio: sed est contractus pignoratitius; in quo contractu pignoratitio non datur jus congrui. Quod verò sit contractus veluti pignoris, ex eo patere possit: quia, restituta pecunia accepta, rehatet rem venditam, quod est proprium pignoris, Soccin. vol. 1. conf. 18.

Sed res ista mihi videtur difficultatibus plena. Nam gratis omnino asseritur, venditionem cum pacto de retrovendendo esse contractum pignoratitium. Cum pactum de retrovendendo non tollat essentiam venditionis. Ergo, non facit rem venditam esse pignus, nec tollit jus congrui. Idque probatur, Quia pactum de retrovendendo, sive ad favorem Emptoris, ut scil. possit, quando vult rem emptam dare Venditori, recepto pretio; Sive ad favorem Venditoris: Sive utriusque etiam si perpetuo possit fieri redemptio, hoc inquam pactum est probatum Jure Divino, Canonico, & Civili, durante natura venditionis. Patet hoc Levitic. 25. n. 34. Extravag. Regimini. de empt. & vend. Extravag. Cum onus, de censib. cap. cum Joannes, de fide instrum. cap. illa vos, de pignor. cap. ad nostram, de empt. & vendit. text. formalis

1966. Pactum retrovendendi.

1967.

in l. si res, 3. de contrah. empt. l. 2. & 3. de in diem adject. l. sed Celsus, l. & si consensum, 15. l. qui fundum, 75. D. de contrah. empt. l. 2. C. de pact. l. 42. tit. 5. partita 5. Gomez 2. var. cap. 2. Lessius lib. 2. cap. 21. dubit. 23. Angelo v. usura, 1. n. 65. Corrac. de contract. q. 83. Navar. cap. 17. n. 47. S. v. emptio.

Est ergo venditionis, non pignoris contractus, venditio cum pacto de retrovendendo, dummodo partes re ipsa velint vendere, & vendant justo pretio; secus si nolint vendere, tunc erit pignus palliatum venditione, & erit usura, Gramac. dec. 138. n. 2. l. fundi partem, 79. D. de contrah. emp. Reginald. lib. 25. cap. 17. n. 293. Garfius de contract. cap. 4. n. 2. Nam venditio sine re vendita nequit intelligi, l. nec emptio, 8. l. in venditionib. 9. D. de contrah. empt.

An Vendens possit pacisci, se velle præferri Vicinis in redimendo?

Affirmat Ripa in l. 1. n. 20. D. de privileg. credit. Pisanell. ad Affl. dec. 338. v. venditio. Sed dubium est: an tale pactum possit apponi in præjudicium vicini contra d. Constit. Sancimus. Et ratio duditandi est, quia contra legem nemo potest pacta facere, l. non dubium, C. de legib. & nemo potest suo pacto præjudicare alicui, nec habent jus congrui.

An detur jus congrui, quando adest pactum de retrovendendo?

Affirmat Affl. l. c. n. 10. post Napad. in Consuet. v. e. mit. de jure congr. Paul. de Castro cons. 323. Tiraq. & alii, licet Affl. deinde dec. 339. dixerit, non esse locum juri congrui, quando est pactum de retrovendendo, & pretium solutum est exiguum: quia tunc, si pretium est exiguum, emptio est simulata, & est pignus, non emptio: & in pignore non datur jus congrui.

Hanc prima decisio currit, quando pretium non est exiguum; sed æquale ad regulas Justitiæ commutativæ, Jason. vol. 4. cons. 133. Dec. conf. 292. Nam si pretium sit exiguum: cum non præsumatur Justitia commutativa, præsumitur pignoratitius contractus usurarius, ex cap. per vestras, de empt. & vend. Mol. disp. 371. Azor. 3. p. lib. 8. c. 12. qu. 1. Idemque esset, si vililitas pretii non attingeret medietatem valoris rei, Alias conditiones videas in d. cap. per vestras.

In foro verò interno non statur huic præsumptioni, sed veritati; & cessantibus illis conditionibus, de quibus in d. cap. per vestras, contractus, nec in foro externo esset usurarius; essetque vera venditio; & curreret in illo jus congrui. Cyn. & Salyc. in lab. emptione. C. plus valet, quod agitur, Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptorem.

Nota h. c. Quod res vendita cum pacto de retrovendendo petitur à Vicino jure congrui sub eodem onere, Franc. dec. 506. n. 18. Affl. dec. 338. Papar. l. c. n. 11.

Nota II. Quod habens rem cum pacto de retrovendendo, habet jus congrui in re vicini vendita, Gratian. c. 526. n. 55. Sed, ut hæc clarius retineantur, sit.

An habens dominium resolubile admittatur ad jus congrui?

Dominium resolubile est, quando quis potest illud amittere ex aliquo pacto: puta, l. commissorie, de retrovendendo, de in diem adject. one, vel ex fidei commissu in diem, vel sub conditione, si sine liberis. Quoposito quærimus.

An habens dominium rei, quæ potest ab ipso auferri habeat jus congrui in re Vicini vendenda.

Difficultas ex eo oritur: quia non videtur Dominus ille, qui potest dominium perdere.

Adhuc tamen affirmari dari jus congrui, cum Gratian. c. 742. n. 30. Nam re ipsa est Dominus, Tiraq. de retract. consent. §. 2. glof. 1. n. 1. Affl. de jure protomis. §. 13. n. 21. & dec. 339. n. 9. Muta ad Consuet. Panormit. c. 26. n. 91. Rendell. de jure protomis. in animadvers. ad princip. n. 11. Si ergo est Dominus rei habitæ cum pacto de retrovendendo, vel cum pacto adjectionis in diem, l. 2. D. de in diem adject. vel cum pacto legis commissoriæ l. 1. D. de leg. commiss. merito habebit etiam jus congrui.

Nec officit, rem posse ab ipso tolli adventu diei, resolutione pacti, vel purificata conditione.

1968. Non tollit naturam venditionis.

1969. Pactum contra legem est invalidum.

1970.

1971.

1972.

Si est pretium tenuerit, est præsumptio, quod non sit emptio.

1973.

1974. Habet jus congrui habens rem cum pacto de retrovendendo.

1975. Dominium resolubile quodammodo fit.

1976. Donec res solvatur dominium est Dominus, & habet jus congrui.

1977.

Nam,

Nam, licet possit perdere dominium, purificata conditione, tamen interim est verus Dominus, l. Julianus, l. §. fin. D. de rei vindic. l. 1. C. de revoc. donat. l. si ancillam, C. de act. empt. l. quemadmodum, §. navis, ibi: Cum incertum sit. D. ad leg. Aquil. l. 1. D. de in litem jurando: ubi essentia rei non mutatur ex eo, quod evenire potest. Ergo erit Dominus, licet accidere possit casus, in quo dominium perdat, Rota in noviss. dec. 445. Affi. dec. 20.

1978. Competit ergo etiam jus congrui hæredi gravato fideicommissio. Nam, donec eveniat casus restituendi, est Dominus, l. 1. C. de revoc. donat. Altobrand. conf. 25. nu. 7. lib. 1. Ergo, jure congrui uti potest.

1979. Nec refert, hæredes fideicommissio gravatos esse usufructuarios, Suarez alleg. 9. nu. 15. in fin. Et cum non sint Domini, nec habere jus congrui.

1980. Nam respondetur, hæredem fideicommissio gravatum esse Dominum. Nam dominium directum non potest esse apud fideicommissarium incertum; cum possit esse, ut fideicommissum non obtineat; sed debet esse apud hæredem, qui restituet rem fideicommissio subjectam, quando eveniet casus restitutionis. Et quod hæres sit Dominus, docent l. 1. de primog. §. 19. nu. 4. lib. 1. Pinell. in l. 1. p. 4. & p. 2. nu. 3. C. de bon. matern. Covar. 1. variat. c. 15. num. 14. Cassill. de usufr. §. 4. num. 3. Gutter. 2. pract. qu. 17. n. 2. Sed hic congruè quæres.

An, adveniente tempore restitutionis, hæres sibi retinere possit rem, quam jure congrui petiit, restituito tantum fideicommissio?

1981. Resp. tantum debere restituere rem fideicommissio subjectam, retenta re, quam petiit jure congrui; etiam si fideicommissarius illam velit, & offerat pretium solutum. Nam jam habuit dominium ante fideicommissarium; & fideicommissarius, ut posterior Dominus, nequit retrahere, quod Antecessor jure domini obtinuit, & obtinet, Peregr. de fideicom. art. 10. nu. 4. Rendell. de jure protomis. v. habeat, nu. 15. Bertan. conf. 379. num. 10. lib. 1. Decian. lib. 1. conf. 52. nu. 64, quos citat, & sequitur Gratian. cap. 742. num. 42.

1982. An habens rem donatam ab Emptore tenetur jure congrui?

1983. Affirma, si fiat in fraudem: puta, si Pater hodie emat, & timens Vicinum venientem per jus congrui ad petendam rem emptam, rem heri emptam, hodie donet filio Clerico, vel alteri. Fraus enim nulli debet regumentum, & patrocinijs præstare, Jason in §. omnium, nu. 77. in l. de act. l. summa, §. 1. D. de peculio, l. fil. ad Affi. dec. 338. nu. 4. Quando autem donatio sit in fraudem, atque aded revocari possit à Vicino; diximus alibi, & videas Dec. conf. 237.

An, si Contractus spontè velint discedere à contractu perfecto. Vicinus præferatur, dissoluto contractu in re distracta?

1984. Punctus difficultatis est: Quia illa dissolutio contractus re vera est alienatio rei, cum pars reacipiatur rem, quæ sub alterius dominio fuit, restituito pretio. Ergo, est reemptio rei propriæ soluto pretio. Accedit, quod pars vendens domum supponitur absolute vendere, & transferre absolute dominium in emptorem; & quando mutuo consensu deinde dissolvitur contractus; ille, qui acquisivit, dominium rei transfert recepto pretio in primum Dominum, & est nova, & vera alienatio. Ergo Vicinus in re illa habebit jus congrui, Nam partes mutuo consensu non possunt præjudicare Vicinis, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 2. nu. 41.

1985. Nec obstat Faul. de Castro. lib. 2. conf. 74. dicens, constitutionem loqui de contractu, & non esse extendendam ad distractum. Porro in re nostra est distractus, Nam dissolvitur prior contractus mutuo consensu partium, Ergo in re non debet dari jus congrui.

1986. Nam contra: Quia re ipsa datur contractus: Cum prior Dominus accipiat rem, quam vendidit soluto pretio. Et si semel dicatur, non dari jus congrui in tali casu; in nullo alio deberet dari; quia omnis contractus, distractus etiam est: Cum accipiat, &

det aliquid, ut latè probo suo loco.

An in Permutatione detur Jus congrui?

1987. Dicis: Quod si detur una res inæstimata cum altera re: ut, do tibi Domum, ut mihi des Rus: do Equum; ut des Bovem; tunc cessat jus congrui. Nam re ipsa non est venditio; sed permutatio; quæ permutatio differt ab emptione, & venditione, l. 1. D. de rer. permut.

1988. Sed, si res detur æstimata: ut tibi do domum, quæ valet mille, & tu dabis prædium, quod valet mille, tunc datur jus congrui: Nam ratione illius æstimationis censetur facta venditio, l. plerumque, D. de jure dot. l. si inter, C. eod. l. ex conventione, ubi Glos. v. venditio, C. de pass. Glos. in l. 1. §. taxata, Cod. de rer. permut. ubi Salycet. Cum ergo tunc sit venditio, datur jus congrui, quod in venditione currit, d. Constitut. Sancimus admodum.

1989. Similitèr datur jus congrui, si permutetur vinum cum re mobili, & vinum illic vendatur. Nam tunc censetur venditio: cum animus non erat habendi rem permutatam; sed habendi pecuniam; & vinum successit loco pretii, quod sufficit ad venditionem, sed Julianus, §. mutui datio, D. ad Macedon. Sicuti etiam daretur jus congrui, si fraudulentè fieret permutatio ad excludendum Vicinum, Thor. p. 1. comp. v. jus protomis. Papar. l. c. n. 3.

1990. Illud adnotabis, in dote æstimata titulo venditionis, dari jus congrui, non verò si æstimatio sit facta ad sciendum valorem rei dotalis, * de qua Senatus Sabaudia tractavit apud Ant. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 7. de jure dot. de fin. 24. & 44. & scribunt alii, quos sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. obfero. 12. num. 18. Nam tunc, cum sit venditio, & emptio dotis à Marito, habet locum jus congrui: sicuti in omnibus emptionibus, & venditionibus. Quæ emptio cessat, quando æstimatio dotis est facta ad indagandum valorem rei dotalis: tunc enim nulla intercedit venditio, l. si ego Seja, 9. §. plenè si rerum, D. de jure dot. l. cum inter virum, 21. C. eod. Affi. dec. 37. num. 6. l. quoties, 16. l. si maxcipia, l. æstimata, l. si æstimati, D. solut. matrim. Merito ergo, quando dos est æstimata ad vendendum: non verò quando est æstimata ad sciendum valorem, datur jus congrui, Gratian. c. 745. nu. 93.

An detur Jus congrui in venditione necessaria?

1991. Venditio necessaria dicitur, quæ invitis partibus fit: puta, ad construendam Ecclesiam sub hasta, in Judicio.

1992. Et in tali venditione necessaria, negant dari jus congrui, Roman. conf. 107. Dec. conf. 159. col. 2. Signorol. conf. 172. num. 7. Alexand. conf. 52. nu. 4. lib. 1. Accipit Cappo. dec. 99. num. 4. Gratian. c. 826. nu. 23. Napolan. & alii. Quæ probatur: quia non est vera venditio, cum sit sine consensu partium, quando à Judice sit parte repugnante, l. 2. C. de contrab. empt. l. consensu, D. de act. & oblig. Si ergo tunc non adest vera venditio; cum desit partium consensus; neque debet dari jus congrui.

1993. Sed mihi oppido semper placuit opposita sententia: sc. dari jus congrui, etiam quando venditio est necessaria. Quæ probatur: quia adhuc perseverat conceptus, & essentia veræ venditionis, & emptionis. Ergo debet dari jus congrui.

1994. Nec te listat, alienationem fieri, parte invita, & sic sine consensu requisito ad contractum venditionis. Nam Pars tunc est irrationabiliter invita: & qui irrationabiliter dissentit, censetur consentire, ut latissime, cum de legibus probatur: & ita hæc nostra sententia servatur in praxi S. R. C. scilicet, vicinum in talibus licitationibus præferri, Francb. decis. 277. & dec. 588. in fin. Magon. dec. Florent. 100. Thorus p. 2. compend. decis. v. jus congrui, Papar. l. c. nu. 10. & etiam decisum refert de Marinis tom. 1. quotid. confetur cap. 256. num. 33. Petra ad Cappo. dec. 99. num. 5. ex l. 1. & 2. G. si in causam judic. l. si prædium, C. de viti.

1995. Et nota ex Francb. d. decis. 588. nu. 10. & dec. 224. quod Vicinus avocans rem jure congrui solvit integrum pretium; capiens verò jure licitationis lucratur sextam pretii partem, ex Bart. in l. si duo societatem, §. arbitrium, D. pro socio.

1987. In permutatione cessat jus congrui.

1988. Nisi detur res æstimata.

1989. Vel res succedat loco pretii.

1990. In dote æstimata ad faciendam venditionem datur jus congrui.

1991. Factum Judicis, est factum partis, si piguori, 30. in fin. D. fam. & c.

1992. Datur etiam in venditione necessaria.

1993. Irrationabiliter dissentiens, consentit.

1994. Datur etiam in venditione necessaria.

1995. Irrationabiliter dissentiens, consentit.

Hæres est Dominus fideicommissi.

Hæres retinet rem, quam petiit jure congrui.

Jus congrui procedit in re emptæ & illic donata in fraudem.

Procedit in dissolutione contractus.

1997. Scio tamen aliud practitari Romæ ob *Bullam Greg. XIII. de jure congr.* ubi Summus Pontifex dat jus congrui in alienatione voluntaria spontè facta, non in alienatione facta necessariò, vel subhastatione, decreto Judicis. Nam non intelligitur alienatio spontè facta, quæ sit ad petitionem alterius; sed illa alienatio dicitur spontanea: hoc est spontè facta, quæ sit motu proprio; sicuti spontaneè venire dicitur ille, qui venit liberè à nullo perquisitus. *Decian. in l. velle non creditur. 4. num. 6. D. de reg. jur. Anchar. in Clem. presenti. num. 5. de censib. Cagnol. in l. qui cum alio. 19. num. 31. D. de reg. jur.* Nec spontè dicitur fieri id, ad quod quis cogitur, *Dec. in cap. cum M. Ferrar. num. 34. de constit. Sard. lib. 3. conf. 361. nu. 17. ex l. 1. C. de testam. tutel.* Si ergò *Gregorius XIII.* non solum exigit, ut voluntariè, sed etiam, ut spontè fiat alienatio; sequitur, alienationem factam necessariò, Judice cogente, & parte invita, non admittere jus congrui. Nam, licet sit vera venditio voluntariè facta, non tamen est spontaneè facta: ut enim sciunt Theologi differt voluntarium à spontaneo. Ita Damnatu ducitur ad trimes voluntariè, non spontè. Ergò, cum alienatio debeat esse spontanea ex vi d. *Bulla*, quando est coacta à Judice, cessat jus congrui, & ita assidue servari in praxi in Curia Romana testatur *Gratiam. c. 544. num. 30.*

1998. Roma alienatio de bet esse spontanea facta motu proprio

1999. Voluntarium à spontanea differt.

2000. Sed Neapoli servatur oppositum ex *Extravag. Sancimus admoas. de jure protomis. Quæ Constit.* non loquitur de venditione spontanea; sed de venditione simpliciter, sine tali addito minuente: siue fiat venditio subhastatione: siue datione insolutum. Nam re ipsa venditiones sunt præcedente facto debitoris, qui irrationabiliter tunc esset invitatus, si nollet bona sua ita distrahi: cum alia via debitum solvi non posset, *Franch. dec. 277. & 432. nu. 1. Azo. cod. lib. 5. tit. 11. l. 7. num. 71. tom. 3. Rendell. de jure protomis. non aliter. num. 67. Lopez ad l. 55. glo. v. vendit. tit. 5. partita 5. C. i. juentes ad leg. 70. Tauri. qu. 40. Gutierrez. lib. 1. practicar. q. 157.*

2001. Neapoli factis est, si alienatio sit necessaria.

Et ex tali alienatione necessariò facta, etiam laudemium debetur, si res vendita sit emphyteutica, *Theaur. dec. 139. Bald. conf. 306. lib. 1. Rendell. l. c. n. 57. Franch. l. cit. & decis. 432. num. 2.* & ita à Senatu Sabaudia tractatum testatur *Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de jure emphyt. def. n. 23.* Et hoc, nè aperiat via fraudibus: nam homines, nè solverent laudemium, fingerent se debitores, *Franch. d. decis. 277. Ludovic. dec. 60. num. 7. Alciat. conf. 437.* Ergò, si in ordine ad solvendum laudemium est vera venditio; ita etiam in ordine ad jus congrui.

An Venditor teneatur de evictione, si res vendita jure congrui ab Emptore auferatur?

2002. UT difficultas augeatur, præsupponamus, Venditorem in venditione iniisse pactum, quo promiserit, se velle, facere consentire in rei venditione, alium quilibet interesse prætendentem de præsentis, de præterito, & in futurum; tunc enim confurgit difficultas: an teneatur procurare pro viribus, ut vicini consentiant, & cedant jus congrui? Videtur namque ratione promissionis, qua se obligavit procurare consensum cujuslibet prætendentis interesse, obligatus ad arcendum vicinum ad hoc, ut cedat jus congrui: vel ut non molestat emptorem.

2003. Sed adhuc ad controversiam respondendum censemus; tunc Venditorem non teneri de evictione, si Vicinus petat domum venditam in judicio jure congrui: ita practicum in una Romana retractus 28. Aprilis 1660. testatur *Gratian. cap. 205. num. 4.*

Probatur. Quia evictio tunc tantum currit, quando res vendita evincitur, quia non fuit libera Venditoris; tunc enim in judicio res auferatur ab Emptore, & datur illi, qui in illa re habet dominium, vel hypothecam; Undè meritò Venditor tenetur de evictione. Quod cessat in re nostra: nam res auferatur ab Emptore, non quia non erat Venditori; sed ex speciali beneficio, quod datur Vicino.

2004. Accedit. Quod petens retractum, ubi primum obtinuit rem, solvit illius pretium, & nullum patitur damnum primus Emptor; Undè non est, cur possit

agere de evictione, ratione cujus solum posset petere à Venditore, ut defendat illum in possessione rei venditæ, vel ut pretium solum restituat, *Gloss. in l. minor. 39. v. restitui. D. de euit.*

Nec officit pactum, quo promisit consensum cujuslibet interesse prætendentis de præsentis, aut de futuro. Nam tale pactum intelligitur de interesse habentibus in ipsa re alienata ratione crediti, & ex causa existentis ante contractum, non verò si causa consurgat post contractum: ut est in re nostra; in qua jus congrui non debetur ante perfectam venditionem, sed post, *l. 3. l. Lucius. D. de euit. l. 1. Cod. de peric. & comm. rei vend.* Et futurus casus ad Emptorem, non ad Venditorem spectat, *Roman. conf. 503. num. 12.* Requiritur ergò, ut expressè promittat securitatem adversus retractum, secus non jvabitur illa generali promissione, *Gratian. loc. cit. nu. 10. post Bart. in l. si familia. 14. v. vide istam. Cod. fam. ercisc.*

DE PERSONIS, QUIBUS COMPETIT JUS CONGRUI.

An Dominus census consignatiui, vel reservatiui præferatur Vicino?

2006. Evocamus ad memoriam dari tres species census: *Consignatiui*, scil. *Reservatiui*, & *Emphyteutici*. *Consignativus* est, quando quis emit in alienis rebus annuam pensionem, siue annum censum ei solvendum. *Reservativus* est, quando quis vendit aliqua bona, & in illis sibi reservat annum Canonem putà, vendit domum, & reservat in illa domo sibi decem annuatim.

2007. Censu species quæ sunt.

2008. Censu species quæ sunt.

2009. Censu species quæ sunt.

2010. Censu species quæ sunt.

2011. Censu species quæ sunt.

2012. Censu species quæ sunt.

2013. Censu species quæ sunt.

2014. Censu species quæ sunt.

Census emphyteuticus est, quando quis reservat sibi dominium proprietatis, & transfert in alium dominium utile, & in recognitionem *dominii dire-cti*, solvit canonem sub pœna incidendi in commissum: scil. amittendi rem emphyteuticam in defectu solutionis. De quo, Deo dante, uberrus in propria materia.

Nunc confurgit difficultas: an ille, qui exigit censum annuatim, præferatur in re censuata Vicinis, in casu alienationis illius rei?

Difficultatem facit *Bulla Pii V. de censib.* quæ vult, ut in alienatione rei censualis denunciatur alienatio illi, qui habet jus exigendi pensionem census, ita ut Dominus census aliis præferatur Emptoribus.

Et præferri Vicinis, videtur colligi ex d. *Bulla*, & docet *Boccac. de censib. p. 2. n. 62.*

Sed oppositum tenendum: sc. Dominum census non præferri Vicinis.

Probatur I. Quando census est reservativus, vel consignativus, tunc transfertur plenum dominiu: ita ut plenus Dominus sit ille, qui teneturolvere annuatim censum. Sed quando venditur res supposita censui, transfertur in emptorem plenum dominium. Ergò Dominus census nihil vicinitatis habet in re censuata.

Probatur II. Quia secus aperiretur via fraudibus. Nam, unusquisque ad excludendum Vicinum habentem jus congrui, constitueret censum in favorem Emptoris, quæ janua fraudibus claudenda est, *l. in fundo. D. de rei vind. cap. sedes. de rescriptis.*

Et ita decisum in *Rota in una Romana domus 22. Junii 1611.* refert *Cencius de censibus p. 2. cap. 2. q. 17. art. 3. num. 9. Gratian. cap. 276. num. 4. de Marius 1. quotid. c. 232. num. 6. Ridoifin. part. 2. praxis Cur. Rom. c. 13. nu. 65. post Ferantill. ad Buratt. dec. 937. nu. 23. Nauar. de usur. q. 44. num. 117.*

Nec obstat *Bulla Pii V.* Nam intelligitur, ut Dominus census præferatur aliis extraneis carentibus vicinitate, non verò ut præferatur Vicinis, *Nauar. l. c. num. 2. & cap. 742. num. 6. Decisio Rota 306.* apud *Cenc. l. c.* Accedat *Bullam Pii V.* non esse receptam in nostro Regno, de *Ponto lib. 2. conf. 41. n. 37. Constant. in tit. C. de usur. finalib. num. 42. lib. 10. Ant. de Armato lib. 2. var. resolut. resol. 54. de Marin. l. c. num. 10. cap. num. 100. num. 11.*

Non solum Vicinus, sed etiam Inquilinus præferatur Domino census, *Rota in una Romana retractus.*

2015. *Bus.* 29. *Januarii* 1629. coram *Morlino, Ridolfin. l.c.*
Nota etiam hic ex *Franch. decis. 17. nu. 8.* solven-
tem censum non præferri Emptori, si census ven-
datur à Domino, qui exigit censum.

2016. Diſta currunt, quando census non est emphyteu-
ticus. Nam tunc, ut supra dicebamus, Dominus di-
rectus præfertur, si vendatur res emphyteutica, &
præfertur omnibus etiam Confanguineis. *l. 2. Cod. de
jure emphyt. Capyc. dec. 99. Amat. l. c. num. 23. Ricc. col-
lehan. 1395.*

*An Jus congrui habeat locum inter Clericos,
& Laicos.*

2017. Hæc controversia sumit ansam difficultatis ex
Clericus legibus laicis non subjacet.
eo: quia Clericus non est suppositus legi laicæ, *Grä-
mat. decis. 29. num. 15.* & in ipso non currit *d. Extra-
uag. Sancimus.*

2018. I. Sententia docet, dari jus congrui inter Cleri-
cum, & Laicum, & dari Laico contra Clericum, *Gut-
tier. lib. 2. cap. 156. Franchis dec. 285. num. 1. Amend.
ad Franch. dec. 350. num. 1. Joan. de Amicis conf. 14.
num. 3. Roland. lib. 1. conf. 21. num. 6. Lopez l. 55. tit. 5.
part. 5. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glof. 13. num. 2.* qui
id facitur, etiam si jus congrui sit per Statutum fa-
ctum à laico, ex autoritate *Bart. in l. cunctos popu-
los, col. 9. c. de summa Trinit. & Fid. Catbol. Gratian.
in cap. 742. num. 16.*

2019. Moventur: quia actio juris congrui est in rem
Juris congrui actio est in rem
scripta, quæ sequitur possessorem rei, & transit cum
tali onere ad quemcumque etiam Clericum: sicuti
hypothecca transit cum re, etiam ad Clericum.

2018. Idque multò magis curret; si Statutum esset
factum à persona Ecclesiastica, *Capyc. decis. 98. nu. 2.
Surd. conf. 2. lib. 1.*

Et in Civitate Neapolis, disting. Curiam Archie-
piscopalem ab aliis: & in d. Archiep. affirmat, denegari
jus congrui contra Clericum, ex *Ritu 22. Ca-
ria Archiep. Molfes. conf. 27. nu. 39.*

2019. Hinc, quidquid aliàs fuit decisum Neapoli, sicuti
In Civitate Neapoli Clericus non habet jus congrui ad-
versus laicum, nec Laicus contra Clericum.
Laicus in Curia Archiep. non obtinet jus congrui
contra Clericum; ita in Curia laicali Clericus non
obtinere jus congrui contra Laicum, *Franch. decis.
285. num. 2. Paul. Staiban. Senior. conf. 41. nu. 3. Mol-
fes. ad Consuet. Neapol. tit. de jure congrui, qu. 33. & 34.
Squillanti. de privileg. Clericor. cap. 7. nu. 96.* Sicuti ex
eadem ratione Neap. adest *Consuetudo*, ut medietas
bonorum reservetur à Testatore familiæ, cujus est
ipse Testator: putà, à fratre reservatur medietas
fratri: & tamen, quia Clericus nolebat disponere
juxta istam Consuetudinem, à qua dicebat se im-
munem, & nolebat relinquere medietatem modo
dicto: ita etiam factum est, ut Laicus, cujus frater
est Clericus, in testamento non teneatur relinquere
medietatem fratri Clerico, *Franch. dec. 411. num. 6.
cum aliis pluribus, quos sequitur D. Scoppa in
Scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 12. nu. 17.*
Sed de hoc alibi, cum oppositum asserat *Grass. de
eff. Cleric. eff. 2. num. 500. & de Marinis alleg. 114.
num. 16.* qui ait, favorevole Consuetudine, vel Sta-
tuto, posse pro libito Clericum uti.

2020. Hæc currunt in Clerico, juxta *Consuetud. Neap.
Agente, vel Convento: quia si loquatur de Clerico
non convento in Curia Archiep. sed in alia Curia,
in qua non adest ille Ritus; tunc mutò datur re-
tractus Clerico contra Laicum, & Laico contra Cleri-
cum, Capyc. dec. 98. num. 2. Marant. disp. 3. nu. 35. Ma-
xilla ad Consuetud. Barenf. in Consuet. incip. Colonius,
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glof. 13. nu. 2. Jo. de Amic.
conf. 14. nu. 5. Boer. dec. 331. num. 2. Rendell. de jur. pro-
tomis. §. est autem, glof. Ecclesia, nu. 2. de Grassis de effe-
ct. lib. clericat. eff. 2. num. 383. Trivisan. dec. Venet. 34.
p. 2. Giurb. dec. 25. nu. 10. Et decisum in Curia Regii
Capellani, refert *Franc. l. c. nu. 7. Petra ad Capyc. de-
cis. 98. & probabilior dicit de Marinis 655. nu. 7.*
Idque ex eo, quia non solum retractus datur ex vi
Extrauag. Sancimus amodo; sed etiam de Jure Can-
onico, in *c. constitutus, de integ. rest. & consequen-
ter non debent Clerici ab illo recedere. Cum non
inveniat Jus retractus reprobatus de Jure Cano-
nico, arg. cap. 1. & 2. de nou. oper. nunc. Papar. loc. cit.
num. 53.**

Scio tamen alias ponere distinctiones Doctores,
& docere, Clericos habere jus congrui, adversus
Emptorem Laicum à suo Vicino; non verò Vicin-
um Laicum habere jus congrui adversus Cleri-
cum Emptorem rei vicinæ, *Abb. & Imolin. cap. 1. de
rest. in integr. Jo. Andreas in c. dilati, De foro compet.
& in c. fin. De offic. deleg. in 6. Vulpell. tract. de libert.
Ecclesiastic. a. p. 3. nu. 9. Decius conf. 282. n. 7. Jasin l. de
quibus, num. 12. D. de legib. Et ratio est ex cap. Sancta
Maria, de constitutionib. & cap. si diligenti, de for. com-
pet. Nam statuta Clericorum debent prodesse, non
obesse Clericis, *Bart. lib. 1. conf. 3. Grauetta conf. 441.
num. 6. lib. 3.**

Sed *Crassus de effect. Cleric. eff. 2. num. 389.* di-
stinguit hoc modo: vel verba Statuti concedentis
jus congrui diriguntur ad rem: putà, si dicant, res
non vendatur, nisi tali forma monitis vicinis, &c.
vel diriguntur in personam: ut Vicinus non vendat,
Emptor non emat rem vicinam, sine istis condi-
tionibus;

I. Modo datur retractus inter Clericos, & Laicos.
Si verò verba dirigantur in personam, tunc Cleri-
cos non comprehendit: quia non sunt subditi legi
laicæ, *Ursill. ad Affl. dec. 32. nu. 17. Boerius decis. 231.
num. 1.* Quæ distinctio mihi non videtur abs re, sed
non recipitur ubique locorum.

*An Jus retractus competat Vicino aduersus
Ecclesiam eminentem?*

Negant communiter *Masull. ad Capyc. decis. 66. de
Marinis cap. 36. nu. 6.* Sed si alienatio sit necessaria:
hoc est facta ad ampliationem Ecclesiæ, tunc videtur
à Vicino non posse excludi Ecclesiam ad refe-
ctionem eminentem. At, quando emeret pro inutili,
vel non necessaria ampliatione, non videretur tale
privilegium habere: Cum nullibi expressum sit, ut
præferatur Vicino.

*An in re Ecclesiæ vendita ab Ecclesia laico,
Vicinus habeat jus congrui?*

Casus contigit in Diocesi Theani, in qua bona
Ecclesiæ fuerunt cum decreto Vicarii Generalis
alienata; & erant duæ domus: quarum una ab alia
separabatur mediante via. Fuit à vicino intentatum
jus congrui; & obtentum coram Judice laico
in una domo. Vicarius Generalis monitorio præcepit
Judici Sæculari, & parti, nè turbarent possessio-
nem Emptorem rei Ecclesiæ. Fuit instatum à Baro-
ne pro revocatione monitorii, etiam expedita litem
à Regente Jurisdictionis. Quæsitus ab Illustris-
simo Domino meo Episcopo Theanenſi 4. Februa-
rii 1694. I. videndum: *An jure coram Judice laico
fuerit petium jus congrui contra Emptorem laicum?*
II. *An potuerit peti super una, non super alia re eodem
eodem uno instrumento utraq; domus fuerit ven-
dita.* III. *An potuerit subſtineri monitorium.*

Ad I. Affirma, coram Judice laico potuisse peti
jus congrui contra Emptorem possessorem laicum.

Patet I. autoritate *Napod. in Consuet. si Ecclesia,
glof. emat, num. 77. Maxill. in Consuet. Barenf. incipit
Colonius, §. ite nec Ecclesia, num. 101. Cassan. in Consuet.
Burgund. tit. de retract. §. 1. glof. 2. Marant. disput. 15.
num. 57. v. sed pulcrum dubium, Masull. ad Capyc. de-
cis. 66. num. 1. Giurb. obser. 2. num. 19. de Marin. lib. 1.
c. 55. num. 15.*

Idque in Regno certum: quia fuit concessum spe-
ciale privilegium Hospitali Sanctissimæ Annuncia-
tæ Neap. nè ab ea eminentes possint jure congrui mo-
lestari à Vicinis. De quo privilegio concessio à Rege
Ferdinando I. an. 1470. 15. Martii, meminit *Affl. in
Conſtit. Sancimus, de jure protomis. in rub. v. 15. Prin-
ceps, n. 11. & juxta privilegium decisum, ait Franch.
dec. 333. num. 1. & 323. Masull. l. c. num. 1. Petra ad Ca-
pyc. dec. 92. Thor. in compen. v. Jus congrui, Caphar. pe-
reg. 9. 12. num. 20. de Marin. lib. 1. cap. 55. num. 16. Nec
contra obstat *Boer. dec. 231. num. 1. & Affl. de jure
protomis. §. 1.* Nam non sunt quodam hoc recepti in
Regno.*

Et ratio in suadet: quia res vendita laico definit
esse Ecclesiastica, adeoque, ratione laici Emptoris,
& ratione rei emptæ evadit fori laici.

Ad II. Certum est, cessare jus congrui in re non
Vici-

2021.
Clerici non
habent jus
congrui.

2022.

2023.

2024.
Contra
Ecclesiam
eminentem
non datur
jus congrui

2025.

2026.
Eminent ab
Ecclesia
Sanctiss.
Annuncia-
tæ Neap.
non repe-
litur jure
congrui.

2027.

vicina, & currere in vicina, ubi non mediat via publica. Et certum etiam mihi videtur, si damnum inde imminet Ecclesie, quæ vendidit, Emptore totum individualiter emente, tunc damna reparanda, & posse resolvi ex causa contractum factum cum Ecclesia.

Ex quo patet ad III. Non posse substineri monitorium.

An, Domino directo vendente, Dominus utilis in re vendita præferatur?

2028. Dominum utile non præferri, servatur in S. R. G. *Anna sing. 150. Francb. dec. 17. num. 8.* ubi Domino directo vendente annuus redditus, præstandos à Domino utili, in illorum emptione Dominus utilis non præferitur, *Isern. in cap. Imperiales, v. nec Dominus, de prohib. feud. alien. per Feder. Petra ad Cappc. dec. 95. num. 5.*

2029. *Jus Congruum datur inter conjunctos.* Oppositum mihi magis arridet. Nam datur jus congrui inter conjunctos, & isti conjuncti censentur. Nam dominium unum inhæret alteri: scilicet dominium utile inhæret dominio directo. Ergo, sicuti quando una domus inhæret alteri, datur jus congrui; multo magis quando unum alteri dominio innititur, *Boer. dec. 107. num. 1. Rendell. de jur. protomis. num. 267.*

2030. *A decisio multoties receditur.* Nec mireris, me in hoc discedere à decisis. Nam ob novas considerationes urgentibus novis indiciis, seu circumstantiis, multa fuerunt decisa contra priores decisiones *Francb. & Affl. quas concessit Prat. 1. discept. s. 27. num. 93.* Imò supervenientibus novis rationibus, necessarium quandoque est novas decisiones exordiri, *Cassador. decis. 9. num. 15. Petra ad Ritus M.C.V. Ritu 244. num. 35. & mutato tempore, possunt mutari decisiones; Affl. dec. 174. num. 3.*

2031. Idemque statutum est Jure Hispano *l. 13. 14. tit. 11. lib. 5. recopil. ubi datur mutua prælatio inter Dominum proprietatis, & Dominum ususfructus: ita ut, sicuti Dominus proprietatis præferatur in re emphyteutica Domino utili, si dominium, utile vendatur; ita Dominus utilis præferatur in re emphyteutica, si vendatur proprietas, l. 55. tit. 5. par. 5. l. 74. & 75. Tauri.*

2032. *Prælatio in re datur habentibus communitate in eadem re.* Et ratione id suadetur: quia illi præferuntur in re, qui habent in eadem re aliquam communitatem, ex *l. ad officium, 3. Cod. comm. diuid. Anna sing. 295. Bald. in l. 2. num. 2. v. equum tamen.* Sed Dominus utilis, & directus habent in re aliquam communitatem, ut patet, & adsonat *text. in l. congruit, & in C. de locat. præd. eur. lib. 11.* ubi res fiscalis non est auferenda ab illo, qui illam tenet, si est paratua idem solvere pretium, quod solveret extraneus. Ergo Dominus utilis non est privandus possessio. ne, & re, in qua dominium utile habet, si offerat pretium justum, quod ab extraneo offertur.

An inimicus vicinus habeat jus congrui?

Ad inimicitias propulsandas sancitum est, vicinum non habere jus congrui. Patet ex *d. Constit. Sancimus, de jur. protomis. ibi: Si probatum fuerit, quod atroces injurias, vel manus impias ex proposito, Venditori, vel ejus familia intulerit; vel ipsius substantia gravem jacturam moliti fuerint; vel contra ejus vitam nixi sint, vel etiam pecuniariale damnum dederint. Omnes isti nullo modo sine Venditoris voluntate ad protomisicos veniant.* Quid clarius? ubi nota, non sufficere allegare inimicitiam, nisi probetur.

Insuper nota, injurias debere fieri dolo, non culpa: patet ex *text. ibi: Manus impias ex proposito.*

2034. Id quod non currit, si Vicinus sit inimicus Emptori. Nam tunc potest illum repellere, non solum jure congrui; sed ad evitandas contentiones, & rixas solitas inter invisos vicinos. Vide *Tharum 2. p. comp. v. inimicos.*

An Vicinus excludat simulatum donatarium?

2035. *Donatarius simulatus à Vicino excluditur.* Patet ex dictis, non dari jus congrui, ubi intercedit donationis contractus. Nunc ad quaeritum. Affirma, vicinum excludere simulatum donatarium, *d. Constit. Sancimus, ibi: Nisi forte quis vendendo, vel iocando, vel in emphyteusim dando illis, qui non habent jus protomisicos, simulat, vel in emphyteusi dando illis, vel per legatum d. deris, &c.*

Sed quomodo probatur hujusmodi donatio facta? Est expressum in eadem *Constit. Sancimus*, ubi dicitur, quod possunt vicini habentes jus congrui exigere juramentum à donante, & donatario. Et si factum juramento probetur simulatio; tunc donans, & donatarius puniuntur, ut perjuri; Venditor rem amittit, & Emptor pretium, & Fisco applicatur res, & pretium, qui Fiscus deinde juxta pretio rem vendit Vicino habenti jus congrui.

Ista currunt, si juramento simulatio probetur; sed si probetur simulatio absque juramento, tunc nihil Fisco applicatur; sed Vicinus solvit justum pretium Venditori, & excludit Emptorem, *d. Constit. Sancimus, ibi: Sed si ante juramentum.*

Qui ordo, & prælatio servetur inter concurrentes ad Jus congrui?

Ordo est statutus in *d. Constit. Sancimus*, hoc modo. I. admittuntur Parentes, qui sunt conjuncti in ipsa re. Et consanguinitas sine vicinitate non habet prælationem quoad jus congrui, *Rendell. de jur. protomis. num. 51. Marant. de multiplici alienat. n. 118.* Et Vicinus re præferitur consanguineo non conjuncto, *Papar. loc. cit. num. 26. post Affl. de jur. protomis. §. 3. num. 1.*

II. Si desint consanguinei vicini, admittuntur socii conjuncti in re societatis, & præferuntur aliis vicinis, qui non sunt consanguinei, *Affl. loc. cit. §. 7. n. 2. Papar. loc. cit. 29.*

III. Veniunt, qui sunt sub eodem servitio, & sunt conjuncti ex aliqua parte: Ut, si Curialis vendat domum, in illa præferatur Curialis vicinus, excludo vicino non curiali, *Papar. loc. cit. num. 30. Marant. loc. cit. num. 21.*

IV. Deficientibus prædictis, modo explicato, admittuntur cæteri vicini, *d. Constit. Sancimus.*

An concurrentibus Creditoribus, datur aliqua prælatio in re debitoris ratio vicinitatis?

Resp. Unumquemque Creditorem præferri in re sibi vicina, *Cappc. dec. 42.*

Probatur *l. quicumque, Cod. de omni agro desert. lib. 11. l. 1. C. de metall. lib. 12. l. 2. Cod. de muri regul. lib. 12. l. si fundus, D. de legat. 2.*

Ex hac textuum combinatione habes, Creditorem recipientem quid insolutum, vel in contumaciam debitoris, posse petere, pro debito sibi addicere bona viciniore suis.

An Creditor præferatur Vicino in re obligata?

Gravem movemus difficultatem, ex *l. 1. ubi Ripa num. 1. D. de prinil. credit.*

Et quidam ajunt, quod subhastata re debitoris, & data paritate oblationis, præferatur ille Creditor, qui est Cognatus debitoris, & deinde præferatur Creditor, cui major summa debetur, *DD. in l. Imperator, D. de pass. Sed Afinius de executor, §. 6. c. 3. n. 5. Bald. in l. 2. v. sed hic occurrit dubium, Cod. de rescind. vend. volunt, Creditorem cognatum absolute præferri Creditori non cognato. Et deficiente Creditore cognato, tunc Creditorem majoris summa præferri, & Creditorem præferri non creditori æquali pretio.*

Alii ajunt, *d. l. 1. esse specialem, nec extendendam Francb. dec. 32. Roland. cons. 20. Decian. cons. 105. lib. 2.*

Ego puto, *d. l. 1. de prinil. credit. velle expresse Vicinum excludere Consanguineos, & alios Creditores.* Nam ibi solum dicit, Creditores, & Consanguineos excludere extraneum emptorem; nunquam verò excludere Vicinum; Et si mihi decredis, *consulas textum, ibi: Omnia bona veniunt debitoris in comparatione extranei (nota ly extranei) Et ejus, qui creditor, cognatus sibi, posterior habetur creditor cognatus sibi, magis tamen creditor, quàm cognatus.* Ex quo cognoscis, *text.* non loqui de Creditore vicino sed de Creditore simpliciter cum extraneo emptore. Ergo Vicinus excludet à re extraneum emptorem, Creditorem cognatum venditoris. Nec mireris. Nam hoc dicendum est, ut præcludatur via eludendi jus congrui; cum ad excludendum Vicinum ante actum venditionis, quis se constitueret Creditorem.

2036. *Pana dolo donantis.*

2037.

2038. *Consanguineus vicinus præferatur vicino non consanguineo.*

2039.

2040. *Creditor præferatur in re vicini.*

2041. *Creditor cognatus præferatur in re vendita.*

2042.

2043.

2044.

2043. De pretio rei retrahenda jure congrui. Superfont adhuc de pretio aliquae difficultates, quas placuit examinare. Si primus Emptor vendat alteri majori pretio, quam ipse emerit: an potius retrahendum sentatur solvere pretium primae, an secundae venditionis?

2046. Dicas, solvere pretium primae venditionis: nam retrahens succedit loco primi Venditoris, & daretur ansa fraudandii. Cum statim primus Emptor revenderet majori pretio palliato. Facit l. si vi, 3. C. quod metus.

Obiandum frandibus. Et secundus Emptor, a quo tollitur res empti, potest recurrere pro suo pretio contra Venditorem, arg. l. postliminium, §. si is, qui emerat, D. de captiv. & postlim. l. si sibi alienam, 7. l. nos, 3. D. locat. arg. l. debitor, §. final. ibi itaque si medio tempore pignus Creditori pignori dederit: Domino solvendo pecuniam, quam debuit secundi pignoris, neque persequutio dabitur, neque detentio relinquatur. D. de pignor. act. Facit Tirrag. gl. f. 1. retrah. lignag. §. 12. n. 6. Teneturque primus Emptor secundo Emptori supplere pretium, nisi sciverit secundus Emptor, rem obnoxiam retrahenti, & sibi expressè non caverit de evictione. Nam tunc censetur eedere juri suo, l. si fundum, C. de evict. l. si a matre, C. de jur. dot. l. si fratres, C. com. n. 2. h. usque judicii. Facit Salic. in Auth. idem est. v. quarto circa primam, Cod. de sacros. Eccl. Sed est controversa.

2047. Si secundus Emptor emat minori pretio a primo Emptore, qui emerat majori pretio: puta, ipse emit centum, & primus Emptor emerat biscentum? An inquam potens retrahendum sentatur restituere biscentum, an centum?

Distinguas: Vel primus Emptor, quando vendit, cedit Emptori omne jus, quod sibi competeat (quod expressè in casu nostro faciendum esset: Nam jura realia censentur cessa, non personalia, nisi cedantur expressè, l. in creditore, 38. D. de evict.) Vel non cedit. Si cedit, tunc secundus Emptor habet jus primi Emptoris potentis exigere pretium, quod ille solvit. Si jure congrui res empti ab ipso auferatur, l. emptor, D. de rei vind. Si verò jura illa non cedantur, secundus Emptor solum petit pretium a se solutum: nam satis est, si non amittat, non verò debet lucrari, l. in creditore, 38. D. de evict.

2049. Jura per se nota sunt expressè cedenda. Distinguas: Vel primus Emptor, quando vendit, cedit Emptori omne jus, quod sibi competeat (quod expressè in casu nostro faciendum esset: Nam jura realia censentur cessa, non personalia, nisi cedantur expressè, l. in creditore, 38. D. de evict.) Vel non cedit. Si cedit, tunc secundus Emptor habet jus primi Emptoris potentis exigere pretium, quod ille solvit. Si jure congrui res empti ab ipso auferatur, l. emptor, D. de rei vind. Si verò jura illa non cedantur, secundus Emptor solum petit pretium a se solutum: nam satis est, si non amittat, non verò debet lucrari, l. in creditore, 38. D. de evict.

2050. Dicas, decidendam hanc esse per Judicem rei fratre, Franch. decis. 385. n. 6. Quia actio juris congrui non est personalis, nec afficit contractum, vel contrahentem; sed est actio in rem scripta, & rem sequitur, & est actio realis dativa: scilicet a lege data prosequenda re, & rei Judicem habet, l. si in C. ubi in rem actio.

DE LOCATIONE, ET CONDUCTIONE. TIT. XXV.

LEMM A I. Quid sit Locatio, & Conductio? Ex princ. text.

2051. Regulatur emptio, & conductio eisdem regulis. Locatio, & Conductio, Emptio, & Venditioni tanta aplanatur affinitate, ut eisdem regulis moderati meruerit, tex. hic. l. 2. D. loc.

Locator dat, Conductor rem utendam, fruendamve accipit, l. si quis, 10. l. 11. lex conductio, 16. l. sed addet, 21. §. si Dominus, D. loc.

2052. Edium, Inquilinum, Agri conductorem, Colonum nuncupamus, l. re pignoris, 37. D. de acq. & a. vint. poss. l. sed addet, 21. §. si Inquilinus, litem, 25. l. 27. §. Colonus, D. loc. Quandoque tamen jure confunditur, Conductor, Locator sicuti Conductio, locatio: Emptio, Venditio, l. & idem, 23. D. loc. l. multum, 19. D. de hered. & aff. vend. Cornan. 7. comment. cap. 6. n. 2. Morla 2 part. Emptor. tit. 10. n. 3. de locat.

2053. Definio locationis. Definitur. Locatio est contractus juris Gentium, consensu initus, quo res alteri traditur, utenda, fruendaque infra decennium, constituta certa mercede. tex. hic. & in l. & hoc, 35. §. 1. l. si merces, l. qui fundum, ibi: Colono frui & Inquilino habere licet, D. loc. l. si Tenent. Lib. III.

est, & ibi: Certis annuis quantitatibus. C. de loc. Caran. Theol. inens. n. 692. Mol. disp. 466.

Ly Contractus, est genus ad omnes contractus, l. conventionis, 1. l. 7. §. fin. D. de pact.

Ly Consensu initus, est ad differentiam contractus, qui Re, Verbis, Literis, perficitur, l. qui ad certum, 14. D. loc. l. contractus, 24. C. de loc. & conduct.

Dicitur, Jurisgentium, ex lex hoc jure, 9. D. de jur. & jur. l. 1. D. loc. ad differentiam contractus Jure Civili introducti: ut est stipulatio. Et est contractus nominatus, l. Jurisgentium, 7. §. 1. D. de pact. l. si item emptio, in fin. D. de rer. permut. ac bona fidei, l. cum venditorem, 21. D. loc.

Ly Res, comprehendit mobilia, se moventia, stabilia, opera hominis: ut, fabri, l. 2. in fin. l. si tibi, 5. l. si quis, 9. l. si merces, 25. l. em conductio, 15. §. cum quidam, l. si fundus, 23. l. in operis, 26. l. qui operas, 38. l. item quartus, 14. §. 1. D. loc. l. nemo, 6. C. de loc.

Additur, Utenda, fruenda: ut ostendatur, Conductorem posse uti pro se, ac frui re conducta: puta, fructus agri pro libito consumando, donando, &c.

Subditur Infra decennium, ad differentiam Emphyteusis, qua res dabatur ultra decennium, §. aded, 3. hoc tit. l. 1. C. de jur. emphyt.

Concluditur, Certa mercede soluta, l. si vir uxori, 93. D. de donat. inter. l. si ut emptio, 20. §. 1. l. & hoc, 35. §. 1. ibi: Certa pretio, D. loc. ad differentiam contractus gratuiti comodatii, precarii quo gratis res alteri utenda, fruendaque traditur, l. 1. D. de precar. l. si ut certo, 9. §. rem sibi, D. commod. Caran. l. c. n. 696.

Ex his definitas, Conductionem esse contractum, quo merces promittitur pro usu, fruitione rei. Molin. disp. 486. in princ.

LEMM A II.

Quotuplex sit?

DE hoc nihil calamo dignum. Habet enim omnes generis divisiones in parva, in diu, conditionalem, juratum, &c. sed breve facessit negotium sequens discussio.

LEMM A III.

Quid, & quotuplex sit Reconductio.

REconductio est persistentia in re conducta elapso tempore primae conductionis. Dividitur in Expressam, & Tacitam. Expressa fit novo pacto inito inter Locatorem, & Conductorem. Tacita, si Conductor inhabitet transacto tempore, tunc reconduxisse tacite censetur Domum, litem quaritur, 14. §. qui implet, l. 15. D. loc. l. legem, 16. C. de loc. Alex. vol. 4. conf. 23. n. fin. Ex quibus autem praesumatur reconductio? dicitur Marnoch. 3. praesumpt. 85. n. 3. Carros. de conducto p. 2. tit. de renovat.

LEMM A IV.

Pro quanto tempore censetur tacita reconductio in Urbanis Praediis.

RESp. Pro eodem tempore, quo fuerat res conducta, d. litem quaritur, 14. §. fin. l. qui ad certum, 15. D. loc. Surd. dec. 33. n. 11. Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. defn. 45. n. 5. Ex quo tacite pro mense reconduxit, qui pro mense conduxerat Domum.

LEMM A V.

In Praedio Rustico pro quanto tempore censetur facta reconductio?

RESp. Pro uno anno, & plus, si plus temporis exigat collectio fructuum, ut in sylvis, d. litem quaritur, 14. §. fin. Rinn. vol. 4. conf. 107. n. 6. Bald. in legem, 16. C. de loc. Socc. vol. 3. conf. 17. n. 1. Bero. vol. 1. conf. 152. n. 12. Surd. l. c. Et disparitas a superiori casu eruitur: quia in Urbanis quis semper aequè habitatione uti potest. In Rusticis integer debet excurrere tempus, ut fructibus integris uti, fruique possit, ut Senatus Sabaudicus tractavit apud Ant. Fabr. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de loc. defn. 45. & Nos in hoc loco sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 119. num. 3.

LEMM A VI.

An Reconductio censetur facta eisdem qualitatibus, pignoriibus, hypobacis, quibus inita fuerat conductio?

AFFirma. litem quaritur, 14. §. fin. ibi: Pignora videtur durare obligata. D. loc. l. legem, 16. Cod. de.

2054

2055

2056

2057

2058

2059

2060

2061

Reconditio
conferatur
sistam
qualitati
bus, ac er
rat conditio
fit.

de hoc. Rum. conf. 78. n. 5. vol. 1. Alciat. de presump. reg. 2.
praf. 17. n. 5. Boer. decif. 284. n. 14. Mascard. de probat.
concl. 992. n. 3. Camer. 1. var. c. 14. n. 65. Alex. lib. 4. conf.
23. in fin. Aug. in l. cum satis, §. caveant, Cod. de Agric.
& Censu, lib. 11. Soc. jun. conf. 63. n. 20. ubi 2. Sotgad. in
labr. 25. cent. dec. 75. n. 5. & a Senatu Sabaudie ad
missum, dicit Aus. Faber in suo Cod. d. dehm. 45. n. 1. 20.
Nobis etiam ad hunc locum se subscribit D. Scoppa
ad decif. Gratian. d. dehm. 119. n. 20. Idque etiam
mortuo locatore. Nam ejus persona continuatur
in hereditate jacente, & in herede non resistente.
Alciat. 208. 3. praf. sumpt. 85. n. 27. Ofst. dec. 34. n. 20. Ro
ta dec. 510. n. 30. p. 1. divers. Mant. 14. de loc. tit. 46.
num. 21.

2062.

2063.
Sei vult
conferatur
reconditio
hinc eadem
mercede.

Hinc servus censetur eadem mercede reconditio
Aus. d. litem quaritur, 14. §. qui implet. Nota dec.
88. n. 5. p. 2. divers. dec. 254. n. 1. p. 1. recens. Mancic. 5.
de tac. sit. 15. n. 19. Menoch. 3. praf. sumpt. 85. n. 18. Intel
ligas, nisi augetur labor, pro cuius incremento
mercedem augeri oportet, sicut minuitur remissio
labore, l. fin. C. de prag. milit. lib. 11. Gratian. decif. 101. n. 1.
qui debet aiti duplicandam Ecclesie pensionem illi
qui duorum Curatorum laboriosum munus exercet
Kora d. decif. 354. Bald. in l. qui dicitur, D. de condi.
& dem. C. de dec. 27. n. 20. Merces enim debet labori
exequari, l. deo amico, D. de ann. legat. l. §. in hono
rari, D. de var. & extraord. cogn. cum pluribus ex
quibus probat D. Scoppa ad decif. Gratian. obser. 1. de
& elegantius ad Controuers. for. Reg. Merl. cen. 11.
cap. 70.

2064.
Lucrum
duplican
dum du
plicato la
bore cura
ti.

An, & quando reconditio fit probanda
per scripturam?

2065.

Si conductor tempore extraxerit, opponat se re
conduxisse; ne extrahet, tunc statur scripturae re
condictionis, l. ne cui, C. de leg. Franc. de 278. n. 3.
Intelligas, nisi alius sit mos Regionis.

DE LOCATIONIS PRETIO.
Ex §. Et quae, l.

L E M M A VII.
An pretium debeat esse certum?

2066.
Fretum
debet esse
certum.

Affirma. re. bis, & in l. si vir, §. 3. D. de donat. in
ter. l. si conuenit, D. de m. di. u. d. h. ac. venditio.
D. de contrab. empt. T. holo. 27. Synag. c. 1. n. 10.

L E M M A VIII.
An pretium consistat in pecunia numerata?

2067.
Consistens
in pecunia
numerata.

Affirma. l. Ex l. §. si quis seruum, D. de pos. ibi
Si opera eius serui cum custodia compensantur,
quasi genus locati, & conducti interuenit, sed quia pe
cunia non dabatur, praescriptis verbis, datur actio.
Ubi vides, esse improprie locationem, si pecunia
non interuenit: id enim indicat ty, quasi genus lo
catis; & proprie esse contractum innominatum, ex
quo pullulat actio praescriptis verbis.

II. Ex l. inauratis, §. at cum do. 2. D. de praescript.
verb. ibi: Si tale sit factum, quod locari soleat: puta
ut tabulam pingas, pecunia data, locatio erit: sicut su
periore casu emptio: si res sit, non erit locatio, sed ma
fectur, vel Civis actio in hoc, quod mea inuestit, vel
ad repetendum, conditio.

2068.
Pecunia
non om
nem rem
compre
hendit.

Nec dicas cum Harpp. hic n. 13. nomine pecuniae
ibi venire omnem rem fungibilem, l. pecunia, 173.
& l. 222. D. de verb. signat. Nam illa pecunia, quae red
dit contractum Emptionis, facit distinguere loca
tionem a contractu innominato, Do. ut faciat, ut
patet ex litera d. tea. ibi: Pecunia data locatio erit,
henti superiori casu emptio. Sed in Emptione est pe
cunia numerata: ergo etiam in locatione. Ex quo
etiam evanescit responso Coraf. 2. miscell. 6. 1. di
centis, nomine pecuniae venire omnem rem, l. fin. C.
de conf. pecun. Nam tra. d. §. at cum do. dilucide di
stinguit rem a pecunia, dum asserit, locationem con
sistit, pecuniam, non re.

2069.
Non sic in
locatione.

III. Patet ex l. 2. C. loc. ubi eisdem regulis locatio,
& venditio dirigitur. Sed in emptione numerata,
l. insulam, 6. D. de praeser. verb. Ergo, talis etiam in
locatione pecunia requiritur.

IV. Ex l. si vir uxori, §. 2. D. de donat. inter. ubi Glos.
o. non potest.

Dices I. cum Harpp. l. c. obstat, l. & hac distinctio, 38.
Debet ubi fructus sunt loco mercedis. Ergo potest
dari locatio sine pecunia numerata.

Objectio.

Resp. cum Bald. ibid. & Facch. 1. controu. c. 82. ibi es
se improprium locationem, sed proprie contractum
innominatum. Quomodo etiam dicas ad l. si olei, 21.
ubi Glos. o. habet, C. de tac. ubi certa mensura olei est
loco mercedis.

2070.
Contra
bus est in
nominat
ur, ubi
numerata
pecunia
non inter
cedit.
2071.
Solutio.

Sed insurgit Harpp. l. c. in d. l. si olei, Contractus est
bonae fidei. Ergo non est innominatus, qui est stricti
juris.

Resp. cum Glos. d. l. si olei, 21. contractum illum ha
bere aliquam similitudinem cum locatione: quia
res erat locationi exposita, ratione cuius est bona
fidei. Sed mihi aliter respondendum videtur: ne
gando antecedens. Nam in d. l. si olei, 21. non dicitur
esse contractum bonae fidei. Sed, de contractu bona
fide habitus. Et dicitur contractum illum esse factum
bonae fidei, excludendo malam fidem. Porro etiam
contractus stricti juris bonae fide fieri debent.

Objectio.

Dices II. Merces potest consistere in certis annuis
quantitatibus, l. licet, §. C. de loc. Ergo, non solum in
pecunia.

2072.
Solutio.

Resp. cum Glos. d. l. licet, §. v. quomodo tribus, annuam
quantitatem esse in nummis. Vel fuisse contractum
innominatum, D. ut des. Et hanc sententiam tueri
tur Franc. Marcus dec. 211. num. 2. Dancil. 13. com. 6.
n. 50. Armatius Exercit. Just. 14. §. de 10. F. u. cal. Go
mez 2. var. sap. 3. num. 3. & alii contra Valisc. de iure
emp. qu. 20. n. 5. Pinell. Rub. de reser. vend. p. 2. 3.
n. 23. Coraf. Harpp. loc. cit. Pecan. hic n. 27. Gabriel à
S. Vins. de Just. disp. 10. q. 4. n. 71.

L E M M A VIII.
Quando solvendum sit pretium?

Resp. Completo conductionis tempore. Nam si
pro aliquo tempore re uti nequeat, ut infra
pro illo, pensionem non solvit: & id tantum con
sistere potest in fine totius temporis, l. expleto, 15. C.
de loc. Intelligas, nisi aliud serant pacta, & Regionis
mores, l. §. si pensio, D. de migrando.

2073.
Penso sol
vitur com
pleto tem
poris con
ductionis,
si a. ad
si: conuen
tatur.

L E M M A IX.
An in alienius arbitrio remisso pretio,
teneat locatio?

Disti nguas. Vel tertius determinat certam mer
cedem, vel non: si primum, tenet. Si secun
dum, cessat locatio, l. si merces, 28. D. loc. l. fin. C. de
contrab. empt. reat. bis. Debet etiam tertius arbitrar
ie re, & mercede certa secundum bonum, & aequum,
l. si in lege, 27. in princ. D. loc.

L E M M A X.
Si pactum de pretio desit, quinam contractus fit?

Resp. Innominatum esse contractum: & est con
stituenda merces, l. si tibi pollenda, 22. D. de pra
script. verb. l. Juris gentium, 7. §. 2. D. de pact. Et ei non
datur actio ex locato; Sed actio generalis, quae datur
contractibus innominatis, triplex sortita nomen.
I. Utilis actio. II. in factum. III. praescriptis verbis.
Dicitur Utilis, ad differentiam nominatarum, quae
appellatur directa, l. cum nota, 6. in fin. C. de tran
sact. l. 1. C. de rer. permitt. Dicitur, in factum: quia non
a lege, sed ex facto, & conventionie regulabatur,
Cujac. in d. l. Juris gentium, 7. D. de pact. Dicitur, pra
scriptis verbis: quia concipiebatur integris verbis
per extensum conventioni innixis, & erat scriben
da per extensum. Nam formula non poterat esse
certa ob multiplicem negotiorum diversitatem,
l. natura, 4. D. de praeser. verb. In quo differbat a di
rectis nominatis, quae tantum per literas scribebantur,
ut A. T. M. I. R. O. sc. ait, tectis mutuum illi red
dere oportere, quae ex assuetudine erant omnibus
obvia, Gostofred. Rub. D. de praescript. verb.

L E M M A XI.
Quanta debeat esse pensio?

Resp. Servanda aequalitate iustitiae inter datum,
& acceptum, l. deo amico, D. de ann. leg. Unde
non est conductio, sed donatio, si gravissime excedat
res pensionem: puta, si detur unus nummus, l. si
quis, 49. D. locat. l. si quis ante. 10. §. in. D. de nequ. poss.
Nec obstat l. si unus fructus, 66. D. de iure dot. Nam ibi
uno nume tenet locatio facta innominata: quia hoc

2074.
Fretum
remittitur
in. aiso
nias arbi
trium cer
tificantem

2075.
Sine pre
tio est con
tractus in
nominat
us.

Qua actio
datur pro
contractu
innominat
o.

2076.

2077.
Penso de
bet esse a
qualis rei
usur.

expediabat Viro locanti usum fructum Uxori, quod ad commoditatem.

An, facta locationis contractu, pensio remitti possit Affirma. l. si tibi habitationem, §. D. loc.

An, si pretium sit infra medietatem iusti, currat l. 2. C. de rese. vend.

2078.

Affirma, ex litem si, 25. §. quemadmodum, l. 26. D. loc. Alex. lib. 3. cons. 107. n. 18. Contra Ant. Fabrum de cad. S. err. 8. n. 8.

An minuenda pensio ob repentinam magnam Cladem, Incendium, Sterilitatem?

2079.

Minuatur pensio ex magna Clade.

Affirma. l. si merces, 28. §. vis major, l. ex conducto, 16. §. si vis tempestatis, ibi: Propter casum incendii repentini, non immerito subveniendum sibi est. l. 21. l. 17. l. 36. l. 37. D. loc. l. licet, §. C. de loc. propter sterilitatem, §. de loc. ubi Abb. n. 12. Imm. n. 17. Aff. dec. 54. n. 2. & dec. 365. n. 3. Aretin. cons. 52. n. 3. Ruin. cons. 87. n. 1. col. 1. Franc. Marc. dec. 211. n. 1. in fin. Gomez 2. var. c. 3. n. 18. Covarr. pract. c. 30. Surd. dec. 155. n. 6. Corroc. de locato p. 3. tit. de remiss. mercedis, & post alios, ad hunc locum Nos sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observo. §. n. 15. Et pensionem ante solutam repetit, Ofsasc. dec. 98. n. 9.

2080.

Cessante usu cessat etiam merces.

Ratione suadetur. Nam merces datus pro usu, vel fructu, non pro proprietate rei conductæ, Ergo si usus, vel fructus non extat, nec dabitur merces. Merces enim usus, & fructuonis est merces. Et licet, qui emit fructus futuros, illis non natis, pretium non solvit: ut diximus sup. n. 396. ita Conductor, qui usum rei non obtinet, pretium non solvet. Tunc enim nullius usus pretium solveret.

2081.

Conductio si idem est rem non extare, ac non utatur posse.

Accedit. Damno Domini esse, si inhiatione, vel terremoto res absumatur, ita ut nusquam sit, d. l. ex conducto, 16. in fin. Ergo etiam Domino perit, si res usui nequeat fervire. Nam Conductor idem est rem perisse, & ea uti nequire: cum usus pretium solvat, l. si fundus, 36. D. loc. Et par est conductori, rem defuisse, & ei inutilem esse, Costa de portione rata, q. 38, n. 10. §.

Idque etiam de Emphyteusi dicas; si fructus non sufficiant pro semine, laboribus, expensis, Canone, Gam. dec. 150. n. 2. Surd. dec. 198. n. 1. Mascard. de prob. concl. 1353. n. 10.

L E M M A X I I I.

Quando solvatur pensio, etiam si quis re conducta non utatur, fruaturve?

2082.

Sterilitas unus com pensatur abundantia alterius anni.

Solvit integram pensionem I. Si unius anni sterilitas aliorum abundantia compensetur, l. si uno, 17. D. loc. l. licet, §. l. excepto, 18. C. de loc. Sive ubertas præcedat, sive sequatur sterilitatem. Et debent discuti omnes conductionis anni, ut uberes sterilitatem alicujus exequant, d. l. licet, §. ibi: Uberitate aliorum annorum reposita, non probabuntur. Gratian. dec. 222. n. 2. & for. cap. 195. n. 14. Rosa dec. 977. n. 3. p. 1. divers. Val. de iure emphyt. q. 27. Marciannus cons. 59. n. 3. & 4. & in pulchro casu etiam defenxit Senatus Sabaudicæ, ut scribit Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. definit. 35. in fin. *

Ob leve damnum pensio non decrevit.

II. Si sterilitas fuerit exigua, l. si uno, 17. §. cum quidam, l. merces, 28. §. vis major, D. loc. c. propter, 30. de loc.

2083.

Qui casus si rarijimus.

III. Si Conductor se obliget ad pensionem, etiam ex casu fortuito, sterilitatis, &c. d. l. licet, §. l. excepto, 18. l. si quis, 10. ibi: Pacto standum est. D. loc. Cap. de eis. 87. n. 10. & dec. 88. n. 1. In quo casu fortuito non comprehenditur calus rarissime accidens, semel intra Millefimum; Natta cons. 65. n. 6. Bart. in l. de jo, §. modico, D. de aur. & arg. leg. vel semel intra Centesimum, Alex. cons. 107. n. 16. vol. 8. Abb. cons. 1. n. 4. C. r. v. v. cons. 95. n. 2. licet alii id iudicis remittant arbitrio.

2084.

IV. Si alius sit loci mos, d. l. ex conducto, 16. §. si vis tempestatis, ibi: Si vero nihil extra consuetudinem accidit, damnum Coloni esse.

V. Si vitia ex re ipsa emergant: ut, si vinum acuerit, si fegetes corruptæ sint, ut ait d. §. si vis tempestatis, Marciann. l. c. n. 5. Aretin. cons. 52. n. 3.

VI. Si damnum, dolo, culpa, mora, factio, Conductoris, ejusve servi accidat: ut, si negligens fuerit in colligendis fructibus; si potens, laironibus deva-

Tom. II. Lib. III.

stantibus, incendibus, non restitit, d. l. si merces, 28. §. culpa, l. qui infulam, 33. §. colonus, l. videamus, 12. l. item quaritur, 14. l. 63. D. loc. l. damnum, C. eod. Surd. dec. 87. n. 3. Marta voto 1. n. 18.

VII. Si Colonus sit partitarius: Nam tunc, ut socius, sentit damnum, & lucrum, d. §. vis major, Franc. Marc. dec. 211. n. 1. p. 2. & à Senatu Sabaudicæ probatum tradit Ant. Faber. in suo Cod. lib. 4. tit. 42. de locat. def. n. 22. n. 4.

Partitarius sentit damnum.

An licite possit Conductor assumere in se periculum fortis conductæ: puta, periculum Vajorum ad detinenda aromata.

Affirma. Lago disp. 29. sect. 5. n. 93. Sylv. v. societas, 2. in fin. qu. 7. Cavalcant. p. 2. dec. 13. & dec. 118. Patet: quia tale pactum sponte initum injustum non est.

2085.

An autem pro ratione periculi, cui se supponit, sit minoranda pensio?

Diff. Vel se supponit periculo ex sua culpa provenienti. Vel provenienti ex casu fortuito, & Principis, terremoto, incendio.

Si supponit se periculo ex suo dolo, vel culpa proveniente, non est minoranda pensio, ne ex suo dolo, & culpa relevetur, sed debet etiam solvere pretium fortis: puta, Vajorum sua culpa, dolo fracturum, &c. Nam res perit illi, qui est in culpa, dolo.

Si damnum emerget casu fortuito sine sua culpa, tunc pro tali onere minoratur pensio: Quia, cum tali onere res minus valet, & tale onus est pretio estimabile, ut patet in Afficuratoribus.

L E M M A X I I I I.

Fructus à Conductore collecti cui pereant?

Perire Locatori docent Paulus in d. l. ex conducto, 16. §. 1. D. loc. l. §. 2. de just. c. 24. dub. 3. n. 18. Gomez 2. var. cap. 3. n. 18. Idque ex eadem pietate, qua etiam pendentes minuunt pensionem. Nam, si uti pendentes, ita collecti sunt Conductoris. Cum enim collecti, & pendentes fructus sint hypothecati Domino fundi; l. qui fidejussor, §. in fin. l. si in lege, 27. §. si colonus, D. loc. recte inferitur, esse sub dominio coloni: alias Dominus fundi haberet hypothecam in bonis propriis, contra l. neque pignus, D. de reg. jur. Ergo in utroque casu debet Colono succurri. Cum Jura non distinguant: & in utroque casu currat eadem ratio §. si vis tempestatis. Nè sc. semen, & pensionem Colonus amittat. Contra Bart. in d. l. ex conducto, §. vis tempestatis, Quinac. de contr. tr. 35. disp. 127. n. 99. v. althar. eo, volentes, Conductoris perire. Et sibi tribuat Locator morosus, qui illic pro pensione non inclusit ante amotionem fructuum à fundo.

2086. Nemo ex dolo suo relevatur.

2087. Fructus collecti perirent locatori moroso in exigenda pensione.

L E M M A X I V.

Quæ Clades, aut Sterilitas sit, in modica?

Alii ajunt, immodicam læsionem esse, quæ vulgò ita cenetur, Cos. in l. si uno, 17. D. loc. Alex. lib. 1. cons. 3.

2088.

2089.

II. Alii immodicam putant, in qua deductis semine, & expensis, non superest medietas solvenda pensionis. Et tunc ob lato illo, quod superest, reliquum pensionis remittitur, ex d. l. ex conducto, 16. §. vis tempestatis, ubi non debet amittere pretium, & semen. Ergo, nec partem seminis, Cov. pract. cap. 30. n. 1. l. §. 2. de just. cap. 24. dub. 3. Mol. disp. 495. Bart. in l. licet, C. loc. Marciann. l. c. n. 13.

Semper ac non est saluum semen, expensa, & pensio, dicitur læsio immodica 2090.

III. Quidam censent immodicam, si tertia pars minus sit collecta, quam consueverat colligi: puta, si collecta sint 20. & antea colligebatur 30. dolia vini, Bart. in d. l. si merces, 28. §. si vis major.

2091.

IV. Persuasum est aliis, immodicam esse sterilitatem, si fructus pro semine, expensis, & pensione non sufficiant, Jus. v. locatio, concl. 341. Anch. in d. c. propter sterilitatem, 3. col. 4. ex d. l. ex conducto, 16. §. ubi sumique, ibi: Mercedis exonerationem pro rata. d. c. propter, 3. ibi: Pro rata pensiovis. Si ten. ait, pro rata minuendam pensionem, & nequit alia rata excogitari, quam si uctuum; consequens est, ut minoretur pensio pro rata minorationis fructuum insufficientium ad refarcienda damna coloni in semine, expensis, & pensione. Colligitur etiam ex l. ex conducto, 16. §. si vis tempestatis, v. Nè supra damnum seminis amitti, mercedem agri præstare cogatur.

2092. Immodica Clades.

tur. Ergo non tenetur prestare pensionem, nisi deducto semine, & labore. Ergo erit immodica Glades, quæ coget amittere labores, & semen, ut solvatur pensio. Ergo, nisi fructus ad illa omnia sufficiant erit Glades immodica.

L E M M A XV.

An Locator tenentur remittere pensionem pro rata, & tenentur ad interesse, si re locata Conductor uti nequeat?

2093. Locator in dolo, aut culpa tenetur ad interesse.

Distinguas. Vel locator est in culpa, dolo: Vel non. Si ex Locatoris culpa, aut dolo, Conductor nequeat uti re conducta: puta, si Locator sciens tradidit dolia corrosa, Domum spectris obnoxiam; tunc tenetur ad integrum interesse, si quis domum

2094. Sine culpa remittit pensionem.

9. l. sed addes, 21. §. 1. D. loc. Si vero Locator non sit in culpa, tunc tantum remittit pensionem pro rata temporis, quo re non utitur, l. si fundus, 36. l. & hoc distinctio, 23. l. si uno, 17. §. ubi cumque, D. loc. Magon. dec. 67. n. 10. Ricc. coll. 1013. p. 4. Morla in Empor. tit. 10. q. 1. nu. 23. Verall. dec. 133. num. 2. quos sequitur Gab. à S. Vinc. de Just. disp. 10. q. 7. num. 104.

2095.

Hinc, si Locator Conductorem frui non patiatur, rem vendendo, comburendo, non reficiendo, construendo, &c. tenetur ad interesse, d. §. ubi cumque, d. l. ex conducto, 16. in princ. l. si mercis, 28. §. qui fundum, D. loc. ibi: Curare debet, ut apud Emptorem, eadem pactione, & Colono frui, & Inquilino habitare liceat.

Vel dat aham aequi bonam habitationem.

Si quis autem bona fide, credens se Dominum, locet domum; si domus à Conductore auferatur, tenetur Locator bonæ fidei habitationem aliam æquè commodam prestare, ut ait l. si quis, 9. D. loc.

2096. Opinio affirmans.

An augenda pensio, auctis fortuito fructibus? Affirmant Glos. Bart. Castr. in d. §. vis major, Abb. in d. c. propter, 3. de loc. Gons. 2. var. cap. 3. n. 19. Sylvest. in d. c. propter, 3. de loc. Gons. 2. var. cap. 3. n. 19. Sylvest. v. locatio, q. 14. d. v. conductio, num. 12. Navar. cap. 17. num. 190. Suar. tom. 1. comm. lib. 4. tit. 44. nu. 208. Nisi abundantia emanet ex industria Coloni. Idque ex paritate rationis: qua inopia est causa diminutionis, copia fructuum erit causa, ut augeatur pensio.

2097. Negans firmatur, quia currit diversa ratio in auctione, ac sterilitate.

Habeo tamen in hoc difficultatem. Nam casus iste jure non est expressus; Nec in correlativis licet mutuo arguere, si diversa sit ratio, ut est in re nostra. Nam in Sterilitate, Incendio, Ruiu, &c. Ratio ten. fuit commiseratio Coloni: nè sc. afflictio addeatur afflictio, si amissis semine, expensis, laboribus, cogereur solvere pensionem: ut patet ex d. l. ex conducto. 16. §. si vis major. Idque ex eo fortius suadet: quia tunc nec ipse Dominus colendo aliquid ex fundo percepisset, & semen amississet. Quæ ratio commiserationis cessat tempore abundantia, in qua locator habet integram pensionem conventam.

2098.

Ex quibus licet arguere. Nemo debet aliena jactura locupletari. Ergo Locator nequit petere, stante sterilitate, à Colono integram pensionem. Consequentia est bona. Nam locupletaretur cum damno Coloni, petendo pensionem, quam nec ipse percepisset. At secus est in Colono, qui in abundantia lucratur: nam non sit dives cum jactura Locatoris, qui nihil amittit, & ei solvitur statuta merces. Patet etiam ex l. si mercis, 28. §. vis major. ibi: Modicum damnum, æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non auferatur. D. loc. & ita docent Pinell. in l. 2. p. 1. cap. 3. num. 34. C. de resc. vend. Valasc. de jure emphyt. qu. 27. nu. 53. Gabr. à S. Vinc. de Just. d. sp. 10. q. 7. nu. 93. Paul. Castr. in d. l. si mercis, §. vis major. ubi indistinctè negat augendam pensionem, auctis fructibus. etiam casu fortuito: puta, destructione alicrum molendinorum, Franc. Mart. de dec. 210. Soc. jun. conf. 98. in fin. lib. 2. & Me ad hunc locum sequitur D. Scoppa sic etiam late comprobans ad dec. Gratian. observ. 85. num. 29.

2099. Colonus in abundantia non locupletatur cum jactura Coloni, si exigeret in sterilitate integram pensionem.

Nec in oppositum cogit ire, l. 2. C. de alluvion. ubi Colonus percipiens fructus excessivos, auctam solvit pensionem. Nam ibi augmentum fructuum promanet ex auctione soli per alluvionem, ut suadent verba lex. ibi: Qui suam deplorans patrimonium diminutum, Ergo decrevit alteri fundum, & accessit aliis;

& sicuti fundum unius auctum est diminutione alterius; ita pensio auctior Fisco solvenda est ab illo, cujus fundum auctum est, & diminuenta ab illo, cujus est fundum diminutum.

2101.

L E M M A XVI.

An pensio sit solvenda à Conductore, qui re conducta uti nequit?

Distinguas. Vel nequit uti sua culpa, vel defectu rei, vel casu fortuito. Si sua culpa, debet solvere integram pensionem, l. quaritur, 14. §. quamvis, v. Exercent, ibi: Si resistere potuit, & non resistit, temeri Labeo ait; quæ sententia vera est. l. habitatores, 30. §. iterum interrogatus, l. ex conducto, 16. §. ubi cumque, l. qui insulam, 30. §. 1. l. si fundus, 33. l. qui operam, 41. D. loc. in hac stipulatione, 28. D. de dam. inf. l. si quis, 49. §. 1. D. ad l. Aquil. Gomez. 2. var. cap. 3. Cofia de portione rata, q. 38.

2102.

Conductor solvit pensionem, si sua culpa re conducta uti nequeat.

Si vero absque culpa Conductor discedat, vitio rei, vel casu fortuito: ut, spectri, hostium incursum, peste: tunc decrevit pensio pro rata temporis, quo re non utitur, ut patet citatis Juris. Debet tamen Locator legitime tunc claves restituere, vel deponere, Carroc. de locato p. 3. tr. de remissione mercedis, n. 47. Mol. disp. 493, Alex. vol. 3. conf. 493. Gail. obser. 23. n. 7. Gama dec. l. us. 73. Licet de pe. 7, non ubique sit receptum, Navar. cap. 17. num. 187.

2103.

Non vero si defectu rei, vel casu fortuito.

Cessante vero impedimento, prosequenda est locatio saltem per hæredes conductoris, DD. cit.

L E M M A XVII.

An debeatur merces famulis infirmis?

Nega, nisi aliud conventum sit, suadetque æquitas, ac mos Regionis. Nam merces respicit sexuitus exercitium; quo remoto, esset donatio, non merces, Bart. in l. 1. §. Divus, D. de var. & extraord. cognit. Covarr. 3. var. cap. 13. n. 8. Dec. in c. 1. de præb. Cagnol. in l. diem juncto, n. 15. D. de off. ass. Surd. de alim. tit. 4. q. 23. n. 35. * & cum alii probat D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 53. n. 23. & vide, quæ elegantè Senatus Sabaudia definit apud Ans. Fabr. in suo Cod. lib. 4. tit. 7. de obligat. def. 19. * Scio tamen Harpp. hic n. 53. velle absolute famulis impeditis justè: puta, morbo, præstandam integram totius anni mercedem, ex l. si in hæres, 4. §. Stichus, D. de stat. lib. l. si n. §. 1. D. ad Rod. de jactu. * Sed procedit in his, quæ declarat idem D. Scoppa loc. cit. n. 25. & seq.

2104.

Non debetur solarii infirmis famulis, nisi caritas aliud suadeat.

An, pro mercede famulis debita, detur prælatio?

Affirma præferri, ut præferuntur expensæ functionales, Coler. de tit. 200. n. 6. p. 1. Pistor. p. 1. q. 8. Wefemb. in paratit. D. de privileg. cred. n. 5. Harpp. tom. 3. tit. 15. §. creditor, n. 236.

2105.

Merces famuli habet prælatiorem.

An datur appellatio à decreto condemnante ad solutionem salarii?

Nega. Nam præsumuntur pauperes famuli, & pro victu laborare, Gratian. dec. 53. n. 2. Soc. 2. de judic. cap. 5. n. 173. Sanselic. dec. 132. n. 4. Mascard. de prob. lib. 3. concl. 154. n. 1. * & est communissima sententia, ut constat apud D. Scoppa, qui etiam probat, ad dec. Gratian. observ. 53. n. 2.

2106.

Est paratam executionem.

L E M M A XVIII.

An integra merces sit solvenda illi, per quem non fiat, nè operas exerceat?

Affirma. Nam tunc, non Locator, sed Conductor nolens uti opere, est in mora; undè debet ei damno cedere cessatio ab opere, l. qui operas, 41. ibi: Totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non steterit, quo minus operas prestaret. l. 2. in fin. D. loc. ubi idem de Advocatis dicitur, l. 1. §. Divus, D. de var. & extraord. cognit. l. advocatationis, l. fin. C. de cond. ob caus. Caval. dec. 520. Borrell. in sum. dec. tit. 65. n. 54. Glos. in l. si uno, 17. §. item cum quidam, v. personas, D. loc.

2107.

Solvitur integra merces, Lectori Advocato.

Ex quo inferunt, integram mercedem deberi Lectori, qui inceptos, nequivit ob pestem prosequi publicos literarios labores, Gail. 1. observ. 44. n. 13. Natta conf. 452. Nisi eodem tempore ab alio mercedem acceperit, l. sed addes, 21. §. fin. ibi: Si eodem anno mercedes ab alio non accepit: fidem contractus impleri, æquum est. D. loc. l. diem juncto, 4. D. de off. ass. Griwell. Dolan. de tit. 38. n. 1.

2108.

L E M M A XIX.

An decedente Leſore, Advocato, Medico, Milito, in principio anni, debeat integrum ſalarium ejus hæredi?

2109. Etiam de ſancto.

Affirma. Ipoſt duos, 15. ibi: Totius anni ſalaria, ex quo idem officium peragere cepit, ad hæredes, ſeu ſucceſſores ſuos tranſmittendi, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato, liberam habeant facultatem. D. de advos. di verſ. judic. l. 1. §. Divus, D. de var. & extraord. cogn. l. bis ſcholarib. C. de erog. milit. lib. 12. Nam, ſicuti ipſi, ita ipſorum hæredes, ad totam mercedem jus habent, Dec. conf. 70. Cap. bal. conf. 80. vol. 1. Bart. in l. ſi uno, 17. §. item cum quidam, D. lac. Marant. conf. 59. num. 1.

Tota mercedis debetur hæredibus de ſancto leſoris.

2110. Conductus ad certum tempus tranſmittit ſancionem pro rata temporis.

Sed ſi operas locaſſent ſine taxatione temporis, tunc Mortui ad hæredes tranſmitterent tantum pro rata, quo vixerunt; quod non eſt, ſi ad annum operas ſuas locarunt, d. l. ſi uno, 17. §. item cum quidam, D. loc. l. ſi pecuniam, §. D. de cond. cau. dat. ubi, qui ex morbo non præſtat; quæ facere tenebatur, reſtituit mercedem acceptam, & ſic multo minus poterit illam petere: nam habens actionem ad rem petendam, multo magis habet exceptionem, nè ſolvat, l. invitus, 156. §. 1. D. de reg. ju. Et d. l. ſi pecuniam, §. intelligitur de illo, qui in contractu tempus non præſixit, Hunnius 3. var. n. 7. p. 1. q. 8.

An ſeudum ſit obligatum Advocatis pro ſalario?

2111. Fruſtra obligatur Advocatis pro ſalario

Affirmant etiam ſi deſit Rēgius aſſenſus, Giurb. dec. 103. n. 10. Amat. var. c. 3. Larrea alleg. 105. num. 2. Merlin. 3. de pign. tit. 1. q. 5. n. 33. Borſeli. apud Petram ad Rit. M. C. 58. n. 15.

* Sunt autem aliquæ perſonæ, quæ officium exercent ſine pacto ſalarii: ut Medicus, Procurator, Ærarius Baſonis, Advocatus, Mercenarius. Et dubitatur: an ſit eis ſolvendum ſalarium ab illo, pro quo exercetur officium? Itaque

Q. I. An ſalarium non conſtitutum, à Procuratore peti poſſit?

Diſting. Vel eſt Procurator ad lites, Vel ad negotia. Ad lites. Affirma poſſe peti ſalarium à Procuratore: quia operas locare ſolitis, ut iſti Procuratores ad lites, debetur ſalarium etiam non conſtitutum, l. ſalarium, D. mand. Rota Gemuenſ. dec. 115. Paſbal. de patr. poteſt. n. 39. Roccus tom. 2. tit. de nauulo, notab. 42. n. 3. de Marim. lib. 1. c. 32. n. 4. & 5. & ad Revert. obſerv. 571. Concludentes, etiam ſalarium non conventum deberi Vicario: quia iſte ſolet locare operas ſuas, Puteus dec. 6. Gyptius ad Capyc. l.atro obſerv. 185. n. 12. Rota apud Seraſin. dec. 74.

2112. Salarium non conſtitutum debetur Procuratori ad lites.

Si verò ſit Procurator ad negotia. Subdiſting. Vel ſolet: Vel non ſolet locare operas ſuas. Si ſolet locare operas ſuas. Affirma deberi ſalarium: patet ex dictis.

Si non ſolet locare operas ſuas. Nega poſſe petere ſalarium non conventum, Alex. conf. 109. vol. 7. Revert. p. 2. dec. 57. aſſerens nec deberi ſalarium Adminiſtratoribus patrimonii, Alex. lib. 6. conf. 109. de Marim. lib. 1. cap. 72. n. 5. Nutta vol. 2. conf. 370.

Patet ex l. ſalarium, 7. D. mand. quia, tunc actus continetur intra limites mandati, cujus natura eſt, ut gratis exequantur, l. 1. & l. ſi remunerandi, D. mand. l. litem, C. de procurator. l. ſi contra, 20. Cod. mand. Q. II. An ſalarium non conventum debeat ſumulis.

2113.

Affirma. Paſbal. p. 4. de patr. poteſt. n. 32. Rota Gemuenſ. dec. 115.

Patet: quia iſti ſolent locare operas ſuas, ex quibus vivunt.

Q. III. An ſalarium non conventum debeat Medico?

Affirma: quia iſti ſolent locare operas ſuas, l. ſalarium, 7. C. mand.

2409. IV. Differt à Locatione pura ad longum tempus, Differt per quam etiam transfertur in Colonum, & Conductorem dominium utile, l. 1. §. quod autem, D. de sume ad long. persio. I. Quia Emphyteuticus est ad meliorandum, non Locatione ad longum tempus; ratione ejus meliorationis, ex Emphyteuti solvitur modicæ, ex Locatione pinguior pensio, l. 1. & 2. ubi Jaf. & Bart. n. 5. C. de jure emphyt. Filliucc. l. c. cap. 7. nu. 127. II. Quia Locatione ad longum tempus non amittitur res, si non melioretur; sed destruitur Emphyteusis, si res non melioretur.

2410. Scio tamen quosdam velle Locationem ad longum tempus, & Emphyteusim esse idem, Pergera de renovat. emphyteusis, c. 56. nu. 7. & 55. Molina disp. 446. nu. 6. Lopez 2. p. de contractibus cap. 29. Sylvest. v. Emphyteusis, num. 1. Sed omnimodò conveniunt inter se, resistunt Jura, & rationes dictæ.

2411. Differt Emphyteusis à Consignativo, ac Reservativo. Nam in Emphyteuti, translatò utile dominio cum possessione naturali in Em-

phyteutam, remanet directum dominium Domino directo cum possessione civili. In Censu Consignativo nullum rei transfertur dominium; sed solum numeratur pecunia pro jure percipiendæ pensionis annuæ, & est verò emptio illius juris, Aiberic. in l. 1. C. de jure Emphyt. Covarr. 3. var. cap. 7. nu. 1. Lopez in l. 28. tit. 3. part. 5. glof. 3. A Reservativo etiam differt: quia Reservans nihil domini retinet in rem jam plenè alienata, licet sibi referret jus exigendæ pensionis; Imol. in cap. ad audientiam, num. 4. de re Eccl. non alien. Dec. conf. 164. Jus. lib. 1. conf. 63.

Hinc solvens censum Reservativum, aut Consignativum est Dominus plenus rei, ex qua solvit censum, & patet ex se. At solvens censum Emphyteuticum est Dominus utilis Rei, ex qua solvit censum.

Ex quibus clarum fit, censum Emphyteuticum distingui à censu Consignativo, & Reservativo; maxime etiam ex eo, quia in censu Emphyteutico non solvens canonem incidit in commissum; non verò ita est in Consignativo, & Reservativo.

Quotuplex sit Emphyteusis?

I. Divisio est, ut una species Emphyteusis sit Nova, altera Antiqua. Nova est primò acquisita. Antiqua est, acquisita per ultiores Ascendentes, aut Transvertales. Et hæc subdividitur in Perpetuam, & Temporalem. Perpetua durat semper, nec per hoc inutile est dominium directum, cum canon solvatur. Temporanea est concessa, vel ad tres, vel quatuor vitas, vel ad diem certum; puta, usque ad quindecim annos, Filliucc. c. 1. q. 3. nu. 122.

II. Divisio est in Hereditariam, & non hereditariam. Hereditaria est concessa uni, ejusque hæredibus. Non hereditaria est, quæ non conceditur pro hæredibus; sed ad libitum Emphyteutæ ad alios transferre potest.

III. Divisio est in Ecclesiasticam, & Secularem. Ecclesiastica est, cujus rei directum dominium spectat ad Ecclesiam, Collegium personarum Ecclesiasticarum. Secularis, si Dominus directus sit Laicus, c. potuit, de locat. Sylvest. v. Emphyteusis, num. 9. Lessius lib. 2. cap. 24. dubit. 9.

IV. Divisio est in Hereditariam, Gentilitiam, seu ex Pacto, & providentia, & Mixtam.

Hereditaria datur pro se, & hæredibus quibuscumque, qualis in dubio semper præsumitur. Cum quilibet præsumatur pro se, & hæredibus stipulasse, & tunc exigitur hereditatis aditio, ut hæc Emphyteusis devolvatur ad hæredes, Caldas de nominat. emphyteusis, q. 22. n. 24. Valasc. de emphyteusis, q. 43. nu. 4. Gratian. cap. 451. nu. 17. Covarr. 2. resol. cap. 18. q. 1. Idem omnino dicendum.

Et etiam Hereditaria censetur: & ad quoscumque, etiam extraneos devolvitur; si concedatur pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumque, Felician. in cap. in presentia, d. col. 14. nu. 26. de probat. Croas in l. 1. §. nunciatio, nu. 54. de novi oper. nunc. Soccin. jan. lib. 2. c. 572. nu. 22. Gabriel conf. 76. num. 1. lib. 1. Matia 22. de tacit. tit. 26. num. 22. Tirag. de retract. lignag. §. 1. glof. 7. num. 21. Et idem est dicere pro se, & successoribus, ac pro se, & quibuscumque voluerit, quibus dederit, &c. Roland. lib. 1. confil. 96. n. 48. Ripa in l. quæsitum, §. si quis, nu. 9. D. de privileg. cred. Seraph. dec. 352. nu. 15. Imò potest etiam transire ad successores singulares, & ad Ecclesiam, Felin. l. c. num. 48. Berous lib. 1. conf. 94. num. 50. decisum apud Gratian. cap. 431. num. 61. Et in alienatione tunc non requiritur Domini consensus, Dlx. conf. 390. num. 8. Paris. lib. 1. conf. 3. nu. 13. Mantie. l. c. tit. 19. nu. 24.

Emphyteusis ex pacto, & providentia est, quæ conceditur alicui pro se, & descendentes: pro ipso, & liberis, hereditaria qualitate neglecta, Ufernia, & Afflic. in cap. 1. An agnatas, vel filius, Jaf. conf. 56. col. 1. nu. 1. Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 34. C. de bon. matron. Menoch. lib. 3. conf. 202. nu. 53. Valasc. l. c. q. 45. num. 2. Gratian. 6813. nu. 27. Et tunc succedunt filii, etiam non hæredes, L. Patroni, D. ad Trebell. l. 6. D. soluto matrim. Bart. in l. ut juris jurandi, §. si liberi, D. de oper. libert. Alex. in h. quod dicitur, l. 2. p. de verb. oblig. Berous conf. 93. n. 3. lib. 1. Mixta

2412. Et à reservativo censu.

2413. Divisio Emphyteusis.

2414.

2415. Ecclesiastica, & laica.

2416. Hereditaria.

2417.

2418. Transfertur ad omnes successores

2419. Ex pacto, & providentia.

Mixta Emphyteusis est concessa pro se, & descendentes hereditibus.

CAUSA EFFECTIVA.

Qui non possunt dare in Emphyteusim?

2420.

Q. Ul alienare nequit, nec in Emphyteusim dare potest, l. final. C. de reb. Eccl. non alien. cap. nulli, cod. sit. Alex. conf. 85. nu. 17. lib. 3. & conf. 112. lib. 4. Paris. lib. 3. conf. 35. nu. 7. Nam per dationem in Emphyteusim transfertur possessio, & utile dominium, quo fit alienatio, l. is cui, D. de off. Gutierrez 3. var. cap. 1. nu. 3. Rimell. l. 1. p. 3. num. 64. C. de bon. matern. Glos. in Clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Tirag. de retract. lignag. §. 1. glos. 50. num. 79. Contra Freca. ad Napod. in Consuet. Juris congr. v. emitt. num. 4. fol. 225. Glos. in l. fin. v. hypothecam, C. de reb. Eccl. non alien. Corn. lib. 1. conf. 193.

2421.

Hinc Furiosus, Amens, Prodigus, Pupillus, Minor, Prælati Ecclesie, non concedunt emphyteusim, Extravag. Ambrosiæ, de reb. Eccl. non alien. Id non currit, si addit pactum ab initio, ut possit nominare quemlibet in Emphyteusim: nam tunc absque nova requisitione potest concedi, Bald. lib. 4. conf. 460. Tusc. v. Emphyteusis, concl. 207. num. 151. Gabr. conf. 34. nu. 23. Clar. v. Emphyteusis, num. 20.

2422.

Ecclesia tenetur ut dare intra annu Emphyteusim ad ipsam devoluitur.

Nota hic I. quod quando Emphyteusis devolvitur ad Ecclesiam, tenetur illam vendere intra annum: cum non possit ei tanquam potentiore remanere, Alex. conf. 120. num. 3. lib. 1. Decisio Rosa coram Lancelotti. 16. Febr. 1601. Mastrill. decis. 128. nu. 2.

Nota II. licere Prælato investire Benemerito, etiam in præjudicium successoris de aliqua emphyteusim; ita ut nec per successorem possit revocari, Afflic. in cap. 1. notab. 3. nu. 51. Succin. jun. conf. 81. num. 12. lib. 2. Nam bona prohibita alienari, adhuc aliquando alienari queunt ob benemerita, Bart. in l. jubemus, 19. la. 2. C. de sacros. Eccl. in l. ambrosiæ, 4. nu. 2. D. de decret. ab ordine faciend. Bald. conf. 53. lib. 2. Gratian. c. 812. nu. 33. & semper censetur ob benemerita, si merita addunt, Succin. in l. 2. v. circa tertium, D. de reb. dub. Bald. lib. 2. conf. 194. Alberic. in l. 1. v. sed an relitum, C. de sacros. Eccl. Tirag. in l. si unquam, v. donatione largitus, num. 54. C. de revoc. donat. Et ratio est, quia actus semper præsumitur, eo modo factus, quo valere potest.

2423.

2424.

Bona prohibita alienari, valent alienari ob benemerita.

An Prælati Ecclesie, duxante emphyteusim, possit illam concedere ex nunc pro tunc, quando vacabit, ipso vivente, alteri?

Affirma. Nam concessio respicit tempus habiles si scilicet, & quando merietur aequalis Emphyteuta, cap. 1. §. moribus, v. secus est, si de feudo defuncti controversa cap. 1. in med. qui succedere, cap. 1. §. si quis investierit, de feudo data invicem, l. commissi. c. 1. de Clerico, qui investitur, cap. 1. in princip. qui Successores feud. dare poss. ubi Laici possunt investituram novam facere, etiam puram, durante primo investito, qua obligantur successores hæredes. At Ecclesiasticus tantum dat investituram sub conditione: si scilicet, investitus decedat in vita ipsius Investientis: Nam si decedat post mortem Prælati, tunc Successor non tenetur confirmare illam investituram, c. 1. ubi Bald. sit. si quis invest. ubi l. fern. & Afflic. m. 1. Paris. lib. 2. conf. 22. nu. 41. Et ita intelligas Dec. 144. num. 1. Genuens. prast. q. 120. dicentem, emphyteusim viventis non posse concedi à Prælato. Intelligas absolute, & pure, Nam tunc est inhabilis: scilicet, durante vita primi investiti, quo tempore non potest in alium transferre pure; sed potest dare sub conditione: si scilicet, moriatur investitus, Caldas, de renov. emphyteusis, lib. 1. q. 5. n. 4. Gratian. cap. 218. n. 18.

2425.

Potest concedi ex nunc pro tunc.

2426.

Dices. Minc probari votum captandæ mortis, omni Jure reprobatur, l. fin. C. de pact. l. qui superstitis, D. de acq. hæred. l. 1. Cod. de inutili stipulat. l. pactum, C. de collat. Menoch. lib. 6. conf. 502. n. 32.

2427.

Objeccio.

2428.

Solutio.

Resp. In re nostra non esse pactum de futura successione, de qua Jura prædicta loquuntur; sed est investitura rei futuræ pro tempore, pro quo eris caduca, Bald. in cap. 1. §. moribus, num. 2. sit. si de feudo fuerit controvers. inter Domin. & agnat. Roland. lib. 1.

conf. 2. n. 46. Fabus decis. l. m. 2. n. 11.

Sed adhuc nauseat animus. Nam Investitus conditionaliter sperat emphyteusim dominium, & possessionem, sequuta morte primi possessoris, & ita videtur votum captandæ mortis. Nisi velis dicere, esse Jure reprobatur tale votum in pacto de futura successione, etiam beneficii; non verò in pacto ex caducitate.

2429. Pactum de futura successione non caducitatis prohibetur.

Sed ad tollendam omnem mentis anxietatem, non displicet, quod observat Afflic. decis. 292. scilicet, hujusmodi conditionalem investituram solum posse à Principe Supremo concedi, qui potest dispensare legi de voto captandæ mortis; quæ est Juris præsumptio, & potest tolli ab illo, qui Jus concedere potest: licet secundum Gratian. cap. 812. nu. 5. etiam Episcopus possit investituram alteri concedere, vivente adhuc primo Investito.

2430.

Nota hic, quod si emphyteusis detur duobus successivè ab Ecclesia, & secundus ante primum obtineat assensum Apostolicum, tunc secundus præferatur primo. Nam acquirit dominium, & possessionem rei Emphyteutæ, quæ non sicut acquisita primo, cui prius fuit concessa. Cum sine assensu nulla sit concessio rei Emphyteuticæ Ecclesiasticæ, Afflic. decis. 286. num. 1. Franc. decis. 21. nu. 2. Fresco. de subfeud. lib. 2. qu. 30. num. 3.

2431.

An Laici Emphyteusis possit ab Emphyteuta alienari?

Est prohibita Domino irrequisito, l. 3. in fin. C. de jur. emphyt. ibi: Sancimus minime licere Emphyteuta sine consensu Domini meliorationes suas aliis vendere, vel jus emphyteuticum transferre. Ubi Glos. & Bald. l. fin. ut. 8. part. 5. Tirag. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. v. 15. Succin. lib. 3. conf. 70. n. 14.

2432. Non tenet alienatio, nisi Dominus non consentiat.

Post denunciationem Dominus directus habet 60. dies ad deliberandum: an sibi vellet emere? Nam præfertur omnibus, Giurb. dec. 52. ex l. h. Cod. de jure emphyt. Et debet decernere Ian substitutus Emphyteuta sit idoneus? d. l. fin. §. adeo, l. fin. de locat. cap. potest de locat. Molin. disp. 459. num. 3. qui ait, ex consuetudine tantum concedi 30. dies.

2433. Car alienationis denunciatio sit facta Dominus directus.

II. Debet moneri ad hoc, ut investiat secundum Dominum utilem, Clar. sup. III. Ut solvatur laudemium, Nam debetur Domino directo ex quavis alienatione 50. pars pretii. Quod est laudemium. IV. Ut prospiciat, ne res emphyteuticæ deterioretur: cum ex natura contractus emphyteutici sit melioratio rei, Castren. in l. Colonus, 63. nu. 4. De locat. Gratian. cap. 934. num. 11.

2434.

V. Ut moneatur novus Emphyteuta de commissio, & caducitate: ut scilicet, si per tres annos canonem non solvat, incidat in commissum ipso facto, & tandem tollatur ab Emphyteuta, Tusc. v. Emphyteusis, concl. 207. Molin. disp. 461. Sylvester. v. Emphyteusis, num. 17.

Ad quas personas faciendæ sit alienatio?

Ad idoneas, l. 2. & 3. C. de jure emphyt. Auth. hoc jus. C. de sacros. Eccl.

2435.

Idonea autem persona non est. I. Pauper, II. Potentior, III. Ecclesia: quia non possunt cogi ad solvendum canonem. Et aliquando non possunt re emphyteutica privati ob vehementiam potentiam, & contumaciam, Tusc. v. Emphyteusis, concl. 210. Alou. conf. 106. num. 3. lib. 4. Clar. v. Emphyteusis, q. 22. qui addit, etiam Curiales, & Milites, Tusc. concl. 158. n. 6. Paris. in cap. in presentia, n. 169. de probat.

Qua idonea persona.

An verò admittantur Famula ad emphyteusim concessam pro se, & filiis?

Negat l. f. in l. si quis, num. 23. D. de jurisd. omni. Jud. Clar. §. Emphyteusis, qu. 32. verb. sed quid si fuerit, num. 2.

2436.

Affirmant alii apud Covarr. 2. res. l. 18. num. 1. Tu dicas, transmitti ad feminas emphyteusim, originem ab eis habentem, Ardin. in l. Gallus, §. nunc de lege, ubi Succin. n. 5. de lib. & posthum. Sard. dec. 9. n. 126. Roland. conf. 76. n. 2. lib. 2.

Facta legitima denunciatio per duos menses, Dominus directus potest sibi eodem pretio eisdem conditionibus emere, d. l. fin. C. de jure emphyt. Gratian. c. 745. nu. 69. Et si velit sibi emere, debet licentiam

2437.

2437. Viam dare. Et recusante ipso, tunc Emphyteuta rite alienat, ut denunciavit, l. fin. §. ne hac occasione, C. de jure emphyt. ibi: Sin autem duorum monum...

2438. Si alienatio fiat Domino directo irrequisito est nulla, l. 3. C. de jure emphyt. cap. potuit, de locat. Alex. lib. 3. conf. 44. Tusch. concl. 207. Clar. v. Emphyteuta, q. 13. n. 2. Bald. lib. 1. conf. 306.

2439. Et Alienans incidit in commissum, ac amittit omne jus, quod habet in prædio emphyteutico una eum meliorationibus, l. fin. C. de jure emphyt. ibi: Jure emphyteutico datur. Ubi Bald. Butr. conf. 22. num. 1. Decian. conf. 4. n. 5. Tusch. concl. 190. n. 27. & 207. n. 11.

2440. Dicitur non currunt, quando alienatio fit ex causa necessaria: scilicet. Creditoribus urgentibus, & iudicio contententibus. Nam tunc Emphyteuta, ut non est in culpa, ita non debet supponi poenæ, Bald. conf. 306. lib. 1. Tusch. concl. 207. n. 69. Videat Afflic. dec. 191. Alex. conf. 139. n. 12. Unde merito ex Statuto Urbis Romanæ, lib. 1. cap. 122. Res emphyteutica potest dari in dotem, & pro dote hypothecari, Gratian. c. 331. n. 3.

2441. Non solum debet iniisse alienationis: puta, venditionis contractum. Sed debet rem illam tradidisse: Nam cum res sit poenalis, delictum debet esse consummatum, Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, Tusch. concl. 207. n. 76. Cuman. conf. 91. ad 1. Fulg. conf. 11. Alex. conf. 193. n. 1. lib. 2. Poenæ enim molliendæ sunt, l. interpretatio, l. prospiciendum, D. de pen. l. fin. C. de bonis ced. & semper sunt restringendæ, cap. odia, de reg. jur. in 6. Marfil. singul. 412. Butr. conf. 37. in fin. Clar. v. Emphyteuta, q. 13. Valasc. de jure emphyt. q. 32. n. 20. Covarr. 2. var. n. 13. cap. 7. qui omnes fatentur, alienationem debere esse consummatam traditione, ad hoc, ut Emphyteuta incidat in poenam commissi, Gutierrez 2. practica. q. 119. n. 4. & 5. Sylvest. v. Emphyteuta, q. 9. dist. 2. Molin. disp. 499. n. 6.

2442. Ut incidat in commissum requiritur, ut alienationi non sit adjecta clausula: Salvo consensu Domini. Nam ea clausula apposta, dispositione conditionalis est, & nihil operatur, utique ad implementum conditionis, Bald. in cap. 1. §. fin. n. 1. de locat. Ripa in cap. Cum M. Ferrarientis, v. Secundo intellige, Jaf. in rubr. D. D. n. 25. Abbas in cap. 2. n. 10. de feudi alienat. Alex. lib. 1. conf. 3. Curd. sen. conf. 8. num. 4. Clar. §. Emphyteuta, q. 13. v. item quarto, Tusch. v. Emphyteuta, conclus. 207. n. 86. Molin. disp. 461. n. 3.

2443. Quando irrequisito Domino, Emphyteuta possit alienare rem Emphyteuticam?

A quolibet hæres potest institui pro tempore, quo ipse potest obtinere rem Emphyteuticam. Nam ista censetur alienatio necessaria, quæ non exigit consensum Domini, Tusch. conclus. 207. n. 69. Bald. lib. 1. conf. 906. l. 3. Cod. de jure emphyt. Valasc. q. 18. num. 23. Quod idem dicas de fideicommissis, de donatione propter nuptias, causa mortis, de legato, &c. Bald. in l. 1. D. quib. modis usufruct. amittit. Alex. in l. 3. ex com. xario, n. 3. D. cit. ut. Unde, ut optime observavit Molin. Jura in tit. C. de jure emphyt. cap. potuit, de locat. l. 28. tit. 8. pars. 5. loquuntur de contractibus gratuitis, sive onerosis, quando agunt de laudemio, & commissio, non verò comprehenduntur successiones, aut dominationes, Onnato tract. 31. disp. 111. n. 141.

2444. An Emphyteuta possit irrequisito Domino directo donare meliorationes pro tempore, quo ipse possidet, salvo tamen semper jure proprietatis.

Affirma. Gloss. in l. fin. C. de jure emphyt. Clar. §. Emphyteuta, n. 15. Imol. in l. si domus, §. fin. n. 2. D. de legat. 1. Brun. lib. 1. conf. 42. n. 1. Capoll. consil. l. 10. Soccin. jun. conf. 124. n. 70. Nasta conf. 554. n. 5. Caldas de alien. emphyt. lib. 4. cap. 2. n. 13. Tusch. concl. 207. n. 7. Contr. Bart. in l. fin. in fin. C. de jure emphyt.

2445. An Emphyteuta possit dari in dotem?

Est contractus onerosus datio Emphyteutis in dotem, nec est alienatio necessaria, & sic nequit dari in dotem Domino irrequisito, Gama dec. 127. & dec. 283. Molin. disp. 461. n. 7. Tusch. concl. 207. n. 66. Contr. Marfil. singul. 443. Anchar. conf. 38. n. 6. Jaf. in Auth. Res q. 2. C. comm. de legat. n. 32. Alex. lib. 2. conf. 171. Quod intelligat, si Pater habeat alia bona. Nam rem emphyteuticam dare potest in dotem, si cæteris careat bonis. Tunc enim alienatio dicitur necessaria, & ex ea nec laudemium solvitur, Tusch. concl. 313. & 212. Cravett. conf. 219. n. 6.

2446. An Domino irrequisito, Emphyteuta rem emphyteuticam vendere, aut permutare queat?

Nega. l. fin. C. de jure emphyt. cum Alex. lib. 7. conf. 63. n. 2. Nec potest de re emphyteutica compromittere, Bald. conf. 419. Tusch. concl. 207. n. 32. & 47. Nec potest mutare rem emphyteuticam, sicuti non posset dominium tollere, nec unam rem dare loco alterius invito Domino. Cum ergo Dominus directus retineat proprietatis dominium, nequit ab ipso tolli, nec aliam rem ipso invito mutari, nec societatem iniri in re emphyteutica: nam esset reddere rem emphyteuticam communem sociis.

2447. An possit subemphyteuticare?

Nega. Molina disp. 461. Tusch. v. Emphyteuta, conclus. 197. n. 61. ex cap. 1. de Vassallo, qui, in usib. feud. Clar. §. Emphyteuta, q. 22. ex l. fin. C. de jure emphyt. ibi: Vendi, aut alienari jus emphyteutis non potest. Boer. dec. 181. Si ergo nullatenus alienare potest, nec potest subemphyteuticare. Nam contractus iste Livellarius alienatio est.

2448. An possit usufructum constituo ad longum tempus?

Nega. Nam esset alienatio domini utilis, Clar. §. feudum, q. 37. n. 2. Pinell. de bonis matern. p. 1. n. 70. ex l. usufructus, D. de jure dot. Potest tamen concedere usufructus commoditatem, l. successariis, §. §. fin. D. de peric. & comm. Coras. in l. 3. n. 5. D. de servit. Bald. in l. 1. D. quemadmodum usufruct. amittit. Molin. disp. 46. num. 4.

2449. An possit superficiem constituo?

Nega: quia illius utile dominium alienari nequit, Valasc. de jure emphyt. q. 23. p. 1. Potest tamen servitutem constituo, irrequisito Domino pro tempore suæ Emphyteutis: quia tunc non præjudicat Domino directo, Clar. q. 21. Molin. de primog. lib. 1. cap. 29. n. 2. Glossa in l. 3. C. de superfic. ex cap. 1. §. quid ergo, de investit. de re alien.

2450. An pignori, & hypothecari queat simpliciter?

Nega: Nam esset via ad alienationem. Debitore enim non solvente, devenitur ad alienationem pignoris, & hypothecæ. Ut enim non potest dare potestatem alienandi, qua caret, ita nec pignori: nam cum pignore est potestas alienandi, l. ult. C. de jure emphyt. Tusch. concl. 207. n. 145. Grammat. doc. 102. n. 2.

2451. De CANONE, ET LAUDEMIO. X re Emphyteutica solvitur Canon, & in ejus alienatione laudemium. Itaque I. De Canone Emphyteutico.

Quid, & quatuorplex sit Canon.

Canon est certa regulata quantitas rei solvenda ex aliqua determinata re, l. 3. c. quæ res vend. Dicitur Regulata censa. Quia de ratione Canonis est, esse regulam certam, stabilem, regulatam, non mutabilem pro libito, l. modios, C. de susceptor. & arcar. lib. 11. Tit. C. de canone frumentario. Rom. lib. 11.

Et erat multiplex. I. Canon publicus erat anniversaria solutio, Argenti, Auri, Olei, Vini, Carnis, facta Populo, l. ult. C. de collat. fund. Patrimon. lib. 2. c. de præd. Tamiacis, lib. 11. l. 1. C. de indist.

II. Canon Tertius solvebatur à publicanis, Cassiodor. lib. 1. epist. ad Anselmum.

III. Canon Gleba solvebatur ex Gleba, Simodius lib. 5. IV. Canon Largitionum erat certa anni quantitas singulis annis inferenda in arca largitionum, Novell. 122.

Solutio canonis, dicta est Canonica Pensio, l. 2. Cod. de lucr. Adgen. Et est etiam dicta Canonica illatio.

2452. Canonum diversitas.

2453.

rio, l. placet, Cod. de Sacros. Eccles.

Exigentibus canones, & notantes, quæ in scriniis mittebantur à Provincialis, sunt dicti *Canonicarii*, l. 7. C. de *Palatin sacr. larg. l. ult. C. de Excess. l. i. vult. Aust. de collat.* Et præpositus Cubiculi habebat Jus in Canonicarios, *Novell. 30. & 138. Justiniani.*

Canon Emphyteuticus solvitur ex re Emphyteutica, & est res determinata annuatim solvenda ab Emphyteuta Domino directo in recognitionem domini directi, *l. privati, C. de excess. muner.* Quo non soluto per tres annos in laicis, per duos in Ecclesiastica emphyteusi incidit in commissum, *l. 2. d. ultim. C. de jure emphyt. **

DE LAUDEMIO.

2454. Laudemium unde dicitur.

Laudemium, barbara vox, dictum, vel quia Emptor *laudat contractum*: hoc est, approbat contractum, & solvit 50. pretii partem Domino directo approbanti, & consentienti, *l. fin. C. de jur. emphyt. ubi Jaf. n. 52. Pereyra de ext. inst. emphyteus. lib. 4. cap. 16. n. 1.* Vel dicitur *Laudemium*, quia *laudatur Emptor*: hoc est, approbatur, tanquam idoneus ad obtinendam rem emphyteuticam: seu *laudare* est idem ac *nominare*. Nam solet dici, *laudo* in auctoritate: hoc est, *nomino* alium, *Pereyra l. c.*

Quantitas Laudemii.

2455. Ejus quantitas

Alibi solvitur 30. ex *Consuet. Tusc. v. Laudemium, concl. 15. n. 4. Clar. v. Emphyteusis, q. 26. num. 1.* Jure communi est 50. pars pretii, live rei emphyteuticæ alienatæ, *l. fin. §. & n. avaritia, C. de jure emphyt. Tusc. v. Emphyteusis, concl. 104.* Et solvitur etiam, si in prima constitutione emphyteusi dictum sit, ut libere alienetur emphyteusis, *Socci jun. conf. 70. n. 11. lib. 3.*

Semper standum est pactis, sive tacitis, sive expressis. Et secundum regulam pacti à Contrahentibus initam solvitur pinguius, & extenuativus laudemium. Nam in contrahentibus pacta sunt servanda, *ex l. 3. hoc tit. Pereyra lib. 4. c. 16. n. 18. Rebell. lib. 13. q. 6. num. 1.*

Cui solvatur Laudemium?

2456. Solvitur Domino directo.

Solvitur Domino proprietatis semper, ac res alienatur. Et hoc saltem ob mercedem laboris, & ob auctoritatem approbantis, novum Emphyteutum inveniendo, mittendo in possessionem, & ut tali laudemio recognoscat directum Dominum, *Gros. in l. fin. v. Accipere, C. hoc tit. Tusc. l. c. n. 2. Clar. ubi supr. cum aliis, quos sequitur D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 37. n. 8.*

Qui solvat.

2457. A novo Emphyteuta.

Novus emphyteuticæ rei possessor, & dominus laudemium solvit, non verò qui emphyteuticavit. Nam commodum alienationis ei cedit, & etiam Notario ipse debet solvere, *Tiraq. loc. cit. num. 7.* Sic etiam gabellæ ab Emptore, non à Venditore sunt solvendæ, *Hoffiensis de locat. n. 12. Sylvester v. Emphyteusis, n. 28.*

Ex qua alienatione solvatur?

2458. In omni alienatione.

Laudemium regulatur à pretio, & regulariter solvitur ex omni alienatione, *d. l. fin. §. fin. ubi Gloss. v. aliis vendere, Bart. Bald. Salyc. Jaf. Cod. de jure emphyt. ex cap. potuit, de locat. ubi Panor. in Dec. & Ananias, Bart. in l. ideò, D. de condit. furt.* Et hoc etiam si alienatur cum licentia Domini, *Socci jun. lib. 3. conf. 71. Salyc. in l. fin. n. 2. ubi Jaf. n. 4. C. de jure emphyt.* Et etiam si alienatio fiat per donationem, secundum *Capell. Tholosan. q. 278.* & debetur, etiam si emphyteusis detur in dotem, ut transeat in dominium Viri, ætimatione interposita sine necessitate; nisi ab initio factum sit pactum, ut possit dari in dotem, *Salyc. in l. fin. ubi Jaf. n. 41. C. de jure emphyt.* Et etiam si permutetur, *d. l. final. Paris. supr. n. 39.*

Quando Laudemium non debeat?

2459.

Non debetur I. Alienatione nulla, vel sine effectu, ut ait *Sylvester v. Emphyteusis, n. 28.* & in Senatû Sabaudie decisum refert *Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de jur. emphyt. defn. 28.* quem, addens alios, sequitur *D. Scoppa ad Controv. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 37. num. 12.* Nec debetur II. si res non

fit tradita: nam ante traditionem non transfertur dominium, nec res dicitur alienata.

III. Nec debetur, si in emphyteusi concedatur servitus rustica, vel urbana. IV. Nec debetur ex alienatione ad breve tempus: nam talis concessio alienationem non continet. V. Nec debetur ex alienatione conditionali: nam ex illa non transfertur dominium, nisi purificata conditione, *Pereyra sup. n. 82. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 2. n. 22.* VI. Nec debetur ex alienatione necessaria, *l. 1. D. de fund. dotal. l. alienationes, D. fam. ercisc. l. pater filium, D. de leg. 3. Roman. conf. 107. Dec. conf. 300. col. 3. Alex. lib. 2. conf. 173.* Unde si detur Emphyteusis in dotem ex causa necessaria: puta, quando non adsunt alia bona, tunc laudemium non debetur, secundum *Jaf. in l. fin. num. 107. C. ced. tit.*

VII. Si fiat divisio rei emphyteuticæ actione familiaritatis exercitandæ, non debetur laudemium, quia alienatio est necessaria, *Pereyra sup. cap. 56. ex l. voluntas, C. de fidejuss.* In re emphyteutica, quæ jure congrui peritur, etiam debetur laudemium, *Franch. dec. 277.* Sed quid dicendum in contractu in nostro Regno usurpatissimo, vulgò à *godere*. Dicitur non deberi laudemium: nam ex eo non transfertur dominium, *Riccus in praxi p. 2. resol. 307. de Marimis c. 235. n. 19.*

An Laudemium debeat ex datione insolutum, vel venditione facta subhasta?

Diximus ex alienatione necessaria laudemium non deberi, *Tbesaur. decis. 139. in fin. Masfrill. dec. 142. n. 8. Intrigiol. lib. 3. singul. 96. n. 32. de Marimis l. c. n. 11.* Unde videri posset ex datione insolutum, vel venditione subhasta laudemium non deberi, quia alienatio videtur necessaria.

Hinc optimum putamus inquirere, ex qua alienatione necessaria non debeat laudemium.

Necessitas duplex est: Una ex *Communi bono orta*. Altera ex *Particulari obligatione*: puta, ex contractu. Ex *bono Communi* necessitas confertur, quando pro amplianda via, pro dotanda Puella, vel pro alia publica necessitate, res alienanda est.

Ex *bono Particulari* confurgit necessitas; si ex pacto quis cogatur vendere, vel revendere, vel ex debito aliquo particulari.

Nunc dicas, quòd quando necessitas nascitur, non ex particulari, sed ex communi favore, tunc non debetur laudemium, *Minardus dec. 43. lib. 3. Borrell. in summa decis. part. 1. tit. de Laudemio, n. 34. & 45. Cabed. dec. 105. Valas. dec. 22. Rota apud Farinac. disp. 213. tom. 3. p. 2. de Ponte de potest. Erereg. tit. de anazona Civit. §. 4. n. 18. Noanr. in summa Bullar. tit. de quint. servati solutione, n. 31.* Et ratio est: quia in hoc casu absolute quis non potest resistere alienationi.

Ex his gradu facimus ad controversiam propositam. Et dicimus, deberi laudemium ex datione insolutum, vel alienatione subhasta, * ut à Senatu Sabaudie tractatum, scribit *Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de jure emphyt. defn. 23.* & probant *Tbesaur. decis. 139. Rendell. de jure protomis. v. Non aliter nisi, n. 53. Franch. decis. 277. & dec. 432. n. 2. & dixi sup. n. 201.* Et hoc I. ne dolis sternamus viam, quibus quis uteretur ad præcavendam laudemii solutionem. Nam posset curare bona sua, instantibus Creditorebus, vendi. II. Quia in hoc acta Judicis sententur gesta partis, *Ofusc. dec. 169. n. 3. 4. & 24. Ant. Faber d. defn. 23. n. 1. in all.* Et pars censetur alienare, interjecto Judicis decreto, & nolens irrationabiliter esse invita, *Franch. dec. 277. Joseph. Ludovic. dec. Perus. 60. n. 7. Alciat. conf. 433. Cassan. ad Consuet. Burgund. rubr. 9. §. 10. limit. 4. Borrell. l. c. n. 38.* III. Conducitur, quia attenditur initium obligationis, quod fuit voluntarium, *Menoch. de arbitr. casu 132. de Marin. l. c. n. 13.* Sed Q.

An ex alienatione facta pro amplianda Ecclesia debeat Laudemium?

I. Ingressu videtur negandum: quia hæc alienatio est necessaria necessitate publica: sc. favore *Pæcausæ*, ex qua laudemium non debetur, *Cabed. decis. 105. Borrell. sup. num. 45.* & ita docet *de Marimis l. c. num. 15. & 16.* Sed in contingenti oppositum fuit

2460. Debetur ex alienatione cum transgressione domini.

Laudemium non debetur ex alienatione necessaria.

2461. Ex alienatione ob jus congrui, debetur laudemium.

2462.

2463.

Quomplex alienatio necessaria?

2464. Ex alienatione necessaria communi bono non debetur laudemium.

2465. Debetur laudemium ex venditione subhasta.

2466. Factum Judicis est factum partis.

2467.

2468. Ecclesia omnia ad refectionem solum laudemium.

fuit decisum in Curia Romana apud de Marinis l.c. scilicet deberi laudemium, nisi Ecclesia emat dominium directum, & utile: nam etiam pretio est estimabile dominium directum.

2469. Quæ sententia mihi placet. I. Quia nemo cogitur vendere rem suam, nisi soluto iusto pretio, etiam favore Pæ causæ, l. si quis sepulchrum, 12. D. de Re lig. & sumpt. ibi: Iusto pretio, & ibi: Nè vicinus patiat- tur magnum detrimentum. Nec cogitur vendere Ec- clesie nolenti emere dominium directum: cum in- de damnificaretur Dominus perpetua amissione laudemii, & spe caducationis, & Dominus directus non debet in hoc damnificari, d. l. si quis sepulchrum, nec tenetur vendere nolenti emere dominium di- rectum. Unde quando Ecclesia vult tantum emere dominium utile, alienatio dicitur voluntaria, non necessaria; poteritque Dominus directus petere lau- demium.

2470. Probatur II. Quia Dominus directus habet jus quæsitum in exigendo laudemio ab illo, qui emit rem emphyteuticam; nec in hoc Ecclesia habet pri- vilegium emendi, & non solvendi laudemium; vel saltem est dubium; & in dubio nemo est spoliandus jure certo exigendi laudemium, l. fin. C. de jur. empht.

2471. III. Conduct. Quia Ecclesia non eximitur à Ca- none, nec à quindennii solutione, d. l. fin. Ergo neque debet eximi à laudemio. Non ergo denegandum laudemium in alienatione facta favore Ecclesie. Vide Ricc. dec. 10. Rotam dec. 290. n. 4. p. 1. recent.

2472. Hinc Ecclesia non emens proprietatem debet sol- vere laudemium, Quindennium, & Canonem. Et Quindennium solvitur post lapsum annorum quin- decim; ut de Relevo dicebamus solvendo pro sin- gulis quindecim annis ab Universitate se redimente.

Hinc miror de Marinis dicere, nulla ratione, aut autoritate fundatam esse decisionem Rota. Nam, ut visum est, maxima fovetur æquitate, & ratione.

2473. Ergo, quando dicit: Ex alienatione necessaria non debetur laudemium. Sed alienatio facta pro ampli- atione Ecclesie est necessaria. Ergo ex illa non de- betur laudemium.

2474. Do mai. dist. min. Est necessaria, si ematur etiam proprietates. Concedo. Si ematur tantum dominium utile, non proprietas. Nego min. Idque patet: quia d. l. si quis sepulchrum, loquitur, solum quando ven- ditur res sine detrimento Domini, iusto pretio. At in re nostra res venderetur cum detrimento Domi- ni, qui privaretur spe devolutionis, committi.

2475. An in retrovenditione debeat laudemium? Ubi primum celebratur contractus cum pacto de retrovendendo, tunc debetur laudemium, de Mari- nis l.c. num. 2. Apud. var. res. l. 73. Sed difficultas est: Quando res vendita cum pacto de retrovendendo repe- titur: an iterum debeat laudemium?

Et dicas, quod si fuit solutum in venditione, de- inde non debetur, Gratian. c. 180. n. 7. Nam consen- sus datus à Domino directo in primo contractu cum pacto de retrovendendo extenditur etiam ad om- nia, quæ sequuntur contractum: nec celebratur no- vus contractus; sed perficitur primus: quando ree- mitur res cum pacto de retrovendendo. Ergo si per- ficitur primus contractus, pro quo fuit solutum laudemium, non est solvendum aliquid de novo, Bald. in l. cum emptio, in prima lect. v. Quæritur bit, D. de pact. Ang. in l. si hominem, D. de usucap. Tiraque de retrah. convent. glof. 2. §. 8. n. 20. Cagnol. in l. 2. n. 237. v. Illud etiam scias, C. quando liceat ab empt. disced. vide Surd. dec. 305.

Sed quid dicendum: Si d. sit pactum de retroven- dendo; Et solum ad sit pactum; ut primus Venditor præferatur, si Emptor velit vendere?

2477. Dicas, deberi laudemium: nam tunc venditio est omnino libera, & novus contractus celebratur, Gratian. c. 180. n. 15. post Surd. dec. 305. Dec. conf. 33. Similiter debet solvi laudemium; si pactum de re- trovendendo non fuit illicite appositum; sed interje- cta sit aliqua temporis intercapedo: nam tunc pactum de retrovendendo non est pars primi contra- ctus; sed est novus contractus novam requirens Domini approbationem, & novum laudemium, Tom. II. Lib. III.

Borrell. in summ. decis. p. 1. tit. de laudemio, n. 72. de Marin. loc. cit. n. 3.

Sed quid dicendum: Si sit adjectum pactum, ut Em- ptor recedat ab emptio, si intra tantum temporis ve- lit restituere rem emptam?

Et, Emptore recedente à contractu, non deberi laudemium, decisum refert de Marinis l.c. n. 7. post Marcum dec. 570. Bald. in l. ab emptio, D. de pact. quia laudemium debetur purificata conditione, de Ponte de laudem. q. 36. n. 5. Joan. Faber in l. fin. C. communis de legat. Sed ille contractus est conditio- nalis firmandus, vel infirmandus, verificata, vel in- verificata conditione, l. necessario, l. si venditione, D. de peric. & comm. rei vend. Ergo non debetur lau- demium, pendente illo pacto; vel si solum est, ite- rum non debetur, purificata conditione, restituta re.

An debeat laudemium, quando Emphyteusis transit ad hæredes, vel legatarios Emphyteuta?

Videtur negandum, quando Emphyteusis est concessa pro se, & quibuscumque hæredibus, & suc- cessoribus. Nam tunc videtur præstitus consensus pro tali alienatione: itaut non teneatur ad lau- demium legatarius, & hæres comprehensus in tali investitura, Caphal. conf. 699. n. 29. lib. 5. Anna alleg. 506. n. 7. Ripa in l. qui Roma, §. duo fratres, num. 89. concl. 2. ubi Alciat. D. de verb. signif. Franch. dec. 444. Gratian. c. 377. n. 3.

Sed quid, si res Emphyteutica transeat à Patre in filium hæredem suum?

Nega laudemium deberi, quia continuatur pa- tris dominium; nec novum acquiritur, l. in suis, D. de lib. & posth. l. cum miles, D. ex quibus causis major, §. servi, l. l. de hæred. qua. ab intest. deser. Bald. in c. 1. qua. in Ecclesiis, col. antepen. n. 36. de Constit.

Sed in his casibus oppositum melius. Nam gene- rali illa concessione, non censetur laudemio renun- ciatum; & licet filius sit Dominus, adhuc debet ca- pere possessionem, ratione cujus laudemii recogni- tio debetur, Bursat. lib. 1. conf. 56. n. 16. Imol. in cap. pu- gnat. col. 25. n. 64. de locat. Bald. in l. cum dubitabatur. C. de jure emphyt. Surd. dec. 200. n. 5.

Et illud pactum operatur, ut teneat alienatio in- ta sine consensu Domini directi; non vero operatur laudemium non solvendum; aut alienationem non approbandam, Gabriel lib. 1. conf. 84. n. 12.

Roboratur. Quia solutio laudemii est exhibitio reverentia, & gratitudinis obsequium, quo Emphy- teuta recognoscit Dominum directum suscipiendo investituram, ut loquitur Gratian. c. 377. n. 21. cui nunquam renunciatum censetur, Adenoch. lib. 3. conf. 297. n. 24.

An debeat laudemium ex relictis ad Pias causas?

Affirma. Nam non debet Dominus directus præ- judicium pati in suis bonis, c. 1. §. donare, Qualiter feud. olim poter. alien. c. 1. de prohib. feud. alien. per Fe- deric. Hinc quilibet Donatarius, aut Emphyteuta, etiam Pius, laudemium solvit, Franch. dec. 201. n. 3. Aufred. ad Capell. T. holof. dec. 279. Avenion. dec. 143. n. 3.

An laudemium debeat ex valore rei, vel pretii?

Debetur ratione pretii, non estimationis totius rei, l. sed si hoc, §. 1. D. de condit. & demon. l. quantitas patrimonii, D. ad leg. falc. Cagnol. in l. 2. n. 246. C. de pactis inter emptor. Nec consideratur valor directi, sed tantum utilis domini, Burgius de laudem. p. 1. inspect. 6. n. 3. Amod. de laudem. q. 5. n. 1. ex Bart. in d. sed si hoc, §. 1.

An pro laudemio detur hypotheca?

Pro laudemio res, ex qua debetur, est hypotheca- ta. Nam laudemium est onus reale ex se debitum, & petitur à quocumque possessore: cum rem sequatur, l. rescripto, §. sciendum, D. de muner. Glof. in Cle- ment. 1. de censib. Ruin. conf. 111. n. 2. lib. 5. Abb. lib. 2. conf. 14. col. 2. Gratian. cap. 7. §. 4. n. 31. Burg. de laudem. p. 1. inspect. 9. Franch. dec. 430. n. 1. Mastrill. dec. Sic. 171. n. 15. Surd. decis. 31. Afflic. dec. 95. ubi Urfill. n. 2. & 3. Imperatores, D. de publican. c. si quis laicus, q. 5. Sed vide quæ novissime differit D. Scoppa in Scholiis ad Constrov. R. Merlin. cent. 2. cap. 37.

2478.

2479. Laude- mium de- betur con- ditione pu- rificata.

2480.

2481. Laude- mium an debeat ab hæred. suo?

2482. Debetur.

2483.

Laude- mium nun- quam præ- sumitur renuncia- tum.

2484.

2485.

2486. Laude- mium est onus reale sequens possessionem.

DE NOMINATIONE EMPHYTEUTICA.

Efficiente nominatione, res emphyteutica redit ad proprietarium *Molin. disp. 48. n. 10.*

2487.

Nominatio est assignatio alicujus, ut succedas in Emphyteusim à Domino nominatum facta.

Quid sit.

Quæ nominatio, nisi alia sint pacta, spectat ad Dominum proprietatis, nec potest fieri pro tempore, pro quo durat Emphyteuta. Nam tunc, cum directus careat dominio utili, non potest illud alteri dare

2488.

Quando fit.

Emphyteuta nequit nominare, nisi à Domino hanc potestatem obtinuerit, & nominatio potest fieri pro tempore constitutionis Emphyteutis. Et tunc potest conveniri, ut succedat filii, hæredes, cognati, &c. *l. 1. C. de jure Emphyt. II. potest fieri inter medio tempore, si consentiant partes.*

Qui nominare non possunt ad Emphyteusim?

2489.

Substitutus venit ad bona Emphyteutica in Autenti.

I. Carentes usu rationis non nominant.

II. Pupillus non nominat, nisi consensu Tutoris, *Gomez l. 7. Tauri, n. 2.* Pater verò pupilli potest ejus loco nominare: nam est Administrator bonorum pupillis & potest ei dare substitutum principaliter, qui veniret ad bona emphyteutica, *Molin. disp. 180. n. 3. Caldas de nominat. Emphyteutica q. 4. n. 2. 3. & 4.*

Idem dicas de substitutione facta filio amenti, *Caldas sup. n. 1. Molin. sup. n. 3. Glos. in l. 2. D. de vulg. ar. III. Servus penæ Jure communi non nominat, lex facta, 17. §. si quis, D. ad Trebell. l. mieroedit, 53. D. de condit. & demonstr.*

2490.

IV. Professus non nominat; sicuti nec nominat mortuus, *cum Monasterium, d. Hatu Monac. cap. placuit, c. nullus, 2. q. 7. c. nonnulli, 16. q. 1. Sanchez. 7. decal. cap. 14. n. 16. Salyc. in Auth. ingressi, c. de sacros. Eccl. Afflic. dec. 320. Sed nominare posse vult Pereyra lib. 2. de nominat. emphyt. quod extendit etiam ad deportatum, & bannitum.*

2491.

Mortuus civiliter non nominat.

Qui nominari nequeant?

2492.

Non nominatur femina.

I. Femina non nominantur, nisi oppositum sit conventum: & hoc etiam si Emphyteusis sit Ecclesiastica, *Covar. 2. var. cap. 1. §. n. 1. Clar. §. emphyteusis, q. 32.*

Concessa tamen pro se, & filiis admittit feminas, *Pinell. 3. p. C. de bon. matern. num. 36.* Nam nomine filiorum veniunt etiam filia, *l. quisquis, D. de verb. signif.*

Spurius.

II. Spurius, qui sunt bonorum incapaces, *Clarus sup. q. 3. Caldas q. 19. Valasc. in l. unum ex familias, §. 1. D. de leg. 2.*

2493.

Potentior.

III. Excluduntur Potentiores, *l. fin. C. de jure emphyt. Bald. in c. qua in Ecclesiarum, de contract.* Et potentiores dicuntur I. qui Republicæ præsent: nam potentia publica supereminet. II. Divites, & Nobiles, *l. 1. C. de dignitatibus.* III. habentes privilegium fori: ut Clerici, Scholares, Religiosi, *Glos. in cap. fin. eod. tit.*

2494.

Hoc non currit, si filius nominet Patrem licet potentior, *Jas. in l. si ita quis, §. ea lege, n. 13. D. de verb. oblig. Hipolit. in l. interdium, n. 5. D. de Sicar. Tiraq. in l. si unquam, C. de revoc. donat. Caldas ubi sup. num. 21.*

Sic plures Emphyteutæ possunt se invicem nominare, licet unus sit altero potentior, *Jas. in l. quæ Roma, §. duo fratres, D. de verb. oblig.*

2495.

Nisi Dominus directus sit potens, nominatio potentioris non efficit, quia tunc in casu particulari cessat ratio legis, *l. fin. C. de jure emphyt. ubi Salyc. & Jas. n. 99. & lex lege non solum, 68. ibi: Quia par causa suspiciorem amonet fraudis. D. de ritu nuptiar. Hipolit. in l. 1. §. si quis latronem, n. 19. D. de quaest. Caldas lib. 3. de nominat. emphyt. q. 1. n. 21. Quasit. to. 3. tract. 32. disp. 112. sect. 2. n. 40.*

Nec Ecclesia nominatur.

IV. Nec Ecclesia nominari potest, quia mutat forum, & privilegiis prævalet, *Glos. in cap. placuit, ubi Innoc. n. 24. Barbat. n. 17. de locat. Alex. conf. 6. lib. 3. Jas. in l. fin. n. 91. C. de jure emphyt. Riminal. conf. 304. in fin. lib. 2. Covarr. 1. var. cap. 19. n. 11. Gomez lib. 40. Tauri n. 66. Et Ecclesia cogitur intrâ annum ad cedendum idoneo Emphyteutæ, *Quasit. loc. cit. num. 42. tom. 3. tract. 31. disp. 112. sect. 2. post Massur. & Speculat. n. 42.**

V. Pauper non nominatur; quia reddit deterio-

rem Domini conditionem, *Caldas l. c. cap. 1. n. 13. & 19. Jas. in l. fin. n. 92. C. de jure emphyt.*

VI. Nec Inimicus, etiam non capitalis, nominari potest *l. Lucius, 88. §. Lucius ubi D. n. D. de legat. 1. Corn. col. 2. conf. 1229.*

VII. Nec Maritus nominari potest ab Uxore, *Cart. sen. conf. 111. n. 11.* Quod de Uxore quinquagenaria iterum nubente tantum intelligit *Caldas sup. n. 50. in odium intemperantiæ.*

VIII. Indignus: ut criminofus, illegitimus, hæreticus, æbriofus, &c.

Sed hic oritur difficultas: An Nominans indignum præterit jure nominandi?

Affirmat *Caldas lib. 3. de nominat. emphyt. cap. 1. n. 6.* Si sit indignus indignitate Juris: ut Excommunicatus, Hæreticus: quia etiam Patronus eligens indignum privat jure eligendi, *§. si quis oratori. Auth. de Sanctiss. Episc. collat. c. cum in cunctis, 7. §. An. & cap. 25. de elect. c. gratum, de pollub. Præbator, ubi Abb. num. 10. & 14.*

DE NOMINATIONE EMPHYTEUSIS

QUOAD FORMAM.

Nominatio Emphyteusis quoad formam est triplex. I. Ex pacto, & providentia, II. Hæreditaria III. Mixta. Ex pacto, & providentia, est, quæ nullam continet hæredis mentionem: ut concedo tibi rem istam ad tres generationes, vel tibi, & agnatis tuis, *Clar. q. 37. §. Emphyteusis.*

Hæreditaria est, in qua fit mentio hæredis. Mixta est, quæ hæredem, & agnationem continet: ut, tibi, & hæredibus tuis ex te descendentibus.

An Nominans possit variare?

Resp. Quod Nominans in ultima voluntate potest variare: quia illa voluntas variabilis est, *Caldas Pevegra lib. 3. de nominat. emphyt. c. 2. n. 1. & 2. ex l. unum ex familia, D. de legat. 2.* Et si nominatus præmoriatur, potest alium nominare, *Caldas sup. n. 2. Molin. 2. de primog. cap. 4. n. 21.*

Ergo in testamentis semper; in contractibus semel variare licet; *cap. 2. de reser. in 6. ubi effrenia multitudo coeretur.* Ex quo ex contractu habens nominandi potestatem, se inel variare potest, *Jas. in l. Prætor, §. alloquendum, D. de novi oper. nunc. Molin. 2. de primog. cap. 4. n. 21. & 36.*

At puto Contractantes posse permittere variationem pro libito: Sed si illam non permittant, nominatio inter vivos dat jus Nominato; sicuti donatio inter vivos dat jus donatario, nec revocari potest: corrente regula Juris, nemo potest mutare consuetudinem in alterius detrimentum, *Onasche tract. 31. disp. 112. sect. 5. n. 68. in fin.*

An Emphyteusis sit indivisa?

Non aded desipimus, ut quæramus: an res quanta dividi possit. Nam constat posse. Sed quærimus: An Nominans possit in plures partes emphyteusim dividere? An potius tota res emphyteutica sit danda uni, alteri data partes affirmatione.

Breviter dicimus, divisionem, quæ potest fieri sine damno Domini directi, & deturbatione rei emphyteuticæ, posse fieri à Nominante ad plures partes rei, emphyteuticæ multos emphyteutas, ita docent *Caldas, Molin. Valasc.* quos citat, & sequitur *Onasche loc. cit. n. 76.* Permissum enim censetur quod non prohibetur.

DE SUCCESSIONE IN EMPHYTEUSIM.

Nominatus succedit, merito successio nominationem sequatur. In qua multa tumultuaria, ordine confuso, effutunt multi. Nos magis fuetas clausulas explicabimus; Ut regulis quibusdam in cæcâ quadam caligine procedens Studiosus ducatur.

Certum est, pacta servanda esse inter Emphyteutam, & Dominum, *l. 1. & 2. C. de jur. emphyt. cap. p. tuit, de locat. Tusi. v. Emphyteusis, conclus. 154. Des. conf. 228. Paris. lib. 4. conf. 72. n. 16. Abb. lib. 1. conf. 72. n. 2.* Hinc in successione standum est dispositis communi consensu inter Emphyteutam, & Dominum directum, *l. 1. & 2. C. de jure emphyt.*

Nec pauper.

2496. Inimicus.

Maritus.

Indignus.

2497.

2498. Triplex.

2499.

2500. Licet variare in ultima voluntate.

2501. Contra.

hentes permissere valem. v. riamam.

2502.

Non dividitur in præjudicium Domini directi.

2503.

2504. Pacta servanda.

Do-

Dominus, & Emphyteuta quadrupliciter possunt convenire I. ut neuter eligat, nec disponat circa successione[m] emphyteutis; qui casus est rarissimus: nam magni interest de re sua disponere: Et scias, quod data re in emphyteusim: ut Do tibi in emphyteusim talem rem, abique alia expressione, tunc emphyteuta est perpetua.

2509.

Qualiter fieri possent.

II. Ut solus Dominus directus disponat, qui casus est infrequentissimus. Ecquis enim Emphyteuta adeo desipiat, ut electionem in Dominium directum velit conferre, qui possit illum excludere brevi temporis spatio. III. Ut Emphyteuta solus disponat sine Domino, qui casus est frequens. IV. ut Directus, & Utens disponat, qui est etiam usurpatissimus. His modis sit.

2506.

DE SUCCESSIONE IN EMPHYTEUSIM ECCLESIASTICAM.

Hec Emphyteuta regitur legibus Pontificiis, cap. Ecclesia S. M. cap. quae in Ecclesiis, de Constitut. Couarr. 2. variar. c. 17. nu. 1. Filiucc. tract. 36. cap. 3. q. 2.

2507.

Emphyteusis Ecclesiastica simpliciter non excedit 40 annorum.

Emphyteusis Ecclesiastica simpliciter, & in perpetuum concessa, non transit quartam generationem, §. Emphyteusim, Auth. de non alien. ubi Gass. & Barr. Alex. in l. si patris, sol. 5. D. ad Trebell. Couarr. d. n. 5. Et computatur primus Emphyteuta, d. Auth. de non alien. Quod non currit in emphyteusi laica; quae concessa ad tres vitas, non computatur inter illas vita primi Emphyteutae, Bald. lib. 4. cons. 375.

2508.

Non veniunt extranei heredes, secundum Clar. §. Emphyteusis, q. 28. §. tertius casus, Alex. lib. 1. cons. 23. num. 4. Saccin. lib. 4. consil. 521. nu. 18. Rip. in l. cum bona, nu. 5. de privileg. credit. Tusch. v. Emphyteusis, conclus. 193. num. 31. Imol. in l. ea facta, D. de heredib. instit. Anchor. cons. 134.

In Emphyteusi Ecclesiastica, nomine haereditum non veniunt extranei heredes, secundum Clar. §. Emphyteusis, q. 28. §. tertius casus, Alex. lib. 1. cons. 23. num. 4. Saccin. lib. 4. consil. 521. nu. 18. Rip. in l. cum bona, nu. 5. de privileg. credit. Tusch. v. Emphyteusis, conclus. 193. num. 31. Imol. in l. ea facta, D. de heredib. instit. Anchor. cons. 134.

Sed undecim D. Diapud Clarum sup. volunt extraneos posse venire ad talem emphyteusim. Quae opinio placet, si in investitura fuit addita particula ad libitum: ut concedo tibi facultatem alienandi pro libito, Abbas in cap. in presentia, num. 23. ubi Felix. num. 27. de probat. Molina disp. 469. num. 2. Vel expressa sit clausula Quibuscumque, Bald. & alii, quos congerit, Afflict. decis. 326. num. 5. & prosequitur D. Scoppa ad Controu. R. Merlin. d. cap. 88. nu. 72.

2509.

Nisi facta fuerit cum clausula ad libitum.

An transire possit ad feminas, si nihil sit expressum? Nega. Nam iure foeminae sunt inhabiles ad obtinendam emphyteusim Ecclesiasticam, §. Emphyteusis, Auth. de non alien. Anchor. cons. 393. Alex. lib. 1. cons. 91. Clar. d. e. nu. 32. Jaf. in l. si quis, num. 23. de iuris d. omni. judic. Alciat. in l. 2. D. de verb. signif.

2510.

Femina non succedit.

Oppositum tenent Dec. cons. 411. Caltr. cons. 190. lib. 2. Roman. cons. 35. nu. 3. Jo. Andr. in cap. 1. tit. de locato, Gramm. dec. 233. nu. 8. Azor lib. 1. c. 11. q. 2. Tusch. v. Emphyteusis, conclus. 162. nu. 31.

Ecclesiastica ad spurios, & illegitimos, non transit, Tusch. v. Emphyteusis, conclus. 163. num. 13. Gabriel lib. 2. cons. 34. nu. 31. Sed disputatum est, si in concessione ad sit clausulam Quibuscumque, ut apud D. Scoppa ad Controu. R. Merlin. d. cap. 88. nu. 72. qui etiam num. 73. id ipsum tractat in terminis Constit. Pii V. quae omnes habilitationes spuriorum revocat.

2511.

Nec spurios, & illegitimos.

Qui succedant ad Emphyteusim datam pro se, & filiis suis?

Succedunt filii, etiam non haeredes, aut exheredati. Nam re vera sunt filii vocati in investitura, Valasc. de iure emphyt. q. 44. nu. 14. Alex. lib. 5. cons. 124. nu. 8. Ruin. lib. 4. cons. 48. nu. 1. Gama dec. S. m. 6. G. amn. voto. 6. nu. 22. Imol. & Jaf. in l. quod dicitur, D. de verb. oblig. Pinell. in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. m. 55. Et hoc etiam in emphyteusi Ecclesiastica, Valasc. l. c. q. 44. nu. 14. ex cap. 1. unde Agnati, vel filii. Vide Alex. in l. quod dicitur, D. de verb. signif.

2512.

Succedunt filii etiam exheredati.

In Laica vero, non in Ecclesiastica, veniunt filii etiam naturales, Dec. in cap. ex presentia, num. 136. de probat. Tusch. consil. 163. nu. 1. Spurii vero nec ad laicam succedunt: cum sint incapaces omnis successio- nis, cap. 1. §. naturales, si de feudo de iuncti.

2513.

Naturales veniunt ad laicam.

Legitimati non succedunt, existentibus legitimis, & naturalibus, Ne fictio praedictet aliis legitimis, & naturalibus, sine quorum damno jus concedit privilegium legitimatis. 2514.

Legitimati ad Ecclesiasticam emphyteusim non succedunt, Bald. in l. generaliter, §. cum autem, num. 2. C. de instit. & substit. Et idem de Adoptivis dicit Onasie disp. 113. num. 71. Jaf. in l. si. C. de bis, qui veniam obtinent. 2515.

Legitimati non succedunt ad Ecclesiasticam.

Ista non currunt in legitimatis per subsequens matrimonium; qui sunt per omnia, ut filii nati ex legitimo matrimonio, Filiucc. tract. 36. cap. 8. q. 2. n. 133. Clar. sup. v. item quaro, q. 30.

2516.

An autem ex d. clausula, & filiis suis, succedant Nepotes?

Affirmant Jaf. in l. Gallus, & Letiam, D. solut. matr. Calderin. cons. 11. tit. de locato. Negant Tusch. conclus. 569. n. 1. 2. & 9. Alex. lib. 1. cons. 118. Imola in l. quod dicitur, n. 12. D. de verb. oblig. 2517.

Nepotes nomine filiorum veniunt.

Puto, inipiciendam mentem Domini, & Emphyteutae: an scilicet pro una generatione contraxerint? quod in dubio non praesumitur, secundum Onasie sup. num. 73.

Si tamen Emphyteusis sit concessa per multas generationes: puta, usque ad quartam; tunc debet extendi nomen filii ad descendentes, non tantum ad nepotes, nisi velis desipere. Nec est novum, nomen filii ad descendentes extendi, ut patet in majoratibus. Ita etiam Christus Dominus dicitur filius David. 2518.

Laica comprehendit feminas.

In Laica comprehenduntur, etiam foeminae. Nam est generale, masculinum foemininum comprehendere in dispositione legis, & in dispositione hominis inter vivos, & causa mortis, maxime in favorabilibus, l. maximum vitium, C. de liber. prater. Nec invenitur exceptio, nisi in feudis ob militare servitium, cap. 1. §. hoc autem, de bis, qui feudum dare poss. Dec. cons. 139. v. sed tamen, Couarr. 2. var. cap. 8. nu. 1. Filiucc. tract. 39. cap. 93. num. 139. & vocantur foeminae simul cum masculis, Tusch. verb. Emphyteusis, conclus. 70. n. 4. ex cap. 1. de eo, qui sibi, & haeredi, Bald. lib. 2. cons. 137. Roman. cons. 33.

De aliis clausulis emphyteusis ex pacto, & providentia. 2519.

Multa clausulis potest circumvallari contractus emphyteusis. I. est clausula, Tibi, filiis, & haeredibus, vel Filiis haeredibus, & tunc simul debet esse filius haeres, Couarr. 2. variar. cap. 58. col. 5. v. feudum, q. 9. Jaf. in l. 11. post mortem, n. 2. D. de legat. 1. Alex. lib. 5. cons. 19. nu. 16. Molina disp. 473. nu. 3. Valasc. de iure emphyt. q. 44. num. 9. Quod si dicat, Filiis, vel haeredibus, tunc alterutrum abundanter sufficit, Imol. in d. l. quod dicitur, num. 18.

2520.

Mista clausula.

II. Clausula est, Pro se, & haeredibus masculis de suo corpore natis, & tunc requiritur, ut sit descendens masculus, & haeres, Bellion. cons. 33. nu. 2. Pinell. p. 3. de bon. matern. nu. 88. Jaf. in l. Gallus, §. & si parente, n. 22. D. de lib. & postb. Rubens cons. 119. num. 5. Saccin. jun. cons. 188. num. 7.

III. Clausula est, Tibi, & haeredibus tuis legitimis: Et est simpliciter haereditaria, Molina disp. 473. n. 60. Valasc. de iure emphyt. q. 44. n. 16.

2521. Clausula secunda.

IV. Clausula est, Tibi, & haeredibus, secundum Sanguinis, aetatis, & sexus praerogativam, vel succedant iure Francorum. Et tunc est idem, ac dicere, Filiis, & descendentes tuis legitimis, Valasc. sup. n. 17. Molina disp. 473. num. 6. Clar. §. feudum, q. 9. Contra Pinell. 3. p. l. c.

Clausula tertia.

V. Clausula est, Tibi, & tuis, & tunc etiam est ex pacto, & providentia, sine qualitate haeredis, Valasc. l. c. n. 15. Molina l. c. n. 7.

2522. Clausula quarta.

An Emphyteusis imputetur in legitimam, vel Trebellianicam.

Nega, quando non habetur iure haereditario, l. patris filiam, D. ad leg. falcid. Bald. in l. loimino, §. imputari, C. de inoff. testam. Angel. in l. patrem, C. ad Trebell. Glof. in l. quantum, ubi Barr. D. de acqu. haered.

2523. Imputatur haereditaria.

Hinc Emphyteusis ex pacto, & providentia non imputatur in legitimam: Nam non habetur ex bonis Testatoris: & illa imputantur in legitimam, quae 2524. i

Non au-
prouden-
ria.

quæ habentur ex bonis Patris, d. l. omnino, §. impu-
vis, d. l. scimus, C. de inoff. testam. Accedit, legitima quem
liberè uti, non verò emphyteusi, l. quoniam. Cod. de
inoff. l. 2. C. de jure emphyt.

An in petitione hæreditatis veniat
Emphyteusis?

2525.

Affirma. *Glos. in litem videndum, D. de petit. hæ-
redit. Bart. in l. jurisjurandi, §. si liberi, D. de petit. hæ-
red.* Nec refert, si non jure hæreditario, sed ex pa-
cto, & providentia petatur. Nam etiam bona non
hæreditaria, si tamen sint in hæreditate: ut sunt
pignora, petuntur petitione hæreditatis. Et hinc
patet, quæ veniant in restitutione fideicommissi
universalis: illa scilicet quæ sunt bona hæreditaria,
non verò quæ sunt ex pacto, & providentia, *Bart.
in l. patroni, D. ad Trebell. Curt. jun. cons. 171. num. 10.
Jas. in præclud. feudor. n. 46. Paris. lib. 1. cons. 2. n. 42.*

An Pater possit filiis præjudicare in
Emphyteusi?

2526.

Pater cri-
minosus præju-
dicat filio.

I. Querimus: An Pater criminosus possit filio præ-
judicare? Certum est, ob alienationem, vel deterio-
rationem prohibitam, Emphyteutam incidere in
commissum, & illis præjudicare: sicuti, si ludendo
bona dilapidet, vel decoquatur. Neq. obstat, successi-
foribus esse jus quæsitum. Nam intelligitur, nisi
Emphyteuta cadat in commissum, secus Dominus
directus sibi ipsi præjudicasset, *Valasc. de jur. emphyt.
q. 49. n. 1.* Imò nec filiis fit præjudicium. Nam ad
illa bona non habuerunt jus, nisi sub illa conditio-
ne, *Bart. in l. eum qui, col. 1. D. de interd. & relegat.
Alex. in l. si filius, §. si vestigalibus, n. 28. D. de damno
infect. Ripa in l. fin. q. fin. C. de revoc. donat.*

Si tamen quis dolosè, nè Emphyteusis devolvatur
ad filios, incidat in commissum: tunc per actio-
nem de dolo, filii restitui possunt, *Valasc. de Molina
disp. 478. n. 13. in fin.*

II. Queritur: An Pater alienando Emphyteusim,
possit filiis præjudicare?

2528.

Pater
quando in
emphyteu-
si possit fi-
liis præju-
dicare.

Reip. Non posse alienare emphyteusim ex pa-
cto, & providentia: nam est jus filii quæsitum: In
pure hæreditariam posse, relicta filiis legitima,
*Alex. lib. 5. cons. 23. n. 12. Paris. lib. 2. cons. 56. num. 43.
Jas. cons. 562. Affict. dec. 112. num. 2. Ruin. lib. 1. cons. 1.
num. 13. Curt. jun. consil. 155. num. 9. Clar. v. feudum,
quæst. 41.*

An consensiente Domino directo, possit
filiis præjudicare?

In hæreditaria potest, quia nullum jus est filio
quæsitum; non in Emphyteusi cum pacto, & provi-
dentia; in qua est jus filio quæsitum, l. quodcum-
que, §. non solum, D. de verb. oblig. *Molin. disp. 478.
num. 3. Valasc. quæst. 49.*

Quot, & quibus causis Emphyteuta incidat
in commissum?

2530.

Quid fit
incidere in
commissum.

Commissum hic sumitur pro culpa juridica,
commissa ab Emphyteuta, sive Feudatario, ratio-
ne cujus privatur feudo, vel emphyteusi, & ad Do-
minum proprietatis redit. Et est quædam pœna
conventionalis constituta expressè, vel tacito pa-
cto inter Dominum, & Emphyteutam, vel Feuda-
tarium, nisi solvatur pensio, vel res non fidelitèr
gubernetur.

Jure incidit in commissum Emphyteuta. I. Si in
Laica per tres annos, in Ecclesiastica per duos Em-
phyteuta non solvat canonem, l. fin. v. cadat em-
phyteuta, C. de jur. emphyt. *Salyc. in l. 2. C. eod. tit. Ho-
sum non stens, in cap. potuit, de locat. Sylvest. v. Emphyteusis,
num. 3. Speculat. tit. de locat.*

II. Incidit in commissum, si ob negligentiam Em-
phyteutæ res emphyteutica notabilitèr deterio-
retur, *Autb. qui rem, C. de sacros. Eccles. Imol. in l. di-
vortium, D. solut. matrim.*

2532.

In commis-
sum alie-
nans sine
consensu
directi Do-
mini.

III. Si Emphyteuta Domino irrequisito alienet
incidit prædium incidit in commissum, l. 2. ubi DD. C. de
in commis. jur. emphyt. & si partem alienet, illam, non totum
sum amittit, *Alex. in lib. 5. cons. 99. num. 28. Alciat. in l. 4.
§. Cajo, num. 107. ubi Ripa num. 45. Soccin. nu. 26. D. de
verb. oblig. Gramm. decis. 49. Mant. 22. de tacit. tit. 23.
num. 13. decisum apud Gratian. cap. 860. num. 24.
Contra Cephal. lib. 1. cons. 139. Trensaciq. 3. res. 3.*

num. 2. Nisi dolosè alienet illam partem, ut alle-
diale, *Jas. in l. final. n. 125. C. de jur. emphyt. Natta
cons. 479. nu. 4. Alex. lib. 2. cons. 17.* Et in dubio præ-
sumitur alienare rem tanquam liberam; si non
sit dictum, quòd alienetur res emphyteutica, de-
cisum apud *Marches. l. c. num. 26.*

IV. Incidit in commissum, si Emphyteuta ne-
gat pensionem, & se esse emphyteutam, *Cyru. & Syl-
vest. sup.*

V. Incidit in commissum, si emphyteusis fit pro
hæredibus, & hæres repudiet hæreditatem, *Bart. in
l. jurisjurandi, §. si liberi, D. de oper. libert.*

VI. Si moriatur relictis tantum naturalibus: nam
tunc res redit ad proprietarium. Quod re vera non
est incidere in commissum: cum desit culpa.

VII. Si non solvat laudemium, quando solvere
tenetur, incidit in commissum, secundum multos.
Quod nullo Jure probatur.

VIII. Ob non petitam renovationem emphyteusis
ab initio pactam, incidit in commissum, *Tusch. v.
Emphyteusis, cons. 184.*

IX. Si non fecit meliorationes, ad quas se obliga-
verat, *Bald. in l. fin. §. fin. C. de commun. de legat. Tusch.
sup. concl. 190. num. 38. Dec. cons. 185.* Sed expedit ali-
quos istos casus præcipitanter non pertransire.

Quomodo ob non solum canonem, quis in-
cidat in commissum?

Caducitatem incurrit, non solvens canonem per
tres annos in laica, l. 2. C. de jure emphyt. ubi *Bart.
Salyc. & Jas. Abb. lib. 2. cons. 67. Alex. lib. 3. cons. 6. n. 22.
Tiraquell. in l. si unquam, v. Revertatur, n. 1. de revoc.
donat. Affict. in dec. 23. num. 3.*

In Ecclesiastica per biennium, cap. potuit, in fin. de
locat. *Autb. qui rem, C. de sacros. Eccles. 28. tit. 3. part. 4.
Clar. §. Emphyteusis, qu. 9. Tusch. concl. 190.* & etiam
contra Ecclesiam, *Bald. lib. 1. cons. 131. in fin. Molin.
disp. 453. num. 1.* Requiritur tamen, ut declaretur
Emphyteutam incidisse in commissum, *Abb. lib. 2.
cons. 67. num. 2. Bald. lib. 5. cons. 280. Bart. in l. 2. ubi
Zerf. C. de jur. emphyt. l. vestigali, de pignor. Imol. in l. si
quis, C. de transact. ubi ait, quòd omnia Jura Mundi
dicentia ipsa jure, ipso facto incurri pœnam, intelli-
guntur secuta sententia declaratoria, alias pœna
effectum non sortitur, *Tusch. concl. 192. Sylvest. v.
Emphyteusis, num. 7.* Et interim Emphyteuta po-
test tuta conscientia fructus percipere; licet inci-
derit in commissum, *Onnate disp. 113. sect. 2. nu. 23.**

Sed si fructus rei emphyteuticæ non veniant,
nisi post duos annos; tunc pœna non debetur, si
post sex annos pensio solvatur. Et si fructus ve-
niunt post tres annos, pœna incurritur post no-
vem, *Covar. 3. var. cap. 16. num. 6. Molin. disp. 453. n. 2.*

An incidens in commissum teneatur solvere
pensiones decursas?

Affirma. *Bart. & Molin. sup. num. 9.* Nam ex justitia
commutativa debentur; nec culpa debitoris
tollit Justitiam commutativam, aut meliorat con-
ditionem Delinquentis.

An incidat in commissum, credens bona non
esse, Emphyteutica, sed allodialia:

scilicet libera.

Nega. l. 2. C. de jur. emphyt. in fin. Nam tunc in in-
tegrum restituitur ex clausula generali, Si qua
mibi justa causa. l. 1. in fin. *Deu. quib. caus. major.
Guttier. de jur. confirm. c. 31. num. 6. Pinell. in Auth. fi-
triennali num. ult. C. de bon. matern. Grammat. dec. 91.
num. 1. Gigns de pensio. q. 75.*

An divisa Emphyteusi inter hæredes, quilibet
teneatur partem pensione solvere?

Affirma. Et uno non solvente, omnes tenentur
insolidum, & cadunt in commissum: quia Emphy-
teusis est individua, & Testator tenebatur insoli-
dum, *Sylvest. v. Emphyteusis, qu. 4. dist. 3. Clar. qu. 8.
num. 13.*

An si Dominus directus non exigat, possit ejus
hæres exigere pœnam?

Nega, & si non exigat ab ipso Emphyteuta,
quando potest, censetur remittere, nec potest ve-
xare hæredem, *Gama dec. 56. Gigns de pensio. q. 44.
n. 3. Tusch. v. Emphyteusis, conclus. 192.*

2533.
Negans
canonem.

Non potest
renovatio-
nem.

Non me-
liorans.

2534.

2535.

Debet
declari
emphyteu-
tam inci-
disse in co-
missum.

Es auto-
sibi fru-
ctus facit.

2536.
Regulatur
à fructu-
bus.

2537.

2538.
Non inci-
dit in pa-
nam igno-
rans rem
emphyteu-
ticam.

2539.

2540.
Censetur
remissa Do-
mino di-
recto non
exigente
pœnam.

Quon-

Quando, quis non incidat in commissum?

I. Ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa... II. Si non solvit: quia non sunt percepti fructus ob belli calamitates, vel alium eventum, vel si emphyteuta fructus non possideat, Tusch. concil. 541. Clar. §. Emphyteusis, q. 8. num. 6. III. Si sit dubium, an res sit emphyteutica? Nam in dubio solvere non tenetur, diligentis præmissis, Tusch. sup. n. 211. Berous conf. 98. num. 21. IV. Si ob paupertatem non potest solvere, Bald. in c. quærelam, de iure iur. Marfil. in rubr. de fideiuss. Tusch. conclus. 192. num. 195. V. Si sit minor, vel aliens causa Republicæ, Fugies. conf. 7. dub. 3. Tuschus concil. 192. VI. Si Proprietarius remittat caducitatem, Caman. & Jus. in l. 2. nu. 6. C. de iur. emphyt. putat, si non petat; vel post caducitatem canonem recipiat: nisi Dominus protestetur, quod sibi vult jus suum salvum, Speculat. tit. de locatio, §. nunc nunquam. Et idem est, si Prælati Ecclesiæ remittat eam Ecclesiæ præjudicare nequit remittendo caducitatem, Tusch. conclus. 2646. Clar. q. 50. VII. Si alium delegavit, ut solvat; licet deinceps ille non solverit, l. delegare, D. de novat. Tusch. conclus. 192. num. 131. VIII. Si solvat ante, vel si compenlet cum debito, Tusch. concil. 192. num. 202. Angel. in l. finel, D. solut. matrim. IX. Si obtulit, aut deposuit canonem, & per Dominum directum iterit, quominus recipere, Cynus in l. 2. ubi Bald. & Angel. Cod. de iur. emphyt. l. sed si lege, §. seire, D. de petit. hered. Glos. in l. ab executione, D. quorum appellat. non recip. Alex. lib. 6. conf. 233. num. 10. X. Caducitas est remissa per receptionem, vel petitionem Canonis, live agatur de tempore futuro, live de tempore præterito: nam illic intelligitur, purgata mora, Boer. q. 209. num. 5. Surd. dec. 317. nu. 14. Mantica 22. de tac. tit. 33. nu. 3. Adnoch. conf. 206. nu. 123. Ruin. lib. 5. conf. 119. num. 4.

2541. Causa non incidendi in commissum. Est paupertas.

2542. Absentia.

Remissio caducitatis.

2543.

2544.

Quando est remissio caducitatis.

2545.

Mora purgatur.

2546.

Deteriorans incidit in commissum.

2547.

Si deterioratio sit gravis.

2548.

Affirma. In Ecclesiastica emphyteusi celeri solutione, intra 2. menses, purgari moram, cap. potuit, de locat. Fulgos. conf. 5. num. 5. & 6. Molin. disp. 453. nu. 5. Sed tale tempus ad purgandam moram, esse iudici arbitrium, voluit Tusch. conclus. 192. nu. 40. Bald. lib. 5. conf. 271. At, facta declaratione per Dominum de caducitate, mora incursa non purgatur solutione, Afflic. decis. 174. & alii multi, quos sequitur, & inter eos me etiam ad hunc locum celandat, D. Scoppa. ad decis. Gratian. observ. 49. n. 3. Quomodo incidatur in Commissum per deteriorationem etiam ex omissione? Ceterum est, incidere in commissum Deteriorantem rem emphyteuticam, §. si verò quis, Auth. de alienat. & emphyt. Auth. qui rem. C. de sacros. Eccles. Valasc. consuls. 50. nu. 1. Jus. in l. 2. C. de iur. emphyt. q. 42. Quod intelligas de deterioratione quoad iustitiam, non quoad fructus; nisi deterioratio fructuum redundaret in deteriorationem substantiæ: ut si sylva aretceret, Auth. qui rem, Cod. de sacros. Eccles. Bald. lib. 2. conf. 290. num. 2. Et deterioratio debet esse gravis, Gram. dec. 242. nu. 3. Tusch. concil. 217. nu. 12. & culpa debet esse saltem levis: cum contractus emphyteuticus sit ad commodum utriusque contrahentis, Tusch. l. c. nu. 19. Sylvest. v. Emphyteusis, q. 5. Non tamen sufficit culpa levissima, vel casus fortuitus; ut patet etiam in aliis contractibus onerosis, l. contractus, 23. D. de reg. iur. Deterioratio compensari potest melioratione: ut, si saltu extirpato, vineam plantet. Nec obstat l. fin. D. de usu, & habit. ubi Usufructuarius non potest mutare formam rei in melius, nec potest inchoatum ædificium perficere, l. usufructuarius novus, §. ad ius, D. de usufruct. Nam lex loquitur de Usufructuario habente minus juris, quam Emphyteuta, qui mutando, rem meliorat, non deteriorat, Valasc. conf. 51. Gama dec. 147. n. 1. Ex alienatione irrequisito Domino. Incidit in commissum, l. 2. C. de iur. emphyt. Gama

dec. 116. Afflic. in c. Imperialem, n. 61. de probib. feudi alienat. ex c. potuit, de locat. Si tamen partem alienet, illa solum privat, Natta conf. 479. nu. 3. Roland. conf. 17. n. 29. vol. 2. Sufficit tamen licentia datæ in principio contractus; nec requiritur nova denunciatio: ut si concedatur pro se, & filiis; secus frustra esset illa facultas, Non potest tamen admittere, non vocatos, Tusch. concil. 202. num. 12. Alex. lib. 5. conf. 7.

2549. Alienus irrequisito Domino incidit in commissum

De aliis modis, quibus finitur Emphyteusis. I. Consensu partium. II. Adventu diei. III. Purificata conditione. IV. Extinctis personis, quibus est concessum jus emphyteuticum. V. Pervenit re emphyteutica. VI. Si decedat, & non nominet; quando ex investitura tenebatur nominare.

2550.

Et nota, quod quando Emphyteusis est concessa pro se, & filiis, vel heredibus, est locus Juri accrescendi, & currit alienatio inter ipsos sine consensu Domini. Nam omnes sunt ejusdem conditionis, Salys. in l. 2. lege, C. de cond. ob caus. Jus. in l. fin. num. 116. q. 7. C. de iur. emphyt.

2551.

DE RENOVATIONE EMPHYTEUTICA.

Quid sit, & quibus modis perficitur?

Renovatio est in pristinum statum restitutio: aut reintegratio ratione Emphyteusis, Pericyra de renovat. Emphyt. c. 14.

2552.

Fit 1. Prorogando tempus jam festinans ad exitum. II. Ad alias ætates extendendo: ut de tertia ad quartam generationem. III. Ratione vetustatis: ut renovando corrotum instrumentum, Auth. de hered. & falcid. §. 1. v. prapare, Speculat. v. emphyteusis, §. nunc aliqua, v. 160. IV. Si ex pacto sit renovanda emphyteusis de 30. in 30. annos. V. Ratione utilitatis, ut appareant confines. VI. Ratione mutatae successionis, l. fin. C. de iur. Emphyt. Bald. in l. 1. q. 1. v. Sed nunquid, C. quando non potest. part.

Cir renouatur.

Quæ revocatio fit secundum antiquam naturam emphyteusis, Caldas lib. 1. q. 3. & non debet fieri per procuratorem; est actus domini, in cuius recognitionem laudemium accipit, l. 2. C. de iis, qui veniam stat.

2553.

Renovatio Emphyteusis est petenda intra annum: Nam annuale silentium habet vim repudiationis, Bal. in cap. 1. tit. porro qualiter feud. olim, nisi adit iusta causa, vel minor ætas. Nam tunc non potest ei præjudicare, c. fin. de probib. feudi alien. Caldas sup. nu. 23.

Intra quod tempus petenda.

Et si Emphyteuta cadat in Commissum, Successores non habent vim ad renovandum, Common. conf. 212. Dec. conf. 329. in fin.

An Dominus directus renovare teneatur Emphyteusim?

Successores nominati habent jus renovandi improprie: seu potius ex vi primæ investituræ habent jus, ut investiantur, Si Emphyteuta defunctus non habeat descendentes, caret jure renovandi, Caldas de renovat. emphyt. q. 9. nu. 15.

2554.

Difficultas est: An finis Emphyteusis sine culpa putat, lapsu temporis, pro qua fuit concessa, possint descendentes Emphyteuta præmortui petere renovationem?

2555.

Et posse in Emphyteusi, tum Laica, tum Ecclesiastica, affirmavit Bart. in l. 1. §. permittitur, D. de aqua quard. & altio. Bald. in c. in presentia, n. 20. de probat. Ang. conf. 134. Anchar. Imol. Fulgos. & alii.

Emphyteuta non cogit ad renovandū.

Sed de Emphyteusi Ecclesiastica aliis non placet, Alex. in l. fin. inibi, col. penult. D. de verb. oblig. Roman. conf. 17. Ruin. conf. 152. Gramat. dec. 41. nu. ult.

2556.

Sed Gratian. c. 934. n. 1. decisum ait, renovandam descendenti proximiori, qui præferendus est extraneo; subduque n. 4. quod facta extraneo, potest à proximiori revocari, & peti, ut sibi detur. Sed contra omnes insurgit Molin. disp. 434. n. 4. volens nec in Laica, nec in Ecclesiastica renovationem admitti; ita ut nequeat cogi Dominus directus ad renovandum.

Nisi pro suis descendentes.

Nos putamus, I. Ecclesiam cogi ad renovandum non posse, Novella 7. c. 4. & §. quis autem, Auth. de non alien. §. Emphyteusis, Auth. de alienat. ubi Emphy-

Ecclesiastica non cogitur renovari.

phyteus non datur ultra tertiam vitam ; quod est frustratorium , si successor possit cogere ad renovandum .

2558. Nec Laica necessario mandata

Putamus Il nec Laicam necessariò renovandam esse, *Fillius tract. 36. c. 9. q. 13. n. 187.* qui citat *Abb. Clar. q. 43.* Ratio est I. quia nemo cogit alium ad contrahendum, nisi ad bonum commune. II. Quia pœta servanda sunt ; atque adeò si completum est tempus adjectum contractui , non potest cogi. III. Quia secus omnis Emphyteusis esset perpetua ; si semper Descendens possit cogere ; & esset frustratoria clausula usque ad quartam generationem .

Æquum tamen videtur , ut , si sit danda extraneis, potius detur descendentibus illorum, qui forte melioraverunt rem emphyteuticam .

Qua bona spectent ad Emphyteutam ?

2559. Spectant ad Emphyteutam

Quidquid supra, & infra, lapides, cretæ, argenti, auris, & cujuscumque rei fodinæ, *l. divorcio, §. si vir, D. solus. matr. l. ex diverso, §. 1. D. de rei vindic. eique etiam debetur statua, thesaurus, in fundo illo repperus, de Benedict. in c. Ragnutius, de testam. v. unorem, dec. 4. nu. 5. Burfus. lib. 2. cons. 109. nu. 5. decisum apud Gratian. c. 454. n. 7. & 19.*

2560.

Hinc I. Dominus directus non potest lapides esse, sed res debet relinquere libera à Cælo usque ad abyssum, Emphyteuta, *Tbolof. 4. syntag. c. 7. n. 25. & l. venditor, §. si constat, D. communia prædior. V. l. de jar. Emphyt. q. 15. contra Peregr. 4. de Jure fisci, tit. 2. in fin.* Licet Alii velint, mediocritatem jure inventionis debere Emphyteuta, qui invenit : & aliam mediocritatem dividendam jure domini inter Dominum directum, & utilem .

2561.

II. Dominus directus habet rei vindicationem, *l. possessores, in fin. C. de fundis patrimon. lib. 10. l. Quinzus, in 2. §. argentum, & §. sui legatum, D. de auo, & argenti legat.*

2562. Invenitur ut ostenditur

Emphyteuta solvens censum, potest petere à Domino, ut ostendat renovatam rem, pro qua solvit, *ex c. pervenit, de censib.* Similiter Dominus directus potest petere ab Emphyteuta, ut ostendat investituram, *Socin. cons. 50. nu. 14. Gratian. c. 413. n. 3.* Hinc sola recognitio non probat rem esse emphyteuticam, *Synon. cons. 196. num. 7. ex l. fin. D. de contrah. empti.*

DE FEUDIS.

Feudorum materiam, ut ignotam, ita in sono assiduis concertationibus apertam ; & ut utilitate, ita difficultate refertam, in publicum edere inopinatus, & festinus properat sermo .

Origo Feudorum .

2563. Origo feudis ignota

Feudorum origo latet adhuc ; & quamvis aliqui voluerint introductam jure Longobardorum ante Carolum Magnum, tamen hæc adhuc obscura, & incerta opinio est, *Vasq. de jur. emphyt. q. 19. n. 1.*

2564.

Unum certum est, incepisse ante Federicum II. Lotarium, & Conradum, quorum leges Feudales habentur in duobus libris *De usib. feudor. Moim. 1. de primog. c. 1. n. 4. Caccialup. de feudor. cognit. art. 1.*

Feudum unde dictum ?

2565.

Feudum dictum, vel a voce Germana, *Faide*, apud Germanos, & *Faida*, Bellum significante; vel dictum à *Fide*, ita ut idem sit Feudum, ac Fides. Nam recipiens Feudum dat juramentum Fidelitatis, *Curt. jun. tract. de feud. p. 1. §. fin. per quas person. invest. Tusch. v. Feudum, concl. 104. n. 3.* Sed, ut obscura ista materia educatur clarè ex latebris obscuritatem in lucem, præmittamus terminorum explorationem .

Termini necessarii .

2566. Quis Dominus

Dominus dicitur dans rem in feudum, retinetque regulariter dominium directum .

2567.

Feudatarius dicitur recipiens rem feudalem, & rei utile dominium, & appellatur Vassallus, *c. 1. ex quib. caus. feudum amittit .*

Quandoque datur feudum ; licet dans directum dominium non habeat, *Afflic. in præjud. Feudor. num. 113.*

Recipiens feudum in quantum dat juramentum, dicitur Vassallus : in quantum verò præstat jura-

mentum Fidelitatis, dicitur Fidelis ; & etiam Beneficiarius : quia feudum etiam appellatur beneficium, *lib. 2. Feudor. tit. 23.*

2568. Pares Curia

Juramentum fidelitatis dicitur *Homagium* apud Hispanos . Pares Curia dicuntur Vassalli ejusdem Domini, qui ministrant in causis feudalibus inter Dominum, & Vassallum, *lib. 1. tit. 16. de usib. feudor. lib. 2. tit. 2. & 24. ibi: Si vero inser Dominum, & Vassallum lit oriatur per Pares Curia .*

2569. Laudare est judicare

In hac materia laudare, est judicare, *lib. 2. tit. 20.* & laudamentum dicitur sententia lata à Domino fundi feudalis, vel à Paribus Curia .

2570. Valuatores

Valuatores, alij Majores, alij Minores. Majores sunt Barones, qui vocantur Capitanei, Duces, Comes, Minores sunt, qui dantur ab istis, & cum feudo dignitatem non habent .

2571. Cur Duce, Comes, Marchiones

Appellantur Duces: quia debent conducere exercitum. Appellantur Comes: quia in bello comitantur Ducenti Dominum belli. Dicuntur Marchiones: quia aliquam Marchiam, seu Regionem in feudum accipiunt, *lib. 2. Feudor. tit. 10. Si quis dicatur Dux, Marchio*, ubi isti appellantur Capitanei, & *lib. 2. feudor. tit. 1.*

Investitura est quid diversum ab ipsa concessione. Nam indicat acquisitionem feudi, *lib. 2. feudor. tit. 25.*

2572. Sacramenta tales qui

Duodecim Sacramentales, de quibus est sermo in *lib. 1. feudor. tit. 26. & 28.* sunt 12. Pares: hoc est, pari feudo infeudati; qui Jure feudorum adhibentur, ut Judices, ad terminandas causas inter Feudatarios; & ut testes, in quorum juratum testimonium litis determinatio deferebatur .

Quid sit Feudum ?

Feudum definitur I. *Est benevola actio tribuens gaudium capientibus, lib. 2. feudor. tit. 23. Alex. lib. 1. concl. 136. n. 3.* Quæ definitio displicet: quia Actio cans feudum, est onerosa obligans Feudatarium ad servandam fidem, & ad bellandum .

2573. Definitio feudi

II. Definitio, *Est Feudum, beneficium ex benevolentia datum sibi, & hered. Quæ etiam displicet: quia beneficium simpliciter non est feudum: cum gravissima secum trahat onera. Nec sit necessarium, ut transeat ad hæredes: potest namque feudum concedi pro una vita. Ergò non debet dici cum *Vasq. de Emphyt. q. 3.* feudum est beneficium ex benevolentia concessum pro se, & suis hæredibus .*

2574. Alia definitio

Placet definire: *Est contractus onerosus, quo res immobilis conceditur alteri quoad utile dominium, præbuito juramento fidelitatis, & pacto de exhibendo servitio personali. Sive Feudum, est commutatio rei immobilis quoad utile dominium pro fidelitate, & servitio personali exhibito, & exhibendo. Ly contractus, h. g. commutatio, est genus, cætera habent rationem differentia à cæteris contractibus .*

2575. Alia Definitio vestigia

Hinc sit contractum feudi esse onerosum ultro citroque, in quo Dominus obligatur ad dandam rem immobilem, & ad illam defendendam, Feudatarius obligatur ad servitia bellica, & ad præstandam fidelitatem, *Tusch. v. Feudum, concl. 105.*

2576.

Nec obstat *c. abortus, tit. 23. lib. 2. feud.* ubi feudum appellatur beneficium, & benevola actio. Nam intelligitur analogicè, in quantum feudum quandoque non emittit ; non verò quod nullum secum ferat onus . Ità beneficium Ecclesiasticum datum cum cura animarum, vel pro officio, datur cum onere. Et tamen beneficium nuncupatur. Eodem modo feudum poterit appellari beneficium, licet detur pro officio, & servitio bellico .

2577.

Feudum est contractus nominatus stricti juris, non bonæ fidei . Nam non numeratur inter contractus bonæ fidei in *§. actionum, Instit. de act. Bald. lib. 1. cons. 327. Clar. §. feudum, q. 6. Butrius lib. 1. cons. 41. num. 16.*

2578. Appellatur beneficium licet onus secum trahas

Contractus feudalis perficitur scriptura, ob varias condiciones solitas apponi; licet quoad essentiam perficiatur solo consensu .

2579. Est contra stricti juris

Diximus in definitione: Pro servitio personali in bello præstando. Quia ex se Feudatarius debet personaliter militare, *Bald. lib. 1. cons. 341. num. 2.* licet

pos-

possit modica aliqua realis pensio intercedere : ut ,
enhs, equas, in recognitionem dominii , c. 1. in fin.
tit. 1. lib. 1. feudor. ibi: Nisi aliquid pro feudo accipiant.
In quo differt feudum ab aliis contractibus : puta ,
ab emptione, locatione. In quibus realis pensio solvi-
tur pro re empti, pro re locata, non pro servitio
personali bellico .

Quæ sint feudo Essentialia, Naturalia,
Accidentalialia ?

Essentialia censentur sine quibus feudum stare ne-
quit , Naturalia censentur sine quibus feudum posse
persistere: sed non secundum statum naturalem.
Accidentalialia sunt, sine quibus feudum bene persiste-
re valet . Explicemus hoc exemplo . Homo habet
Essentialia , Naturalia , Accidentalialia , Essentialia
Anima, & Corpus, quorum unum si auferatur, ho-
mo perit. Habet deinde naturaliter partes integra-
les, idum rationis . Et remanet essentialiter, licet
usus rationis desit , aut aliqua pars : puta , manus
amputata sit . Accidentalialia sunt, calor, &c. & mu-
tato calore, remanet homo .

Ita etiam in Feudo essentialia, nè dominium dire-
ctum transeat in Feudatarium ; & ut transeat tan-
tum utile, lib. 1. feudor. tit. de investitur. Sylvester v.
Feudum, n. 2. & 3. Essentialiter consistit in rebus im-
mobilibus ; Et ut detur pro servitio bellico .

Feudo naturale est, ut intercedat juramentum, &
homagium . Quod est naturale, quia semper debet
intercedere ex natura feudi, licet partes possint il-
lud remittere . II. Naturale est feudo ; ut Feudata-
rius incidat in commissum, si non defendat Domi-
num, vel si feudum alienet, Domino irrequisito. III.
Naturale est feudo , quod sit perpetuum ; nisi aliud
inter partes sit conventum . IV. Naturale est, nè fo-
mina succedat, nisi specialiter sit vocata : & vocata
succedit deficientibus masculis . V. Naturale est, ut
Dominus directus cognoscat de controversia feu-
dali . VI. Nè feudum alienari possit . VII. Nè illegiti-
mi succedant . VIII. Ut præstet servitium, quando
est requisitus Feudatarius .

Accidentalialia sunt Feudo, quæ pro libito partium
possunt addi, & detrahi: ut sunt variae conditiones,
de quibus infra .

Quotplex sit feudum ?

Feudum multiplicem divisionem recipit , & scilicet
species feudorum numerat Trajanus in l. si unquam, v.
Revertatur, C. de rebus an. donat. Nos potiores deliba-
bimus .

I. Feudum dividitur in Gentilitium, sive cum pa-
cto, & providentia: in Hereditarium, & Mixtum. l. ser-
v. in c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. concl. 2. var. c. 12.
Clarus §. feudum. q. 9. Cucher de i. f. Pedem. 161. Menoch,
lib. 3. conf. 10. n. 8.

Feudum gentilitium, sive cum pacto, & providentia
est, quod conceditur pro se, & descendens, pro
se, & consanguineis .

Feudum hereditarium est, quod conceditur pro se,
& hæredibus; de quibus lib. 1. & 2. in us. feudor.

Feudum mixtum est, quod conceditur pro se, &
suis consanguineis hæredibus: ita ut Consanguineus,
qui non est hæres, & hæres, qui non est consanguineus,
nequeant feudum habere . Nam requiritur si-
mul utrumque scilicet, quod sit simul consanguineus,
& hæres . De quibus dicam infra uberius .

II. Dividitur feudum in Sæculare, & Ecclesiasti-
cum .

Sæculare est, quod à sæculari conceditur sæculari.
Ecclesiasticum ab Ecclesia conceditur . Et in Eccle-
siastico tantum succedunt legitimi, & naturales,
exclusis foeminis, & sine matrimonio legitimatis,
Tusch. v. Feudum, concl. 112.

III. Dividitur feudum, aliud Dignitatis, aliud
Non dignitatis . Dignitatis habet annexam admini-
strationem, & jurisdictionem: ut est Ducatus, & Mar-
chionatus, lib. 1. feudor. tit. 14. de feudo Marchie, &
lib. 2. feudor. tit. 10.

Non dignitatis est feudum jurisdictione carens, ut
sunt Valvatini, Tusch. v. Feudum, concl. 181. n. 1. Alex.
conf. 30. n. 10.

IV. Dividitur feudum in Nobile, & Minus nobile,
Tom. II. Lib. III.

Nobile, datur à Rege . Minus nobile ab inferioribus
datur .

V. Feudum dividitur in Antiquum, & novum : in
Paternum, & Maternum .

Antiquum est acquiritum ab ascendente ultra
quartum gradum; quod etiam paternum nuncupa-
ri solet, tanquam quæritum à communi agnationis
capite, c. 1. §. is verò, de gradib. succed. c. 1. §. paternum,
de natur. success. feud.

Novum est acquiritum immediate ab ultimo a-
scendenti Feudatario, Tusch. concl. 140. num. 23. Arosin.
lib. 1. conf. 41. n. 6. Bald. lib. 1. concl. 337. n. 413. c. 1. §. no-
vum ; Quot testes sint necessarii cap. 1. de fratre de novo
benef. invest.

Paternum dicitur habitum ex parte Patris, ad
quod Feudum succedunt tantum masculi, Clar. §. feu-
dum, qu. 2. §. perfecti, d. l. Corradi.

Maternum dicitur per Matrem acquiritum : ad
quod admittuntur masculi, & foeminae, lib. 2. de feu-
do. famin.

VI. Feudum aliud Masculinum, aliud Femininum.
Masculinum tantum ad masculos, §. hoc autem, tit.
qui feudum dare poss. c. un. de duob. fratrib. Personale
est datum ad favorem quarundam personarum. Per-
sonalissimum est datum ad favorem solius Accipien-
tis, nec transit ad hæredes accipientis, cap. 1. lib. 2.
feudor. tit. Qui dicatur Dux.

VII. Feudum unum habet propriam, alterum im-
propriam naturam feudi . Propriam habet, suæ reli-
ctum naturæ . Impropiam habet, quod destituitur
requisitis naturalibus : puta si desit juramentum, si
detur facultas alienandi, tit. de feudo non habente
prop. natur. feudi.

VIII. Feudum dividitur in Reale, Personale, &
Personalissimum . Reale transit ad omnes hæredes
per pactum Dantis, & accipientis, §. cum verò, tit.
qui feudum dare poss. c. un. de duob. fratrib. Personale
est datum ad favorem quarundam personarum. Per-
sonalissimum est datum ad favorem solius Accipien-
tis, nec transit ad hæredes accipientis, cap. 1. lib. 2.
feudor. tit. Qui dicatur Dux.

IX. Datur feudum Ligium, & Non Ligium . Li-
gium est, in quo juratur fidelitas contra quemlibet
hominem Mundi, quod juramentum recipitur à
Papa, ab Imperatore, à Rege. Non ligium est, si ex-
cipiatur in juramento fidelitatis superius Domi-
nus, Clar. v. Feudum, q. 11. n. 1.

X. Datur Feudum Apertum, & Non Apertum. Aper-
tum est, quod nullum habet successorem, & devo-
luitur ad dantem . Non apertum est, quod non dùm
est devolutum, vel non dùm Feudatarius incommis-
sum cecidit, Tusch. concl. 111. n. 2. Non potest autem
investiri aliquis, quando feudum non est apertum,
pro tempore, pro quo erit apertum : Idque ut evi-
tetur vorum captandæ mortis . Intelligas, nisi Ul-
timus possessor consentiat, Aff. dec. 112.

XI. Feudum unum Annale, alterum Perpetuum.
Annale post annum auferri potest . Non sic perpe-
tuum, c. 1. De feudo guardia.

XII. Feudum aliud Divisibile, aliud Indivisibile .
Divisibile partes recipit : Et est quodlibet feudum,
excepto Regno, Ducatu, Comitatu, Marchionatu,
&c. c. Imperialem, §. lib. 2. feudor. Clar. v. Feudum. q. 8.
9. & 10.

XIII. Feudum dividitur in Purum, & Conditiona-
le. Purum non habet servitia determinata sub con-
ditione, §. penult. tit. Quid sit investitura. Conditionale
est datum sub conditione alicujus servitii: puta, si di-
catur: Do tibi feudum, si servias mense, §. fin. eod. tit.

XIV. Feudum, unum Francum, alterum non
Francum . Francum est, si non debeat præstare ser-
vitia . Non francum, ad servitia obligat.

XV. Feudum unum de Camera, alterum de Ca-
vena, cum in fin. de feud. cognit. Camera, est in reddi-
tibus Regii Fisci: & nisi in camera sint illi redditus,
non debentur, Rebuff. ad declarationes feudales, n. 368
Cavena est, si assignetur species aliqua de Cavena :
hoc est de apotheca . Ut si Rex assignet portionem
olei, frumenti alicui de sua apotheca, quæ est locus,
in quo hæc serviantur, & colliguntur.

XVI. Feudum unum Corporale, aliud Incorporale.
Corporale est, in rebus incorporalibus. Incorporale, in
rebus incorporalibus.

2575.
Quæ essen-
tialia, natu-
ralia.

Acciden-
tialia

2576.
Quæ essen-
tialia feu-
do.

2577.
Quæ natu-
ralia.

2578.
Feudum.

Gentili-
tium.

Heredita-
rium.

Mixtum.

2579.
Sæculare
Ecclesiasti-
cum.

Dignita-
tis.

Non di-
gnitatis.

Minus
nobile.

2580.
Antiquum.

Novum.

Pater-
num.

Mater-
num.

Masculi-
num.

Femini-
num.

Impro-
priam.

Reale.

Personale

2581.
Ligium.

Non li-
gium.

Apertum.

Non aper-
tum.

Annale.

Perpetuum.

Indivi-
dum.

2582.

Francum.

2583.
Camera.

Cavena.

Guardia, Cistaldia. XVII. Feudum, aliud *Guardia*, aliud *Castaldia*, c.2.n.2. de feudo *Guardia*, & *Castald.* & lib.1. de usib. feudor. *Guardia* est, quod datur pro custodia alicujus Castri. *Castaldia* est datam pro procuratore, Gl. in c.un. de feudo *Guardia*.

2584. De Curte. XVIII. Datur Feudum de *Curte*, & Feudum extra *Curtem*. De *Curte* est, quod existit in ptestate Domini, ratione cujus coloni colligunt fructus, & illos ducunt in donum Domini; & si Dominus concedat certum redditum de tali Villa, dicitur Feudum de *Curte*. Si vero concedat non de tali Villa, dicitur Feudum extra *Curtem*. Sed ista proprie non habent rationem feudi, cum non concedantur pro servitio bellico. Alia explicatione non indigent.

2585. Extra Curtem. * An hypotheca in Feudis sit feudalit? Multis controversiis necessaria hanc decisio, & Affirma. Cypc. Galeot. lib.1. contr.28.n.19. Franch. dec.48. de Ponte de posest. Proreg. tit. de assens. pro dote, Adus enim sortitur naturam rei, ad quam dirigitur, Franch. dec.193. Contra Schrader. de feud. p.7.c.2. n.2. v. decimo 15. agentem, talem actionem esse allodialem.

Actio ad feudum quando tota est feudalis. Tu altius considera. Et dicas hypothecam, & actionem hypothecariam tendentem non ad obtinendum feudum; sed ad recuperandum creditum, pro quo ad cautelam est hypothecatum feudum, non esse feudalem: nam creditum, & pretium feudi non est feudale, cum principaliter respicit non feudum, sed valorem feudi; Et valor feudi est allodialis, vel burgenfaticus, & talis est etiam hypotheca, Galeot. l.c. Lanar. conf. 37. & novissime etiam distinguit D.Scoppa in Scholis ad Centrov. for. Reg. Melin. centur. 2. s. 49. n. 39.

An talis hypotheca possit constitui in Feudis sine assensu Regio.

2586. Nega, quia tendit ad alienandum feudum, si creditum non solvatur. Alienatio autem nequit fieri sine assensu Regio. Ergo nec quæ tendunt ad alienationem, ut, quæ non possunt vendi, nec possunt pignorari: quia pignus tendit ad vendendam rem pignoratam debito non soluto. Hinc resolvitur.

An talis hypotheca jam constituta cum assensu Regio possit in alium transferri sine assensu Regio.

2587. Affirmat Montan. in c. imperiali. §. praterea. m. 77. Negat Franch. dec. 75. & dec. 593. Marescot. lib. 1. var. c. 40. Sed in Regno videas Pragm. 27. de feud. qua hypothecaria potest cedi etiam extraneis sine novo assensu; & probabile ait Cypc. Latr. lib. 2. consult. 34. num. 37.

Tu ad cavendas lites constituas, Cessionarium procuratorem in re propria: nam tunc utitur, ut Procurator directa actione Cedentis, nullo requisito novo assensu, de Marin. var. s. 61. Thor. p. 2. compen. v. liberatio pretii. Addebat ad Cypc. Lat. obs. 41. n. 8.

DE CAUSA EFFECTIVA FEUDI.

Qui Feudum dare possint.

2588. Explicamus I. Qui possint concedere? explicaturi

Habens jus, & administrationem valet infeudare. II. loco qui feudum accipere valeant? Omnes habentes administrationem liberam rerum suarum, possunt feudum concedere, cujuscumque sexus, & generis sint, c. 1. de natura feud. Et qui alienare nequeunt, nec feudum constituere valent. Nam est alienatio dominii utilis, Tusc. v. Feudum, conclus. 135.

2589. Feudum an possit dari à Papa. Summus Pontifex sine læsione Ecclesiæ Romanæ potest feudum dare, Tusc. concl. 173. n. 7. etiam si feudum sit antiquum, vel novum, c. contra. 9. q. 3.

A Prælata. Cæteri non Prælati tantum possunt concedere feudum antiquum, c. 1. & 2. de feud. Tusc. v. Papa, concl. 58. Nec requiritur solemnitas requisita pro alienandis rebus Ecclesiæ: quia ista non est alienatio nova, sed prioris alienationis continuatio, Clar. §. feudum, q. 13.

A Legato. Legati vero à Latere, cæterique inferiores nequeunt infeudare, nisi cum licentia Pontificis, c. muli, §. de reb. Eccl. non alienan.

A Saecula. re. Saeculares Domini habentes undè, possunt infeudare, Idque etiam dica de Feudatariis habentibus

jurisdictionem, qui possunt constituere Valvasores minores, c. 1. lib. 2. de usib. feudor. Clar. q. 10. & 12. & tit. 10. lib. 2. feudor.

Famina valent concedere feudum, §. famina, tit. Per quos fiat invest.

Denique quilibet habens allodialia valet feudum concedere, c. 5. lib. 2. feudorum.

Quibus Feudum concedi possit?

Quivis potest recipere feudum, tit. 3. lib. 2. feudor. §. personam, per quos fiat investit.

Papa potest esse Feudatarius, & Vassallus; sed non Subditus, ut explicat Cardinal. in Clem. Pastoralis, §. rursum, de re jud. Bald. cons. 27. Tusc. concl. 119.

Quibus modis valeat concedi feudum?

Contractus feudalit tenet, sive intercedat stipulatio, sive alio modo fiat. Nam potest fieri verbis, nutu, per epistolam, & nuncium, inter praesentes, & absentes, c. 1. tit. 7. de natur. feud. c. ubi Domino, dist. 63.

Feudum acquiritur multis modis. I. Investitura, ut si Dominus det alicui possessionem rei. II. Acquiritur prescriptione, ut si per 30. annos possideat feudum, & Domino serviat, licet non fuerit investitus: tunc enim ipse acquirit dominium utile feudi, ut diximus in 2. Paxtonernod. tit. 6. n. 475. III. Acquiritur successione ex testamento, vel ab intestato, si feudum sit hereditarium, lib. 2. in usib. feudor. Sylvest. v. feudum, num. 6.

In feudis semper statur primæ investituræ, quæ non debet mutari per secundas investituræ, Tusc. concl. 108. n. 12. Nam per primam investituram jus questitum, & sic tale jus non debet tolli, l. nos 4. C. de emendat. propinq. ibi: Nec in cujusque injuriam beneficium tribuere, maris est nostri, l. impuberi, D. de administr. tut.

DE EFFECTIBUS FEUDI.

Pullulant ex contractu feudali. I. Obligatio servandi, quod in contractu dispositum est, l. Labeo, D. de verb. sign.

II. Civilis, & Naturalis actio, quæ ex illa obligatione emanat. Nam ex contractu nascitur actio personalis, quæ etiam ad successores transmittitur, Dyn. cons. 48. Tusc. v. Feudum, concl. 133.

III. Emergit Exceptio contra quemlibet etiam Dominum directum volentem auferre rem feudalem à Feudatario, Nam unusquisque servare tenetur contractum à se initum, d. l. Labeo.

IV. Periculum, & commodum, & custodia rei feudalis spectat ad Feudatarium, ita ut teneatur Feudatarius ex culpa, etiam levi. Cum feudalis contractus sit ad commodum utriusque, l. contractus, 32. D. de reg. jur.

V. Debet utilis dominium in Feudatarium transferri, §. An. tit. 4. lib. 1. feudor. & §. si factum, tit. Si de feudo defuncti, lib. 2. Ratione cujus dominii utilis emolumenta, quæ percipiuntur ex feudo, spectant ad Vassallum, etiam si ex delictis promanent: quia sunt fructus feudi, c. si de investitura, in usib. feudor. Alex. lib. 3. cons. 9. Crapett. cons. 219. Tusc. concl. 149.

VI. Evicta re feudali, Feudatarius habet regresum contra Dominum directum, c. 1. lib. 2. feudor. tit. 8. Clar. §. feudum, q. 26. n. 9.

VII. Feudatarius habet rei vindicationem adversus illos, penes quos invenitur res feudalis, l. in rem. 23. D. de rei vind. Cornueus cons. 74.

VIII. Habet Interdicta possessoria, quando jam acquisivit possessionem feudi, §. retinenda, de interdict. l. 2. D. de interdict.

IX. Habet actionem redhibitoriam, qua restituitur Concedenti res minoris bonitatis, quam fuit promissa: puta, si fuit feudum promissum francum, & deinde emergant jura aliena feudum absorbentia in totum, vel in partem, l. 1. §. si intelligatur, D. de edilit. edict. ubi Bald. n. 4. Zaccharias lib. 10. Medicor. lo. gal. decif. 10.

X. Ex contractu feudali, posita bona fide, & possessione continuata per 30. annos, emergit Jus prescribendi, c. 1. §. si facta sit, Si de feudo defuncti fuer. contror. Paris. lib. 1. cons. 5. n. 13. Clar. §. feudum, q. 45. Tusc. v. Feudum, concl. 113.

A. Fami. nis.

2590. Papa potest esse Feudatarius, sed non subditus.

2591. Quot modis Feudum acquiritur.

2592. Actio personalis transmittitur ad successores.

2593. Feudatarius tenetur ex culpa pa. levi.

2594. Dominus directus tenetur de evictione.

2595. Vassallus habet redhibitoriam.

DE INVESTITURA REI FEUDALIS.

2596.

EX generalibus Speciales ingrediamur feudi affectiones, inter quas primas damus Investituræ.

Quid sit investitura?

Investitura est signum translationis domini utilitatis & jurisdictionis in Feudatarium, & est ad instar verborum: Et datus enis, corona, vel aliud, in signum illius translationis. Et quia in illo tempore solent intervenire pacta, hinc nomine investituræ etiam pacta continentur.

Quomodo fit?

Stricte Investitura significat actionem exteriorum translaticivam domini utilitatis. Quæ investitura fit quandoque etiam per realem corporalem immisionem in possessionem rei feudalis: & tunc censetur vera traditio. Fit etiam per fictam traditionem: puta, per traditionem enis, birreti, &c. c. investitura, tit. 2. lib. 2. feudorum. Otrad. cons. 217. Alex. lib. 5. cons. 67. num. 7.

Quot species sit?

Datur I. & II. Investitura. I. est Acquisitio illius domini utilitatis. II. est Conservativa possessionis, Tusc. 9. Feudum, concl. 353. m. 1. 2. & 3. Aret. cons. 22. n. 6. Clar. §. feudum, qu. 26.

An sine Investitura possit Feudum subsistere?

Nega. c. 1. tit. 3. lib. 2. feudor. c. 1. tit. 25. lib. 1. feud. lib. Sciendum est, feudum sine investitura nulla modo posse consisti.

2597. Est necessaria.

An Sequens subsistat contra formam primæ Investituræ?

Nega. Quia per primam investituram, fuit quantum Feudatario jus domini cum possessione, quo jure non potest inauditus privari, Græz. dec. 426. & dec. 43. n. 5. Tusc. v. investitura, concl. 353. Anchar. cons. 444. Andr. in c. 1. §. olim, de success. feud. Græz. dec. 43. num. 49.

2598.

Reducitur ad primam investituram.

Unde, si in alienationibus feudi Regio assensu vallis reperiatur aliqua alteratio, vel mutatio, potest peti à Collaterali Consilio, ut reformetur, & reducat ad innatam feudi naturam, quam acquisivit per primam investituram: & ita servatur in Regno, teste de Ponce in tit. de resor. investitura, Affl. in Const. quæ incip. Cuna concessiones, m. 6. Gaill. lib. 2. obser. 49. Ratio ab intrinseco: quia feudum est contractus: & sic non licet ab obligatione promanante à tali contractu recedere, vel illam mutare, invito altero contractante. Non enim licet recedere à conventis, l. si sit, C. de action. l. in commodato, §. si sit, D. de commodat. Imò Feudatarius potest cogere Dominum infrudentem, ut stet promissis. Sicuti qui libet Contractantium potest cogere alium, ut servet promissa, l. Julianus, §. offerri, D. de action. empt. §. 1. tit. 3. lib. 2. feudor. de duob. fratrib.

Quomodo probatur Investitura?

Investitura, siue vera, siue ficta, probatur per instrumentum, vel per duos testes, qui debent esse testes Curie: id est Vassalli ejusdem Domini, & ejusdem qualitatis cum Feudatario, secus probatio non erit authentica: & istis deficientibus, admittuntur alii testes ordinarii, lib. 1. de feud. tit. 2. & 3.

Quibus modis per Investituram Feudum acquiratur? Multis. I. Corporali traditione. Tusc. 9. Feudum, concl. 109. Alex. lib. 1. consil. 336. Otrad. cons. 272. n. 3.

2599. Scripsura & testibus probatur.

II. Acquiritur per verbalem Domini traditionem: ut si dicat, teneas pro feudo tale prædium. Accipias, investio te de tali feudo, Andr. in cap. 1. §. sciendum, de consuet. feudor. Affl. in rubr. tit. ex quib. caus. feud. amitt. n. 285.

2600.

III. Prescriptione 30. annor. cap. si quis per triginta, Si de feudo defuncti milit. Constitutio Regn. Consuetudinum, Felin. in cap. illud, n. 6. de presump. Frecc. de subfeud. lib. 2. qu. 23. n. 30. Affl. dec. 324. n. 5.

Prescriptione 30. ann. feudum acquiritur.

IV. Acquiritur successione ab intestato, & ex testamento, de qua infra.

V. Per consensum plurium Vassallorum, qui habent feudum, & permittunt occupari, Tusc. sup. n. 2.

2601.

VI. Per scientiam, & patientiam Domini. Nam præsumitur investire tunc feudatarium, Alex. lib. 1. cons. 136. Clar. l. 6. q. 16.

VII. Per Privilegium habitum à Rege, quia hodie sunt sublata solemnitates, & subtilitates investituræ, l. s. in cap. sciendum, Quomodo feudum, Affl. in Tom. 1. lib. 11.

in cap. 1. Quod sit investitura, Franc. de Amico in cap. 1. de 11, qui feud. dare poss.

Quando præsumatur Investitura?

Præsumitur I. Si solvant adobam, vel relevium. Nam ista non solvuntur in Regno sine feudo, Affl. tit. ex quib. causis feud. amitt. n. 297.

2602.

II. Præsumitur feudate id, quod reperitur intra fines feudi, Andr. in c. 1. de controv. inter mascul. Capp. de investitura, fol. 86.

III. Præsumitur feudum, Si à tempore immemorabili feudum illud possideatur, Cravest. de antiq. temp. v. Absolutio, num. 500. Quæ possessio immemorabilis non refragatur, si constet de titulo injusto, Butr. in cap. pervenit, de censib. Paris. cons. 27. n. 119.

IV. Jure communi feudum præsumitur ex pacto, & providentia, reale, non personale. Nam ista censentur naturalia feudo, cap. 1. §. similiter, de capitul. Corrad. Camerar. in cap. an agnatus, opposit. 2. n. 324. Affl. in prælud. feudor. n. 159.

2603.

Quæ intervenire debeant in Investitura?

In Investitura intervenire debent omnia essentialia in Feudum. I. Consensus contrahentium. II. Res immobilis certis finibus terminata. III. Determinatum militare servitium, secus ad omne bellum accedere deberet. IV. Pactum fidelitatis cum juramento, quod homagium appellatur. V. Pactum, de non alienando feudum irrequisito Domino. VI. Pactum, ut Feudum sit perpetuum, vel temporale.

2604.

Quæ essentialia snt in feudo.

VII. Solent apponi pacta circa administracionem feudi, ex quibus ampliatur, vel restringitur jurisdictionio. VIII. Pactum de serie succedi per agnatos, &c. IX. De incidendo in commissum. Otrad. cons. 159. Cabrensi. lib. 1. concl. 176.

Ad quid teneatur Dominus directus?

Tenetur I. ad omnia, ad quid adstringuntur Jure Communi contrahentes. Et sic tenetur dare promissa, & de evictione, cap. 1. de investitur. Tusc. 9. Feudum, conclus. 115. n. 4. Abb. lib. 2. cons. 30. fol. 2.

2605.

II. Teneur mittere Feudatarium in vacuum, & pacificam possessionem, aliis tenetur ad interesse. Et si recuset in possessionem mittere, postquam Vassallus præstitit fideliter servitium, amittit dominium directum, & acquiritur Vassallo, Affl. dec. 260. Otrad. consil. 207.

Mittit feudatarium in possessionem nem.

III. Debet tueri Vassallum, secus proprietatis Vassallo acquiritur, cap. 1. v. Dominus, tit. de forma fidelit. Affl. dec. 265. Clar. §. feudum, q. 26. & 63.

Non tamen recipio Dei. cons. 479. n. 9. docentem, etiam teneri defendere contra patrem, filium, & fratres, Nam contractus non debet esse contra præcepta charitatis, & pietatis, Quæst. tr. 32. disp. 117. sect. 4. n. 22.

IV. Nequit directus Dominus, dissentiente Vassallo, alienare feudum, & Alienans amittit proprietatem, nisi alienatio bonorum fieret cum universitate bonorum. Nam Vassallus, cum uno, non cum alio contraxit, Clar. l. 6. q. 18. §. sed quæro.

Quæ Vassallus teneatur præstare Domino directo?

Tenetur I. ad bellicum personale servitium. II. Certiorare Dominum directum de infidiis. III. Non favere inimicis. IV. Fidelitatem jurare.

2606.

Auxilium verò in bello non est essentialis feudo: ut patet in feudo franco sine onere concessio. Quando autem belligerare tenetur, si non accedat, tenetur cedere medietatem feudi, Affl. dec. 265. & 136. Capp. dec. 118. Nam auxilium debet præstare propriis impensis, Gramm. cons. crim. 3. n. 43. & Accedens delereus in bello Dominum amittit feudum, Affl. dec. 307. Clar. v. Feudum, q. 95.

Auxilium actuale in bello non est essentialis.

DE FIDELITATE, ET HOMAGIO.

Fidelitas est, quam Vassallus Domino præstat, ut teneatur fideliter res Domini. Homagium est juramentum fidelitatis, cap. 1. tit. de juram. fidelit. Fidelitas, non homagium, est feudo essentialis, ut patet etiam in aliis contractibus, Clar. §. feudum, quæst. 21.

2607.

Homagium quid

Rex in concessione feudorum semper sibi reservat regalia, & recursum appellationis, Tusc. consil. 110. Sed quia ista sunt clara, petamus ulteriores.

An Vassallus tenentur solvere debitum Fundatarii, cui successit?

2608. Si Feudum sit hereditarium, tenetur: nam transit cum onere. Si feudum sit cum pacto, & providentia, non tenetur: nam, cum non sit heres, nec res presentans personam defuncti debitoris, ejus obligationibus non adstringitur, nisi sint obligationes, reales, sc. cum obligatione feudi, Covarr. 2. var. cap. 13. Clar. q. 44. * aliique plures, quos sequitur D. Scoppa ad Controv. f. R. Merlin. cent. 2. cap. 59. n. 11. * Contra Ottav. lib. 32. disp. 118. J. ff. 2. n. 32. agentem, nec in hereditario teneri ad onera defuncti.

2609. Sed hic infurgit difficultas: An Fundatarius tenetur ad debita Domini directi? Si obligationes sint reales, tenetur: quia res transit cum onere. Et idem dicens, si alienatio domini utilis fuerit facta in fraudem creditorum: nam illicd. revocari poterit, ad ius Paulinay de qua lib. 4. a n. 263. & ex ligouri, C. de reos. iis, qui in fraud. l. qui autem, 6. §. sciendum, D. qua in fraud. Vide Tusch. v. feudum, consil. 481. & v. fructus, consil. 176. n. 3.

2610. Fructus etiam jurisdictionis pleno jure spectant ad Dominum utilem, Tusch. v. feudum, consil. 492. Anchar. consil. 793. Fructus pendentes spectant ad successorem, ad quem spectat feudum, cujus sunt pars, & fructus pendentes, D. de rei vind.

Feudatarius nequit incidere arbores in prejudicium Domini directi sub pena privationis feudi, Clar. q. 56.

Sunt modo explicanda duo. I. De alienatione. II. De successione feudi. Quae duo continent quotidianam, utilem, atque difficilem investigationem.

DE FEUDORUM ALIENATIONE.

Explicabimus hic duo. I. Quid Jure Communi. II. Quid Jure Regni. Nam in defectu Juris Regni, servatur Jus Commune.

2611. Feudum alienari nequit inconsensiente Domino directo, c. 1. de prohib. feudi alienat. per Loibar.

Hinc omnia illa, quae habent vim alienationis, nequeunt a feudatario exerceri: Et sic nequit servitium imponere, l. fin. C. de reb. alienis non alienam. Angel. consil. 162. Dec. consil. 688. Ifern. in c. 1. §. & quia videmus, n. 3. de is, qui feud. dare poss.

In Regno alienans feudum sine assensu Regio, valet intra certum tempus alienationem revocare, & sibi retinere feudum, & Feudatario non revocante revocat Dominus directus, sibi que retinet feudum vivente Vassallo alienante, quo mortuo restituit feudum agratis illius, qui alienavit, Constit. Constitucionem Divae memoriae, DD. in cap. 1. de alien. feud. * & illustrat D. Scoppa in Scholii ad Controv. f. R. Merlin. cent. 2. cap. 82. n. 30. qui tamen limitat in alienatione necessaria subhaesa, ex rationibus, quas tradit ibid. a n. 21. *

2612. Ut tamen Alienans valide revocet, debet revocatio fieri in scriptis, & notificari parti, & revocatio competit Alienanti, ejusdemque heredi, d. Constit. Constitucionem Divae memoriae, Pragm. 11. cap. 45. tit. de offic. Judic. Theod. alleg. 91. n. 21. Rovit. in Prag. 1. n. 33. de fide melior. qui vult, competere ipsam revocationem etiam Emptori, ejusdemque heredi. Nam licet d. Constit. Constitucionem Divae memoriae, loquatur de alienante tamen prevaluit opinio, ut currat etiam in Emptore, & ejus herede: Ex eo, quia in correlativis eodem modo discurrendum, l. un. in princ. C. de rei uer. act. & l. fin. C. de iudic. v. dicit. toll.

Sed, si ante revocationem impetretur assensus, amplius revocari nequit, Devian. consil. 685. n. 2. & si eodem die inveniat assensus, & dubitetur an praecesserit revocatio? tunc assensus praesumitur praecessisse revocationem, Franch. dec. 649. * Et si impetratus non sit assensus, non potest post mortem Venditoris impetrari, nisi novus contractus, & consensus haeredis ipsius Vendentis concurrat, ut dicunt DD. quos sequitur D. Scoppa d. cap. 81. n. 39. ubi limitat, si agatur de causa dotis, vel si alienatio facta sit subhaesa, ut defendit ibid. n. 49. *

2613. Pro dote in Regno non requiritur assensus: Nam semper intelligitur praestitus in feudis, Pragm. 2. de feudi, Franch. dec. 452. & sic feudum semper est obligatum pro dote recepta a femina. Et intelligitur assensus praestitus pro dote, pro interesse, antefato, & fructibus dotis a die instrumenti dotalis, Rovit. Pragm. 2. n. 4. de feudi. * & alii multi, quos sequitur D. Scoppa ubi supr. cap. 53. n. 21.

Quomodo, & a quibus obtinendus sit assensus pro feudo alienando?

2614. In Regno sit memorialis, clarus, & brevis continens intensionem alienandi in quo exprimuntur tangentia praesudicium tertii; alius assensus, ut subreptitius, respiceretur, l. fin. C. de precib. Imperatoris offerend. Dec. consil. 699. n. 15. Assens. in Constit. de success. f. R. 2. n. 68.

Hinc assensus impetratus pro donando feudo Secundogenito, non facta mentione Primogeniti, est nullus, secundum Cantuar. in cap. Imperialem, l. D. de probib. feudi alienat. per Federic. de Ponte consil. 2. n. 81. Gizz. dec. 3. n. 19.

Sed oppositum decisum in S.R.C. sc. assensum pro Secundogenito, nulla facta mentione de Primogenito valere, refert Gallupp. p. 2. method. cap. 1. n. 15. quia Primogenitus vivente Patre non habet jus quaesitum super feudo hereditario: & sic assensus ei non praesudicaret.

A quo impetrandus assensus in alienatione feudi?

2615. Hoc in Regno quondam obtinendus erat a Rege, cap. Imperialem, de probib. feudi alienat. per Feder. l. off. f. R. consil. 33. n. 9. Nunc potest impetrari a Prorege, vel a Collaterali Consilio, Pragm. 4. & 7. de feudi. Excipias novum casus, de quibus d. Pragm. 4. Et hodie etiam Proreges possunt assensum praestare in feudis titulat. Prag. 2. de feudi, quod olim erat prohibitum in Prag. 4. de feudi.

2616. Sed pro Infidelibus, vel Extraneis non Vassallo, nequit praestare Prorex assensum in feudi alienatione, d. Prag. 4. Surd. vol. 3. consil. 371. n. 45. Lanar. consil. 82. * & alii, quos sequitur D. Scoppa in Scholii ad Controv. f. R. Merlin. cent. 2. cap. 70. n. 11. *

Ex Pragm. 4. cit. assensus est reservatus Regi, si Vassallus alienans careat certo, & legitimo successore. Qui successor satis est, si existat tempore alienationis, licet desit tempore mortis alienantis, DD. apud Gallupp. l. c. n. 21.

In Regno, si alienetur feudum rusticum, non requiritur Regis assensus; sed si sit datus a Barone, satis est ipsius assensus, Assens. dec. 243.

Quando impetrandus sit assensus?

2617. Ante contractum alienationis, quo obtento dantur tres menses ad perficiendum contractum a die praestiti assensus; idque ne diu Regis assensus sit suspensus, Prag. 10. de feudi. Anna in Constit. Constitucionem Divae memoriae, n. 121. * Cujus Pragmatis. dispositionem esse hodie in viridi observantia, late offendit D. Scoppa in Scholii ad Controv. f. R. Merlin. cent. 1. cap. 70. probans tamen n. 19. tale tempus trium mensium non incipere a die expeditionis, sed a die, quo per Collaterale Consilium in hoc Regno praestatur Regium exequatur, ne inutilis reddatur dispositio, Pragm. 1. de present. privileg. infra ann. *

Valet tamen alienatio ante impetratum assensum, sed sub clausula, reservato Regio assensu impetrando. Et tunc alienatio est conditionalis: si scilicet impetretur assensus: & purificata conditione retrahitur assensus ad tempus initi contractus, l. qui habet rem, D. qui pot. in pign. Molina de primog. lib. 4. c. 7. n. 34. Assens. in Constit. Constitucionem Divae memoriae, Capp. dec. 132. n. 16.

Sed, media isto tempore alius obtinens assensum registratum, praesertur: quia assensus deinde impetratus non retrahitur in praesudicium tertii, cui jus est quaesitum, Andriam c. Imperialem, n. 2. Assens. dec. 239. Franch. de subfeud. lib. 2. disp. 36.

2618. Similiter assensus nihil operatur, si alienatio sit jam revocata, vigore Constit. Constitucionem Divae memoriae, Assens. dec. 235. Capp. dec. 100. de Ponte desif. 6. n. 44.

Assensus sine justa causa denegari nequit Assens. in c. 1. de investitura. de re. aliena. Andriam c. Imperialem, in princ. Quid

Quid requiratur, ut tenent assensus im-

2619.

Requiri- tur in casu realis.

Requiritur, ut redigatur in formam privilegii. juxta stylum Regiæ Cancellariæ, & sic requiritur necessariò scriptura, Prag. 1. de fide memorial. Prag. 9. de feud. unde non est satis, ut poteras olim fieri, si concedatur per verbum fiat. Nec scriptura potest probari per testes, si sit deperdita, Afflic. decis. 253. & 395. Franch. dec. 693. nu. 3.

Quantum temporis detur ad expedienda, & registranda hujusmodi privilegia?

2620.

Assensus registratur in quindecim diebus Rag. Cam.

Concedatur Neapolitanis duo anni, cap. 20. in- ger cap. & privilegia Regni. Et assensus debet regi- strari in quindecim diebus Regiæ Camere, ubi de- bet præstari juramentum fidelitatis ex Pragm. 27. §. voluimus, de feud., ut nuper illustrat D. Scoppa in Scholiis ad Cantrovosor. R. Merlin. cent. 2. cap. 81. nu. 9. Atque hic defectus registrationis reddit assensum ipso jure nullum, Afflic. decis. 225. Gizz. decis. 3.

Minor tamen habet restitutionem in integrum ad registrandum, si Tutoris, aut Curatoris pigritia assensus non fuerit registratus, Tborus in compend. p. 2. v. registratio, ex Prag. edita, anno 1551.

An assensus sit stricti juris?

2621.

Assensus est stricti juris, nec extenditur de casu ad casum.

Affirma: & sic non recipit extensionem de per- sona ad personam, de re ad rem, de tempore ad tempus, de casu ad casum, DD. in c. Imperialem, de probib. feud. alien. per Feder. Lanar. conf. 60. nu. 120. Gizzar. dec. 57. nu. 1. Franch. dec. 71. nu. 16. & dec. 75. nu. 2. Ric. 4. dec. 230. Anna alleg. 122. Frecc. de subseu. lib. 2. q. 9. per Ilicus, §. si debitor, D. quib. mod. pign. sol. 1. §. permissus, D. de equa quotid. l. cum patro- nis, D. de leg. 2. l. si ita stipulatus, §. Cbrisogonus, D. de verbor. oblig. l. si pupillarum, §. si Prætor, D. de reb. her. ubi, quamvis Prætor concedat vendi bona pupilli, non tamen inde obligati valent. Ergò multo magis assensus in uno casu, non extenditur ad alium in alienatione feudorum. Numquam enim præsu- mitur Dominus directus velle sibi præjudicare: & sic præsumitur velle, ut res sua obligetur minus, quam potest.

2622.

Assensus pro aliena- tione non est pro pi- gnoratia- ne.

Hinc assensus obtentus pro venditione, non va- let pro pignoratione, Andr. & Cammar. in d. c. Im- perialem, Gizzar. decis. 77. Contrà de Ponte de potest. Præreg. tit. 3. §. 6. nu. 20. Molin. lib. 2. de primog. cap. 5. de Maris. tom. 1. cap. 23. nu. 15. volens, præstato assensu pro alienatione, posse imponi censum. Quod tamen non est contra nos. Nam impositio census alienatio est. Sic etiam assensus concessus pro donatione inter vivos non extenditur ad aliam alienationem, Bald. in d. c. Imperialem, Socin. cor. 19. nu. 1.

Sed potest census in- poni.

Assensus tamen pro alienando toto, censetur præstitus pro alienanda parte, l. si quis totum, D. de except. rei jud. Cammar. in c. Imperialem, lit. N. Quod non intelligas de feudo cum Vassallis: Nam non præsumitur Regem velle dividere Vassallos, con- stituendo plures Dominos, Cappe. de investitura feu- di, v. defectus pag. 85.

Assensus pro toto est etiam pro parte.

Clausula, quæ solent apponi in assensu.

2623.

Juribus Curia sal- vis.

Sunt multæ, est, Juribus Curia, & alienis semper salvis. Lanar. conf. 32. Intelligitur de juribus quaer- titæ, & quaerendis extantibus tempore assensus, Andr. in cap. 1. §. quod ergò, ubi Afflic. 25. & 27. qui succedere teneantur.

II. Clausula est, Feudi natura in aliquo non mu- tata, ratione cujus assensus est conformis primæ investituræ, Frecc. de subseu. lib. 2. aut. 1. q. 11.

Natura feudi non mutata.

III. Clausula, ut Feudum teneatur immediatè, & in capite ab eo, quæ clausula reddit feudum qua- ternatum, & Feudatarium Baronem, Afflic. decis. 332. de Ponte de potest. Præreg. tit. de assensu Regio, nu. 9.

Ut habeas alios suc- cessores.

IV. Clausula est, Quatenus alios habet suc- cessores. Nam, si Alienans careat certo, & legitimo suc- cessore, tunc Prorex aut Collaterale Consilium ne- quis consentire, sed tantum consentit Rex, Prag. 4. in c. 2. de feud.

Quando non requiratur assensus?

2624.

Non requiritur I. quando feudum liberatur ab

onere: patè, si quis renunciet hypothecæ, quam habet in feudo, Aff. dec. 232. Theod. alleg. 54. nu. 5. II. si feudum deveniat ad successores legitimos, Aff. dec. 219. III. quando censetur præstitus à Prin- cipe, ut in Regno pro dote feudum obligatur, Gal- lupp. p. 2. methodi, cap. 1. nu. 10. in fin. IV. Lapsu tem- poris 30. annorum assensus præsumitur, c. si quis per 30. Si de feudo defuncti: Militis contro. fuer. li- cet in Regno consensus iste præsumptus non suf- ficiat, Constit. Constitutionem Divæ memoria, ubi An- na nu. 5. Aff. tit. quæ sint regalia, v. Angaria, nu. 4. V. Assensus non requiritur, si contrahatur cum Rege, vel cum ejus Primogenito, aut cum Prorege. Nam cum non censeatur dolo agere, censetur con- sentire, Franch. dec. 48. Cappe. dec. 156. Anna conf. 51. nu. 16. VI. Nec requiritur in feudo concessio cum potestate alienandi, de Ponte conf. 31. Rovit. conf. 12. nu. 3. v. 1. VII. Nec requiritur ubi consuetudo op- posita prævaluit, Cappe. de investit. fol. 86.

Assensus præsumi- tur lapsu 30. annorum, sed non in Re- gno.

In quibus requiratur assensus?

Requiritur etiam in alio omni contractu, sive sit emptio, sive permutatio, c. Imperialem, de pro- hib. feud. alienat. per Federic. Afflic. & Andr. in c. 1. §. cum autem, n. 90. de contro. investit.

2625.

An feudum possit vendi cum pacto de retro- vendendo?

Affirma. l. voluntate, §. 1. D. quib. mod. pign. solvi- tur, Cagnol. in l. 2. nu. 104. Cod. de pact. inter. Et tunc etiam requiritur assensus: & resolutio contractu pecunia restituta primo emptori non est feudalis. Nam in pecunia feudum non subsistit, Pistor. lib. 2. q. 24. nu. 23. Andr. in c. 1. §. & plus florum, in fin. quæ sint regalia. Resolvitur enim talis contractus ita, ac si nunquam fuisset factus, contra Ursill. ad Afflic. decis. 397. & sic in illa pecunia Creditores omnes admittuntur tanquam in re non feudali, juxta propria privilegia, de quibus lib. 4. nu. 420. Franch. dec. 64. nu. 3. & 13. Latro dec. 43. Vio. dec. 235. nu. 3. Saxd. dec. 236. nu. 10. Carroc. dec. 27.

2626.

Ex retro- venditione soluto con- tractu feu- dali pecu- nia resti- tuta non est feuda- lis.

De Revocatione feudi alienati cum consensu Domini directi.

Quando Feudum alienatum est ex pacto, & pro- videntia, tunc moveri valent multæ controver- siæ, quas subnectere est in animo. Et I.

An Agnatus revocare possit alienationem, viven- te Alienante jure retractus sanguinis?

Affirma. Si velit, uti retractu consanguinitatis, c. Titius, Si de feudo defuncti contro. fueris inter Dom. & agnat. de Ponte de potest. Præreg. tit. de diver- sis provisionib. §. 1. nu. 13. cap. 1. de alien. feudi patern. Artman. lib. 2. q. 9. Sed in hoc possunt sepullulare diversæ controversiæ, merito hic illas sequentibus explicandas proponimus.

2627.

Jure retra- ctus san- guinis re- vocatur alienatio, vivo Ali- nante.

An in alienatione Feudi ex pacto, & provi- dentia debeant etiam consentire proximiores Agnati?

Affirma. c. 1. de alien. feudi paterni, Nam ipsorum interest, Nec satis est pro consensu præsentia, & si- lentium ipsorum, l. sicut, §. non videtur, D. quib. modis pignus solvat. Isern. in c. 1. §. præterea, ubi Afflic. nu. 9. quib. modis feud. auget. ita ut tacens in hoc non censetur consentire, non obtinente tex. in c. qui tacet, de reg. jur. in 6. qui currit tantum, quando ta- cens potest, & tenetur impedire actum, l. cujus, D. de pignar. afflic. Titius, §. Lucio, D. de leg. 2. l. si sepè, D. de re judic. In re autem Agnatus alienationem prohibe- re nequit, nec, nisi eo mortuo, jure successionis re- vocare potest. Intelligas, nisi dolo se taceat, aut Emptori emptionem persuadeat, aut pro illo evi- ctionem promittat, arg. l. si sine, C. ad Vellejan. l. 2. C. si aliena res pignori data sit, l. exceptio, C. de evict.

2628.

Qui tacet non con- sentit, nisi possit, & tenetur actum im- pedire.

An Consensus aliquorum ex pluribus præju- dicet aliis in eodem gradu non con- sentientibus?

Nega. Et sic non Consentientes, jure successio- nis, possunt revocare alienationem, Brunus conf. 30. decens, feudum pro rata spectante ad ipsos non Consentientes revocari, nè non Consentientes dam- nificentur, l. per fundum, D. de servit. rusticor. præ- dior.

2629.

An,

An si Proximior consensit, ut feudum alienetur remotiori: & hic remotior Agnatus alienet in extraneum, possit ille proximior Agnatus consentiens, mortuo alienante revocare alienationem?

2630. Consensus ut alienetur sanguineo, non tenet si extraneus alienetur.

Affirma, c. 1. de eo, qui factus fecit agnationem, ubi renunciatio facta Agnato, eo moriente sine liberis, evanescit. Ergo consensus praestitus Agnato extinguitur, & ad non agnatum fiat alienatio. Nam consensus est stricti juris, nec extenditur de persona ad personam, l. sicut, §. si debitor, D. quib. modis pignus solvit. l. 1. §. permittitur, D. de aqua quovis. l. cum patronus, D. de legat. 2. l. si ita stipulatus, §. Cbrisogonus, D. de verb. oblig.

Censetur namque consensus datus intuitu sanguinis: & sic non extendendus extra consanguinitatem, Tirag. de retractu, §. 1. n. 44.

An Agnati nati, & nascituri proximiores, qui alienationi consensum non praestiterunt, valeant revocare feudum cum patre, & providentia alienatum in Extraneum, vel Agnatum remotiorum, mortuo alienante.

2631. Proximior nasciturus non consentiens semper revocata.

Affirma, c. 1. de alien. feudi poter. c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. c. Titius, si de feudo defuncti contro. fuerit inter Dominum, & Agnat. c. 1. §. si de & res, Per quos fiat invest. c. 1. §. de contrario, de invest. de re aliena just. Ratio: quia natura hujus feudi est, ut deficiente Agnato possessore ad immediatos proximiores devolvatur, l. servum in cap. 1. v. hoc est regulare, de eo qui sibi, vel herod. suis, Alverotti. Bald. & Aff. in d. cap. Titius, Hartman. lib. 2. cap. 6. nu. 20. II. Quia Agnati non acquirunt feudum ab ultimo possessore: sed jus habent quæsitum ex pacto prima concessionis inito cum primo Acquirente, c. 1. de feudo jam in c. 1. de duob. fratribus c. 1. §. Conradus, de his, qui feudum dare poss. cap. si Capitanei, de feudo Marcb. Nec remotiores Agnati possunt retinere feudum: stantibus proximioribus, quibus invitis jus tolli nequit, l. iniquissimum, D. de jur. & facti ignor. l. id quod nostrum, D. de reg. jur. l. si adrogator, D. de adopt. Paris. vol. 3. conf. 65. & 49.

An multis Agnatis aequè proximioribus competat pro rata jus ad revocandum feudum alienatum?

2632. Ab omnibus probandum, quod omnes tangit.

Affirma, c. 1. ibi: Equaliter, ubi Bald. de success. feud. c. 1. §. & quia vidimus, ibi: Equaliter. Qui feudum dare poss. Camerac. in c. Imperialem, v. amptatur. Omnibus enim pro rata jus quæsitum est: nec uni altero invito acquirit valet. Et sicuti nequit extraneo, in præjudicium Agnati, ita nec uni in præjudicium alterius Agnati queri. Eadem enim utrobique ratio, & sic legis dispositio, l. illud, Diad. l. Aquil. a Titio, D. de verb. oblig. Omnes ergo alienationi consentire debent, ut nequeant illam revocare, c. 1. ibi: Nisi consentientibus, de alienat. feudi patern. l. si. C. de remiss. pignor. l. cum quodam, C. de administr. tutor. l. quæritur, §. si venditor, D. de edit. edict. Nam quod omnes tangit, à singulis approbari debet, cap. quod omnes, de reg. jur. in 6.

2633. Non consentientes revocans ratam eis debitam.

Non autem revocatur totum feudum: sed tantum rata competens non consentientibus, arg. l. si. l. ius, §. 1. D. de legat. 1. Nam illam ratam ipsi consequerentur, si omnes admitterentur. Et de toto ad partem licet arguere. Ergo si ad totum non succederent, nec totum revocare valebunt non consentientes, l. que de tota, D. de rei vind. l. si cui, v. proinde, D. de leg. 1. Brun. conf. 30. Contra Nevizan. conf. 10. n. 17. agentem revocare totum, & jure accrescendi habere aliorum consentientium partem.

An jure successione vivo alienante queat revocari feudum alienatum?

2634. Negat c. 1. de alienat. feudi patern. Et idem est, si existat alius proximior, qui nequeat revocare alienationem, vel quia consentit, vel quia non vult. Nam, istis existentibus, ceteris non ita conjunctis non adhuc competit actio revocativa, d. c. Titius, ubi Afflic. num. 7. Brunus l. 6. arg. l. peto, §. si fratre, D. de leg. 2.

An Agnatus revocans teneatur solvere pretium feudi?

Distinguas: Vel revocat jure promissos: hoc est, retractus sanguinis intra annum, vivente alienante: Vel revocat jure successione mortuo alienante. Si jure retractus sanguinis, solvit pretium, c. Titius, si de feudo defuncti contro. fuerit inter Dom. & Vassal. c. 1. §. sed etiam res, ibi: Compellatur rem eis restituere, ubi Afflic. num. 23. per quos fiat invest. Et non retrahit, nisi integro pretio oblato, l. si residuum, C. de distract. pign. Bald. in elicet, Si de feudo defuncti contro. fit inter Dom. & Agnat. Et pretium debet esse, quod Emptor sine dolo solvit: licet excedat æstimationem, d. §. sed etiam res, ibi: Pro æquali pretio, ubi Afflic. & d. c. Titius, §. porro, ibi: Pro æquali pretio. Inque ne Emptor damnetur ex beneficio revocandi concessio Agnato, contra l. 2. §. si quis à Principe, D. ne quid in loco publ. Lad. officium, C. comm. divid. Et ne duplici damno afficiatur: scilicet amittat partem pretii, & rem, contra l. novis, §. cum autem, §. cum ergo, D. ad l. Rhodiam de facti. jure, D. de jure dos.

2635. Solus promissus remansens jure retractus.

Dixi sine dolo. Nam, si Emptor dolose augeat pretium, tunc augmentum non debetur: Nam dolis resistendum, l. in fundo alieno, D. de rei vind. Et sic Judicis prudentia pretium ad justitiam reducendum est. Nec est satis, si pignus detur, l. quod si non solvere, D. de pignorat. act.

2636. Pretium non debet dolo augeri.

Consentiens vero alienationi non habet ipsum retractum, d. c. Titius, Afflic. dec. 112. Sicuti cessat retractus, si feudum sit donatum, d. §. sed etiam res, ubi Afflic. n. 1.

Alienationis consentiens cessat retractus.

Si vero jure successione velit uti: Tunc mortuo Alienante, Agnatus proximior revocabit feudum sine pretio, cap. Titius, ubi l. fern. Si de feudo defuncti. Afflic. c. 1. §. sed etiam res, num. 2. Per quos fiat invest. Nam tunc habet jus quæsitum actu, ut ei detur feudum ex vi primæ investituræ, Prinel. in l. 1. §. 4. n. 95. C. de bon. matern. Sonsbeck. p. 13. n. 125. Montan. lib. 4. c. 9. Intelligas, nisi feudum fuerit alienatum ex debitis feudo realiter innixis: puta, pro debito dotali, l. fern. in cap. 1. §. quid ergo, de invest. de re aliena sed.

2637. Pretium non solvitur revocans jure successione.

Sed hinc emergit questio.

An Hæres alienantis teneatur de evizione feudi revocati ab Agnato proximiori?

Affirma. Si alienatio sit facta titulo oneroso, & Emptor ignoraverit rem feudatam, c. 1. de invest. de re aliena facta, c. 1. §. si vassallus, Si de feudo defuncti contro. fuerit inter Dom. & Agn. l. non dubitatur, l. si fundum, ibi: Ignorans, C. de evict. l. fern. in c. 1. §. rursus si factis, ubi Bald. & Afflic. num. 14. quib. modis feud. amitt.

2638. Alienantis hæres teneatur de evizione.

Sed cessat evictio, si jure retractus sanguinis feudum revocetur, Tirag. de retractu §. 1. ut. l. gl. 9. n. 5. ex l. 3. & l. Lucius, D. de evict.

An Hæres alienantis teneatur restituere pretium?

Affirma. Emptorem, §. pen. & fin. D. de action. empt. l. si. §. fin. C. comm. de legat. ubi Bald. & Jo. Fab. Nec censetur, scienter emens feudum, velle donare, juxta l. cuius per errorem, D. de reg. jur. cum sibi potius, & suis prospicere velit. In quo differt Emptor feudi ab Emptore aliarum rerum. Nam Emptor feudi non censetur in mala fide. Cum ex multis contingere possit feudum ab ipso non revocandum: puta, si Agnatus proximior capite minuatur: nec sine culpa puniri debet amissione pretii, licet careat evizione. At scienter emens rem alienam censetur in dolo. Cum nihil contingere possit, ne res Domino presentem debeat: & sic merito censetur velle prolicere pretium, arg. l. si fundum, C. de evict. Afflic. in c. rursus, n. 14. sit. Quib. mod. feud. amitt. cap. 1. §. etiam alia res, num. 60. Per quos fiat invest.

2639. Et restituit pretium.

An Filius revocare possit feudum ex patre, à Patre alienatum.

Negat Hartman. lib. 2. q. 7. num. 54. & q. 13. nu. 33. I. quia filius habet jus Patris, & ex Patre obtinet jura agnationis: & sic debet uti jure Patris alienantis.

2640. Filius non revocans à patre feudum.

nantis, qui revocare nequit alienationem à se factam. II. consensus Patris debet nocere filio, sicuti delictum Patris nocet filio amittendi jus ad bona Patris, si vassallus culpam. Si de feudo defuncti. c. 1. Si vassall. feudo prius. III. quia nullibi affirmatur, filium posse alienatum à Patre feudum revocare, & quando volunt, exprimunt Jura distinctè Filios ab Agnatis, c. 1. An agnatus, vel filius. c. 1. §. his verò deficientibus, de gradib. succed. in feud. c. 1. §. hoc quoque de success. feud. c. 1. §. si vassallus, Si de feudo defuncti content. Et sic, nomine Agnatorum, non in feudis, sed in aliis veniunt filii, l. filius, D. de suis, & legit. hered.

cessione per unde agnati. Ergò, exclusus lapsu anni à revocatione jure sanguinis retractus, non erit eodem tempore exclusus à revocatione jure successione. Nam jus hoc successione, non concurrat cum jure retractus, & sic nequit præscribi antequàm sit, uno, & eodem anno cum jure retractus, l. 1. c. de annali. except. Auth. nisi triennale, C. de bon. matern. Thom. de Marinis de feudis ex pacto, & provid. num. 70.

2641. Sed filium revocare alienationem feudi factam à patre, est ratione receptam.

Gæterùm opinio opposita est praxi recepta: scilicet, filium non consentientem revocare posse feudum alienatum cum consensu Domini directi, ex cap. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. cap. 1. de success. feud. ubi Pater nequit minuire, aut auferre jura filiorum. Nec majus Agnatis jus, quàm filiis concedendum. Cum in feudis filiorum causa Agnatis præferatur, c. 1. in princ. de success. feud. Idque fortis, quia filii nuncupatione Agnatorum veniunt, l. filius, D. de suis, & legit. hered. Ergò magis filiis, quàm Agnatis revocare valent, Sombecq. de v. s. feud. par. 1. 3. num. 121.

Nobis placet tertia sententia: scilicet, requiri 30. annos ad præscribendum jus revocandi vigore successione, ex pacto, & providentia debite proximiori Agnato.

2646. Præscribitur per 30. annos.

Probat. Quia regula est, ut in feudis præscriptio currat spatio 30. annorum, c. un. §. si quis per 30. ann. Si de feudo defuncti content. Et in Regno ad eam Constitutio, quæ incip. Consuetudinem pravam, Tappia dec. 2. nu. 362. Et jus revocandi 30. annorum cursu deficit, c. 1. §. prætereque, de capit. Corrad. Cui regulæ est standum, donec probetur oppositum, Bar. in l. quosies, D. si quis caution.

Standum regulæ, donec constet oppositum.

II. Paret, quia jus revocandi innititur juri succedendi, quod jus succedendi currit per 30. annos, l. licet, C. de jure delib. Ergò etiam jus revocandi.

Non enim revocat, qui non succedit.

Nec obstat tex. in cap. Titius, Si de feudo defuncti contro. si inter Dom. & Agnat. Nam ibi est sermo tantum de anno concessio jure retractus sanguinis, non verò de jure succedendi. Cum loquatur de uno anno, qui nequit competere juri successione, & retractus. Et sic, ut stemus regulæ, & Jura concordemus, l. un. C. de inoff. detib. Concedamus unum annum juri retractus sanguinis, juxta d. c. Titius, & jure successione concedamus 30. annos ad revocandam alienationem, juxta tex. in c. 1. §. prætereque, de capit. Corrad.

2642. Hæres nequit veni contra factum, & alienationem à defuncto impetita.

Am Agnatus pronuntiat hæres alienantis revocare valeat feudum alienatum? Negat. Nam hæres debet approbare defuncti factum, cum matre, C. de reinu. l. successores, Cod. de success. l. si ab ea, Cod. de negot. gest. l. postulant, D. ad Trebell. Bald. Alueros. & Aff. in cap. 1. §. hoc quoque de success. feud. Et is, qui alterius personam representat, ut hæres, nequit melioris conditionis esse, ac sit ille, quem representat, l. aliud est vendere, §. absurdum, l. in omnib. §. non debet, D. de reg. jur. Et hæres adeundo hæreditatem censetur defuncti voluntatem approbare, si ab eo, C. de liber. caus.

Quando incipiant triginta anni?

Incipiunt à morte Alienantis, vel Consentientis alienationi. Nam tunc incipit competere jus succedendi: & sic ante præscribi nequit, cum non existat, l. 1. c. de annali. except. Thom. de Marinis loc. cit. n. 72. Sombecq. p. 1. 3. n. 150.

2647.

Ex quo certè inferitur, præscriptionem non currere contra sequentes proximiores, donec illis competat actio: quæ non competit, nisi sublato de medio proximiore, Aff. in d. cap. Titius, n. 7. l. ser. in cap. 1. §. quid ergò, de invest. de re aliena fact. Paul. de Castro consil. 44. lib. 2. Jas. lib. 3. consil. 7. Dec. consil. 28. n. 9. & consil. 445. Cacherau. dec. Pedem. 277. Paris. consil. 23. Minad. consil. 10. n. 30. Camerac. in d. c. 1. §. 13. n. 104. An Agnatus, Contra Pinell. in Auth. nisi triennium, n. 55. C. de bonis matern. Ex quibus solvitur quæstio.

Præscriptio contra actionem, non competit, antequàm actio non existat.

An præscriptio completa contra defunctum obstat Agnato proximiori?

Negat. cap. 1. §. quod ergò, de invest. de re aliena fact. ubi non nocet Domino directo præscriptio servitutis perfecta contra Dominum utilem. Ergò nec facta contra defunctum nocebit successori proximiori, cap. 1. §. hoc quoque, ibi: Nihilominus revertitur ad me. De success. feud. cap. satis bene est, de prohib. feudi alien. per Lathar. in fin. Nec mirum, quia præscriptio non currit contra actionem, quæ nondum competit, l. 1. c. de annali. except. Et Agnatus caret actione, vivente proximiore, cap. ex transmissis, de præscript. Et sic actione non nata, præscriptio talis actionis non adest, l. licet, §. quo ergò, l. cum notissimis, §. quamobrem, §. illud, C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. contra majores, C. de inoff. testam.

2648.

Præscriptio contra unum, non nocet successori.

Dices. Bona subjecta fideicommissio restitutorio unica præscriptione præscribuntur contra omnes. Ergò etiam feudum, unica præscriptione, contra omnes habentes jus revocandi præscribitur.

2649.

Nega anted. Nam idem in fideicommissio, ac in feudo dicendum est: ut scilicet, fideicommissum non præscribatur contra illos, qui non dum agere valent, Alciat. in l. filius, §. filii, n. 43. D. de legat. 1. Dec. consil. 3. n. 4. Natta consil. 437. n. 4.

Fideicommissum non præscribitur contra nascituros

An Univer. sates valeant revocare feudum alienatum?

Affirma. etiam si à Rege vendantur, & intra annum

DE TEMPORE CONCESSO

Ad revocandam alienationem feudi ex pacto, & providentia.

An dentur 30. anni Agnato pro revocanda alienatione facta Extraneo?

2644. Dantur 30. anni, si alienatio sit facta Extraneo.

Affirma. c. 1. §. si quis per 30. Si de feudo defuncti comit. fuer. int. Dom. c. 1. §. parò, qualiter olim poterat feud. alien. G. in d. cap. Titius, v. per annum, ubi Aff. l. ser. Brun. consil. 67. nu. 3. Nam omnis actio 30. annorum præscriptione tollitur, l. licet, l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. l. 2. C. de constit. pecun.

An dentur 30. anni ad revocandam alienationem factam Agnato remotiori?

2645. Biennio secundum aliquos.

I. Dari annum, ait G. l. in, & ex. d. c. Titius, ubi datur annus ad revocandum, postquam Agnatus sciivit alienationem.

II. Alii distinguunt, & ajunt, jure retractus sanguinis dari annum ad revocandum, vivente etiam alienante, c. Titius, Si de feudo defuncti contr. cap. 1. §. sed etiam res, per quos fiat invest. c. 1. §. parò, qualiter olim poter. feud. alien. Quo tempore elapso, mortuo alienante, ajunt, dari alium annum jure successione ex v. prima investitura, l. fin. Cod. qui admitt. l. 1. §. largius tempus, §. sed videndum est, D. de success. in off. ubi filius per annum exclusus à successione per unde liberi, deinde admittitur ex suc-

2650. num se redimere possunt, *cap. Titius, si de feudo de-*
functi controversi, fuer. Franch. dec. 19. n. 2. & 12. Ca-
mill. de Curte in divers. feudor. p. 1. cap. licet autem,
n. 55. Et si intra annum non petant, habent resti-
tutionem in integrum jure minorum. ad peten-
dam, cap. constitutus, de restit. in integ. Napod. in Con-
suet. Si domus, de jure congr. v. petant.

2651: Imò aliqui volunt, aliquos de Universitate of-
 ferentes pretium præferri extraneo emptori,
Marta voto 340. asserens, ut præferantur etiam in
conductione feudi, Thor. in compend. decis. p. 2. v. de-
manium.

Cessat hoc jus, si feudum vendatur à Rege Ba-
 roni habenti civilem jurisdictionem. Nam tunc
 cessat favor libertatis: cum jam sint subditi Baro-
 ni habenti civilem jurisdictionem, *Franch. dec. 17.*
n. 14. Anno alleg. 27. n. 21. Ereccia de subfeud. sub. 2.

DE REFUTATIONE FEUDI.

2652. Refutare hic, est feudum à se possessum dare
Quid sit
refutare.
 alteri, & est se veluti à medio tollere. Et si
 fiat in manus Domini directi, dicitur resignatio
 feudi, ubi *Bald. de natura success. feud.* Proprie
 vero est, quando Feudatarius consensu Domini
 directi dat feudum alteri: puta, Agnato successu-
 ro, se vivente, *cap. 1. §. & si libellum, de alienat. feudi*
patern. c. sed & res, per quos fiat invest. De qua refu-
 tatione videamus.

Qualitèr Feudum refutari possit?

2653. Refutatio, quæ fit proximè successuro, non dicitur
Refutatio
facta pro-
ximè suc-
cessuro nò
dicitur a-
lienatio.
 alienatio, *l. cum pater, §. quindecim, D. de leg. 3.*
Camerar. in cap. Imperialem, lit. O. Et sic non censetur
 prohibita, *l. cap. Imperialem, ex Constit. Constitutio-*
tionem Divæ memoriæ, & aliis, ex quibus elean-
 ter illustrat *D. Scoppa in Scholiis ad Controu.*
for. R. Merlin. cent. 2. cap. 57. n. 3. & seq. Dummodò
 pacta non immutentur, *Gallup. in methodo lib. 2.*
cap. 5. n. 14. & pura sit, & simplex, procul à vincu-
 lis, & conditionibus, quæ onus, servitutem, aut
 commercium in eo feudo inducerent, ut pluribus
 probat *D. Scoppa d. cap. 57. n. 6. & cap. 59. n. 15.*

Hinc feudum ex pacto, & providentia valet re-
 futari proximiori successuro: nam tunc Refutans
 se de medio tollit, *Lofred. in cap. Titius, si de feudo*
fuerit controversi, Frecc. de subfeud. q. 25. lib. 3.

2654. Omnis persona, quæ proximè non est successura,
Non suc-
cessuro pro-
ximè non
fit refuta-
tio.
 extranea censetur, eique refutatio fieri nequit,
cap. 6. Titius, §. quod sit, si de feudo de juncti.

Quæ proximitas sit attendenda?

2655. Dux considerari valent proximitates. I. Tem-
 pore mortis Feudatarii. II. Tempore refutationis.
 Quidam volunt inspicere tempus mortis Feuda-
 tarii, *Pistor. lib. 2. q. 6. n. 43. Anno in c. l. num. 147. de*
Vassallo decrep. atar.

2656. Mihi placet, attendi tempus refutationis. Nam
Omnes in
pari gra-
du debent
refutatio-
ni consen-
sire.
 ex tunc tollitur de medio Refutans, & jus queri-
 tur proximè successuro, *Camerar. in d. cap. Imper-*
ialem, lit. P. de prohib. feud. alienat.

An refutatio possit fieri citiori Agnato, con-
 sensu Proximioris.

2657. Affirma. Secus Proximiores possent mortuo Re-
 futante revocare refutationem, *Pistor. lib. 2. q. n. 6.*
num. 20.

Et plures in pari gradu debent consentire, ut
 uni ex Agnatis feudum refutetur: quia omnes æ-
 quale jus habent ob æqualem proximitatem, *c. 1.*
ibi: Equalitèr. Qui feudum dare possunt, cap. 1. de
alienat. feudi paterni, ubi requiritur consensus illo-
rum, ad quos feudum spectare debet.

An in refutatione requiratur consensus Domini
 directi, si consensu Primogeniti fiat
 Secundogenito?

2658. Negat, ita decisum apud *Annam in cap. 1. n. 261.*
de Vassallo decrep. atar. Franch. dec. 59. n. 2. ex c. 1.
§. & si libellus, de alien. feudi paterni, licet ipse Anna
num. 291. putet oppositum. Ratio est: quia refutan-
do non alienat, sed tollit se de medio, cæteris suc-
cessoribus locum cedens, quod jure permillum est,
cap. 1. de eo, qui finem fecit Agnat.

An mortuo Refutatorio, feudum revertatur ad
 Refutantem?

2658. Affirma. Si refutatio sit facta favore certæ per-
 sonæ, quæ deinde decedat. Nam tunc extinguitur
 finis refutationis. Et sic est ita, ac si refutatio non
 fuisset facta, *Andr. in cap. 1. n. 4. qui succedere tenent.*
tit. 1. ex cap. 1. de eo qui finem fecit Agnat. Franchis
decis. 591. num. 1. de Ponte de potest. Proreg. tit. de re-
fut. feud.

2658. Ad Re-
 futantem
 viventem
 revertitur
 mortuo cor-
 so Refuta-
 tario.

Et si Refutarius aliis feudum refutet, & mo-
 riatur, Refutante vivo, tunc Refutans repetit feu-
 dum intuitu illius certæ personæ refutatum, *c. 1.*
de eo, qui finem fecit Agnat. l. actione, C. de part. Aff.
in d. c. Titius, n. 26. Pistor. lib. 2. q. 7. n. 39.

2659. Verba, quæ in refutatione apponi solent sunt:
Refutavit, renunciavit, abdicavit, &c. & restringunt
 refutationem ad personas, ita ut, illis deficienti-
 bus, feudum revertatur ad Refutantem, *Lofred. in*
cap. 1. de success. feudi paterni, v. & secundum Andream,
Anna in cap. 1. n. 3. de Vassallo decrep. atar. ubi ait,
 ita servari, etiam si refutatio fiat in manus Do-
 mini ad favorem certæ personæ: nam tunc per-
 sonalis est refutatio.

2659. Personalis
 refutatio
 cessat ex-
 tincta per-
 sona.

Si tamen refutatio facta in manu Domini sit
 realis, nullis inspectis personis, tunc proprie est
 resignatio, & est perpetua, *Andr. in cap. 1. de eo, qui*
fecit finem Agnat. cap. 1. ubi Anna num. 25. de Vassal-
lo decrep. atar. Camer. in c. Imperialium, lit. D. pag. 20.
de prohib. feud. alienat. per Federic.

2660.

JUS COMMUNE.

2661. Jure Communi, nec Ecclesia alienat irrequisito
 Domino feudo, *lib. 1. feud. tit. 6.* & requiritur
 etiam licentia Summi Pontificis, *tit. Decretal. de*
reb. Eccl. non alien.

2661.

II. Feudum etiam inalienabile est Domino ir-
 requisito, *cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lotbar. cap.*
Imperialem, de prohib. feudi alienat. per Feder. Ifern.
in cap. 1. §. & quia videmus, nuq. de his, qui feudum
dare poss.

Feudum
non alie-
natur ir-
requisito
Domino
directo.

Si quis alienet feudum, amittit totum, si totum:
 partem, si partem feudi alienet, *c. 1. quæ sit causa*
beneficii amittit, Imperialem, de prohib. feud. alien. per
Feder. cap. 1. de prohib. feudi alienat. per Lotbar. Clar.
in §. feudum, q. 31. Filiucc. tract. 36. c. 9. q. 1. num. 173.
 Imò nec potest servitutem imponere, nisi pro sua
 vita, *Alex. lib. 5. conf. 18. Clar. q. 37. Tusch. concl. 194.*
 Sed in nostro Regno mitius agitur. Nam ex *Constit.*
Constitutionem Divæ memoriæ, ubi Glos. & Affl. alien-
 ans sine consensu Domini non amittit feudum:
 sed potest revocare alienationem refutito pretio
 Emptori. Quod Jure Communi non erat verum:
 nam Emptor pretium, Venditor feudum amitte-
 bat, *d. c. Imperialem.*

Sub pena
amissionis
feudi alie-
natio.

Talis Emptor Jure Regni, retinet feudum, quous-
 que ei restituatur integrum pretium, unà cum in-
 teresse, *Bartolom. de Capua in Constit. Constitutionem*
Divæ memoriæ, ubi Affl. num. 44. Freccia lib. 2. de
subfeudis, fol. 148. de Marinis lib. 2. c. 87. n. 1.

2662. Non in
 Regno, ubi
 revocat a-
 lienationem.

An ex concursu Creditorum, vendatur feudum?

2663. Regularitèr, non venditur, nec Creditor mittitur
 in possessionem feudi; sed solum sequuntur fru-
 ctus pro Creditoribus, *Bald. in Auth. si qui, num. 21.*
C. de bon. autoritate Judicis possid. Cassan. ad Consuet.
Burgund. v. Comite de Flandres, n. 3. Frecc. de subfeud.
lib. 2. de differentiis inter feuda titulata, & simplic.
diff. 29. quia sunt concessa à Rege habentia ratio-
 nem beneficii, & sic sunt mansura, *cap. decet, de reg.*
jur. in 6. Okrad. consil. 300. n. 2. Tappia in cap. 1. par. 1.
num. 48. de Constit.

2663. Feudum re-
 gularitèr
 non alie-
 natur ex
 concursu
 creditorum.

Similitèr, in alienatione omnium bonorum non
 veniunt feuda: quia nemo præsumitur molus; & sic
 alienare velle in præjudicium Creditorum: nec
 præsumitur velle incidere in commissum; Undè
 nec præsumitur velle alienare feudum, *Clar. §. feu-*
dum, q. 35.

An Feudum propter gravem necessitatem alie-
 nari possit?

2664. Negat *Clarus §. feudum, q. 3.*
 Rectius affirmant *Lopez tit. 26. par. 4. lib. 10. Glos.*

2664.

In extrema necessitate feudum potest alienari. in l. quomodo admodum, C. de agricol. & censu, lib. 10. Nam in extrema necessitate licet nobis consulere rebus alienis, prout satis alibi probabamus cum D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. Cum necessitas non habeat legem, cap. quod non est licitum, de reg. jur. in 6. S. Ambros. ferm. 31.

2665. An ad Pias causas valeat alienatio feudi? Nega. cap. 2. Quando feudum alienare lic. Nemo enim cum alterius damno potest animæ suæ consulere. Contrâ Roman. cons. 193. n. 12. Tusc. concl. 136. n. 140.

2666. An Feudatarius ingrediens Monasterium pro sua vita transferat feudum in Monasterium? Affirmat, & respondet ad opposita, Alex. lib. 5. cons. 10. Tusc. conclus. 136. n. 123. Nam pro sua vita nulli facit injuriam, Cyn. in Auth. ingressi, C. de sacros. Eccl. Oppositum tamen probabilius est: & in hoc Regno recipiendum: Quia requiritur assensus Regis, & feudum etiam morte civili amittitur, ut patet in Bannito.

2667. An inter Agnatos possit fieri alienatio? Affirma, pro Agnatis in investitura comprehensis: tunc enim præstitus consensus fuit, Bald. consil. 300. Castrensis. consil. 433.

2668. Quid sint Excadentia. Nomine Excadentiarum veniunt res feudales consuetæ dari aliis in feudum per Barones, & Comitibus, quando sunt apertæ: ut in feudo plano, rustico, de tabula, Andr. in cap. 1. §. præterea, de Capitulis Corradi.

2669. Nunc ad controversiam affirma. Constitut. Constitutionem Divæ memoriæ, v. Excadentiarum. Et Domini etiam possunt tales res Excadentes sibi applicare, Gallupp. p. 2. methodi cap. 3. n. 20.

2670. An Feudatarius subinfundare possit? Affirma. cap. Imperialem, §. illud quoque, tit. 55. de probib. feud. alien. per Feder. cap. 1. §. beneficium, tit. Si de feudo fuerit contro. Surd. cons. 210. n. 43.

2671. Sed debet fieri, ut subinfundatio duret pro tempore, quo durat jus infeudantis, Bald. cons. 165. n. 4. In quo vides casum exceptum à regula Juris, de non alienando. Ex eo, quia nulla sequitur injuria Domini fit, fiat sine fraude ejusdem, cap. 1. §. sed ea res, per quos fiat investit. cap. 1. §. similiter, de lego Corrad.

2672. Subinfundans autem retinet reliquias quasdam domini utilitatis: scilicet ad se feudum revertatur, si ille incidat in compedium, vel alio modo aperiatur subfeudum, Clar. v. feudum, q. 3. n. 5. Surd. consil. 210. num. 42.

2673. Similiter Subfeudatarius debet confociare Subinfundantem ad bellicum servitium, cap. Regis Roberti incip. Habuit, & Fiscus potest præcipere Subinfundato, ut præstet servitia, etiam irrequisito Subinfundante. Nam Fiscus hoc potest exigere à subinfundante; ergo etiam à Subinfundato. Sicuti Creditor potest cogere debitorem sui debitoris ad solvendum, l. plane, §. qui rogatus, D. de legat. 1. Franch. dec. 273.

2674. Mortuo Subinfundante, Dominus Agnatus proximior potest revocare subinfundationem: quia tunc est resolutum jus Datoris, & Acceptoris, Andr. & Aff. in cap. 1. §. sed ea res, col. 1. Per quos fiat invest.

2675. In Regno ad subinfundandum requiritur assensus Regis, Constit. Constitutionem Divæ memoriæ, Andr. in cap. 1. §. præterea, de Capitulis Corrad. Rovit. in rubr. de feud. 52. Camer. in cap. Imperialem, lit. G. pag. 69.

2676. DE SUCCESSIONE. Ex alienatione pergamus ad successionem, de qua discutienda sunt multa. Et I. antequàm disquiramus Jus Regni, explicemus, quid de Re Juris Communis.

2677. An sit liberum Vassallo disponere Successorem in feudo? Affirma. Si in investitura sit data talis facultas, non alias. Nam Feudatarius non est Dominus feudi, nisi juxta voluntatem Concedentis feudum, Alex. lib. 1. consil. 30. num. 10. Tusc. concl. 136. n. 14. ex lib. 1. tit. 2. c. 19.

2678. Tom. II. Lib. III. An bona feudalia imputantur in legitimam? Nega. Quia imputantur in legitimam bona ex substantia Testatoris, l. omnimodo, & l. quoniam novella, C. de inoff. testam. & feudum non est ex bonis Testatoris. Accedit, legitimam posse liberè alienari, non feudum, d. l. quoniam, & d. l. omnimodo, Paulus in l. si patroni, C. ad Trebell. Contrâ Saic. in d. l. omnimodo, §. imputari, Valasc. de jure emphyt. q. 46.

2679. Quis succedat, si ex investitura Successor non appareat? Feudum consentur in dubio pro se, & descendentes legitimis, & naturalibus, cap. 1. §. hoc autem notandum, tit. Qui feudum dare poss. Bald. in cap. 1. col. 2. de feudo Marciæ, cap. 1. in fin. Quibus mod. feudum amitt. Tusc. v. feudum, conclus. 129. Natura ergo feudi est, ut perveniat ad Descendentes, qui debent esse hæredes, secundum Tusc. loc. cit. num. 3. Saccin. vol. 1. consil. 19.

2680. Si filii, & descendentes vocentur ad feudum, qui, & quomodo succedant? Solet feudum concedi sub istis clausulis. I. Concedimus feudum tibi, & filiis tuis, vel tibi, & descendentes tuis. II. Tibi, & hæredibus tuis. III. Tibi, & descendentes tuis hæredibus. IV. Tibi, & quibuscumque volueris.

2681. I. Habet feudum gentilitium. II. Hæreditarium. III. Mixtum. IV. Secundum aliquos reddit etiam feudum cum pacto. Ex vi primæ non veniunt Ascendentes; etiam si sint hæredes; nec Fratres, nisi sint descendentes primi feudatarii. Nam in istis non verificatur clausula tibi, vel filiis; vel tibi, & descendentes, lib. 2. feudor. cap. 5. ibi: Successionis feudi talis est natura, quod ascendentes non succedant. Et Pater in isto feudo non succedit filio feudum quærenti, Tusc. concl. 153. & 159. n. 49.

2682. Nomine filiorum veniunt nepotes, & cæteri descendentes, etiam non hæredes, non verò legitimati per rescriptum Principis, Alex. lib. 4. cons. 124. n. 2. Paris. lib. 2. cons. 1. n. 76. Clar. §. feudum, q. 32. Tusc. concl. 58. n. 2. & 6. Descendentes ergo, non Ascendentes considerantur in feudo à Descendente quæsto, etiam si Descendentes sint emancipati, de Curte cap. 1. n. 14. Dec. consil. 279. & filius primogenitus excludit Patrum, de Curte l. c. n. 34. ex cap. 1. §. hoc quoque, de success. feudi.

2683. Fœminæ verò excluduntur, cap. 1. §. notandum, de success. fratrum, can. 1. de feudo March. Inrigl. sent. 2. art. 1. & 2. de feudo. Dom. Scoppa ad Controv. R. Merlino. cent. 2. e. 27. n. 14. & cap. 38. n. 19. in fin. Et est contra naturam feudi devolvi ad fœminas, c. 1. §. fin. quid sit investit. Saccin. lib. 1. consil. 65. & 74. Unde in dubio feudum censetur masculinum. Nam censetur juxta propriam naturam constitutum, Decian. cons. 513. n. 3. Saccin. jun. lib. 1. consil. 65. Caphal. lib. 2. consil. 172. Fœminæ namque inhabiles sunt ad consulendum, & hellandum; undè excluduntur etiam à feudo concessio pro se, & genere: pro se, & descendentes, Andr. in cap. 1. de success. feud. Paris. lib. 4. cons. 72.

2674. Feudum non imputatur in legitimam.

2675. In dubio succedunt descendentes legitimis masculis.

2676. Ascendentes non censentur vocati.

2677. Etiam concessio pro se, & descendentes.

2678. Fœminæ excluduntur à feudo.

2679. Fœminæ semel admittæ non excluduntur, licet nascatur deinde masculus.

2680. Fœminæ admittuntur descendentes masculis.

2681. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2682. Primogenitus indubiè Secundogenito præfertur.

2683. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2684. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2685. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2686. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2687. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2688. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2689. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2690. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2691. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2692. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2693. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2694. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2695. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2696. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2697. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2698. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2699. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2700. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2701. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2702. Primogenitus præfertur Secundogenito.

2703. Primogenitus præfertur Secundogenito.

l.2. C. de liberis præter. & ex l. si nepotes, C. de collat. Quæ Jura, licet loquantur de allodialibus, locum etiam habent in feudalibus, cap. 1. ubi Gl. verb. fuit, de natura success. feud. cap. 1. ubi Bald. de success. feud. l. fern. in cap. 1. §. Capitanei, de feudo Marchia.

An in feudo Patris Nepos, ex fratre utrinque conjuncto præferatur Patrio uterino?

2681.

Frater fratri non succedit in feudo novo, nisi vocetur in investitura, c. 1. de beneficio fratris, & qualiter.

Affirma. Dummodò sit ex descendentes à primo Acquirente. Nam etiam linea masculina præfertur femina in feudis, cap. 1. de success. fratrum, ibi: Per masculinum sexum descendentes. Ergo Frater utrinque conjunctus præfertur uterino. Ergo etiam Filius fratris utrinque conjuncti præfertur fratri uterino. Non enim Frater uterinus habet majus jus, quando concurrat cum filio utrinque conjuncti fratris; ac habet, quando concurrat cum ipso fratre utrinque conjuncto, arg. §. igitur defuncto, Auth. de hered. ab intest. Ad quod est lex in c. 1. sit. de success. fratrum, vel gradib. succedent. ubi fratres descendentes primi investiti, non per lineam femininam, sed per lineam masculinam, ejusque filii simul eum aliis fratribus utrinque conjunctis admittuntur; & ita docifum ait Fabius de Anna cons. 125. Vide differentem de Curte resol. feud. c. 1. n. 19.

Sed usque ad quem gradum isti transversales descendentes ex primo acquirente Jure Communi succedant?

2682.

Examinat de Curte l. c. n. 119. & refert illos, qui extendunt usque ad centesimum gradum, ut Dec. in l. certum, C. unde legit. Jus. lib. 1. cons. 114. num. 2. Et rem septimo gradu coarctantes, ut Ang. in §. fin. de success. cognat.

Sed tu pondera d. c. 1. de success. fratrum, vel gradib. succedent. & c. 1. §. hoc quoque, de success. feud. Ubi videtur successio usque ad septimum gradum.

2683.

Transversales non descendentes à primo acquirente non petunt feudum.

Nec potest dici cum de Curte l. c. n. 120. sextum intelligi de transversalibus non descendentes ex primo acquirente. Nam isti nullo pacto succedunt, d. c. 1. de success. fratrum, §. si enim, & c. 1. de beneficio fratris, & c. 1. de fratribus de novo benef. investit. ibi: Si duo fratres de novo beneficio, & non de paterno simul investiti fuerint, uno sine herede defuncto, ad alterum non pertinet ejus beneficii portio, nisi facta fuerit capto investitura.

An Frater consanguineus concurrat ad feudum Patrum cum Utrunque conjuncto?

2684.

In feudis sunt non considerata linea masculina.

Affirma. Nam in feudo tantum linea masculina Jure Communi consideratur, c. 1. de success. fratrum, ibi: Praes famineo sexu, vel ex famineo sexu descendens ad hujusmodi successorem aspirare non potest. c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertinet. c. 1. de Vassallo decrep. atat. cap. 1. de eo, qui sibi, vel heredibus suis, Aff. in c. 1. de gradib. succedent. in feud. Bald. in l. 1. C. de legit. hered. Licet in bonis non feudalibus Utrunque conjunctus præferatur Consanguineo, §. reliquum, Auth. de hered. quæ ab intest. deser. Hartm. qu. 42.

An Nepotes concurrant ad feudum à communi Ascendente quæsitum cum Patrio utrinque conjuncto?

2685.

Nepotes cum patre ad feudum concurrunt.

Affirma. c. 1. de success. fratrum. ibi: His verò deficientibus: scilicet descendentes, Vocantur primò fratres cum fratrum præmortuorum filiis. Dixi à communi Ascendente quæsitum. Nam alii transversales inter se: putà, duo fratres primi Acquirentis, non admittuntur ad feudum quæsitum à Fratre primo acquirente, & defuncto sine liberis d. c. 1. de success. fratrum. ibi: Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum: hoc est, si fuit illius Parentis, qui ejus fuit agnationis communis. Si enim Titii Avus de novo beneficio fuit investitus. Titio suo herede legitimo masculo defuncto, ejus feudi successio non pertinet ad ejusdem Titii patrui heredes, nec ad prolem ex eo descendentem. Imò revertitur ad Dominum, & c. 1. de fratribus de novo beneficio investit. §. fin. de success. feud.

An inter duos Fratres desur jus accrescendi in feudis, quorum unum uni, & alterum alteri dirigitur relinquitur?

2686.

Nega. c. 1. de success. feud. c. 1. de success. fratrum. In contractibus enim, qualis est feudalibus, cessat jus ac-

crefcendi, l. eni fundus. D. de cond. & dem. Franc. de Amicis, tit. de his, qui feud. dare poss. fol. 259. n. 2. Et sic mortuo uno sine filiis, feudum devolvitur ad Dominum directum, Boer. dec. 213. Succ. vol. 1. cons. 19. Lanar. cons. 13. ajens jus non decrescendi currere in feudo simul duobus relicto, prout in socio Imperialis liberalitatis, l. un. C. ut Imperialis liberal. sac. lib. 10.

*An Jure Longobardorum succedant Transversales, & usque ad quem gradum?

Jus Longobardorum servatur hodie in quibusdem Regni Provinciis; & succedit linea transversalis usque ad septimum gradum, tit. 1. de success. in Longobard. Et numerantur gradus juxta Jus Canonicum, Capp. Galeot. lib. 2. contr. 2. n. 2. & Feudum Jure Longobardorum dividitur inter successores, Jacobin. de investit. v. presentes, n. 7. R. Constantin. in l. 1. C. de Consulib. n. 39.

Jus Regni in Successione Feudi.

Debes distinguere feudum Titulatum Dignitatis, ab aliis.

In feudo Titulato Dignitatis, succedit tantum Primogenitus, exclusis aliis ejus fratribus. Est enim tale feudum individuum, Cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, de probib. feud. alien. per Frederis. Tiraq. de primog. q. 4. n. 14. de Marin. lib. 2. c. 36. n. 4.

In aliis non Titulatis succedunt omnes filii, ut in burgenfaticis, & allodialibus; sunt enim dividua. Idque de Jure Communi Feudorum, c. 1. §. omnes filii, sit. si de feudo Defuncti contem. fuerit inter Dom. & Agnat. c. 1. §. omnes filii, tit. si de feudo defuncti milit. c. 1. de success. fratrum. Quo Jure utuntur in Regno Jure Longobardorum: ut in certis Samnia locis, Aff. dec. 119. d. c. Imperialem, §. præterea.

ORIGO JURIS FRANCORUM.

S Citæ excutientes jugum Romanorum invadendo Imperium, se francos, & loca Gallie primò occupata Franconiam appellarunt. In feudis etiam specialem inducentes Legem Salicam, excludentem à successione, & aliis bonis feminas. Et ita introductum est Jus Francorum, etiam in Siciliam ab ipsis postea occupatam. Ex quo sæpius controversum, teste Marciano 10. 2. cons. 3. & 9. Latro lib. 2. consult. 34.

An in Regno feudum censetur concessum Jure Communi feudorum, an Jure Francorum?

Affirma, præsumi Jure Communi; Et esse Juris Francorum, probandum à Fundante se in illo Francorum Jure, Aff. in cons. Ut de success. n. 2. & dec. 119. n. 3. & dec. 216. & 243. n. 7. Camerar. in d. c. Imperialem, §. præterea Ducatus, Vincen. Ann. in c. 1. n. 283. de Vass. filia decrepita atat. Rovit. in Prag. 11. n. 42. de feud. Marcian. l. c. n. 11. Contra Lucam de Penna in l. un. n. 12. C. de impon. lucr. de script. lib. 11. Franc. dec. 73. n. 33. Galeot. tom. 2. contr. 1. & 2. de Marin. lib. 2. c. 86.

Patet: Quia Jus Francorum exorbitat, corrigit Jus Commune; & est specialiter inductum inter viventes illo Jure. Quæ autem sunt specialia, exorbitantia, non præsumuntur; nec veniunt in generali locutione, nisi exprimentur, litem apud Labeanom, D. de injur.

Semper autem est considerandus locus siti feudi, eum Jure, quo ibi vivitur. Nam eodem Jure feudum quæsitum censetur. Et dividendus, si ibi Jus Commune, vel Longobardorum vigeat; Non dividendus, si Francorum Jus sit ibi usu receptum.

Est tamen utiliter, diligentè etiam indagandum. Quando, & quomodo in Regno possit ad feudi successione vocari remotior excluso proximiori, vel vocari masculus excluso femina filia primogeniti defuncti?

I. Jure Communi hujus Regni, femina proximior succedit, excluso masculo remotiori, Cons. in aliquibus, Cons. Ut de success. lib.

II. Ex Gratia concessa anno 1595. confirmata anno 1622. & executioni demandata anno 1624. Feudatarius habens feminam proximiorè, potest illam excludere, vocato ad successionem feudi masculo remotiore; qui succederet, si femina non existeret; do-

Cessat jus a crescendi in feudis.

Nisi feudum duobus simul relinquitur.

2687. Jus Longobardorum dividit feudum inter successores.

2688. Non Jus Regni.

Nisi feudum sit non titulatum.

Jus Francorum.

2689. Est specialis, corrigens, hinc se interpresandus.

2690. Ad feudum, non Jure communi.

Sed vi Gratia, potest vocari masculus, excluso femina proximiori.

Notata tamen foeminae exclusa, Pragm. 33. de feud.

Quae Gratia locum habet, in omnibus feudis, subfeudis: Quaternatis scilicet, datis à Rege; & non Quaternatis de plano, de tabula: ut sunt concessa à Barone, d. Prag. 33. Monsan. de regalib. §. ult. n. 8. de Marin. lib. 1. c. 126. II. Fieri hæc dispositio valet inter vivos, & in ultimis voluntatibus, directis, obliquis, universalibus, particularibus, d. Prag. 33. ibi: Tanto per ad hunc trã vivi, quanto per ultimam voluntã.

2691.

Proximior masculus debet esse qui succedat, exclusa foemina inspecto tempore successione.

Proximitas autem masculi nominandi est attendenda pro tempore successione; quia gratia Principis intelligitur, ut habeat effectum. Adeoque inter vivos attenditur tempus, quo acquiritur irrevocabilitèr dominium feudi, de Quoate dec. 4. n. 21. Et in ultimis voluntatibus, attenditur masculus proximior tempore mortis disponentis: Nam tale tempus inspicitur, cum tunc irrevocabilitèr dispositio confirmetur, ex scribis, quæ sequitur D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 12. n. 26. in fin. Licet fuerit remotior tempore, quo testamento, legatum, donationem causa mortis, Camerar. in cap. Imperiale, l. it. A. fol. 62. Latro consult. 77. n. 63. Paris. conf. 68. n. 30. Ex quo fit, habentem fratrem, & neptem ex filio, posse ad feudum vocare fratrem; Et habentem filium, & neptem ex filio primogenito, posse nominare filium secundogenitum ad feudum, exclusa nepte, ex filio primogenito defuncto, quæ est dotanda; atque etiam posse substitutionem facere, attendente Gratia elargita in Pragm. 34. de feud., ut in celebri causa successione Statu Andrie decisum refert D. Scoppa ubi supr. pap. 9. n. 17.

Sed Q. est

An ita disponens teneatur exprimere, se disponere vi Gratia; ne consecatur Gratia illi renunciante?

2692.

Nega. Laminus in c. 1. de success. feud. scribens pro fratre, Rot. lib. 1. respon. 44. Scribens pro Patruo in Rituto, exclusa sorore, Rosa in prælud. feudor. l. 1. n. 13. Freccia de subfeud. lib. 2. q. 33.

Contra Affirm. c. 1. §. item Sacramenta, de pace jurum. form. n. 20. Latro tom. 2. consult. 86. Staiban. lib. 2. res. 189. Galeat. contr. 48. n. 4. & contr. 51. n. 40.

Patet. Quia actus censetur factus eo modo, quo subsistitur; Et volens disponere, vult adhibere necessaria, quibus dispositio subsistitur: ut volens finem, vult media, eisquæ nunquam tenentur renunciare; sed scilicet stolidè vellet finem, & nollet media, quibus potest finem consequi. Adeoque ipso facto, quo vult finem, exprimit se velle uti Gratia, juxta quam disponit; & non disponderet juxta formam, & vi Gratia, si nollet ea uti. Maxime, quia sine Gratia non posset consequi finem, l. 3. D. de militar. testam.

Et licet verum sit, habentem plurà remedia, eligendo unum ab alio, maxime extraordinario recedere, Menoch. lib. 6. præsum. 6. Id currit quando quovis remedio obtinet finem. At non ita est in re nostra, in qua non censetur Gratia renunciatum: quia est unicum medium pro consequendo fine, l. 3. D. de militar. testam. Valenzuol. conf. 33. n. 76. Molin. lib. 2. de primogen. c. 7. n. 69.

Ad cavendas tamen lites, exprimat se disponere vi Gratia, &c.

An necessarium sit in specie exprimere feudalia; ita ut non sufficiat, ut instituat hæredem, ad hoc, ut institutus succedat vi Gratia?

2693.

Non sufficit institutio hæredis nisi exprimat etiam ad feudum.

Affirma. requiri specialem expressionem feudalem, Merend. lib. 16. contr. 43. num. 7. Anton. de Amata lib. 2. res. 176. n. 47. ajens, potentem nominare aliquem ad officium, generali institutione hæredis, non censeri, illum nominasse; si alius sit, ad quod officium deveniat, nominatione non facta, Latro lib. 2. consult. 76. n. 25. Surd. dec. 92. ajens, Patrem potentem disponere testamento de emphyteusi in præjudicium liberorum, utis non præjudicare, alteri generali institutione hæredis, Gratian. c. 59. n. 23. Contra Gizaarell. dec. 88. n. 9. & dec. 119. Latro lib. 2. consult. 98. n. 1. Fappism dec. 1. n. 1. & n. 37. Nam dispositio intelligitur, ut aliis non præjudicet.

Patet II. ex sequens questio, D. de leg. 2. ubi, aliis Tom. 1. Lib. III.

à Viro donata non transeunt ad fideicommissarium universalem; nisi exprimatur. Ergo nec ad hæredem transit feudum, nisi exprimatur; sed ibit ad illos, quibus jure est debitum.

Patet III. Quia generalis dispositio feudum non comprehendit, cap. 1. de Capit. qui vendid. cap. 1. §. generali, ff. de feudo defunct. milit. contro.

Patet IV. ex verbis d. Prag. 33. de feud. ibi: Disponere di desti feudi: Ly Desti feudi, indicat specialem, expressam, feudi dispositionem.

Nec officii Institutionem esse omnium bonorum, l. nihil, l. hæredem, D. de reg. jur. Nam est generalis dispositio, qua non comprehenduntur exclusa voluntate Principis, vel natura speciali rerum exigentium specialem expressionem, de Marin. tom. 3. alleg. 13. n. 1. Aff. dec. 116. Idque fortius, si facultas nominandi præjudicet alteri. Si verbò nemini præjudicium, censetur nominatus hæres institutus, vel ab intestato, secundum de Marin. ad Revert. dec. 411. n. 2. tom. 2. ex lunam ex familia, §. si duos, D. de leg. 2.

An Nominans vi Gratia possit variare, & revocare factam nominationem in testamento?

Affirma. Monsan. de regalib. §. ult. Rosa in prælud. feud. l. 1. §. n. 18. Contra Frecciam lib. 2. de subfeud. q. 10. Aff. in Constit. Constitutionem Divæ memoriae.

Nam sequitur naturam testamenti revocabilis, morte confirmandi, & gratia disponendi est per actum consumatum: scilicet effectu sequuto, Tiraq. in l. boves, §. hoc sermone, lim. 17. & 160. D. de V. S. Ita concessa facultas testandi de fructibus beneficii, intelligitur, non de quovis testamento revocabili; sed de morte irrevocabilitèr confirmato cum effectu. Nec cessat facultas testandi facto valido testamento primo revocabili; ita ut testamento revocato, nequeat amplius testari de fructibus beneficii, Rot. l. c. n. 25. Diana p. 5. tract. 5. de privileg. Card. v. 48. Contra Dec. conf. 512. Curt. Jun. conf. 118.

Quando adesset ille, qui succederet ad feudum.

2694.

Facultas testandi intelligitur cum effectu.

DE VITA, ET MILITIA.

Secundogenitis, Jure Regni, est provisum de vita, & militia, foeminis de dote de paragia: De quibus actus loquamur hic. Et I.

Quid sit Vita, & Militia?

Vita, & militia est Jus super fructibus feudi solvendum à Primogenita Secundogenitis. Et licet est onus in fructibus feudi, de Amicis tit. de his, qui feud. fol. 29. n. 1. de Curte resolut. feud. c. 2. n. 25. nec tangit feudi proprietatem, M. nud. conf. 1. Rovit. in Prag. 2. n. 4. de feud. Aff. dec. 43. ex Constit. Regni Comitibus, & novissime D. Scoppa, declarans proinde quod dicitur, vitam, & militiam esse onus feudi, in Scholiis ad Controv. ser. R. Merlin. cent. 2. cap. 10. n. 11. & taxatur à Judice, Aff. dec. 43. & solvitur quolibet anno, Surd. conf. 155.

Hinc I. non est portio feudi, Constit. de successione, ubi dicitur, quod sit loca portionis.

II. Nec sunt alimenta, ut ait Ifern. in d. Constit. Nam alimenta diviti non debentur, licet ei debeatur vita, & militia, l. si quis à liberis, §. vel parent, D. de lib. agn. Aff. dec. 139. Surd. de alim. tit. 7. q. 13.

III. Nec vita, & militia est legitima. Nam legitima statim debetur sine gravamine, & transmittitur ad hæredes, l. quoniam in prioribus, C. de inoff. test. & hæc vita, & militia debetur successivè; nec transmittitur ad hæredes. Vide Franck. dec. 20. & 61. Aff. dec. 43. & 138. contra Loffred. in c. 1. §. quod erit, de investit. de re aliena facta. & vide etiam D. Scoppa, qui latè edisserit, pluribus adductis aliquorum sententiis, ubi supr. d. cap. 10. n. 12. cum seq.

An pro Vita, & militia possit fieri compromissum, & transactio sine assensu Regio?

Affirma. Nam nec est feudum, nec res feudalis, Aff. & Addentes dec. 43. Freccia in Constit. Divæ memoriae, limit. 29.

Qua actione petatur Vita, & militia?

Actione personali in rem scripta, etiam contra tertium possessorem, Cap. Regn. alienationis actus. Et etiam hypothecaria, secundum Rovit. in pragm. 24. n. 14. de feudis, Aff. dec. 162.

2695. Quid sit.

2696.

Non est feudum.

2697.

Non alimentum.

2698.

Nec legitima. Vide de Matr. tom. 2. cap. 246.

2699.

Nec legitima. Vide de Matr. tom. 2. cap. 246.

2700.
Non tran-
sit ad ha-
redes.

An transmittatur ad haeredes?
Nega. *Affl. dec. 41. n. 2. & dec. 133. Franch. dec. 20. & 61. Anna jun. conf. 6.* Unde mortuo Secundogenito, Creditores nihil possunt petere in vita, & militia. Nam est extincta, *Pratus tom. 1. forens. c. 34.* Dicta namque est vita militia, quia durat durante vita Secundogeniti: & datur, ut possit vivere, & militare, *de Curte c. 2. resol. feud. n. 23. in fin.*

Unde di-
Ha.

An Secundogenitus pro Vita, & militia debeat solvere adboam?

2701.
Nun sol-
vatur ex
ex adboam.

Nega: quia Vita, & Militia, nec feudum, nec feudi portio est, licet improprie dicatur loco portionis debita: Jure Communi Secundogenitis, *Constit. Comitibus*, ubi *Andr. Affl. dec. 252. Cappyc. dec. ult. Tirag. de primog. q. 74.* Adhuc autem ex feudo, ejusve portione debetur, *Franch. dec. 20. Loffred. in c. Imperialem. §. si formiter, de prohibita feud. alienat. per Feder.*

An Vita, & Militia sit danda Transversalibus?

2702.
Non debo-
tur trans-
versali-
bus; de
Marin. to.
2. c. 45. n. 7

Nega, nisi sint ex illis, qui excluduntur a Primogenito: Tunc enim Primogenitus excludens transversales, vel nepotes debet illis dare vitam, & militiam, *de Curte resol. feud. n. 20. Cappyc. dec. fin.*

An Clericis debeat Vita, & Militia?

2703.
Debetur
Clericis, &
aliis, etia
divitibus,
DD. apud
de Marin.
102. c. 45.

Affirma. *Franch. dec. 20. Cappyc. dec. 211. de Curte l. 5. n. 77. Paris. de reintegr. tit. de finib. feud. v. Nunc videndum.* Enim vero, licet Clerici nequeant militare; non tamen sunt deterioris conditionis, quam laici, ut portione naturaliter debita fraudentur, & vivere debent. Contra *Affl. in c. 1. §. qui Clericus, tit. de feudo defuncti*, asserentem, tantum deberi alimenta.

Quanta sit Vita, & Militia?

2704.
Vita Mi-
litia est ta-
sanda ad
infiar legi-
oimae, de
Marin. to.
2. c. 245.
Tappia de
cif. 14. nu.
31.

Vita, & Militia est tertia pars; si filii sint infra quatuor. Est medietas fructuum, si filii sint supra quatuor. Et fructus taxantur semel tempore mortis Testatoris; nec deinde augentur, vel diminuuntur. Et taxatio facienda est secundum valorem feudi, & qualitatem personae, vel secundum ratam, quam ad infiar legitimae perciperet. *Franch. decif. 61. & 16. Cappyc. dec. 158. & 211. Urfill. ad Affl. dec. 133. n. 4. & 6. Loffred. in c. 1. §. quid ergo, de investitur. de fe alien. Staib. conf. 2.*

DE DOTE DE PARAGIO.

Ex vita,
& militia
non debe-
tur inse-
resse a
morte Feu-
darii,
decisum
apud de
Marin. to.
2. c. 246.
nu. 10. &
lati pre-
bat Scoppa
ad Martin
20. c. 10.
nu. 16. &
seq.

Scuti Secundogenitis masculis datur Vita, & Militia, ita Feminis debetur Dos de paragio, *Constit. In aliquibus*, ubi *Andr.* Et debetur illis, quae, nisi essent exclusae, admitterentur. Unde non debetur naturalibus, spuris, &c. *c. 1. §. naturalis, Si de feudo defuncti.*

Dos de paragio respicit aequalitatem, & aequitatem secundum conditionem, & debetur deducto aere alieno, *Franch. dec. 44. & 61. Affl. dec. 262.*

Feudum est obligatum pro dote. Et debetur dos de paragio, aestimato corpore feudi, *Affl. dec. 162. Anna conf. 75. de Curte resol. feud. cap. 2. n. 49.* In quo differt a vita, & militia, quae debetur ex fructibus.

Dos de paragio debetur etiam dotatae a Marito, *Franch. dec. 116.* & debetur ex omni feudo, sive haereditario, sive ex pacto, sive paterno, sive novo, *Franch. dec. 169.*

Quando femina excludat masculum a feudo?

Proximior femina excludit masculum. Et si plures sint feminae ejusdem gradus, admittitur natu major; nisi sit nupta, & dotata. Nam, si sit nupta, & dotata, tunc in capillis: hoc est, non nupta etiam minor excludit nuptam natu majorem, *Constit. Regni incip. Ut de successioneibus.* Cum tamen nupta sit dotata de bonis illius fratris, de cujus successione agitur, ex declaratione *Caramanici*, quam pluribus probat *D. Scoppa in Scholiis ad Centrov. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 3. n. 6.*

Quando
femina
excluda-
tur, vel ad-
mittatur
ad femi-
nam.

Hae Constitutio solum currit in feodalibus. Nam, in burgenfaticis simul admittitur nupta, & non nupta, licet nupta computet dotem, *Curte l. c. n. 11.*

Tria ergo consideranda. I. Gradus. II. Sexus. III. Aetas. Ratione Gradus, proximior praefertur omnibus, *c. 1. de eo qui sibi, & haeredibus.* Ratione Sexus, in eodem gradu masculus praefertur feminis etiam primogenitis. Ratione Aetatis major natu praefertur

minor; nisi minor, non major dotata, sit in capillis.

Per sola sponsalia de futuro non censetur exclusa, *c. 1. §. rursus, qua sit prima causa beneficii amitt. And. in cap. 1. n. 12. de natura success. feud.*

Sed quid, si Primogenita sit Vidua?

Adhuc excludi a minori in capillis. Nam re vera maritalitas fuit, *Andr. apud de Curte l. c. n. 75. ex Constit. Ut de successioneibus.*

Sed Primogenita non excluditur a minori natu, licet ei fuerit dos assignata, si re vera non nupsit. Nam dos sine matrimonio non subsistit, *l. 3. D. de jure dot. Nec refert, destinatum haberi pro facto l. lex Julia, D. de fundo dotal. Nam hoc non currit in grave praedictum juris quaestio, nec in panis, l. si non dnm, C. de furt.*

Quando Nupta succedat?

Nupta succedit, si non sit maritalitas ab illis, qui habent feudum, & tenentur illam collocare, *Isern. in Constit. in aliquibus.*

Sic etiam dotata a Patre, succedit in feudo materno, & dotata a Matre succedit in feudo paterno, & dotata ex propriis, succedit in feudo paterno, & materno, *Affl. in c. 1. de natura success. feud. de Curte l. c. n. 78.*

Nupta excludit Fiscum, *Bartholom. de Capua in Constit. Ut de successioneibus.*

An Primogenita maritalitas minor restitatur in integritate ad successioneem omnium bonorum, ut laeso, excludendo sororem in capillis?

Affirma. Quia minor laesus semper restituitur etiam ad lucrum, *l. si sine dolo, l. ait Prator, §. fin. D. de minoribus, Andreas, & Affl. in cap. 1. de natura successioneibus feudi.*

Jus Regni in transversalibus.

Ex *Constit. Ut de successioneibus*, frater succedit fratri in feudo dato pro Accipiente, & haeredibus. Et idem est ex *Capitulo Regni Consuetudines*. Si vero investitura dicat: pro se, & haeredibus descendentibus ex corpore, frater fratri non succedit. *Affl. vide in dec. 293.*

At modo ex *Gratia Philippi II. Regis Catholici* invitae memoriae, in feudis emptis a Regia Curia, frater succedit fratri, sorori, ac nepti, & fratri uterino, ut in *Gratia* concessa anno 1539. & 1596. Idem quoque etiam si emptor tempore emptionis habeat filios, feudum sit novum, & in investitura dicatur pro se, & haeredibus ex corpore, *Pragm. 20. & 24. de feud.*

Dicta currunt in feudis emptis. Nam in feudis novis datis ob retributionem frater fratri non succedit: quia ita est dispositum de Jure Communi. Et *Gratia*, de emptis, non de donato ob remunerationem loquitur, *de Curte cap. 3. resol. feud. n. 99. 10. 11.*

Admittitur ergo ad feudum Consanguineus, Uterinus, Uterinque conjunctus; sed praefertur conjunctus illi, ex quo feudum pervenit, alteri, a quo feudum non pervenit. Ut si frater consanguineus obtinuit feudum, alter frater consanguineus excludit, fratrem uterinum in successione illius feudi, *DD. in Constit. Ut de successioneibus.*

Adest alia *Gratia* Regis: ut scilicet transversales masculi ex masculis orti, existentes etiam in quarto gradu, admittantur. Et filius natus ex masculo transversali, non ex femina, admittitur de *Gratia* testantur *Anna conf. 125. n. 12. de Curte l. c. n. 25.*

Rursus, Nepos Patruo, & Patruus Nepoti succedit, *Isr. in cap. 1. Lotbarii, &c. Regn. 17.* Et Philippus II. declaravit, Amitam etiam succedere, in casu quo valet succedere Patruus.

In feudo individuo quis praefertur?

In Regno succedit Patruus nepoti, Nepos patruo, & Frater fratri in feudo antiquo usque ad tertium gradum, ex *Gratia* Caroli V. inter gratias *cap. 17.* & ex Philippo II. qui voluit, etiam in feudo novo succedere fratrem, & deficiente fratre, filium fratris Feudatarii, *Francisc. de Amicis in c. 1. de natura success. feudi.*

2707.

Dos non
est sine ma-
trimonio.

2708.

2709.

2710.

Frater
succedit
fratri.

Napoli in
emptis feu-
dis trans-
versales
succedunt
etiam si
vocati sint
haeredes
ex corpo-
re.

2711.

2712.

Frater
tur magis
conjunctus
acquiren-
ti.

Ex linea
masculina
usq. ad 4-
gradum.

2713.

Patruus
succedit
nepoti, &
e converso.

2714.

Femina
in antiquo
succedit
usq. ad 3-
gradum.

Hinc

Hinc pullulantur duae controversiae . I. Ex duobus fratribus, quis succedat fratri in feudo, ubi vivitur jure Francorum ? quo jure unus debet habere feudum. II. Et, An mortuo fratre, qui praefertur fratri, relicto nepotetali nepos excludat patruum, sicuti hic excludatur a patre hujus nepotis ?

Mortuus est Pater, & quasi non esset mortuus, similem enim reliquit sibi post se. Ergo non Patruus; sed Nepos Jus primogeniturae ad se transmissum habet.

Mai. probatur: Quia, vivente Avo Jus primogeniturae transmittitur ex voluntate illud habentis, e. quam periculosum, 7. q. 1. c. fin. §. item opponitur, 22. qu. 1. Genes. 25. ubi Esau primogenituram Jacobo dedit, Dec. conf. 398. col. fin. Ergo, Primogeniturae Jus praefertur ad tuos filios transmissum, arg. l. cum rae jus a Avus, 10. D. de cond. & dem. l. cum acutissimi, Cod. de si primogenitei. generaliter, §. cum autem, C. de insti. & sublit. Nec dicas: Nepotem succedere cum Patruo, cap. 1. de success. frat. non vero illum excludere.

Nam contra est. Quia ideo Jure Communi Nepos Patruum non excludat: quia neque Nepotis Pater primogenitus illum excludat: ita ut, si Pater excluderet, etiam Nepos ejus filius excluderet. Ut patet in Patruo defuncti, qui excluditur a Nepote defuncti, sicuti excluderetur ab ejus Patre, & Frater uno latere excluditur a Fratre utrinque conjuncto, ejusque filio, d. Auth. Ut Fratrum filii, Auth. Similit. C. de success. Auth. post fratres, C. de legit. haered. Bald. lib. 4. conf. 101.

Unde licet evidenter concludere, exclusus a Patre esse exclusus a filio representante personam patris, d. Auth. Ut Fratrum filii, d. Auth. Similit. d. Auth. post fratres. Sed in feudo Frater Secundogenitus est exclusus a Primogenito, ut patet. Ergo est etiam exclusus ab ejus filio patris personam, & locum occupante, d. Auth. Ut filii fratrum, c. 1. de success. frat. Patris enim personam, & locum representans, Auth. Ut fratrum filii, coll. 9. ejus privilegium potitur, & Patris praerogationem, & conditionem habere debet, l. nemini, §. filios autem, C. de advoc. divers. jud. cap. 6. l. sed & si in conditione, §. nepotes, D. de haered. instit. Bald. in l. si emancipati, C. de collat. Nec Nepos deterioris conditionis debet esse, quam Pater, l. maximum vitium, l. sancimus, ibi: Et hoc non solum, C. de lib. pater. Ergo, non debet excludi ab illo, a quo ejus Pater non excluderetur. Qui enim in alterius locum succedit, illius, cui succedit, privilegium utitur, l. qui quadringenta unum haeres, D. ad Trebell.

IV. Nepos praerogatus rumpit testamentum, ita ac rumpit ejus Pater, si defunctus non esset, l. posthumorum, D. de injust. rupt. test. l. si Avus, C. de lib. pater. Ergo debet a feudo excludere Patruum ita, ac excluderet ejus Pater primogenitus, si viveret.

Confirmatur. Nepos a fidei commissio debito Patri excludit Patruum vocatum post mortem sui Patris, l. cum Avus, 105. D. de cond. & dem. n. str. Ergo etiam a feudo, suo Patri jure primogeniturae debito, Patruum excludit, transmissa ad Nepotem spe succedendi ex primogenitura, l. §. suos, D. de suis, & legit. §. 1. Auth. Transmissum de haered. ab intest. ubi spes, & potentia ad succedendum transmittitur a Patre in filium. Et licet mortuo certa primogeniturae aetate patris, non est aetate filii, nec ei cedi potest. Ergo nec primogenitura transmittitur. Et ista spes transmitti valet: quia certa; ad differentiam spei incertae succedendi, quae competit haeredi mortuo ante Testatorem, quae non transmittitur: quia incerta, l. sed si plures, l. qui habebat, D. de vulg. l. haeres meus, D. de cond. & dem. c. non ex quo, de consecr. dist. 4.

Obiicies I. Primogenitura est ratione nativitatis, & aetatis. Sed aetate major non transmittitur, l. si pater, §. si de adoptione. l. peto, §. pradium, D. de leg. 2. ubi aetate patris, non est aetate filii, nec ei cedi potest. Ergo nec primogenitura transmittitur.

Confirmatur. Minor succedens Majori non censetur major, l. Emilius, D. de minor. Ergo, Filius succedens Patri primogenito non est habendus, ut primogenitus.

Resp. Dist. mai. Primogenitura competit ratione aetatis, vel per se, vel representative. propagativeque. Concedo ma. Tantum per se. Nego ma. Sed distinguo mi. Etas non transmittitur, per se. Concedo mi. Retura propagative, ac propagative. Nego min. cum sua conseq. Filius enim, licet non sit pater, representat patrem, cujus locum obtinet, cap. 1. de success. frat. Et vi propagativa, natura vere, non licet censetur pri-

2715.

Frater major, minori fratri praefertur.

Ex duobus fratribus quis praefertur ? Praefertur natu major, ex c. licet, de vobis, Paris. lib. 4. conf. 72. n. 109. Et ad eff. 102. in c. Regn. Considerantes. Unde de Curte c. 3. resol. feud. mu. 32. ait, jus primogeniturae considerari in linea recta, & transversali. Et sicuti in linea recta natu major excludit natu minores, ita etiam in linea transversali Frater major, tanquam Primogenitus, excludit caeteros natu minores.

An Nepos ex fratre natu majore excludat Patruum ?

2716.

Affirmant, Nepotem praeferti Patruo; Ares, conf. 162. Socin. lib. 2. conf. 253. Tiraq. de Primog. q. 41. in fin. aliique apud Tbesaur. for. q. 35. num. 31. Gutier. praef. qu. 197.

Negant Isernia in Constit. Ut de success. Aff. in c. 1. §. omnes alii, col. 4. v. Concludenda ergo. Si de feudo defuncti milit.

2717.

Ordo dicendorum.

Resolutio pendet: An jus primogeniturae fratris transmittatur ad filium? Si enim transmittitur jus primogeniturae, tunc recte concluditur, nepotem excludere patruum, qui ab ejus Patre primogenito excludebatur.

Et Jus primogeniturae non transmitti in lineam transversalem, juri Communi. in l. cum ita, §. in fidei commissio, D. de leg. 2. Alex. lib. 2. conf. 204. Bar. in Auth. post fratres, C. de leg. haered. adsonat lex Regia, tit. 15. partita 2. & anceps est de Curte. cap. 3. resol. feud. num. 32.

Affirmant alii apud Fabium Ann. conf. 129. n. 43. Tiraq. de primog. q. 41.

2718.

Primogenitura transmittitur.

Mihi rem profundè meditati occurrunt sequentia: quibus probatur, Nepotem patris primogenituram obtinere; & fratrem jure excludere.

I. Qui substituat locum alterius, illius gerit naturam, l. §. de offic. Dasi quis testam. liber. l. decernimus, C. de aqua duct. lib. 1. l. comperimus, Cod. de proxi. sac. scri. lib. 2. l. an. in princ. C. de rei uxor. officio. Sed Nepos, quando concurrat cum Patruo in feudo, substituitur locum Patris, c. 1. de succ. frat. de Curte resol. feud. cap. 1. num. 124. Aut. Ut fratrum filii succedant, in princ. ibi: Paternum ingredientibus gradum, coll. 9. Ergo Nepos, quando concurrat cum Patruo, gerit naturam Patris. Sed Pater excludit fratrem a successione feudi. Ergo etiam Filius patris.

II. In linea recta, primogenitura transmittitur ad Nepotem, excludo fratre defuncti. Ergo etiam in linea transversali.

Antecedens probatur Ex c. 1. de nat. succ. feud. c. 1. §. si Capitanei, de feudo Marchia, Aff. in c. omnes filii, col. 2. v. Sed dubium stat. Si de feudo fuerit contr. inter. Dobi. & agnos. de Curte. cap. 1. resol. feud. n. 14. Bellameri de c. 724. Et 47. D. quos aglomerans sequitur Tiraq. de primog. q. 40. num. 12. contra plures laudatos ibid. nu. 15. volentes, a Fratre excludi Nepotem ex primogenito mortuo, ante Avum.

Conseq. prob. Ideo Nepos in linea recta excludit Patruum jure primogeniturae a feudo: quia Patris primogeniti personam representat.

Sed haec ratio currit etiam in Nepote ex Patre primogenito in linea transversali, cap. 1. de success. fratrum. Ergo Nepos ex primogenito in linea transversali etiam excludit Patruum. Nam, ubi est eadem ratio, eadem juris dispositio, l. 1. D. de fonte. l. regula, 9. D. de juris, & facti ignor. l. nomen debitoris, §. fin. D. de leg. 3. l. v. pater, §. fin. D. de rei vind. Sed ubi obique est eadem ratio excludendi Patruum, Ergo.

2721.

Secunda ratio.

2722.

2723.

Tertia ratio.

III. Qui Primogeniti personam representat, Jus primogeniturae ad se transmissum habet. At, non Patruus, sed Nepos sui Patris primogeniti personam representat, cap. 1. de success. frat. Aut. Ut fratrum filii, in princ. ibi: Paternum ad ingredientibus gradum, & illius serenas persequom. coll. 9. Eccles. 30.

2724.

Vivente patre primogenitus nito potest alteri cedi

2725.

Exclusus a patre, est exclusus a filio.

2726.

Filius Comitum est Comes, etiam vivo patre, l. emancipatur, D. de Senator. c. fin. 2. 4. q. 1. And. in c. 1. Quis dicitur Dux

2727.

Nec est deterior patre.

2728.

Quarta ratio.

2729.

Transmittitur spes certa primogeniturae

2730.

Non spes incerta.

2731.

Obiectio.

2732.

Etas, & primogenitura propagativa.

primogenitus cum natura sit ex Patre, l. fin. Cod. de impub. E jusque fruatur privilegiis, cujus loco substitatur, l. qui quadringenta, v. nam heres, D. ad Trebell. Et sic

Ad Confirmationem Resp. hæredem extraneam representare personam, non ætatem defuncti jure propagationis. Et ita non censetur major, si defuncto majori Minor succedat.

2733. In dubio intelligenda dispositio de vero, non ficto casu, l. fin. C. de bis qui veniam a patris impetrant. l. ex ea, §. in insuam, D. de verb. oblig. l. cum pater, §. hæreditatem filius, D. de legat. 2. Ergo in dubio debet intelligi de primogenitura vera, non ficta. Sed Patruus verus, Nepos est primogenitus fictus. Ergo Patruus, non Nepos, ad feudum, ut Primogenitus censetur vocatus.

2734. Resp. Concedo anteced. & conseq. & Nego minoris suppositum: scilicet Patruum esse primogenitum respectu nepotis. Nepos enim naturaliter est primogenitus. Nam jure propagationis in illum à Patre fuit transmissa primogenitura, una cum cæteris prærogativis, l. 2. C. de neg. gest. ut patet ex dictis.

2735. Replicabis. Plura specialia, & fictiones nequeunt simul in unum coincidere, l. 1. in fin. C. de actis promiss. Glof. in Clem. 1. v. sanè, de for. comp. Sed si Nepos præferretur Patruo in feudo, in eodem Nepute concurrerent plures fictiones. Ergo. Min. probatur, Quia I. Nepos fingeretur primogenitus, & natus ante Patruum. II. Representaret Patrem. III. Ex secundo fingeretur in primo gradu.

2736. Resp. I. hoc argum. probare, Nepotem, neque in alodialibus posse cum Patruo concurrere. Nam representationis, & primi gradus fictio in ipso concurreret.

2737. II. Resp. illas fictiones in idem coincidere posse. Quia vel idem in re, vel una alteri accessoria est: eo enim ipso, ac Patrem primogenitum representat, illius locum occupat; qua ratione possunt plura specialia, & plures fictiones simul coire, l. cum duæ, D. de captiv. & postlim. l. sub conditione, D. de solut.

Tandem non urget cap. Pastoralis, de re judic. Nam ibi non agitur de successione Patruæ & Nepotis. Sed de remotiori gradu, in quo filius non occupat locum Patris, Auth. post fratres, C. de legit. hæred. Vide Bellarm. dec. 72.

Hæc intelligas; nisi contrarium exprimat in concessionis feudi, ut expressum fuit in contingenti casu successione Regni Siciliae. In quo successit Patruus, excluso Nepote filio Primogeniti, ex authentica declaratione, concessionis verbis inspectis, à Bonifacio VIII. episc. 322. 6. Kal. Martii, ad Carolum Regem Siciliae, cap. licet, de voto, Gram. dec. 1.

2738. Videbis Theaurum lib. 1. forens. q. 35. susè differentem, & num. 45. in fin. pro Nepote filii primogeniti transmittentis primogenituram, quæ nequit transmitti, si præmoriatur primogenitus ante Patrem; nam, cum tunc nullum jus acquirerit ob primogenituram non apertam, nequit transmittere. Et ubi vivitur Jure Francorum, semper pro nepote judicatum ait Minadous in Constit. Regni. In aliquibus not. 3. num. 119.

2739. Ad quid teneatur Successor Feudatarii? Successor à die aditæ hæreditatis intra annum, & diem, debet comparere, & denunciare mortem Predecessoris Domino directo, novamque petere investituram sub pœna amissionis feudi, cap. 1. quo tempore miles, c. 1. qua sit causa beneficii amittit.

2740. In Regno solvitur duplicatæ relevium. In Regno est mitigata pœna; & non denuncianda mortem, nec petens investituram, solvit duplicatæ relevium, cap. Regni. In nomine Domini, alias Apud Foggiam, Andr. in cap. Imperialem, §. scriba, v. in Regno Siciliae, de probib. feud. alienat. per Feder. Gram. dec. 103. & 223. Idque tantum currit in quaternatis, non in planis, & de tabula, in quibus servatur Jus Commune, de Marinis tom. 2. lib. 2. cap. 3. nu. 3. Freccio de subfeud. lib. 3. diff. 13. n. 19.

2741. Sed si feudatarii hæres sit comparens ultronens, & petat sibi remitti pœnam, antequam conveniatur: illicò benignè pœna remittitur. Nam spontè comparens, licet sit in culpa, pœnam evitat, de Cur-

re resolut. feudal. cap. 3. num. 73. ubi ita practicatum testatur.

Minor excusatur à dicta pœna, & tantum solvit simplex relevium, cap. si minor, §. de feudo defuncti militis.

Tempus currit, non à morte; sed à die aditæ possessionis feudi, Andr. & Afflic. in cap. 3. quo tempore miles, de Marin. loc. cit.

Sed si agnovit hæreditatem, at ex negligentia feudum non possideat, adhuc cogitur solvere duplicatum relevium, Gestrens. lib. 2. cons. 46. n. 1. Paris. lib. 1. cons. 27. n. 227.

Si verò litiget pro feudi possessione, vel aliàs non sit negligens, non currit dicti anni spatium, Pisanell. apud de Marin. l. c. m. 6. Gestrens. cons. 153.

Si mortuo Feudatario non constet de successore, & quis adhuc capiat feudi possessionem tanquam successor, tunc repellitur, feudum sequestratur pœne fisci, & agitur de possessorio intra annum, post annum de proprietate, cap. dudum, aliàs, ex præsumptuose, tit. quod decedente feudat. absque legit. proli. Andr. in cap. Imperialem, §. illud, n. 69. de probib. feud. alien. per Feder. ubi Afflic. nu. 14. & dec. 195. Anno ab leg. 144. de Curte l. c. n. 102.

Jam vides nobis agendum

DE RELEVIO.

Quid sit?

Relevium est æstimatio medietatis fructuum naturalium, non industrialium, unius anni, de Marinis tom. 2. lib. 2. cap. 183. n. 9.

Hinc, ex pœnis non debetur. Nam non sunt fructus naturales, Hart. in l. fin. D. solut. matrim. de Mar. rind. c. cap. 64. n. 4. & c. 86. n. 1.

Jus relevii est onus introductum consuetudine, æstimato feudo, quò ad fructus, solvendum à Successore in feudo pro obtinenda investitura à Domino directo, ex Constit. post mortem, ibi: Recepta aliquo relevio, ut est moris, pro assignanda possessione terra concessa.

Requisita ad petendum relevium.

Requiritur I. mors Feudatarii. II. ut petatur investitura, & ut Successor adeat, & consequatur utile dominium, de Marin. lib. 2. cap. 182. n. 3.

Hinc I. Reemens feudum alienatum cum pacto de retrovendendo non solvit relevium. Nec II. Emens sine assensu, Nam non consequitur dominium utile rei sine assensu. emptæ, & Reemens resolvit contractum pristinum, Ajellus de jure adhaer. n. 66. de Marin. l. c.

III. Successor in feudo concessio à Rege Ecclesia non solvit relevium: quia est administrator, non hæres, cap. 1. qui succedere tenent, Andr. in cap. 1. §. si mulier, nu. 13. de capitul. Corrad. de Marin. alleg. 144. num. 12. Idemque fatendum de Universitate habente feudum à Rege, nisi Fiscus per 40. annos exigendo relevium præscripserit, vel aliud sit dictum in investitura, Gemmens. p. 1. praxis q. 2. n. 4. Et de facto solvunt post 15. annos, de 15. in 15. ubi tale onus est impositum, Surd. decis. 292. n. 9. de Marin. allegat. 144. n. 12. & 14.

IV. Si Feudatarius succedat, quia Antecessor professus fuit Religionem, non teneatur solvere relevium, Nam reverta non adhuc est hæres: cum non dum verè sit mortuus, Frecc. de subfeud. lib. 2. auctoritat. 3. num. 22. Quod etiam de forjudicato facetur de Fonse de potest. Proreg. tit. 3. n. 5.

An Consequenti feudum ex retrovenditione solvat relevium?

Affirmativam refert decisionem de Curte cap. 1. num. 6. resolut. feudal. Sed adhuc est anceps animus. Nam hic jure contractus, non successione feudum obtinet. Et vide quod post alios aptissime notat P. Scoppa ad Controv. R. Met. l. c. n. 2. cap. 31. nu. 27. post med.

An ex Refutatione solvatur relevium?

Ex dictis constat relevium solvendum à Successore, & non ab Obtinente feudum ex vi contractus, talis est Filius, cui Pater vivens feudum refutavit, qui nec sequuta morte patris solvit relevium. Nam

2742.

Non nec solvens.

2743.

2744. Sequestratur feudum si successor sit dubius.

2745. Depusio.

2746. Comp.

Solvitur ex fructibus æstimato feudo.

2747. Solvit sequitur morte feudatarii.

2748. Qui successor solvit relevium.

2749. Relevium non solvit succedens bannito vel Religioso.

2750.

2751.

non successione, sed refutationis titulo feudum obtinuit, de Curte, resolut. cap. 3. n. 48. de Marin. alleg. 174. Roccus 10. 1. resp. 44. n. 30. Rev. D. Carolus Ant. de Luca ad Franch. obser. 121.

Et refuta-
tione non
soluitur re-
levium.

Sed si filius iste moriatur, & feudum revertatur ad Patrem refutantem: An Pater iste debeat solvere relevium? Et teneri. Quia jure successione ad ipsum feudum revertitur, decimus ait de Curte l. c. n. 53.

2752.
Nisi reoer-
tatur ad
Refutan-
tium, etiam
successione

An Universitates se ementes debeant solvere relevium?

Universitates ista in Regio Demanio habent beneficium Curia, & percipiunt introitus Barones reponendos penes certam personam, & ex illis Fiscus exigit relevium in singulis 15. annis, de Curte l. c. n. 61.

2753.
Univer-
sitates de
maniales
solvent re-
levium.

Si tempore mortis defuerint fructus: an haeres feudatarii teneatur ad relevium?

Relevium solvitur ex fructibus feudi anni mortis Feudatarii, ex Constit. Post mortem. Et si nulli sint fructus percepti, tunc Fiscus excluditur a relevio: sicuti enim majus relevium auctis fructibus, ita diminutis minus, & nullis fructibus, nullum solvit relevium, Franch. decis. 121. num. 2. §. 9. Et ex fructibus deducit Camera expensas, pro illis colligendis, & Adhoam, si Adhoa tunc sit solvenda, de Curte resolut. feudali. 2. n. 63.

2754.

An in taxatione relevii taxetur annus sterilis, & fertilis?

Affirma, computari simul fructus trium annorum pinguium, & sterilium: & relevium est medietas unius anni illorum fructuum per singulos annos distributorum; ita ut Fiscus estimato feudo exigat quantum possint esse fructus illius unius anni, Theodor. alleg. 21. n. 9. Capan. de jure relev. p. 1. q. 18. Franch. decis. 121. ubi de Luca obser. 121. n. 1.

2755.
Quid in
anno sterili.

An Feudatarius habens tantum jurisdictionem debeat solvere relevium?

Nega. Quia proprie non est fructus, l. divorzio, §. si vir, D. soluti. matrim. Et ita servari in Regia Camera testatur de Curte l. c. n. 66.

2756.

An pro relevio sit hypotheca in feudo?

Affirmant Latro dec. 92. n. 9. Staban. cent. 2. resolut. 176. n. 70. quia est onus reale sequens feudi possessorem, Franch. decis. 121. n. 11. ubi de Luca.

2757.

Sed mihi firmiter videtur doctrina Gazarrelli decis. 3. docentis, esse onus personale successoris, qui tenetur relevium solvere ob petitam, & obtentam investituram, & feudi possessionem, ex Constit. Post mortem, in fin. Et recte decidentis num. 2. & 5. pecuniam pro relevio solutam non esse deducendam ab haerede ex haereditate. Nam non est onus feudi, nec haereditatis, sed feudatarii haereditatis solvendum ob investituram obtentam, & ait receptam in Regno cum Ifern. in cap. 1. §. sed & si plures, num. 11. per quos fiat invest.

Relevium
est onus
successo-
ris, & sol-
vitur ob
investitu-
ram abita-
tam.

Accedit. Hanc hypothecam non esse expressam, deficiente partium conventionem pro illa inducenda; nec tacitam: cum nequeat lex assignari, a qua sit introducta.

2758.

Quid facere debeat haeres feudatarii?

Haeres feudatarii, vel ejus procurator cum speciali mandato in liquidatione relevii ante anni, & diei lapsum, Regiam Camera petere debet, & per libellum denunciatur feudatarium mortuum, petit investituram, offerens relevium solvere, praesentatque calculationem fructuum illius anni, in quo decessit feudatarius, juratque calculationem veram. Sed Camera Regia difficultates facit, informat se de valore fructuum pro tempore recollectionis, ex Perceptore. Et si aliquid in nota fructuum deficit: puta, non numeretur aliquod corpus feudale, tunc in poenam integros illius corporis fructus, non medietatem solvit, de Curte l. c. n. 62. Franch. decis. 121. num. 15.

2760.
Pro rele-
vio solvit
integros
fructus ex
corpore
culpabili-
tate omis-
sum.

Jus Tapeti.

Tempore solutionis relevii debet solvi Jus Tapeti spectans ad Magnum Camerarium. Solviturque pro quolibet centenario summa duc. 13. tarens unus, & grana 15. Ritus Reg. Cam. sub tit. de officio Magni Camer. fuitque introductum pro tapeto.

2761.

strato, tempore quo feudatarius praestat homagium de Curte l. c. num. 76.

DE ADHOA.

Jure feudorum Vassallus debet per se, & Domino permittente, per alium idoneum bello inservire, cap. Imperialem, §. similiter, de probib. feud. alien. per Feder.

2762.
2763.

In Regno, loco personalis servitii successit realis solutio, cui usus, & origo adhoa nomen fecit, Galoia controu. 4. num. 35. & controu. 55. n. 11. tom. 2. Cappe. dec. 11. Aff. dec. 320. Pratus tom. 3. cap. 9. n. 5.

Adhoa igitur est pecunia debita loco personalis militaris servitii; soletque nuncupari hostentia, quali data contra hostes, Capanus de jure adhoa, q. 1. num. 2.

2764.
Quid sit.
2765.

Origo emanavit ab unione plurium feudorum tenui valoris, ex qua unione tanquam ab uno feudo poterat exigi adhoa. Nam, ut observat de Marin. alleg. 117. num. 4. Vassallus habens feudum 20. unciarum tenebatur personaliter servire in bello tribus mensibus, cum tribus equis, expensis propriis. Quando ergo ex uno feudo non proveniebat lucrum sufficiens ad ista; tunc uniebantur multa simul feuda sufficientia ad uncias 20. & medietas solvebatur. Et sicuti unio rerum in aliquo loco appellatur Normannice, Dohana, ita illa unio feudorum, & quod ex tali unione solvebatur, Adhoa nuncupabatur; & hodie retinetur nomen mutata re, & Adhoa est pensio subrogata loco personalis servitii, Tasson. de antefat. vers. 3. obser. 3. num. 322. Capan. de jure adhoa. q. 2. n. 3.

In exigenda Adhoa mite proceditur cum Universitatibus, & Baronibus agentibus. Nam non exigitur poena, & exacta computatur in Adhoam, si intra tempus praefixum Adhoa non solvatur, Capan. l. c. q. 4. n. 11.

Pro adho
fiscus ex
privilegio
habet actio
nem reali
contra pos-
sessorem,
de Ponte
de potest.
Prereg.
tit. de reg.
imp. nu. 1.
non fisci
cessionari-
us, Pra-
tus tit. 3.
6. 9. n. 11.

Quanta sit Adhoa?

In Regno est medietas fructuum pro illo anno, quo imponitur, de Marin. l. c. num. 7. Ajellus de jure Adhoa, num. 53. Capan. l. c. q. 5. n. 3.

2766.
2767.
Quanta
sit.

Datur Taxa, alla vecchia, & alla nova manera. Taxa alla vecchia, est decem cum dimidio pro redditibus unciarum viginti. Quae nec augetur, nec minuitur; licet feudum sit auctum, vel diminutum, Ajellus loc. cit. num. 53. Amat. cons. 12. Guid. Papa dec. 112.

Alla nova, augetur auctis; & diminuitur minutis vassallis, Capan. l. c. q. 5. n. 12.

2768.

Nota hic, quod pro quolibet 100. solvebantur pro Adhoa duc. 52. & caroleni 5. Et vassalli contributebant carolenos quinque pro quolibet saeculario, usque ad medietatem distae summæ; & si non sufficebant, supplebatur reliquum a Domino feudi, cap. Regn. Comites. Sed hodie haec contributio vassallorum est abolita, de Marinis l. c. nu. 7. Et sic Barones solvunt duc. 26. tarens 2. & carolenum unum. Et Fiscus ipse exigit directe a vassallis, de Marinis n. 9. dicens, adhoam non augeri auctis fructibus, ex dec. apud Amat. cons. 12. n. 10. Anna in c. 1. n. 151. de Vassal. decrep. atat. Si feudum careat Vassallis, adhoam consistere in sex uncis, voluit Amat. l. c. num. 9. Capan. l. c. n. 28. qui q. 54. n. 14. ait, adhoam esse duc. 30. pro quolibet centenario in feudo sine jurisdictione Vassallorum.

Adhoa non
augetur
auctis fru-
ctibus.

Si feudum consistat in functionibus fiscalibus, est unciarum 5. pro uncis 20. Ajellus l. c. n. 52. qui ait, pro 20. uncis solvi cum quarto.

2769.
Adhoa
quanta in
feudis vas-
sallis car-
rentibus.

Si feudum consistat in Dohana, & gabellis, adhoa sunt quinque cum dimidio pro 20. uncis, Jacobus. de Franch. in praesent. feudor. n. 11.

Si feudum consistat in redditu pecuniario, tunc pro quolibet centenario adhoa sunt duc. 29. Capan. l. c. n. 34.

2770.

Si feudum consistat in functionibus fiscalibus, aut aliis annexis cum Civitate, vel Oppido, Castro, est unciarum decem cum dimidio pro uncis 20. secundum Ajell. l. c. licet redactam adhoam ad uncias quinque cum 4. pro singulis 20. uncis, voluerit Capan. l. c. n. 35. & 36.

2771.

An Vassillus teneatur simul ad seruitium personalis, & adhoam.

2772. Mutans propriis expensis non soluit adhoam.

Nega: quia adhoam est loco seruitii personalis. Intelligas, si propriis expensis militet, Affl. decis. 320. num. 9. decisum ait Capan. l. c. q. 11. num. 2. qui nu. 25. excusat Regentes Cancellarie, Praesides Camerae Regiae, & Rationales ejus, non vero Confiliarios S. R. C. a solutione adhoae.

An sit solvenda Adhoam, relevium, & donativum simul concurrentia?

2773. Adhoam, & relevium simul non solvuntur.

Nega. Ne bis eodem tempore coneratur, & duplici onere praematur, contra l. novis unum, D. ad l. Rhodiam, de jactu, decisum apud Capan. q. 12. nu. 7. & dec. 56.

An Primogenitus pro solutione Adhoae possit minuire vitam, & militiam?

Nega. Affl. dec. 252. Ajell. l. a. sicuti nec minuitur ob relevium, Makrill. decis. 112. Capan. de jure relevii, q. 7. num. 20.

Ex quibus causis quis excusetur ab Adhoam?

2774.

Ex triplici. I. Ex pacto, ut si quis recipiat feudum immune ab onere adhoae. II. Privilegio: scilicet si Rex concedat privilegium vassallo, ne solvat adhoam. III. Concessione: scilicet si remittatur tale jus iustis causis. IV. Excusatur ab adhoam Feudatarius pauper, Affl. & alii in cap. 1. qua suis prima causa benefice. amittit. Foemina vero ex feudo dotali adhoam solvit, Frecc. de subfeud. de auth. Baron. auth. 2. q. 17. §. binc quare, num. 9.

Ex feudo dotali solvitur adhoam.

Qua pena sit contra non solventem Adhoam?

2775. Pena non solventis adhoam.

Jure Communi non serviens Domino servitio bellico amittit feudum, posita monitione, & contumacia, c. 1. de feudo sine culpa non amittendo.

In Regno non privatur feudo, sed componitur, etiam si malitiose non solvat, Affl. in cap. 1. qua suis prima causa benefice. amittit. Et hodie expeditur Commissarii tertiati in Nativitate, in Paschate, in Mense Augusti, qui habent potestatem exequendi, vendendi, &c. & recipiant accessum, recessum, & moram, magno Feudatarii dispendio.

2776.

Pro solvenda adhoam non requiritur praecedens monitio, c. 1. ubi Bald. nu. 6. de nova forma fidelis.

An Conductor, aut Empior fendi teneatur solvere adhoam?

2777. Id favore Fiscii.

Standum est pactis, l. 1. D. de poss. quibus in oppositum non inntentibus, solvitur adhoam a Possessore feudi, & ab Usufructuario, aut Conductore, etiam pro tempore antea elapso, Cappc. dec. 134. nu. 3. Capan. q. 33. nu. 9. & q. 58. in fin. Est namque onus feudo inheribitum, & actio feudum sequitur.

DE BALIO.

2778.

Feudatario defuncto, relictis impuberibus, prospiciatur de Tutore, vel Curatore, Jure Communi feudorum, c. 1. per quos fiat investitio.

2779.

At Jure Regni prospicitur de Balio, qui dari valet a Testatore, & illo non dante, datur a Collaterali Consilio. Et erit proximior habilis Agnatus cui Balio ex bonis pupilli feudatarii, prospicitur de victu, & vestitu, Franck. dec. 122. Gallupp. p. 3. c. 1. nu. 33. Duratque Baliaus usque ad annum 13. de Curte resolut. feud. c. 3. nu. 100.

Balio qui.

2780.

Qua persona fiat inhabilis ad succedendum?

Durat usque ad 13 annuum.

Explicuimus ordinem succedendi, & onera successoris in genere; expedit modo percurramus singulares species, multa specialia continententes.

2781.

I. Mutus, Caecus, Claudus, Amens a nativitate, etiam si primogenitus Regis, excluditur; admittuntur tamen ejus filii, Gazzarell. dec. 44. Tappin. dec. 6. de Curte c. 1. nu. 59. Menoch. conf. 111. Tirag. de primogen. q. 23. Nam servire nequeunt in bello.

Nequeunt in bello servire, nisi sunt feudo capaces.

De Clerico.

2782.

Clericus etiam primae tonsurae, & Novitius non succedit, c. si Clericus, Si de feudo defuncti controu. fuer. Ofese. dec. 27. Affl. dec. 320. Thesaur. for. lib. 1. q. 17. nu. 2. & 4.

Nec Clerici.

Debet ergo laicari, ut succedat re integra: scilicet ulla mota quaestione feudi: secus jus illicd quaeritur aliis successoribus descendentibus, de Ponte de poss. Prereg. sit. de assensu Regio. §. quarto, nu. 13.

Sequitur professione, feudum non transit ad Monasterium: quia impotens ad servitium militare, Tusch. concl. 166. nu. 4. Nili consentiente Domino directo per substitutum bello servire valeat, Clarus qu. 82. v. & notu.

2783. Nec Monasterium.

De Milite Hierosolymitano.

Hic nequit feudum habere, ex dec. Reg. Cam. teste de Curte resol. feud. c. 1. nu. 74. Contra Thesaur. decis. 18. Risc. collect. 206. in fin. Anna singul. Puto tamen id non provenire, quia militare nequeat; sed quia ratione professionis est incapax dominii utilis, quod nequit transmitti ad Monasterium, sine consensu Domini directi; sicuti tali consensu praeciso alienari nequit. Vide Affl. dec. 320. & in c. 1. nu. 283. Ex quib. causis feud. amittit. Thesaur. 1. ser. q. 17. nu. 4. & 7. dicens in sua Patria admitti.

2784.

Nec Miles Hierosolymitanus.

De Spurio, Naturali, Adoptivo, Legitimato.

Spurius omni Jure reiicitur, Tusch. conclus. 164. nu. 1. Bald. lib. 3. conf. 232. Naturalis etiam reiicitur, sicuti & Adoptivus, atque Adrogatus, c. 1. & c. naturales, si de feudo militis.

Nec spurius.

2785.

Sed si naturalis sit legitimatus per legitimum subsequens matrimonium, tunc ipsum legitimatum succedere in feudis, patet ex casantia est, qui filii sint legit. Thesaur. dec. 153. de Curte resol. feud. c. 1. nu. 54. & 57.

2786.

Legitimati per rescriptum Principis non succedunt; nisi expressè ad hoc sint habilitati. Maxime extantibus legitimis, & naturalibus, saltem posthumis, l. qui in utero, D. de statu homin. Freccia lib. 2. de subfeud. num. 5. Atque aded sunt audiendi, & citandi interesse praetendentes, si legitimati per rescriptum reddantur idonei ad feudum, Dec. conf. 55. num. 2. ita ut non sufficiat Principis, & Patris consensus, nisi consentiant caeteri descendentes, Pistor. lib. 2. qu. 49. num. 24.

2787.

An legitimatus per subsequens matrimonium praesertatur legitimo, & naturali nato post legitimatum.

Distinguas: Vel filius legitimus, & naturalis acquisivit jam feudum: puta, resutatione facta a Patre: Vel non acquisivit. Si acquisivit mihi videtur, non posse feudum deinde tolli à legitimo per subsequens matrimonium; licet & hoc etiam aliqui negent favore matrimonii. Si vero non acquisivit, tunc videtur feudum spectare ad legitimatum naturalem per subsequens matrimonium.

2788.

Distinctio.

Feudum ubi semel est impresum, non egreditur, nisi extinta linea.

Prima pars probatur ex §. licet igitur, Auth. quib. modis naturales efficiantur legit. §. illud autem, in fin. Auth. quib. modis naturales efficiantur sui. Et ratione suadetur. Nam nemo sine culpa debet privari jure legitime quaesito, l. id, quod nostrum est, D. de reg. jur. Joan. Andr. in c. sine culpa, q. 2. de reg. jur. in 6. Sed legitimus, & naturalis est sine culpa. Ergo, non debet privari jure legitime quaesito. Feudum autem resutatam ei legitime quaesitum est.

2789.

Feudo quo sito non privatur.

Nec retrotractio legitimatiois ex sequenti matrimonio praedicate, quibus juri ei quaesito, l. & si sine, §. sed quod, D. de minorib. l. Titius, D. qua res pignori oblig. l. qui potior, in primo resp. D. qui potiores in pignori, l. honorum, D. rem ratam hab. Thesaur. decis. 101. num. 3. Affl. dec. 186. & 355. Franck. dec. 86. nu. 4. ubi nec assensus in feudalibus retrotrahitur in praedictum tertii; cui jus quaesitum jam sit, ut patet ex dictis, contra Cappc. dec. 182.

2790.

Retrotractio non tollit jus alteri quaesitum.

Si vero alteri feudum non sit quaesitum; tunc puto, legitimatum per subsequens matrimonium praesertari nato postea ex legitimo matrimonio, contra quinquaginta Doctores, quos citat, & sequitur Praet. tom. 1. c. 33. & nu. 72.

2791.

In feudo quaerenda praesertatur legitimatus per subsequens matrimonium.

Probatur: Quia filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium habet omnia requilita ad feudi successionem. Ergo debet succedere. Consequentia est bona. Antec. probatur: Quia requisitum ad successionem est, ut sit filius legitimus primogenitus. Sed legitimatus per subsequens matrimonium est filius primogenitus legitimus. Ergo. Probatur minor: Et quidem quod sit primogenitus patet. Quod vero sit legitimus suadetur: Quia legitimatio per matrimonium retrotrahitur, ex cap.

2792.

2793.

tanta, qui filii sint legit. Ergo est ita, ac si legitimus fuisset. Quod si tu dicas, non posse retraheri in præjudicium legitimi, & naturalis postea nati. Contra est: tum quia nullum ei jus quæsitum fuit, eique nullum sit præjudicium. Non enim ei feudum quæsitum fuit. Et si tu non vis quæri filio primogenito naturali in præjudicium legitimi deinde nati. Ego dicam, non quæri Secundogenito in præjudicium Primogeniti. Secundogenitus enim non est primogenitus, nisi ex quadam Juris fictione, qua fingitur legitimus, & naturalis natus; ante naturalem jam pridem natum: nam naturaliter, & revera naturalis est primogenitus.

Probatur II. quia succederet non Primogenitus naturalis: quia non est legitimus. Non Secundogenitus legitimus: quia non est primogenitus naturalis: Et Primogenitus naturalis, & legitimus debet succedere.

In hoc ergo amphractu dicendum est, Primogenitum naturalem deinde legitimatum præferri quia magis debet operari natura, quam fictio. Et in dubio debet intelligi de casu vero, non de casu ficto. lex eo, §. in insulam, D. de verb. oblig. l. cum pater, §. hæreditatem filius, D. de leg. 2. l. Statius, §. Cornelio, D. de jure fisci. Porro Primogenitus naturalis est talis verus trahens ad se legitimatorem, quæ ipsi accedit. Et sicuti dicitur naturalis primogenitus, ita etiam dici debet legitimus primogenitus. Accedit. Verba intelligenda naturaliter, non secundum fictionem, l. filium, quem pater, D. de injusta test. l. 3. §. hac verba, D. de neg. gest. Naturaliter verò primogenitus est primo loco natus: nec talis natura mutari valet sequenti alterius nativitate ex legitimo matrimonio, l. jus agnationis, D. de pact. §. sed naturalia, Instit. de jur. nat. gent. & civ.

Posita ergo primogenitura naturali, dicitur etiam Primogenitus legitimus ab instanti conceptionis. Nam nequit pro uno, non pro alio tempore dici legitimus, sive legitimatus, l. cum aliis, C. de curat. furios. c. per venerabilem, v. præterea etiam, qui filii sint legit. l. fin. D. de natalib. restituend.

Ex dictis concludendum, Primogenitum naturalem præferri licet legitimatum sequenti matrimonio: quia in ipso sunt naturalia prævalentia jura trahentia legitimatorem ad initium. Et sicuti tu dicis, non debere præjudicare secundo natis legitimis; ita majori ratione dicam, postea natum legitimum non debere præjudicare primo natis naturalibus deinde legitimatis.

Probatur III. Quia si non succederet in feudum, nec ad alia bona succederet. Sicuti enim non potest retraheri quoad feudum, ita nec quoad alia bona acquirenda in præjudicium cæterorum natorum legitimorum. Ergo, sicuti hoc secundum est falsum, ita primum. Facilitas secundi constat ex §. si

quis autem defunctus, & ex §. generaliter, Auth. quibus, §. fin. Auth. de oriente, & sem. ff. ubi naturales legitimatedi minuunt legitimam filiorum. Ergo Legitimatedi succedunt simul cum legitimis. Si ergo legitimi non excludunt legitimatos a successione, nec excludunt a feudo. Nam Legitimatedi a legitimis in nihil differunt, ut ait tex. in §. illud, Auth. quibus modis naturales efficiantur sui.

Confirmatur. Legitimatedi habent successiones, quas habent hi, qui ab initio sunt legitimi, ut ait tex. in §. reliqui, Auth. quibus modis naturales efficiantur sui. Qui autem legitimi sunt Primogeniti, succedunt in feudum. Ergo etiam legitimatedi Primogeniti debent succedere in feudum. Et debent præferri aliis primo loco non genitis. Et ita docent Barr. in §. tribus, §. quarit, Auth. quibus modis nat. eff. sui. Salycet. in l. quoties, col. 3. v. quarit, C. de rei vind. Paul. de Castro in l. Gallus, & quid si tantum, v. ex istis patet, ubi Francisc. Aretin. D. de lib. & postb. Felin. in e. prudentiam, v. primogenitus, col. 3. de offic. Delag. Borr. dec. 159. in fin. & alii, quos citat, & non sequitur Tirrag. de jure primog. q. 34. n. 24. Bammacar. in c. 1. si de feudo defuncti sit contrub. inter Dom. & Agnat. q. 2. n. 4. n. 30. vide sup. n. 43.

Tom. 1. lib. 11.

Dices cum Tirrag. ex quo desumpsit Præbus loc. cit. nu. 34. Si Legitimatedi excluderet legitimum, Uxor legitima fraudaretur. Nam amitteret primogenituram pro suo filio; quod dicendum non est.

Resp. Nullam ei injuriam fieri. Nam qui utitur jure suo nulli facit injuriam. Porro Primogenitus naturalis utitur jure suo. Et sicuti non facit injuriam primæ, quando ducit in matrimonium secundam; ita nec secundæ, quando ducit in matrimonium primam. Et filii legitimi non habent jus quæsitum, pendente legitimatione, & vita Conjugis.

Dices. In præjudicium alterius fictio non retrahitur. Ergo, in præjudicium legitimi legitimatedi non retrahitur.

Resp. Ex dictis, hoc argumentum probare, neque in aliis bonis legitimatum posse succedere: quia esset in præjudicium legitimorum. II. Respondetur non esse in præjudicium legitimorum. Nam istis successio non debetur stante legitimatedi; & ita retrahitio nemini præjudicat.

Rebellis. Non succedit. At ipso excluso admittuntur alii Successores, secundum gradus prærogativam; nisi Rebellis esset damnatæ memoriæ, ratione cujus filii etiam essent privandi feudo, juxta l. quisquis, Cod. ad l. Jul. maj. Pereg. de jure fisci, lib. 3. tit. de filiis rebellium.

Requiritur tamen sententia declaratoria. Nam est poena, quæ post declarationem exequitur, Gram. dec. 115. n. 15. Capp. dec. 19. n. 7. Dec. cons. 655.

Femina. In feudis non succedit, nisi specialiter sit nominata in investitura; & tunc nec admittitur, nisi de scientibus masculis, Roman. cons. 1. Ruin. cons. 39. n. 1. Nam Masculus est aptior ad ferenda feudalia onera, l. usque, concl. 159. n. 35. Paris. cons. 12. n. 13. & exclusæ femina, excluduntur ejus descendentes etiam masculi, c. 1. v. hoc quoque, Qui feudum dare possunt. Tusc. l. c. n. 44. Butr. cons. 46.

Si feudum ematur à femina, tunc censetur Regem dispensare. Sicuti etiam femina succedit in feudo materno concessio pro feminis, c. 1. succ. feudi.

Explicemus modò distinctius aliquas feudi species, & I.

De Feudo cum pacto, & providentia. Feudum contractus ultro, citroque obligans, de Marin. tom. 3. alleg. 113. num. 5. in utraque Sicilia Jure Francorum, admittit primogenitum, exclusis cæteris masculis, feminis, & est indivisibile, de Marin. lib. 2. c. 36. n. 4. de Pante cons. 3. n. 38. Const. Ut de successione, c. Considerantes.

Nomen ex pacto, & providentia, à Bulgaro inventum in Scholæ, explicat feudi differentiam constitutam. Et potest esse ex pacto, & providentia simpliciter: ut, concedo tibi feudum, & tuis liberis, & tuis successoribus, posteris tuæ proli, tuo generi, de Curte in divers. feudor. n. 9. pag. 57. l. ser. in c. 1. v. & filio, n. 3. de success. feudi.

II. Datur feudum ex pacto, & providentia omnino; ut si in specie detur contemplatione quorundam descendentium: ut concedo feudum tibi, & tuo filio, & tuo nepoti, Aff. dec. 239. nu. 5. Censetur enim tunc concessum æquè principaliter singulis vocatis, l. r. ill. ad Aff. dec. 282.

III. Datur feudum ex pacto, & providentia legis; puta, si legis auxilio essent vocati aliqui, Cæcheran. dec. Pedem. 160.

Quando feudum conceditur simpliciter Juris providentia, censetur concessum pro se, & pro filiis. Nam talis est feudi natura, Aff. ill. in præjud. feudor. num. 112. Camerar. in cap. Imperialem, lit. D. pag. 69.

Similiter Juris providentia Francorum, censetur vocatus Primogenitus in feudo dato Titio, & filius. Nam tali Jure cæteri non admittuntur, stante Primogenito.

Qualitates hujus feudi. I. Est tale feudum servandum successoribus, veluti fideicommissum; ita ut tot censentur investitura, quot personæ, & gradus successoris, Andr. Rb in

2794. Feudum si non quaeritur nato ante deinde legitimatedi nec legitimo postea nato

2795.

2796. Magis operatur natura, quam fictio.

2797. Accessorium, ut est legitimatedi, sequitur naturalitatem.

2798.

2799.

2800. Secus do natus non præjudicat antea nato.

2801.

2802. Legitimatedi ante matrimonium succedunt, non obstantibus legitimis, & naturalibus.

2803.

2804.

2805.

Objectio.

Solutio.

2806.

2807.

Jus non quaeritur legitimo, stante legitimatedi.

2808.

Rebellis post sententiam non succedit.

2809.

2810.

Femina excluditur à masculis.

2811.

2812.

Feudum est contractus.

2813.

Quot modis sit ex pacto, & providentia.

2814.

2815.

Legis providentia.

2816.

2817.

in c. 1. de success. feudi, Frecc. de subfeudis, tit. de dis-
fer. inter feudum ex pacto, & provid. n. 2.

Successor
ex provi-
dentia nō
est hæres
prædeces-
soris.

II. Qualitas est, ut Agnatus in tali feudo voca-
tus, non sit necessarius hæres illius: possitque feudo
acceptato, hæreditatem repudiare, c. 1. an agnat.
Andr. in c. 1. n. 12. ex quib. causis feudum amitt.

III. Qualitas est, ut in tali feudo, delictum unius
alteri non noceat, Andr. in c. 1. de capitul. Corrad. nisi
delictum sit directè contra Principem; & in feudo
non sint filii nominatim expressi, Urfill. ad Affl. dec.
282. in fin. de Curte in diversis feudor. pag. 73. Succedunt
ergo in feudo isto gentilitio filii, cæterique. Tamen
quia quandoque solet fieri pactum; ne filii succe-
dant, prioris, vel posterioris matrimonii. Meritò
hic querimus.

De Lege Salica, & Contractu ad Morgam.

2819.
Pactum
i. Salica.

Quandoque in feudis contrahebantur matrimo-
nium, cum pacto, ne fœminæ succederent, nec se-
cundi matrimonii etiam masculi succederent, c. 1.
de filiis natis ex matrimonio ad Morgam contracto.
Quod matrimonium dicebatur esse contractum, ex
L. Salica. Et tale matrimonium cum tali pacto ex-
cludente filios ex sequenti matrimonio dicebatur
alla Morga, & ex L. Salica, d. c. 1. de filiis natis ex ma-
trimonio ad Morgam.

2820.

Rursus poterat pacisci: ut non ex primo, sed ex
secundo matrimonio succederent: quia t. c. indistin-
ctè loquitur. Quæ conditio ob eminentem qualita-
tem secundæ Uxoris quandoque reprobata non
fuit: ut in matrimonio Domini Mantuæ, cum
Marchione Ferreriæ.

2821.

Contrahentes etiam ad formam d. c. 1. possunt
mutare voluntatem, & recedere à dicto pacto, Al-
varot. tit. h. de feuda fueris controu. §. filii nati, fol. 203.
in fin. ex l. si propria, §. versum, D. de in rem verso.

2822.

Affensus
Regis ne-
cessarius.

Ex quibus jam cognoscis, quando ex pacto legis Sa-
licæ, sive ex matrimonio ad Morgam, filii possunt
excludi à feudo, etiam ex pacto, & providentia. In
quo semper requiro licentiam, & consensum Regis,
& filiorum, si feudum in investitura sit concessum
pro se, & omnibus Agnatis, Jure Francorum. Tunc
enim Agnati possunt irritare pactum, si in præju-
diciu ipsorum adjectum fuerit.

De Feudo hæreditario.

2823.
Hæredita-
rium trā-
sit ad hæ-
redes.

Hæreditarium est concessum pro se, & hæredibus,
Anna alleg. 127. n. 16. Curtius junior cons. 1. & tunc
transit feudum ad hæredes. Si verò dicat tibi, &
successoribus quibuscumque, tunc potest transire
etiam ad particularem successorem. Ly enim quib-
uscumque se extendit ad omnes casus, Menoch. cons.
338. Andr. in cap. 1. n. 7. de success. feudi. Et transit
etiam ad extraneos: nisi sint jure prohibiti, Paris.
lib. 2. cons. 51. n. 54. Curt. jun. cons. 4. n. 4. Tusc. concl. 148.
n. 14. & concl. 159. n. 18. Idque ne confundatur hære-
ditarium cum feudo gentilitio.

Feudum hæreditarium venit in petitionem hæ-
reditatis, exclusa fœmina, Thioder. alleg. 50. n. 43.
Anna alleg. 127. Casber. dec. Pedem. 160. n. 6.

De Feudo mixto.

In Regno feuda mixta esse, ait Rovit. dec. 11. n. 19.
de Marin. lib. 2. cap. 189. n. 40. Franck. dec. 19. & sic
Succedens debet esse hæres primi Acquirentis, La-
nar. in c. 1. n. 1. de success. feudi.

2825.
Mixtum
compre-
dit genti-
litium, &
hæredita-
rium.

Mixtum dicitur participans ex hæreditario, &
gentilitio, Affl. in c. 1. n. 13. An agnatus, & dec. 740.
Bald. in l. qui se patris, C. unde liberi, Dec. cons. 185.
Menoch. vol. 2. cons. 161. n. 5. Adeoque ut quis succe-
dat, debet esse hæres, & ex sanguine primi Acqui-
rentis, arg. l. si hæredes plures, D. de cond. & demonstr.
Ist. in c. 1. v. quid ergo, de alien. feudi, Loffrod. cons. 1.
num. 46.

2826.

Hinc feudum non tranfit ad extraneum fidei-
commisarium: nam non est de sanguine, Casber.
dec. Pedem. 160. n. 6.

Debet esse
hæres pri-
mi acqui-
rentis.

II. In isto feudo debet esse hæres primi Acqui-
rentis, licet medient alii descendentes, quibus me-
diantibus sit hæres, Paris. lib. 1. cons. 2. n. 25. Brunus
cons. 18. Rotund. à Valle vol. 3. cons. 10. n. 19. & est hæres
in feudilibus, & allodialibus, Alem. vol. 5. cons. 19.

III. Feudum mixtum habet vim legitimæ: cum

jure institutionis obtineatur, secundum Surdum
dec. 235.

IV. Sicuti hæres, ita iste Successor prædecessoris
præcepta servare debet, & onera subdit hæreditaria,
Dec. in l. ex qua persona, D. de reg. jur. Amatus in c. 1.
n. 10. An agnatus.

V. Cogi potest vendere feudum, ut creditoribus,
satisfaciat, Franck. dec. 704. Andr. in cap. 1. in fin.
Qui succedere tenean. Bursat. cons. 3. n. 29. Affl. dec. 112.
num. 30. Intelligas, nisi in fructibus feudi sufficiens
fieri valeat exequutio: tunc enim nequit feudum
alienari, Affl. dec. 140.

Extinctio feudi.

Regulas illis modis, quibus acquiritur, potest feu-
dum tolli: Resignatione: Non petendo investituram,
deficientibus omnibus successoribus; Alienando si-
ne licentia Domini directi. De quibus videre est
Tusc. concl. 197. n. 25. & 27.

Excusatur verò Dominus directus, si ex ignoran-
tia, vel per vim non det investituram, Clar. qu. 49.

Et hæc satis, verborum ambagibus neglectis, &
Opprimitur enim, non inkrutur ingenium, rebus
incompositè, ac inconcinnatè dictis. Nec amplius
est, cujus cognitio tibi necessaria; & ut Deus uno
verbo explicat omnia, creaturam ejus imaginem
brevissimis multa explicare, par est. Nam doctis te-
tigisse satis, indoctis nec multa sufficient.

DE SOCIETATE.

TIT. XXVI.

LEMMATA I.

Quid sit Societas.

Contractus Societatis est *Conventio plurium ad
commune damnum, & lucrum, secundum pro-
portiones rerum contributarum.* Dicitur *Conventio.*
I. Quia societas numeratur inter contractus nomi-
natos bonæ fidei, qui solo consensu perficiuntur,
§. cum sup. de oblig. qua ex cons. l. 1. l. 4. l. societatis, §. l. 19.
l. cum duobus, §. 2. sed id, §. 8. §. si filius. D. pro soc. l. ju-
ris gentium, §. 1. D. de pact. §. actionum, 28. Instit. de
act. II. *Ly Conventio* indicat, abesse societatem, defi-
ciente saltè tacito consensu, l. ut sit, 31. l. 32. l. pla-
ne, 37. l. si margarita, 44. D. pro soc. Cum enim socie-
tas sit contractus, d. l. societatis, §. essentialiter ad sui
existentiam exigit consensum, saltè tacitum plu-
rium in diem. Unde si res sine consensu fiant com-
munes: putà, si duæ res duorum Dominorum con-
fundantur, l. ad id quidem, §. voluntas, D. de acq-
rer. dom. non adest societas: quia non sunt confusa
ad finem inducendi societatem, licet nascatur *actio
communis dividundo.*

Ly Ad commune lucrum, & damnum, indicat, pro
rata dividendum commune lucrum, & damnum,
§. illud expeditum, 3. hoc tit. l. cum duobus, §. 2. §. dam-
no, in fin. l. si non fuerit, §. Aristo, D. pro socio. Potest
tamen eum socio conveniri, ut totum periculum
fortis ad ipsum spectet, & ex lucro solvat annuam
pensionem: dummodò ex lucro minuatur, quantum
sufficit pro assicurando capitali, & pro vendendo
residuo lucrì incerti. Sunt enim in casu tres contra-
ctus. I. est *Societas.* II. est *assicurationis* fortis
principalis, pro qua assicurazione cedit medietatem
lucrì. III. contractus est *venditionis*, quo vendit a-
liam medietatem lucrì futuri: putà, si ex societate
lucrum sit in mille pro sua portione; tunc cedit
quingentum pro assicuratione capitalis; & vendit
alia quingentum lucrì futuri pro biscentum cum
dimidio: nam res futura minus valet ob pericula.
Quibus in istis contractibus, habet securam fortem
principalem; & deinde habet annum lucrum bis-
centum cum dimidio ratione venditionis: qua ven-
didit quingentum pro biscentum cum dimidio.
Vide *Majorem in 4. dist. 15. q. 47. & 48.*

Dicitur in definitione, *Secundum proportionem re-
rum contributarum;* & spectat ad executionem so-
cietatis. Nam qui solus fortem contulit, habet etiam
plus lucrì, & damni, §. illud expeditum, 3. hoc tit. &
l. si non fuerit, 29. D. eod. Nec potest fieri, ut unus to-
tum lucrum, alter totum damnum sentiat, quæ lo-
pina nuncupatur societas, §. de illa sand, 2. hoc tit. in
d. l. si

2827.

2828.

Affirma-
tio feudi
legati, an
debeat
dixi lib. 2.
n. 235.

2829.

Feudum,
qualiter
extingua-
tur.

2830.

2831.

Societas
essentialiter
consensu
su perfici-
tur, licet
possit re-
verbis per-
nunciari
iniri, l. 4.
D. pro soc.

2832.

2833.

Societas
æqualitas

2834.

Societas
est veluti
fraterni-
tas, l. ve-
rum, 64.
D. pro soc.
in princ.

2835.

Requirun-
tur tres
contractus
ut quis lu-
era tan-
tum por-
tionem fa-
ciat.

2836.

Societas
lesina
qua, l. 29.
§. fin. D.
pro soc.

l. s. num. 35. l. 3. §. specialiter, D. pro soc. Mascard, conel. 1390. num. 22. Rois dec. 199. n. 3. in noviss.

2853.

Regula ergo est: Quidquid acquiritur, vel amittitur sine dolo, aut culpa saltem levi inter vivos, & ultima voluntate, aut quis patitur, ex re societatis reficiendum est. Lomme as, 27. l. quod si eo tempore, l. & si commo- ita, l. societatem, 74. D. pro soc. Jus lib. 3. conf. 2. Aiciat. de pres. reg. 1. presump. 25. Adantica 6. de test. sit. 10. num. 2. Gratian. c. 547. num. 1. Alex. in l. si quia dotem, r. ficenda §. transgrediamur, D. solus. matrim.

An ex pluribus fratribus utrinque conjunctis, & ex uno latere in communi vivensibus, si alter decedat ab intestato, bona istius debeantur utrinque conjunctis: an coram dividantur aequaliter inter omnes, an ex utroque quàm ex uno latere conjunctos?

2854.

Distinguas jus successioni, à jure societatis. Et jure successioni affirmata, fratres utrinque conjunctos succedere fratri decedenti ab intestato, exclusis aliis ex uno latere conjunctis, §. si igitur defuncto, verbum de consequens est, ibi: Frater superstes ex utroque parente conjungitur defuncto: Præmaritus autem pro unum parentem jungebatur: hujusmodi filios ab hereditate excludimus: sicut ipse si viveret ab hereditate excluderetur. Auth. de hered. ab intest. venient. Auth. de success. C. de legit. hered. Auth. defuncto, C. ad Tertium.

Jure societatis nega, sed bona dividuntur inter socios fratres, tam utrinque, quàm ex uno latere conjunctos. In societate enim omnium bonorum sunt communia omnia habita, sive ex testamento, sive ab intestato, sive alio modo uni ex sociis quaesita, l. 3. §. cum specialiter, ibi: Cum specialiter omnium bonorum societas coita sit, tunc & hereditas, & legatum, & quod donatum est, eius quaque ratione acquisitum communione acquiritur. l. coire societatem, l. quod si eo tempore, l. si societatem, l. si quis societatem, & l. verum, 64. D. pro socio, in princip.

L E M M A VII.

An inducatur societas tacita, si unus ex fratribus negotiatur, nam alteri?

2855.

Non induci omnium bonorum societatem, docuit Jus lib. 1. conf. 5. Aiciat. l. c. nu. 2. alii apud Menoch. 3. presump. 56. n. 2. quibus repugnat Natta lib. 1. conf. 91. n. 1. Ram. conf. 291. Cravet. conf. 149. n. 3. Alex. lib. 1. conf. 96. n. 1. Socin. lib. 2. conf. 116. n. 3.

Nam alter participans commodum sine labore, participat etiam damna, quovis casu contingentia in negotiando: puta, si decoquatur. Et si negotiatur, communicando lucra, communicat etiam detrimenta: imò contingere possit, ut non industrius, hereditate, vel thesauro, ditescat, quæ bona communicabit alteri: & sic equalitas servatur, l. 3. §. cum specialiter, l. ita, l. societatem, D. pro soc.

Sed difficultas est: An sint communicanda lucra, & damna emergentia, scissa societate quorum obligatio incipit tempore societatis?

Resp. Conditionale esse communicandum, nam inspicitur tempus ortæ obligationis, & actus retrotrahitur purificata conditione, l. omne as alie nuntio, quod manento societate contractum est, de communi solvendum est, 26. l. quod si eo tempore, quo dissolvitur societas, in ea causa dos sit, ut certum sit etiam, vel partem ejus reddi non oportere, 67. D. pro soc.

Si verò aliunde proveniat: puta, ratione sanguinis, vel casu fortuito, nihil communicatur, d. l. quod si eo tempore, ibi: Ut certum sit. Ubi communicatur certum lucrum dotis, non ex tempore dissolutionis societatis.

L E M M A VIII.

An sint aliqua bona, quæ non competant consocio omnium bonorum?

Resp. Non competere illa, quorum dominium, nec expressè consocio acquiri potest. Nam in societate omnium bonorum dominium fit commune. Ergò illa nequeunt communicari, quorum dominium nequit consocio acquiri.

Hinc feudum, vel emphyteusis non comuni-

catur: quia ejus dominium vile nequit transferri in alium, Domino directo non consentiente, cap. 1. §. si duo fratres, de fratribus, de novo beneficio invest. ubi Bald. n. 4. Alex. lib. 2. conf. 48. n. 2. Decian. conf. 425. num. 6. Berous lib. 1. conf. 190. n. 42. Mant. 6. de test. sit. 15. n. 16. Fructus tamen communicantur: quia consocio acquiri possunt. Sic Clerici communicantur fructus beneficii, non communicato beneficio, Bald. in l. si patronus, C. communia utriusque judicii. Idem dicitur de adventitio peculio, cuius usufructus est Patrifamilias, & sic fructus communicantur cum Patrefam. contocio omnium bonorum.

II. Matè quaesita non communicantur. Nam jus nequit ipsorum usus, aut dominium acquiri, l. cetera, §. 1. l. qui, l. si fratres, §. si ad seq. D. pro soc. l. si Aristo, §. si, C. jam. etc. Roman. conf. 196. Alex. lib. 5. conf. 77. n. 3. Hinc, ludis, & actibus prohibitis, acquisita non sunt communicanda, Alex. l. s.

III. Donationes non necessaræ, hoc est, non congruentes decori, aut convenientiæ familiæ, non sunt communicandæ. Nam rationabiliter tunc alius presumitur non consentire, l. verum, D. pro socio. Cum hoc esset bona dilapidare: & socius in culpa, non posset à consocio repetere, arg. l. creditor, §. Lucius, D. mand. l. Aristo, D. de don. Surd. de alim. rit. 1. q. 38. n. 19.

IV. Non sunt communicandæ, quæ filiis, non sociis contingunt. Nam sunt communicandæ bona sociorum: & filii non sunt socii.

L E M M A IX.

Quot modis fiat societas?

TRibus. I. Ut omnes conferant æqualem sortem l. societas, §. societas, D. pro soc. II. Si unus conferat sortem, alter laborem, & industriam, quæ æqualiter, & plus valere potest, ac fors, d. l. si non fuerit, 29. l. si societatem, 6. D. pro soc. §. de illo, Jani, hoc tit. III. Ut unus damnum non sentiat, & percipiat lucrum, cedendo alteri partem lucri pro rata damni ab illo passi: ita ut, quod superest sit in lucro, l. si non fuerit, 29. §. 1. l. Mutius, 30. D. pro soc.

De impensis factis in re societatis.

Damna passa sine dolo, & culpa gravi, & impendia facta ob societatem ab uno ex sociis, sunt reficienda ex re societatis. Si impensæ fiant in mercibus advehendis, custodiendis, in cura ex vulnere societatis causa, passæ, l. cum duobus, §. adama, §. si quis, D. pro socio. Imò moderatæ elemosynæ in itinere factæ sunt compensandæ, Navar. lib. 3. cap. 2. num. 469.

An socius teneatur procurare conservationem mercium, propriis, vel mutuas summis, si bona societatis, non suppetant?

Affirma. Nam debet in re societatis, sicuti in suis rebus, diligentiam adhibere, §. si, hoc tit.

L E M M A X.

An licitè Clerici titulo societatis dent pecuniam consociis, ad negotiandum cum lucro, & damnis juxta naturam societatis?

Affirma, ita ut non contrahant penas negotiatoris, Molin. tom. 2. de just. q. 342. n. 2. Sylvester q. Clerici, 2. q. 3. Rosign. tom. 3. tract. de soc. pranos, 11 num. 3. Corrad. de contract. q. 52. conclus. 4. Navar. cap. 25. num. 111. Et ratio est. Lex paritate, qua Clericus cum suis fratribus licitè inie societatem omnium bonorum. Ergò etiam potest inie particularem societatem, ne suam pecuniam otiosam, & alia periculis tensa implicet. II. Quia hæc non est negotiatio stricta: cum non ipse, sed alii sua pecunia negotientur, nec distrahit à Divinis, nec dicitur se implicare negotiis secularibus, de quibus 2. ad Timat. 2. cap. Episcopo, dist. 38. cap. 1. 2. q. 3.

L E M M A XI.

Quomodo finiatur Societas?

Ex §. manet, 4. §. 6. 7. 8.

Solvitur quinque modis, l. 4. verum, 63. §. societas, l. 64. D. pro soc.

I. Mutuo sociorum consensu, etc. hic in §. manet, l. planè, D. pro soc. Nam solvitur, sicuti contrahitur, cap. 2. de reg. jur.

2856.

2857.

2860.

2861.

2862.

2863.

2864.

2865.

2866.

2856. Communnicatur quasitum post societatem, si ad tempus societatis retrotrahatur.

2857. Communnicatur illa, cujus dominium consocio potest acquiri.

2858. Dali. quæ sita non communnicantur.

2860. Nec donationes non necessaræ.

2862. In societate servanda est equalitas.

2863. Impensæ solvuntur ex societate.

2865. Clericus licitè potest societatem inie.

2866. Societas finiatur consensu.

Si autem adfit iusta causa, solvitur, etiam unius renunciatione; puta, si ex societate nascantur graves discordiae, l. nulla, 70. D. pro soc. Idque etiam si conventum sit, ut societas sit perpetua, d. l. nulla, et l. cum duobus, 52. §. idem respondit, 9. D. pro soc. l. fin. §. cum divid. Rixae enim emanant ab illo, qui invitus cogitur societati stare, l. cum pater, 77. §. dulcissimis, 30. D. de leg. 2. Sed si callidè sine causa unus recedat à societate: puta, quia sperat aliquod futurum lucrum, quod non vult dividere cum socio. Tunc recedens in poenam sentit totum damnus: & lucrum debet dividere cum socio, l. actione, §. dimittimus, D. pro soc.

Si nascatur discordia.

2867.

Renunciatio tamen societatis debet fieri praesente, vel sciente consocio, nec prodest intemptive facta, d. l. actione, §. Labeo, l. sed & socius, §. si absentis, D. pro soc.

2868.

Tacite potest solvi, si negotia separatim exercent, l. itaq; D. pro soc. Menoch. cons. 12. num. 27. & 31. presump. 60. n. 10.

Civili.

2869.

II. Solvitur quoad omnes socios, morte unius ex sociis, nisi cautum sit oppositum, §. solvitur, hoc tit. l. 60. l. 63. in fin. l. actione, 65. §. morte, D. pro soc. Nec societas transit ad heredem, licet id pactum sit, nisi societas sit vectigalium, & aliarum rerum publicarum, favore Fisci, Mant. 6. de tacit. sit. 2. 4. n. 22. Ladeb. & Luera, §. in heredem, D. pro soc. Nam est electa industria personae.

Idque intelligas etiam de morte civili, media, vel maxima capitis diminutione, tex. hic, ibi: Pro martino habetur, d. l. verum §. final.

Res definitio.

2870.

III. Finitur, cessante negotio, aut destructa re, in qua fundatur societas, l. verum, §. actione, D. pro soc. tex. hic, in §. item si alicujus rei.

Lapsu temporis.

2871.

IV. Finitur publicatione, aut cessante honorum unius ex sociis, tex. in §. publicatione, d. l. actione, 65. §. publicatione.

Quae actio dicitur socio.

V. Finitur lapsu temporis, pro qua fuit instituta societas, l. actione, §. quod si tempus, D. pro soc. Scacc. de mercat. tit. de contr. n. 13. Menoch. consil. 121. num. 67. lib. 2. Contra Cephal. cons. 475. num. 20. Jof. cons. 33. lib. 3. praeter lapsum temporis, exigentes renunciationem, si tamen adhuc socii, transacto illo tempore, persistant in societate, videntur illam approbare, d. l. actione, §. item si.

Ex §. fin. socius tenetur de dolo, lata, levi, non de levissima culpa. Nam societas est ad utilitatem utriusque, l. 59. §. socius socio, 73. D. pro soc. l. si ut certo, §. unum videndum, D. commod.

Ex societate datur actio directa utrique socio finita societate, l. audi. u. c. pro socio, l. 3. D. pro soc.

D E M A N D A T O T I T. XXVII.

2872.

Societas ita Mandati genus per publica, & singulorum officia, tit. c. de mandatis. Prine. Novella 17. ut si expendere singula persuasum iret, in immentum cresceret moles, nostras oppressura vires, aut retardata conatus. Rem nos insinuemus, & scissam, discutendam tradamus in frustra. Prins in generatice, deinde in specificè.

L E M M A I. Quid sit Mandatum?

Ex §. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

2873.

Mandatum I. multoties cum Praecepto confunditur, l. sal. 118. ibi: Maledisti omnes, qui declinans à mandatis tuis, l. 3. D. de offic. Praef. l. 1. D. de mandatis. Prinecip.

Acceptioe mandati.

II. Mandatum indicat Negotium: ut dicimus de illo, cui mandata est iurisdicatio, l. delegata iurisdicatio, D. de officio ejus, cui mand. l. observandum, D. de officio Proconsul.

Definitio.

III. Sumitur pro Nuncio missò. IV. Pro eo, quod volumus ab altero fieri, tit. D. & C. de mandatis. De quo hic.

2874.

Definitur: Est contractus, qua quis obligat operas alteri ad aliquid gratis faciendum, l. inter, 26. §. non omnia, l. si quis, 27. §. 2. D. mandat.

Dicitur Contractus, loco generis, l. 2. D. de off. d. l. 2. §. si hereditatem, 22. D. mandat. l. de parte, 121.

§. ex pacto, D. de verb. obl. Estque jurisgentium nominatus, l. ex hoc jure, 5. D. de just. & jur. l. 7. §. 1. D. de pact. Et bona fidei, l. si vero, 12. §. si adolescens, ibi: Bonam fidem. D. mand. l. si contra, 20. in fin. C. eod. Et consensu perficitur, l. 1. D. mand.

2875.

Est gratis

Ly Gratis, est differentia à locatione, in qua solvitur merces ex iustitia pro opere praestito, l. 1. §. mandatum, nisi gratuitum, nullum est: non originem ex officio, & amicitia trahit. De hoc tit. §. in summa, 13. hoc tit. Litem, C. de procurat. l. si contra 20. C. d. mand. l. si tibi, 13. l. 22. D. de praeser. verb.

2876.

Ex gratitudine verò aliquid dare, non tollit rationem mandati, l. si remunerandi, 6. l. 7. D. mandat. Mant. 6. de tacit. sit. 2. n. 6. Wesemb. n. 3. D. hoc tit.

Si ex pacto, saltè tacito, merces intercedat, tunc mandatum transit in locationem, ut patet in procuratore ad lites, & ad negotia, l. 1. §. mandatum, D. hoc tit.

Differt etiam à Deposita: quia hic gratis quis prouentit operas, & in deposito gratis, quis aliquid custodiendum recipit.

2877.

Mandatum ad cuius sit commodum.

Dicitur Alteri, ex quo habes mandatum semper respicere alium praeter Mandatarium, tex. bñ in §. 1. Sive sit I. in gratiam Mandantis tantum, II. Tertii tantum, III. Mandantis, & Tertii, IV. Mandantis, & Tertii, V. Mandantis, & Mandatarii, l. 2. l. 6. D. mand. Si mandatum sit tantum in gratiam Mandatarii: tunc est consilium, si mandato instruitur intellectus: si verò alliciat, & moveatur voluntas, tunc est persuasio, & exhortatio, l. 2. D. mandat. l. si in Cod. quod eum eo, l. fideicommissa, 11. D. de leg. 3. Mart. in l. si litteras, n. 3. D. mandat.

2878.

Ex consilio autem nemo potest conveniri actione mandati, l. mandatum, 2. l. si remouendi, 6. §. si tibi, 10. §. si quis ea, l. Quintus Murus, §. cum mandato tibi, 23. D. mandat. §. ita, hoc tit. Leonilla, 47. D. de reg. jur.

2879.

Revertur communis definitio mandati.

Non admittit communem definitionem, quam sequitur Glossa in rubr. D. mandat. scil. Mandatum est officium ab eo, qui gratis suscipit exhibendum. Nam displicet: cum mandatum in tex. nostro ponatur inter species contractus consensu celebrati: & contractus est, non officium, sed conventio plurium in idem placitum cum animo obligandi ex iustitia.

L E M M A II. Quatuorplex sit Mandatum?

Triplex: Generale, Speciale, Mixtum. Generale, ratione materiae obligat ad faciendum, quod homo bonae fidei faceret, l. praeter ea, 23. l. si quis, 46. D. mand. Et hic Mandatarius potest facere omnia, quae veniunt ex natura actus, Guzman tract. de evict. q. 5. n. 82. ex l. non dubitatur, C. de evict. exceptis requiruntibus speciale mandatum in casibus iure expressis, cap. quod ad agendum, de procurat. in 6. Ut, ad contrahendum matrimonium, ad donandum, ad transigendum, ad petendam restitutionem in integrum, ad testificandum, ad criminalia, ad alienandum, oppugnandum, ad iuramentum deferendum adversario, l. iurjurandum, 17. §. 1. D. de iure iur. l. mandatum, 60. D. de procurat. l. procurator, 63. D. de procur. Ruz. cons. 93. n. 6. Glos. in cap. quod cogendum, de procurat. in 6. Sponso. v. mandatum, q. 2. cap. 3. & 4. de procur. Ad illa tamen se extenderet, si mandatum esset cum plena, & libera potestate, d. l. iurjurandum, 17. ubi potest deferri iuramentum ab habente generale mandatum cum libera. At iuramentum nequit deferri ab habente generale, cap. per tuas, 9. d. arbit. Ergo habens generale cum libera, potest facere, quae requirunt speciale mandatum. Excepto matrimonio, in quo cum speciali mandato requiritur expressio personae, cap. fin. de procurat. in 6. Ita etiam ad donandum requiritur expressè speciale mandatum, Abb. in cap. petitio, n. 2. de procur. D. d. in l. procurator, §. generaliter, D. de procur. Molin. diff. 30. §. de procur.

2880.

Mandatum generale, speciale mixtum.

Hinc Gaill. 2. observ. 73. ait. Administratores Civitatis posse transigere: quia habent à lege mandatum cum libera. Speciale respicit rem particularem, l. si procurator, 10. §. de procur. Mandatum mixtumque complectitur: ut fac omnia

2881.

Habens mandatum generale cum libera potest. facere, quae requirunt speciale mandatum. Excepto matrimonio.

2882.

Mandatum speciale.

Mixtum.

mea negotia, & specialiter emas fundum Tusculanum.

2883. Ad lites, ad negotia

II. Dividitur in mandatum ad lites, & ad negotia, l. nam &, l. 1. l. 13. D. de pass. l. hoc jure, 86. D. de sol. Ex causa effectiva, III. dividitur mandatum in Expressum; & Tacitum. Expressum, verbis, scriptura, contenta claro signo explicato, inducitur, l. 1. §. 2. D. mand. Tacitum ex conjecturis pullulat: ut si sciens, tactam quando alius pro me fidejubet; tunc tacite mandasse videor, l. si fidejussor, 6. Cod. mand. l. si pro te, 40. l. qui, 53. D. mand.

2884. Expressum, tacitum.

DE EFFECTIBUS MANDATI.

Diximus de Essentia, & Causis. Nunc sermonem expendant Effectus.

L E M M A III.

An mandatum implendum sit in propriis terminis?

Ex §. 12, qui exequitur, §.

2885. Mandati fines custodiendi.

Juris testatissimi est, mandati terminos custodendos, l. diligenter, §. D. mand. cap. cum dilecta, 22. de rescript. c. Pisanus, de restit. spol. Et formam mandato praescriptam servandam esse, l. 3. l. 4. l. si quis, 46. l. si procurator, l. si §. cum frumenta, D. mand. l. cum mandato, D. mand. Mandantis enim voluntas moderatur Mandatarii voluntatem; ita ut capite plebatur addes, aut minuens aliquid mandato in bello, l. 3. §. in bello, D. de re milit. S. Ambrosii, lib. de Paradiso, cap. 12. l. usq. v. Mandatum, contul. 39. Wesumb. in paratist. hoc tit. n. 8.

2886. Corruunt gona supra pines mandati.

Hinc corruunt omnes contractus contra, citra, praeter, ultra fines mandati, l. 3. l. diligenter, §. D. mand. l. cum mandati, 12. Cod. eod. cap. prudentiam, de offic. Delog. Abb. in cap. fin. de restit. spol.

Sed cum totus defectus nullitatis emergat ex carentia consensus Mandantis; hinc si rationabiliter praesumatur certe talis consensus, licet tunc Mandatario illa negotia peragere, quae mandato tacite insunt.

2887. Melior at conditione, mandatis.

Ex quo, Mandatarius potest meliorare conditionem Mandantis, & emere quinquaginta, quod Dominus emendum centum voluit; & potest vendere centum, quod vendi quinquaginta mandavit, ex tacito mandato; & nihil sibi retinere potest Mandatarius, nisi fructus suae industriae non requisitae ad executionem mandati, l. diligenter, §. ubi Bal. & Bart. l. idemque, 10. §. si mandavero, D. mand. l. inq. stipulantem, §. 2. D. de verb. obl. l. si quis mihi bono, §. si mandaverit, §. quod si ex parte, D. de acq. bar. Mand. 7. de ambiguis.

2888. Agit omnia necessaria ad mandatu.

II. Potest Mandatarius facere, quidquid est necessarium, antecedit, sequitur, intercedit rationabiliter in exequatione mandati, l. 2. D. de jurisd. omn. Jud. l. ad rem mobilem, l. ad legatum, D. de procur. Obl. trad. conf. 126. n. 1. Alex. lib. 9. conf. 46. nu. 18. Aretin. in l. Gallus, §. & quod si tantum, nu. 18. D. de lib. & posthum.

2889. Impletur per aequipollens.

III. Mandatum extenditur ad casum similem ex identitate rationis, l. final. §. fin. D. mand. Alex. lib. 2. conf. 32. n. 11. Cravotta conf. 148. n. 31. Impotens implere mandatum, ut extat, potest implere per aequipollens, l. statuimus, de offic. Deleg. in 6. l. fin. §. fin. D. mand. l. sunt tamen, §. in hac stipulatione, D. sol. matrim.

2890.

Nec obstant e. cum dilecta, 22. de rescript. & cap. cum non sacerdotali, de pr. ab. in 6. ubi mandatum debet impleri in forma specifica. Nam intelligitur, si secus deterioretur Mandantis conditio contra rationabilem voluntatem: cum caeteroquin quilibet praesumatur, velle rationabilia.

L E M M A IV.

Qua obligatio nascatur ex Mandato?

Omnis contractus parit obligationem, & actionem, etiam Mandantem inter, & Mandatarium.

2891. Actiones ex mandato.

In specie, Mandatum parit actiones directas contra Mandatarium, ut rem promissam fideliter exequatur, l. diligenter, §. ibi: Et si susceptum non impleverit, servetur, l. si mandavero, 22. §. servetur, l. 10. D. mand. l. cum mand. 12. C. eod. nam mandatum suscipere,

liberum est; susceptum tamen perficiendum, §. 1. hoc tit. d. l. si mandavero, 22. §. servetur.

Haec Actio datur I. pro negotio omisso. II. pro male gesto ex negligentia, dolo, culpabili ignorantia, l. 9. C. hoc tit. III. pro restituendis rebus habitis: puta, scripturis, & negotio finito, l. si procuratorem, 8. D. mand. IV. Ut tecum emolumentum ex negotio detur Mandati, l. idemque, 10. l. ex mandato, 20. l. si mandavero, 22. D. mand. V. Petit rem una cum fructibus, damnis, expensis, & interesse, l. ad componendos, ibi: Quanti interest. C. mand.

Mandatarius adversus Mandantem habet Contrariam Actionem, qua petit, ut indemnis servetur, l. si quis, §. impendit, l. si mandavero, 15. l. si verò, 12. §. si mihi mandaverit, D. mand.

Mandatarius verò excedens fines mandati, repetit, si quid utiliter expendat, non Actione Mandati, sed Negotiorum gestorum: ne damificetur ex beneficio collato, l. ex mandato, 20. D. mand.

Imò etiam si negotium non fortiatur bonum eventum: puta, si lis perdat, tunc pecunia expensa bona fide potest repeti, l. qui mutuum, §. 6. §. jili, D. mand. l. si quis alicui, 27. §. morte quoque, D. mand. Secus nemo vellet praeter operas, in discrimen bona sua vocare, Bart. in l. inter causas, §. non omnia, D. mand. Molin. disp. 544.

Rursus Mandatarius habet actionem contrariam in Mandantem, ut ad obligationem liberetur, l. Lucius Titius, 38. l. si mandatum, 20. 45. §. item si dicit, ubi Bart. D. mand. l. 4. C. eod.

L E M M A V.

Qua culpa teneatur Mandatarius, si res pereant?

Cum mandatum sit in gratia Mandantis, l. si procurator, §. dolo com. l. ex mandato, 20. D. mand. Hinc Mandatarius tenetur tantum ex dolo, & lata culpa, l. procuratorem, C. mand. l. in contractibus, 20. D. de reg. jur. Sed, si Mandatarius sit mercede conductus, tenetur etiam de levissima, l. procuratore, ibi: Omnem culpam, non etiam improvisum casum, praestandum esse. Juris auctoritate declaratur. C. eod.

Quomodo finiatur Mandatum?

Multis modis finitur, quos placet ad tres reducere. I. ad Expressam. II. ad Tacitam Mandantis, vel Mandatarii voluntatem. III. ad Mortem. Qui modi distinctiorem exigunt explicationem. Et I.

L E M M A VI.

De Revocatione ex expressa voluntate.

Ex §. recte quoque, 9.

Mandatum non praesumitur revocatum, nisi expresse probetur, Bal. in c. ex parte, de rescript. nu. 13. Angel. conf. 248. & si post revocationem adhuc Domino sciente Mandatarius procedat in causa, censetur rursus constitutus, Glaf. in l. qui mutuum, §. non idem minus, v. Instrum. D. mand. Alex. conf. 75. Soc. seu conf. 17. nu. 11. Et revocari debet ita mandatum, ut cognoscatur revocatio a Judice, & parte. Nam mandato uno revocato, debet dari alterum legitimum, cum quo possit agere; secus acta essent nulla, Bald. in cap. ex parte, nu. 4. de rescript. mand. lib. 1. tit. 22.

Expresse ergo revocatur mandatum. I. si partes consentiant, l. 35. de reg. jur. in 6. II. revocatur voluntate solius Mandantis re integra, l. ante litem, D. de procurat. l. si verò non remanendi, 12. §. penult. l. si quis alicui, 27. §. servum, D. mand. deo. bio. Et hoc quia soli Mandanti plerumque interest mandatum exequi: & Mandatarius ex mandato non percipit emolumentum, l. ex mandato, 22. D. mand. §. in summa, D. mand. Quod non est in aliis contractibus, qui nequeunt, altera parte invita, revocari, l. sicut, D. de off. & obl.

Quòd si mandatum tangat aliquo modo utilitatem Mandatarii: tunc, prout tangit Mandatarii utilitatem, nequit revocari ille invito, l. si cum sum-dum, D. de pass.

Denuncianda tamen est semper Mandatario voluntas revocandi, ut servetur Mandatarius indemnis, l. si quis, 27. §. qui mandatum, D. mand. Et donec notificetur talis revocatio, Mandatarius recte procedit; nisi ex justa causa non denunciatur, l. si fidejussor,

Quis cogitur suscipere mandatum potest scire.

2892.

Actio directa.

2893.

Contraria.

2894.

Actio negotiorum gestorum datur mandatario excedenti, utiliter si nec mandati.

2895.

Mandatarius ex lata culpa.

2896.

Finitur revocatione expressa, vel tacita, & morte.

2897.

Expresse revocatur consensus utriusque.

2898.

Vel solius mandatarii re integra.

2899.

Revocatio denuncianda Mandatario.

ser, §. si cum debitor, D. mand. §. item si adbus, hoc tit. l. si mandassem, 15. D. mand. l. nomen, C. qua res pign. linter causas, 26. D. mand.

In Matrimonio autem cessat mandatum sola revocatione voluntatis principalis; etiam alteri ignota. Nam talis voluntas in Matrimonio essentialiter exigitur; qua cessante, Matrimonium cessat, c. non injuste, §. fin. de procur. Aug. in l. procuratorem, num. 7. D. de procurat.

III. Mandatum corrumpit, si ex causa Mandatarius illi renunciaret: puta, si suis rebus desit, si inimicitia, vel absentia, superveniat; est tamen id Mandanti denunciandum, l. si mandavero, 22. §. fin. §. si quis, D. mand. l. post litem, 17. D. de procurat. Bart. in l. 1. n. 15. C. de satisfact.

L E M M A V I I.

An Mandatarius possit renunciare mandatum, re integra, sine causa?

Ex §. mandatum, 11.

3901. A ffirmant Montis. 3. de sac. tit. 21. n. 46. Wesemb. in parasit. hoc tit. nu. 9. Layman tract. 4. sect. 5. cap. 25. n. 6. Molinus disp. 151.

Nos negamus l. quia, si pro libito posset mandatum revocari, altera parte invita; ex parte acceptantis non esset obligatio; nec contractus: Cum ex contractu nascatur obligatio; quae obligatio est nulla, si pendeat a voluntate se obligantis, l. 3. D. de oblig. stipulatio, 17. D. de verb. oblig. l. 1. D. de donat.

II. Patet ex Clem. 1. de procur. ex §. mandatum, hoc tit. ex l. mand. 20. l. in re mandata, 21. l. si mandavero, 22. linter causas, & l. si quis autem, 27. §. qui mandatum, D. mand. ubi mandatum potest non admitti sed susceptum est adimplendum, l. 20. tit. 12. part. 5.

III. Patet: quia ex causa potest renunciari, non sine causa, l. si quis alicui, §. mandatum, D. hoc tit. Clem. 1. de procurat. Wesemb. hic. Azor. lib. 9. cap. 6. quaesito 4. Bonac. disp. 1. q. 2. p. 6. nu. 11. citans Reginal. & Rebelle.

3904. Sed fortiter obstat tex. in nostro §. mandatum, ibi: Aut quamprimum renunciandum, & l. si mandavero, 22. §. sicut, D. mand. ubi quis potest renunciare mandatum.

Respondeo, Jura intelligenda esse, ut mandatum possit renunciari ex justa causa.

Replicabis. Contractus non debet claudicare. Sed mandatum est contractus. Ergo non debet claudicare. Ergo si Mandans pro libito potest revocare, Mandatarius etiam poterit pro libito mandato renunciare.

3905. Hoc argumentum probaret, donationem inter vivos posse revocari a Donante: sicuti Donatarius potest illi renunciare, quod nemo dixerit. Ille ergo, in cuius beneficium est mandatum: ut est Mandans, potest revocare, non verò Mandatarius, qui acceptando mandatum, donavit suas operas Mandanti. Nec potest renunciare mandato semel suscepto: ut Donans nequit donationem revocare.

Ex causa verò renunciatur, & interim, donec renunciatio notificetur, acta tenent, l. si mandassem, ibi: Tu antequam scias me vetuisse, emisisti, tibi obligatus eris ne damno afficiatur is, qui suscepit mandatum, l. si fidejussor, §. si cum debitor, linter causas, 26. D. mand. l. nomen, C. qua res pignor. oblig. Bald. in l. si procuratorem, col. 2. D. de procurat.

L E M M A V I I I.

De Revocatione tacita Mandati.

Mandatum tacite praesumitur revocatum, l. si cesset causa finalis mandati. Sic, finita lite, cessat procurator datus ad lites; ad eleemolynam faciendam tali pauperi, cessat mortuo paupere. Si ob absentiam sit constitutus a Domino absente, Domino praesente, cessat mandatum, l. qui mandatum, §. non idè minus, D. mand. Et mandans occidit inimicum, tacite revocat mandatum, si inimico reconciliatur, Bart. in l. mutari, n. 5. D. de procurat. l. mol. in Clem. 1. n. 22. de procurat.

II. Tacite revocatur mandatum adventu diei, ad quem fuit mandatum constitutum, Bart. in l. fin. n. 4. D. de procurat.

III. Revocatur tacite, si Dominus repetat scipi-

pturas datas Mandatario ad exequendum mandatum: sicuti traditio scripturarum censetur mandatum tacitum, l. negotiorum, §. procurator, ubi Angl. tutor, D. de appell.

IV. Datione secundi mandati censetur revocatus primus Mandatarius, si secundum mandatum sit incompatible cum primo, l. si quis cum procurator, §. Julian. D. de procurat. Castrenf. lib. 1. conf. 5. Rota in antiq. dec. 2. num. 4. & decis. 14. eod. tit. Nam tunc secunda revocat primam voluntatem, l. cum in. 2. D. de injusto rupto, §. posterior, Insist. quib. modis testam. infirm. l. pater filio, ubi Imol. D. de heredib. Insist. Sed si secundum mandatum sit diversum a primo: ut si primum sit ad lites, secundum ad negotia, utrumque tenet, l. fin. §. cui dulcia, D. de vino, & trit. legat. Rota decis. 16. de procurat. in novis.

IV. Si Mandatarius evadat inimicus: vel mutet statum, in habilitate, exilio: aut facultatibus labatur: tunc cessat mandatum, l. cum quis, l. Cornelius, ubi Bart. D. de solut. Bal. in c. ex parte, n. 4. de rescrip.

V. Si Principalis, absente Mandatario, se ingerat negotiis, censetur revocare mandatum, Mant. l. c. n. 3.

L E M M A I X.

De Revocatione ex Morte.

Ex §. Item si adbus, 1.

Morte Mandantis, re integra, cessat mandatum, l. mand. 15. Camand. linter causas, 26. l. si procedente, §. 2. l. si quidem donationis, D. mand. l. si filius, D. sol. matr.

Ratio: quia morte Mandantis voluntas cessat. Ergo etiam mandatum, quod sine Mandantis voluntate subsistere nequit, l. quaesitum, in fin. D. qui & a quibus locatio, D. loc. Mors tamen debet innotescere Mandatario, l. mandatum, §. 7. D. mand.

Sed durat mandatum mortuo Mandante, cujus jurisdictionis ordinaria durat: quia est annexa officio: quod non extinguitur morte Concedentis. Intelligas, si Jurisdictionis Mandatum sit nomine appellativo: puta, Pape, Episcopi, Sedis. Tunc enim mortuo Mandante, durat mandatum. Si verò mandatum sit factum nomine proprio Delegantis: puta, Ego Benedictus mando: tunc perit mortua Mandante, c. quoniam Abbas, de off. Deleg.

Si res non sit integra, durat mandatum Jurisdictionis, sive alterius rei, licet, c. ratum, de off. Deleg. linter causas, 26. l. & quia, l. alicui, D. de jurisd. omni. Jud. c. fin. de off. Leg. in 6.

Morte etiam Civili mandatum cessat, DD. in Clem. fin. ubi Cardin. q. 14. de procurat. arg. l. actione, §. pu- blicas, D. pro socio.

Revocatur etiam mandatum morte Mandarii, re integra, l. si quis, 27. D. mand. nisi mandatum sit nomine appellativo: puta, Sedis Episcopi. Nam Sedes non perit, c. pastoralis, §. 1. de off. Ord. c. quoniam Abbas, de off. deleg.

Cur autem mandatum cesset, & ultima voluntates morte confirmantur?

Ratio disparitatis est, I. Quia mandatum respicit societatem convictus humani: qui convictus morte cessat. Cum Mandans morte transferatur in alium, rerum Ordinem. II. ut mutatione notabili, ex dictis num. 2930. Ita mutatione Mortis omnium maxima cessare debet mandatum.

At ultimæ voluntates per se respicientia post mortem contingentia, ingenti ultima mutatione, morte confirmantur: hoc est irrevocabiles redduntur. Quia sequenti nequeunt amplius contraria voluntate revocari, cap. si Delegatus, de off. Deleg. in 6. Bart. in l. & quia col. ult. D. de jurisd. omni. Jud. Dec. in c. ad nostram, num. 25. de confir. util. Actus enim respicientes exequenda post mortem, confirmantur, non extinguntur morte: ita ut nec morte expiret; sed etiam firmum remaneat mandatum post mortem implendum, l. si mandassem, 15. D. mand. Ergo fortius ultimæ voluntates per se post mortem implendæ, morte non extinguntur.

Major difficultas est in mandato occidendi, si Mandans moriatur, non revocato mandato. Nam moriens cum tali voluntate: ut quisvis alius cum voluntate peccandi mortuus damnatur; & in tali vo-

2908.

Repetitione scripturarum.

2909.

Secundo mandato.

Inimicitia

2910.

Naturali morte mandantes re integra extinguitur mandatum.

2911.

Nisi nomine officii detur mandatum.

2912.

Re non integra durat mandatum.

Finitur morte civili.

2913.

Eodem modo revocatur Mandatarii morte.

voluntate in æternam perseverabit. Ergo mors non inducit revocationem mandati. Tu dicas, mandatum tunc cessare, Juri presumptione; Quia quisvis vult salutem animæ suæ.

L E M M A X.

Quando Mandatum perseveret mortuo Mandante, te integra?

2914. Durat I. quoties mandatum desceiscit à ratione mandati: puta, si Mandatarius lucrum reportet: ut, quia est procurator in rem suam, qualis est, qui habet negotii emolumentum, aut si mercede sit conductus, l. passum, D. de probat. l. 1. D. loc. Ruin. lib. 3. conf. 15.

Durat post mortem, si tempus sit contractum.

II. Mandatum ad certum tempus durat usque ad illud tempus, etiam mortuo Mandante, l. locatio precarii, D. loc.

III. Si dicat, committo causam, donec revocavero, Mandatum durat post mortem, nisi ante fuerit revocatum, l. si verò non, l. 2. §. fin. D. mand.

2915.

Si sit mandatum necessarium

IV. Mandatum necessarium: puta, ad solvendum debita, ad executionem gratiæ jam concessæ, durat mortuo Delegante, s. si super gratia, de off. Deleg. Bald. in l. si quis, D. de procur. Nam præsumitur, quem velle impleri suam obligationem, etiam post mortem.

Ad pias causas.

V. Favore Piae causæ, Dotis, libertatis, mandatum non extinguitur morte Mandantis. Nam præsumitur confirmasse mandatum pro anima sua, c. exiit, qui serviat, §. in eo verò, de verbor. signif. in 6. ubi Bal. Covarr. 1. var. cap. 14. n. 16.

2916. Favore libertatis.

VI. Favore Libertatis durat mandatum mortuo Mandante, l. si pater, ubi Glos. v. favore, D. de manum. vind. Idem est favore Dotis, l. si ego Seja, 9. D. de jure dot. Mol. disp. 243.

2917.

Quo ad actiones.

VII. Favore Pacis, mortuo Mandante, adhuc durat mandatum de pace faciendâ, l. 2. D. ad Syllan. l. si verò, l. 2. §. fin. D. mand. Mant. 7. de tac. lit. 23. in fin.

VIII. mortuo Mandante, remanent actiones pro gestis usque ad mortem Mandantis, si morte mandatum extinguitur, l. si præcedente, §. 3. D. mand. ibi: Quia mandatum morte mandantis, non etiam mandati actio solvitur. Bart. in l. ejus, qui, num. 16. D. si cert. pet.

2918.

Et collatum post mortem mandantis.

IX. mortuo Mandante durat mandatum collatum post mortem Mandantis: ut de ædificando monumento. Ratio: nam tunc mandatum incipit post mortem habere vim. Ergo tunc delinere nequit, l. si verò, l. 2. §. fin. l. si mandassem, 15. D. mand. l. mortis causa, §. Titia, D. de donat. causa mortis, Alex. in l. fundi, nu. 8. D. de acquir. poss. Et tunc hæres non revocat, nisi ex causis, ex quibus defunctus revocasset, l. fundi venditor, in fin. D. de acq. poss. Aug. conf. 334. num. 2. Sed per mortem finitur, si Mandans sine hærede decedat, Glos. de oblig. Cameral. par. 5. q. 3. nu. 4. quem sequitur D. Scoppa ad Controv. R. Merim. cent. 2. f. 31. sub n. 6.

L E M M A XI.

DE MANDATO PROCURATORIO.

Procura est mandati species, includens multa specialia, quæ hic edisseramus oportet. Et sic quaerimus ergo.

2919.

Quis sit procurator

Quid sit Procurator? Idem est ac Curator pro alio, Wesemb. hic De procur. n. 2. Definitor, est Mandatarius, qui aliena negotia vero mandato Domini administrat gratis, l. 1. D. de procur.

Ly Mandatarius est genus. Ly Mandato Domini, est ad differentiam Tutoris, & Curatoris, qui legis mandato administrant. Differt etiam à Negotiorum gestore, Nam Negotiorum gestor non habet verum mandatum, Molina disp. 481.

Differt.

Ly Aliena negotia, dicitur, nè comprehendantur illi, qui propria gerunt negotia, qui sui ipsius non sunt Mandatarii.

Comprehendit etiam Procurator ad litem, & ad cætera negotia: quia etiam lis negotium est.

2920.

Ab Advocato.

Ly Administrat, distinguit Procuratorem ab Advocato: Nam Advocatus non administrat, sed tantum merita causæ pandit sine mandato, tit. Cod. de possul. rem non, §. patroni, §. de judic.

Differt etiam à Nuncio, qui non cognoscit rem, nec de ea arbitratur; sed tantum exequitur, quod ei commissum est, l. si pupilli, 6. §. item, D. de neg. gest. ut si quis dicat: dic Cajo, ut vendat mihi equum A. & tunc Nuncio non cognoscit: an equus sit bonus, vel malus? Si verb committat, ut equum emat, & ejus bonitatem examinet, tunc est procurator.

2921. A Nuncio

Nota hic, quod procurator in rem suam est, qui aliquam percipit utilitatem ex lite, vel negotio ad instar Domini: licet lis & res aliena sit, l. quæ omnia, §. plenè, l. si actor, 29. l. 34. D. mand.

2922. Quis procurator in rem suam.

L E M M A XII.

Qui Procuratorem constituere possit?

Omni Jure non prohibitus procuratorem constituere potest, l. mutus, & surdus, 43. §. 1. D. de procur.

2923.

Prohibentur etiã constituere procuratorem, qui contrahere nequeunt. Nam procuratorem constituere, est contrahere mandato.

2924.

Hinc non dant procuratorem Infantes, Furiosi, Ebrii, Pupilli, Minores, sine autoritate Tutoris, & Curatoris, Servis; nam servo Dominus dat procuratorem, l. servus, 33. D. de procur. Religiosi, nec Pilius major, nec nequit contrahere, nisi de peculio castrensium, quæsi, & adventitio, l. filius, l. non eo, 14. Cod. mand. quod si contrahat in peculio profectio, cæterisque bonis paternis, tunc debet præstare cautionem de rato: hoc est, patrem ratificaturum contractum à se factum, l. filius, §. l. servus, D. mand. l. Pomponius, §. fin. D. de procurat. l. si longius, §. 1. D. de jud. l. exigendi, C. de procur.

Qui nequit procuratorem constituere;

Universtitas, & non ejus personæ privatæ ad negotia Universtitatis, procuratorem constituere possunt, Abb. in c. edoceri, de præscrip. Speculator tit. de procurat. §. ratione, col. 1. Sed si causa sit publica, & popularis ad privatum spectans, ille potest dare procuratorem, l. non exigendum, 45. l. licet, 42. §. ad actionem injuriam, D. de procurat.

2925.

Marius pro Uxore potest in judicio esse procurator, nisi prohibeatur, l. 21. C. hoc tit.

Universtitas constituit procuratorem.

Plures possunt, & insolidum constitui procuratores, l. 31. D. de procur.

Vir à uxoris procurator.

L E M M A XIII.

Quotuplex sit Procurator?

Juxtâ divisionem mandati, alius generalis, alius specialis, alius mixtus, alius ad negotia, alius ad lites, alius gratis, alius mercede conductus, l. 1. l. 3. l. 4. D. de procur.

2926.

Gratis ille potest esse procurator, qui potest donare: nam Mandatarius tunc donaret sua opera. Si verò loquamur de mercede conducto. Ille potest esse procurator, qui potest contrahere: nam procurator cum Domino contrahit, l. 1. D. de procur. Unde Religiosus, servus, capite diminutus nequit esse procurator, l. servus, D. hoc tit. l. reum, 6. C. de procur. l. servus, D. de reg. jar. Non tamen valet: qui potest contrahere, potest esse procurator. Nam plus Jura exigunt ad procuram, quam solum habilitatem contrahendum.

2927.

Hinc I. fœminæ contrahere queunt, non verò procuratoris munus obire, l. alienam, 19. C. de procur. nisi in necessitate pro merito, filiis, causa pia, l. 4. C. de procur. Affl. dec. 143. II. Persona in magna dignitate constituta non est procurator, l. si quis, 16. l. si quis, 34. C. de decur. l. filius, §. veterani, D. de proc. l. si militem, C. de procur. III. Nec Miles, l. militem, 7. l. qui stipendia, 9. C. de procurator. non tantum, D. de appell. Qui tamen est procurator. I. pro militia, sub qua militat. II. pro eruendo consanguineo ab ultimo supplicio. III. in lite cœpta, nisi opponatur militia, l. 3. §. militi, D. de liberali caus. IV. Veteri an possunt esse procuratores, l. filius, §. veterani, D. de procur.

2928.

IV. Absens causa Reipublice non est procurator, l. si quis, 34. C. de Decurion. lib. 10. l. 54. D. de procur. Qui nequeunt esse procuratores, adhuc admittuntur in re propria, pro consanguineis, & affinibus, si caveant de rato, l. Pomponius, 4. §. fin. l. qui proprio, 48. l. qui duos, 47. D. de procur.

Fœminæ non est procuratrix;

Lite incapta procurator mutatur. Cum causa: puta, si sit suspectus, vel inimicus, &c.

Quilibet est procurator in re propria.

2929.

l.17.l.20.21.l.22.l.23.l.24.25.D.de procur. Nequit tam men sine causa mutari, ne Judici, & parti Actor sit molestus, l.16.l.17.D.cit.tis.

Qua forma detur Procurator.

2931. Perficitur consensu.

Perficitur hoc mendatum consensu, five per epistolam, five nutu, five verbis, five per nuncium, innotescat, pure, sub conditione, ad diem, &c. l.1.5.6.7.13.D.cit.tis. Procurator vero ad lites, debet esse praesens in iudicio, l.1.3.5.6.l.qua absentem, 75.D.cit.tis.

I. E. M. M. A. XIV.

An Procurator ad lites gratis possit deferere causam susceptam?

2932. Neguit deferere litem susceptam sine causa.

Nega: nam cogitur omnino captam litem prosequi, l. filius, §. ult. cum ll. seq. D. de proc. ex quibus sic probat D. Scoppa ad Controv. R. Merl. m. cent. 2. cap. 64. n. 5. in fin. Nisi subsistat causa rationabilis, l. qui proprio, 46. §. procurator, l. ante litem, 17. l. 13. l. procurator, 67. l. si reus, D. de procur. l. ex mandato, D. mand.

Causa deferendi procuram ante litem contestatam, potest cognosci a partibus; post litem contestatam a Iudice, quod ultimum non est in usu. Semper tamen causa debet intercedere, l. ante litem 16. §. post litem 17. l. 27. l. 73. D. de procur.

2933. Puta, inimicitia, in firmitate, &c.

Causae sunt I. Inimicitia capitalis. II. Dignitas superveniens. III. Absentia Causae Reipublicae. IV. Adversa valetudo. V. Peregrinatio necessaria. VI. Carendus superveniens. VII. Praesentia Domini litis. VIII. Mors Domini ante contestationem. IX. Ingressus Religionis. X. Ordo sacer susceptus. XI. Si sit suspectus. XII. Si sit in vinculis, captus ab hostibus, vel praedonibus. XIII. Si adversario sit affinis. XIV. Si sit haeres aduersarii. XV. Si sit immatura aetatis, &c. l. 3. l. 3. §. si inimicitia, l. 9. l. 17. l. 18. l. 19. l. 22. D. de procur.

I. E. M. M. A. XV.

De Procuratore legitmando, & ejus satisfactionibus?

2934. Procurator legit mandus.

Procurator debet esse legitimus: hoc est debet constare ipsum esse procuratorem: secus ejus acta sunt nulla, l. licet, 24. C. de procur. & declarat D. Scoppa ad decis. Gratian. obser. 205. quam sequitur D. Altmar. de nullit. 2. rub. 11. quast. 1. n. 40.

Cavere debet de ratio.

Dat Procurator duas cautiones, I. De ratio. II. Judicatum solvi. Cautio de ratio praestatur ante litem contestationem, l. Pomponius, 40. §. si stipuletur, l. qui proprio, 46. D. de procur. & praestatur, quando deest certo mandato, d. l. Pomponius, 40. d. l. 46. §. qui alium. Sic cavet filius, qui pro patre potest agere sine mandato, l. non solvi, 39. D. de procur. §. procurator, Inst. de satisfd.

2935. Litem iudicatum solvi.

II. Procurator debet cavere iudicatum solvi, l. 4. C. de satisfd. l. minor, §. 1. D. de proc. l. si procurator meus, 28. D. de procur. Et hoc in omnibus causis, etiam si filius agat pro Patre, l. 15. D. de procur. l. qui satisfacere, l. stipulationum, §. D. de verb. oblig. l. 1. C. de satisfd. l. filius, 24. D. qui satisfd.

2936.

Nemo enim est idoneus defensor, nisi caveat iudicatum solvi, l. 46. l. 53. D. de procur. l. actor, D. rem rasant bab.

Per contestationem litem Procurator facit causam suam.

Nota hic, procuratorem per contestationem litem facere causam suam, c. 1. de procur. in 6. l. 1. C. de sent. & interl. l. 1. D. de procur. Et sic debet defendere actionem reconventum a Reo, praestita cautione iudicatum solvi, l. sed & haec persona, 35. §. praeter satisfdationem, D. de procur.

I. E. M. M. A. XVI.

Quid faciendum, quando sunt plures Procuratores insolidum?

2937. Unus ex pluribus potest ante altero agere.

Resp. quod tunc unus potest agere sine alio, & preoccupans praestetur, l. pluribus, 32. D. de procur. cap. penult. de elect. Rota dec. 13. in antiq. Alex. lib. 7. conf. 92. n. 6. Baldus l. si ita, D. de in jus voc.

Si plures simpliciter constituantur; tunc omnes simul agunt tantum, Glia in pluribus, ubi Bart. n. 3. D. de procur.

Civitas numerum eorum constituit pro procuratore.

Plures simul agentes, & conventi nomine Universitatis, Collegii, unum debet constituit procuratorem, l. 4. §. creditoribus, D. de fideic. libert. Gratian. dec. 107. n. 4. Franck. dec. 309. Castill. dec. 33. n. 19. Menoch. 3. praes. l. 37. & alii, cum quibus inquit D. Scoppa ad decis. Gratian. obser. 107.

Tom. II. Lib. III.

Quae requirant speciale Mandatum? Procurator, aut est generalis ad omnes causas, aut specialis. Generalis ad omnes includit tantum consuetas, c. cum Marta, de celebr. miss. l. 10. D. de procur. Specialis tantum exercet ea, ad quae constitutus est. Et caetera decidat: prout supra de mandatis in genere dicebamus.

2938.

An Procurator possit facere pactum de quota litis? Nega. Et pactum de quota litis est de aliqua parte certa litis: ut de quarta parte, medietate, &c. litis l. 7. D. mand. l. si quis, C. de postulau. l. item, C. de procur. Licet Plutarch. ap. 25. n. 30. velit posse conveniri de certo iusto iure pro labore. Sed vide, quae plenè tradit D. Scoppa ad decis. Gratian. obser. 218.

2939. Requiritur pactus de quota litis.

An Procurator possit substituere alium? Procurator ad negotia potest nisi id sit ei prohibitum, vel gravitas negotii id non permittat, l. si procuratorem, §. si quis mandaverit, D. mand. Ad iudicia vero non potest alium substituere; nisi in mandato id dicatur, vel lis sit contestata, cap. 1. §. licet, de procur. in 6.

2940. Quando substituitur alium.

Ex qua culpa teneatur Procurator? Ref. Quod si recipiat pecuniam, tenetur de culpa levi, & in undum quoddam etiam de levissima, l. in procuratore, C. mand. Si vero nihil recipiat, tenetur de lata culpa, & dolo. Quod idem dicas de procuratore ad negotia, secundum doctrinam supra traditam, ex l. contractus, D. de reg. iur.

2941.

DE OBLIGATIONIBUS, QUAE EX QUASI CONTRACTU NASCUNTUR.

TIT. XXVII.

Quis sit Quasi contractus.

Hucusque orationem detinuit Contractus, genus, & species: modo Quasi contractus ad se illam convertit. Quasi contractus est, omnis titulus sine conventionione partium obligationem; Si non sit delictum, vel quasi delictum; ut titulus hereditarius, tutelae, negotiorum gestio, & communitas, litem contestatio. De quibus singulis.

2942. Definitio.

Quotuplex sit.

Obligatio ex quasi contractu est septuplex. I. ex negotiorum gestore. II. ex tutela. III. ex rerum communione. IV. residet in haerede pro praestandis legatis. V. ex solutione indebiti per errorem facta. l. si quis absentis, §. D. de oblig. & aff. VI. ex confusione confusum, sine dolo, & culpa, l. si irruptione, §. 1. D. fin. regund. VII. ex litem contestatione. l. licet, 3. §. idem scribit, D. de pecul. &c. Hic, alibi non delibata, explicemus.

2943. Est septuplex.

I. E. M. M. A. I.

De Negotiorum gestore.

Ex §. igitur, 1.

Est, qui absque mandato absentis, aut ignorantis negotium utiliter gerit, l. 1. D. de neg. gest. l. si quis absentis, 7. D. de oblig. & aff. Is acquirit actionem contra ignorantem, cujus negotium gerit; qui tenetur rem gestam ratam habere, & solvere expensas necessarias, & utiles, damnum, & lucrum, ac laboris aliquam compensationem facere, l. 2. D. de negot. gest. l. si quis absentis, §. D. de oblig. & aff. Idque receptum est causa utilitatis, ne absentium negotia deserantur. Quae nemo curaturus esset, si de eo, quod impendisset, nullam habiturus esset actionem: ut loquitur tex. hinc.

Nam quancumque adest adest, vel cultus nascitur actio ex delicto, vel quasi.

Ly Absque mandato, est ad differentiam mandati. Ly Absentis, aut ignorantis, indicat esse mandatum tacitum, si sciat, & non contradicat negotium geri, l. 1. l. si negotia, 11. D. de neg. gest. l. si remunerandi, §. passus, l. qui patitur, 13. l. si pro te, 40. D. mand.

2944. Quid sit negotiorum gestor.

Dices. Datur negotiorum gestor cum mandato, l. ut 19. §. si libero, D. de neg. gest. Ergo male dictum est, negotiorum gestorem esse sine mandato. Resp. ibi mandatum fuisse nullum: quia fuit datum alicui servo, cum fuerit liber. Et sic tantum remansisse negotiorum gestore.

2945. Non exigitur nec tantum mandatum.

Ly Utiliter gerit, denotat, satis esse bene geri negotium: puta, ut emat domum, licet male eveniat: sc. terremoto corrumpat, l. sed an, 20. §. 1. d. 12. in fin. l. ex duobus, 27. D. de neg. gest.

Obiectio:

Quam diligentiam adhibere teneatur? Negotiorum gestor debet exactam diligentiam adhi-

2946. Satis est bene negotium gerere licet fortuito res pereat.

Tenetur ex levi. adhibere, & reddere rationem administrationis, l.2. D. de neg. gest. l. si absentis, D. de act. & oblig. Ita ut etiam de levi culpa tenetur, nisi eo res veniret, ut nullus veilet negotium suscipere; tunc enim tantum de lata culpa, & dolo tenetur, l.3. §. interdum, D. de neg. gest.

2948. Sed si alius diligentior fuisset negotium suscepturus; tunc teneretur de levissima, Glos. hic, v. ad exactissimam, ex l. si pupilli, §. videamus, D. eod. l. 1. §. saepe, §. 5. D. de pos.

Nisi diligentior velis negotium agere. De casu fortuito non tenetur; nisi nascatur ex culpa negotiatoris, vel ad illum se obliget, l. si negotia, 11. l. sed an vulgo, 10. §. 1. l. 12. §. fin. l. 27. D. de neg. gest. vel suscipiat negotium, quod agere non conlueverat, l. si negotia, D. eod.

2949. Hinc inventor rei aliena, nihil exigere à Domino rei potest, nisi laborem, & expensas, l. falsus, §. qui rei aliena, D. de furt.

L E M M A I I.

De quasi contractu tutela.

Ex §. Tutores, 2.

2950. EX tutela oritur obligatio ex quasi contractu inter pupillum, & Tutorem, etiam invitum, ut res, exacta diligentia, administraretur, & administrationis rationem reddat. Et Pupillus obligatur Tutori pro expensis factis in ejus commodum, l. si quis, §. §. 1. D. de oblig. & action. De quo lib. 1. n. 542.

L E M M A I I I.

De quasi contractu ex communiione rerum.

Ex §. item si inter aliquos, 3. & 4.

Communitas sine societate est si unius consensu res in commune fontatur. SI nulla societatis conventio precedat, nascitur quasi contractus, si res sit in communiione, ad hoc, ut res communis dividatur, l. 2. D. comm. divid. De quo lib. 4. n. 691.

L E M M A I V.

De quasi contractu inter Hæredem, & Legatarium.

Ex §. hæres quoque, 5.

2951. Hæres ex, quasi contractu tenetur legatariis: nam ejus obligatio non est ex contractu, delicto, vel quasi delicto; sed ex quasi contractu, l. 1. §. adeo, D. de pact. Eo enim ipso, ac hæres hæreditatem addit, censetur suscipere obligationem præstandi legata: & legatarius potest legata petere, per actionem personalem adversus hæredem: per rei vindicationem, quando legatum est in specie: & per hypothecariam actionem, quando legatum est in genere, l. 1. C. communia, de leg. Sed de his lib. 2. Inst. de leg.

L E M M A V.

De quasi contractu ex solutione indebiti.

Ex §. item is cui, 6. & 7.

2952. INdebitum per errorem solutum, animo se liberandi à debito repeti potest, & qui accepit, tenetur restituere, tex. hic, & in tit. D. & C. de solut. indeb. & sic præsumitur dare animo, ut reddatur, si non sit debitum. Nemo enim debet alieno damno locupletari. l. 14. D. de solut. indeb. & ex hoc quasi contractu oritur conditio indebiti.

2953. Potest etiam esse contractus, si fiat pactum, ut restituatur, si apparebit indebitum, l. 2. D. de cond. indeb. Nam tunc est conventio plurimum. De qua solutione indebiti sup. n. 638. ad 656. Unde tempus est, ut ulteriora petamus.

PER QUAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ACQUIRATUR.

T I T. XXIX.

2954. DICTUM est huc usque, quomodo per nos acquiratur nobis; & dictum est lib. 2. quomodo per alios nobis dominium quaeratur. Videamus nunc, per quas personas nobis obligatio acquiratur.

2955. Quæ, filiusfamil. patri acquirat. Brevissimè acquiritur patri per filium: Domino per servum; Monasterio per Monachum; & per Procuratores, Tutoresque Administratores illis, quorum bona administrant.

Patri acquiritur per filium in profectitiis totum, in adventitiis usumfructum, totus durante, medietas, soluta patria potestate, in aliis nihil, licum oportet, 13. C. de bonis, quæ lib. De quo lib. 1. n. 278. ad 287. Acquisita verò à Clerico filios, etiam primæ ton-

suræ, sunt quasi castrensia, & sic nihil Patri acquiruntur, §. præbyteros, Auth. de Sanctiss. Episc. Auth. præbyteros, la 1. l. Sacrosanctæ, 32. C. de Episc. & Cler. Quod intelligas; non solum de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, ut putavit Oltiad. consil. 17. n. 2. Sed de omnibus; itaut, quæ in laico sunt adventitia, in Clerico sunt quasi castrensia, d. Auth. Præbyteros, ibi: Res quomodolibet ad eorum dominium venientes. Abb. in cap. constitutus, n. 7. de n. egr. restit. Capolla cautela 113. n. 2. Quæ vera sunt, licet Clericus non fervet requisita Trid. sess. 23. cap. 6. de reform. scil. non deferat habitum, & tonsuram, nec Ecclesiæ serviat ex Episcopali licentia.

Clerici tamen conjugati hoc privilegio carent. Nam non habent aliud, præter privilegium fori, & Canonis servatis requisitis. Trid. sess. 23. cap. 6. de reform. cap. univ. de Cler. conjug. in 6. Caldas in l. si Curator, v. l. e. s. n. 104. in fin. C. de integ. restitut. Acquiritur etiam per fervos Dominis, l. quod atinet, D. de reg. jur. Sed de his lib. 1. n. 254. satis.

QUIBUS MODIS TOLLITUR OBLIGATIO.

T I T. XXX.

DICTIS de ineunda, adnectamus dissolvenda obligationis modos.

Obligatio tripliciter tolli potest. I. Totalitèr extincta obligatione. Et sic tollitur, solutione, acceptilatione, compensatione, præscriptione, consensu partium, annullatione, & rescissione per Judicem. II. tollitur commutatione unius obligationis in aliam, ut, novatione, delegatione, confusione. III. tollitur obligatio incerta in judicio tribus modis. Compromisso, transuisione, sententia Judicis. Ista cursim: frequentiores modò species exponamus.

D E S O L U T I O N E.

Ex §. tollitur autem omnis.

Solutio est formalis debiti extinctio, traditione ejus, quod debetur. l. nullus, C. de solut. l. 2. tit. 24. p. 5. largè accipitur pro qualibet liberatione à debito.

2959. Quid sit? Propriè solutio est, qua solvitur in specie, prout conventum est. Et hæc dicitur naturalis solutio, & liberat etiam Creditore invito, l. solutum, 49. D. de solut. Et de hoc currit, unum pro altero solvi non posse, invito Creditore, licum à qua, 16. C. de solut. l. 2. §. 1. D. si cert. pet. Bald. consil. 194. Auth. hoc nisi, C. de solut. Id tamen non currit, quando unum pro alio solvi nequit, Bart. in l. si quando, §. hæres, D. de leg. 2.

Res solvenda potest esse in triplici specie. I. potest esse pecunia; ut patet in Emptore. II. potest esse merx; ut patet in Venditore. III. potest esse factum, ut si quis locet suas operas, l. 1. D. de oblig.

2960. An creditore invito tollatur obligatio? Facta solutione, prout conventum est, liberatur Principalis, Fidejussor, Pignus, Hypotheca, Expromissor, locum principalis, D. de reg. jur. Nam nequit aliquis remanere obligatus, solutione totali posita, Bald. lib. 5. cons. 263. Alex. lib. 6. cons. 106. in fin. * quæ obligationem omnem quomodocumque contractam dissolvit, ut ait D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 11. n. 14. ex ppenult. & tot. tit. D. de solut. & Instit. quib. mod. toll. oblig.

2961. Quid faciendum, si Creditor nolit solutionem recipere?

Cum interfit Debitori, se esse solutum debitis, l. qui decem, 72. D. de solut. Hinc liberatur à debito principali, & usuris etiam Creditore invito; si adimpleat tria. I. ut solvat in specie totum debitum, loco, tempore, & modo convento. II. Ut interpellet Creditorem. III. Ut decreto Judicis deponat in Banco tuto, qui Judex potest præcipere, ut intrà tale tempus creditor accipiat solutionem, vel amittat debitum in penam contumaciæ, l. ob signatione, 9. C. de solut. ubi Bart. & Paul. l. acceptum, C. de usur. Sylvester v. solutio, n. 1. Et Creditori tunc precurt, l. qui decem, 73. l. si solutum, l. si debitor, D. de solut. Tusch. v. solutum, concl. 352. n. 16.

2962. Quis solvere tenetur?

2963. Depositar in loco tuto Judicis mandatis. Omnes Debitores solvere tenentur, quoties, §. sicut autem, D. de adm. tut. l. si procurator, D. de cond. indeb. Legatarius etiam solvere cogitur, deficientibus aliis bonis Testatoris. Nam legatum debetur deducto

Clericus patris. non acquirit.

2957. Quid in Clericis conjugatis

2958. Quod modis tollatur obligatio.

2959. Quid sit?

2960. An creditore invito tollatur obligatio?

2961. Triplicem species rei solvenda.

2962. Facta solutione liberatur etiam fidejussor, pignus, &c.

2963. Depositar in loco tuto Judicis mandatis.

2964. Legatarius solvit ex legato et alienis.

duo ore alieno, Sylv. verb. resitutio.

An possit debitum extinguere, ignorante debitore?

2965. Affirma. Si Creditor accepisset solutionem ab alio oblatam; nam tunc illigo extinguitur jus creditoris, & cessat debitum. Nequit enim remanere unum sine altero correlativo. Et sic nec Debitor sine Creditore, l. manifesti, 17. C. de solut. ubi Bart. Bald. Salyc. l. si pro me, l. solutionem, D. de solut. l. solvendo, D. de neg. gest. Jafin l. si res obligata, n. 14. D. de leg. 1. Ac teneri Creditorem ab alio solutionem accipere, si id in ejus damnum non cedat, scribunt Tapat. & alii, quos sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observo. 215. num. 2.

Cui solutio fieri possit?

2966. I. Fieri possit principali Creditori, l. res, l. quamvis, D. de solut. l. nihil interest, q. d. marito, 12. C. de solut. l. 5. tit. 14. part. 5. Paul. & Imol. in l. in hoc jure, D. de sol. ult. C. ad l. Jul. Majest.

2967. Excipias illos, qui rerum carent administratione; ut sunt Filiisfam. Pupilli, Minores. Nam tunc illis fit solutio per Tutorem, vel Curatorem, l. solutum, D. de solut. l. si unus, D. de pact. l. 4. part. 5. tit. 14. Idem est, si Creditor sit amens, Religiosus. Nam tunc Curatori, & Monasterio ratione ipsorum fit solutio, l. si quis stipulatus, D. de solut.

Si plures insolidum sint Concrei credendi, solutio facta uni, liberat omnes, sed solvens habet actionem contra Concreos, l. solutum, D. de sol. l. si unus, D. de pact.

2968. Invito rationabiliter Creditore, nulli potest solvi, l. hoc jure, 16. l. cum quis, 38. D. de sol. l. invito, 12. Cod. eod. Secus rerum suarum quis moderator non esset, contra l. in re mandata, C. mand.

Reluctante Creditore, solutio fieri potest, I. III, cui dictum est in contractu, ut fiat solutio, l. vero procuratori, l. si ita stipulatus, 11. l. cum quis, 28. l. cum decem, 71. D. de solut. ubi Bart. & Castrenf. qui adjectus nequit alium substituere, vel acceptum ferre, vel remittere debitum, l. si stipulatus, in princip. D. de solut. Molin. disp. 563. n. 5.

Eique potest fieri solutio, etiam Creditore repugnante, in loco destinato, l. non utique, §. idem Julianus, D. de eo, quod certo ioc. l. vero procuratori, §. ult. D. de solut. l. procurator, cui generaliter, D. de procur. Filiuc. tract. 39. cap. 10. quaest. 8. n. 179.

2969. Sed solutio nequit fieri, si mutet statum ille, cui statutum est in contractu, ut fiat solutio: ut si profiteatur Religionem, aut deportetur, l. cum quis, in princip. D. de solut. Molin. l. c. n. 5.

2970. II. Procuratori speciali ad exigendum fit solutio, l. vero procuratori, 12. D. de solut. l. solutum, D. eod. Azo de solut. n. 7. & 8.

Procuratori ad lites non fit solutio, licet vincat litem. Nam major fidelitas ad exigendum requiritur, l. hoc jure, D. de sol. sed tantum, D. de pact.

2971. Sed quid, si per interpositam personam fiat solutio, qui illam jurecur?

Dicas, debitorem liberari, & rem perire Creditori, si ipse illam personam misit, l. solutam, D. de solut. l. solutum, §. solutam, D. de pignorat. aff. l. 1. tit. 14. part. 5. Reginald. lib. 22. cap. 53. Idque licet revocet Creditor mandatum, ignorante debitore.

Si verò sit à Debitore electa, sed prudenter, & bona fide, tunc res perit ei, sub cujus est dominio, Abb. in cap. significante, de solut. Bart. in l. cum quis, C. commod. Sylv. v. Solutio, n. 5. Molin. disp. 296.

An Debitor liquidus possit solvere partem, Creditori invito?

2972. Nega. Nam partis solutio incommodum affert, l. plade, 3. v. qui sepe, D. sam. ercise. l. sam fundus, 31. in fin. ibi: Si ei pretium solidum, D. de reb. cred. l. si servus, 57. de ad. edict. II. ex l. Julianus, 13. §. off. rri, 9. D. de aff. empt. ubi nisi solvatur totum pretium, Emptor non habet actionem ex empto. III. ex l. si rem, 9. §. omni, 3. l. quod si 10. l. solutum, 11. l. 14. §. 1. l. 33. D. de pignorat. aff. l. qui pignori, 19. D. de pignorat. l. 1. C. de lutione pign. ubi non cessat pignus, nisi totali satisfactione.

IV. Ex l. si pater, 8. in fin. C. de aff. empt. l. ob signatio-

ne, 9. C. de solut. ubi totum, non per partes, de re solvi.

V. Ex l. tutor, 41. l. Lucius Titius, 1. D. de usu. ibi: Si non hac lege mutua pecunia data est, ut liceret, & particulatim, quod acceptum est, exolvere, &c. ubi currit interesse, nisi totum solvatur.

VI. Ex l. usuras, 2. l. acceptam, 19. C. de usur. l. 2. ibi: Universum tam sortis, quam usurarum offrat debitum. C. debitor vendit, pignori impedire non possit, ubi debet solvi principale cum interesse, secus non liberatur. Ergo nequit invito Creditore liberari à parte, illam solvendo.

An Debitor possit solvere liquidum, non illiquidum, invito Creditore?

Affirma, l. quidam existimaverunt, 21. ubi Donell. Bar. Jaf. Zaf. D. de reb. cred. Et sic solvit id, in quo se debitorem fatetur, & de reliquo Creditore periri potest, l. permittendum, 8. D. si pars hæred. peti, l. si debitor, 21. D. de jud. l. si debitor, 29. D. de solut. Harpp. tom. 3. iust. quib. mod. re contrab. obl. nu. 159. Gomez. 2. resol. cap. 10. nu. 5. & ita concordantur ita cum præcedentibus Juribus.

An quando res alienum dividitur inter hæredes, unus invito Creditore possit solvere ratam sui æris alieni?

Affirma, l. in executione, 35. §. 1. D. de verb. oblig. l. si testamento, 49. §. 1. D. de fid. juss. 2. C. de hæred. aff. l. 1. C. si cert. pet. quod non licebat ipsi defuncto. Nam in defuncto indivisum, in hæredibus dividitur cum res alienum, ex l. 12. tabularum, l. 2. Cod. de hæred. aff. l. pacto successorum, 26. C. de pact. Licet non immutetur persona defuncti per omnes hæredes: qui ad totum tenentur, l. 2. §. ea bis 2. D. de verb. obl.

An, quando sunt duæ obligationes distinctæ, possit invito Creditore uni, non alteri satisfacere?

Affirma. Nam tunc una non est pars alterius, l. fin. D. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. An sint alii casus speciales, in quibus pars invito Creditore solvi potest?

Affirma. I. favore libertatis, l. cum hæres, 4. §. item si decem, 6. D. de statu lib. ubi statum liber solvit hæredi debitum per partes. Nec mirum, cum libertas à servitute tempore sit favorabilis, l. libertas, 22. D. de reg. jur.

II. Favore publico Fisci, ut facilius exigat per partes ex pensionibus publicis, quod in totum cum difficultate statim potest exigere à possessoribus fundi patrimonialis, l. placuit, 4. C. de collat. fundor. patrim.

Solvuntur argumenta.

Dices I. Omnis debitor potest opponere compensationem, etiam pro parte, l. 2. D. de compensat. Ergo etiam partem, solvere. Nega consequ. Nam qui supplet debitum & compensat, totum solvit.

Dices II. l. 9. §. 1. D. de solut. l. stipulationum, 2. §. 1. D. de verb. obl. potest pro parte solvi, §. 1. in fin. quib. mod. toll. obl. Resp. intelligi creditore consentiente. Nam d. l. 2. dicitur præstari, quæ acceptionem, & consensum supponit.

Replicabis. Creditor potest petere partem à Debitore invito, l. in commodato, 17. §. duobus, 4. D. de commod. Ergo Debitor etiam poterit solvere partem, invito Creditore: Cum in correlativis sit eadem juris dispositio. Resp. Nego consequ. Nam Creditor cedit juri suo, & non nocet Debitori petendo partem. Debitor verò noceret Creditori solvendo partem: quod facere nequit, l. 39. D. de neg. gest. Et sic non est eadem ratio, nec eadem juris dispositio in istis correlativis. Et ita contra Alciat. in l. quidam, 21. n. 3. ubi Dec. n. 6. D. de reb. cred. Hum. 3. var. str. 3. p. 1. q. 11. Coras. in l. 2. §. 1. nu. 1. D. de verb. obl. Docent Duaren. in d. l. 2. Gomez. 2. var. 6. 10. n. 5. Donell. in d. l. quidam, 21. Duenn. reg. 158. Fachin. 10. contror. 59. Morla. 1. p. Emptor. sit. 8. q. 8. Sarm. 6. sicut. cap. 16. Hot. Illust. q. 12.

Ex pluribus debitis, cui præsumatur satisfactum?

Eligit Solvens; & eo negligente, Creditor dummodò agat rem debitoris, veluti propriam. Et ne-

2973.

2974.

Solvitur fors cum usuris,

2975.

Potest casum solvi totum in quibus ipso invito Creditore.

2976.

Res indivisa atque defuncti, dividitur apud plures hæredes.

1977.

2978.

Pars solvitur favore libertatis, & Fisci.

2979.

Solutio objectioni proponitur potest solvi partem, invito Creditore.

2980.

2981.

Solutio
pro sumit
tuo in du
riorem
partem

mine eligente, intelligitur in duriolem partem facta solutio, l. 1. l. 3. l. cum ex pluribus, 73. D. de solut. l. si usuras, C. de usur. Menoch. lib. 2. conf. 121. n. 39. Paris. lib. 4. conf. 122. n. 6. Rom. conf. 94. n. 3. & novissime elegantè illustrat D. Scoppa in Scholus ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 77.

In pecunia, & in pignore vendito eligit Debitor.

Venditio pignore, pecunia relecta extinguit debitum dati pignoris, l. pupilli, §. penul. l. ob triginta, 37. D. de sol. Nec Debitor habet electionem, l. Paulus, 101. D. de sol. Nisi pignus sit pro duobus debitis. Nam tunc Debitor eligit, cui velit satisfacere, d. §. pen.

2982.

Qua causa sit durior.

Qua causa durior? Est durior causa, si ad sit pena, l. ceterum, l. 7. D. de sol. l. si in duabus, 13. D. de reg. jur. II. si ad sit debitum cum interesse, vel causa deducta sit in iudicium, l. in bis verò, §. Imperator, l. ceterum, l. 7. D. de sol. III. si ad sit hypotheca, pignus, fidejussor, si dies solutionis cessit, l. ceterum, l. in bis, l. magis, l. 30. D. de solut. IV. si debitum sit nomine proprio, l. magis, l. si ex pluribus, 97. D. de solut. Nam nequit tunc opponere exceptionem cedendarum, ex: ussionis inventarii, Bart. in d. l. si ex pluribus, nu. 2. Et mandans solvi, intelligitur pro debito nomine proprio, Gratian. cap. 202. nu. 8. Menoch. presumpt. 136. n. 8. Jaf. in l. si fidejussor, 49. D. de leg. 1. Coter. p. 2. de proc. exec. cap. 2. n. 5. V. Est durior causa debiti jurati, vel liquidis, l. 1. l. 5. D. de sol. Jaf. lib. 4. conf. 134. VI. Est durior causa fortis: nam est obnoxia interesse, l. in bis, §. Imperator, §. D. de sol. VII. Est durior causa, qua quis pluribus obligatur: nam grave est a pluribus vexari posse, Wesemb. hic nu. 7. Mol. disp. 563.

Præsumitur satisfactio pro debito proprio.

2983.

Solutio præsumitur pro usuris, non pro sorte.

An solutio præsumatur pro sorte? Si, ex eadem causa, quis teneatur ad fortem, & usuras; tunc solutio præsumitur pro usuris, non pro sorte principali, l. fidejussores, 69. §. pro Aurelio, v. Sed quidquid ex bonis, D. de fidejuss. Soc. lib. 2. conf. 293. Nam hoc est ad Debitoris utilitatem, nè adigatur ad carceres ob usuras, Bart. in l. 1. nu. 9. D. de sol. Ruin. onf. 136. n. 14. lib. 4. Ann. alleg. 54. Surd. conf. 290. n. 61. lib. 2. Salyc. in l. 5. not. 3. C. de solut. decisum apud Gratian. cap. 222. num. 30. * & nuper pulchrè probat D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 77. nu. 12. Idque verum de usuris debitis naturaliter, & civiliter. Nam in tantum naturaliter debitis, præsumitur pro principali sorte, non pro usuris solutio, l. in bis, §. Imperator, ubi Cast. n. 2. D. de sol. Bart. in l. cum ex plur. 103. D. de sol. ex l. si usuras, C. de usur.

Nisi debitum sit tantum naturale.

An possit fieri pactum, ut solutio probetur, non testibus sed tantum cancellatione instrumenti, aut per aliam solemnem scripturam publicam, partitam Banchi?

2985.

Solutio per scripturam publicam probanda est, ubi partes ita conveniant.

Affirma. El. fill. ad Aff. decis. 398. n. 4. qui ita decisum refert sic ait: Obtinui in parti in Sac. Reg. Conf. quod non obstantè, quod fuisset demonstrata satisfactio per testes debiti; quia tamen fuerat conventum in Instrumento, satisfactionem non posse testibus probari; nisi per scripturam, maximè existente Juramento; nulla habita ratione testium examinatum; fuit facta condemnatio ad debitum; & deinde fuit facta executio anno 1544. Act. Joseph Mancusius. Decisum in Reg. Cam. etiam refert de Marin. ad Revert. dec. 435. nemine discrepante, de Franch. dec. 361. Sanfel. dec. 185. num. 6. Petrus ad Rit. M. C. 175. nu. 6. Marotta lib. 1. discept. cap. 34. Thor. p. 3. compend. decis. feli. 2. v. pactum, Mascard. de probat. concl. 346. nu. 23. Freccia de present. instrum. ibid. q. 4. Et decisum 3. Julii 1673. à Commissar. Guerrero, in Sac. R. C. in Aula Erasmi de Ponte,

Et Rovit. ad Prag. 1. de locat. & cond. Vivius par. 2. opin. 573. Peregr. dec. 146. n. 3. Hodier. ad Surd. dec. 277. nu. 8. de Ponte vol. 1. conf. 36. nu. 16. firmantes, tale pactum nihil operari; intelligendi sunt de pacto apposito ex stylo Notarii, non de apposito cum juramento ex expressa voluntate partium. Et his adde D. Scoppa, qui ad trutinam revocat ad dec. Gratian. observ. 81. ex n. 14. & prosequitur in annot. ad Sarn. in pract. civil. part. 3. observ. 1. ex n. 27.

Patet I. Quia partes possunt spontè renunciare probationibus cum moderentur, & dent formam contra. Cibus, l. in conventionalibus, 32. de V. O. & pos-

sunt renunciare eedere Juri, favori proprio, donare, l. 1. §. si conveniat, ibi: Contractus eorum legem ex conventionione accipiunt. D. de pos. Bald. conf. 33. nu. 3. Joann. Andr. add. ad Speculat. de prob. §. nuuc videndum.

Patet H. Quia Juramentum magis firmat: & esset periculosus veniens contra jurata, nisi prius fuerit absolutum Juramentum.

Nec officit l. in exercendis, Cod. de fid. instrum. ubi tantum probant Testes, quantum instrumenta. Nam currit, si probationi per Testes non fuerit renunciatum.

Quo loco, & quando fiat solutio?

I. Fit in loco, & tempore statuto, l. qui Romæ, 122. D. de verb. obl. l. 1. & pen. D. quod certo loc. §. loco, Insti. de act. l. quoties, D. de sol. Covarr. in reg. poss. for. p. 2. §. 6. nu. 5. Gutt. p. 1. cap. 17. nu. 7. de juram. confir. Valasc. de jur. emp. q. 5. nu. 12. In dubio, adjectio diei est facta favore debitoris, l. eum qui Kalendis, 41. §. 1. D. de verb. obl. l. quod in diem, 70. D. de sol. Nam in dubio favendum debitori, l. inter, 33. §. si stipulante, D. de verb. obl. Et etiam purgat moram, si illic offerat solutionem post moram, l. si ita quis, §. Seja, D. de verb. obl. Vide sup. n. 316. ad 224.

An ostendens solutionem ultimi anni præsumatur semper soluisse?

Affirma, l. quisumque, C. de apoch. public. lib. 10. Mascard. de probat. concl. 1320. Menoch. lib. 1. præsum. 139. Dec. conf. 653. n. 15. Gratian. cap. 716. n. 12. Rota dec. 3. de locat. in novis. Quod procedit etiam in pensione ecclesiastica, Dec. l. c. Gigas de pens. qu. 51.

DE SOLUTIONE EX DATIONE INSOLUTUM.

Datio insolutum est: Jus concessum Debitori dandi rem stabilem suo Creditori, etiam invito, si facta diligentia, illam rem justo pretio vendere nequeat. Auth. hoc nisi, Cod. de solut. Alex. in l. ad Divo Pio, §. in venditione, D. de re jud. Rom. conf. 163. & sing. 306. Theaur. dec. Pedem. 253. Guid. Papa sing. 822. Carac. ad Rit. 166. nu. 5.

Adicitur Creditor invito, ad differentiam solutionis, quæ fit acceptante Creditore, Novar. tr. de dat. insolutum, q. 1. n. 12.

Est exorbitans. Nam cogit unum pro altero accipere, contra l. 2. §. mutui D. si cer. petat.

Duplex est datio insolutum. Una Necessaria. Altera Voluntaria. Voluntaria est, quæ fit extra iudicium, consensu partium. Necessaria fit in iudicio, parte invita, Caph. conf. 98. nu. 45. Menoch. conf. 201. num. 3. Jaf. in l. fin. C. de jur. emp. Alex. vol. 1. conf. 52. Semper tamen ex parte debitoris est voluntaria, Ludovic. dec. Perus. 65. nu. 5. Novar. l. s. q. 2. nu. 10. ex l. si ob causam, Cod. de evict. An autem renunciari, cum juramento possit beneficio d. Auth. hoc nisi, C. de solut. Videtis Franch. decis. 81. 83. Masull. ad Capp. dec. 42. num. 12. Et Renunciationem transire ad hæredem; qui tenetur factum Defuncti observare, ait Franch. decis. 83. Aff. decis. 381. in fin. Cachet. dec. 40. Masull. ad Capp. dec. 75. nu. 2.

DE ACCEPTILATIONE.

Ex §. Item per acceptilationem.

III. Per acceptilationem tollitur obligatio, & Acceptilatio est actus, quo Creditor dicit se habere acceptum. Ita ac si accepisset debitum sub certa verborum forma, & hæc, & in l. cum & sortis, 35. D. de pignorat. act. l. tali, 48. §. 1. D. de jur. dot. l. servus, 6. D. de manum. h. 1. D. de accept. ubi Bald. & Salyc.

Definitur acceptilatio brevius, debiti remissio. Requiritur creditoris, non debitoris consensus, l. an inutilis, 3. ubi Bart. D. de acceptil.

Quotuplex fit Acceptilatio?

Acceptilatio quod ad originem est Juris gentium, quod ad formam est Juris Civilis, d. l. an inutilis. Est triplex. I. Juris naturalis, & gentium. Nam Jure nature Creditor potest debitum remittere, d. l. an inutilis. II. Est Juris Civilis. Et definitur in l. 1. D. de acceptil. Est liberatio facta mutua interrogazione statutis verbis, quibus debitor liberatur. Et est veluti stipulati: quia præcedit interrogatio petentis libera-

2986.

Debitor purgat moram creditori solvendo.

2987.

Solvens pro hoc an no præsumitur antea soluisse.

2988.

Quid sit datio insolutum.

2989.

Et quotuplex.

2990.

Acceptilationis definitio.

2991.

Divisio. Est Juris Naturalis, Gentium, Civilis.

tionem, & sequitur responsio creditoris liberantis, debetque explicari conceptis verbis, ut hic.

III. Est Aquiliana dicta ab Aquilio, qui illam introduxit, *tex. hic in §. est autem prædicta*, qua tollitur debitum omne, etiam verbis non contractum ad differentiam acceptilationis civilis, quæ præsupponit verba.

Sed ut calleas plenius, advertas Jure Romano non posse, acceptilatione civili, quæ prærequirebat verba, tolli debitum verbis non contractum. Unde aliam viam inivit Aquilio, ad tollendum debitum, etiam verbis non contractum ex delicto, quasi delicto, contractu, quasi contractu, &c. Quod fecit per stipulationem Aquilianam, qua incipit deberi ex verbis, quod sine verbis erat debitum, *l. & uno, 18. l. Aquiliana, 4. l. cum Aquiliana, 5. D. de acceptil. l. fin. C. eod.* Posito ergo deberi, Aquiliana stipulatione, quod antea sine verbis debebatur, confurgit acceptilatio Aquiliana, quæ tollit omne debitum, etiam verbis non contractum. Gujus formulam videas hic in *tex. & apud Piccard. nu. 3.* Et servanda est forma ibi tradita, Jure Communi, non revocata.

In quo mirabilis est Imperator, qui amputavit superstitiosas antiquitatis superfluitates, & ambages; & tamen tot verbis utitur in re, quam potuisset unico verbo expedire, dicendo: *Remittis omne debitum ex quovis capite: Remitto.*

Qui possit acceptilare?

Creditor principalis potest acceptilare, *l. Arrianus, 41. D. de obl. & act. Cujac. 5. obs. c. 36.* Nisi sit pupillus minor: Nam iste nequit donare, neque decreto Judicis, & Tutoris auctoritate. Ergo, nec potest acceptilare. Nam esset donare, *l. & per juramentum, D. de acceptil. l. 15. D. de reg. jur.* Unde nec auctoritate Tutoris potest acceptilare, *Wesemb. hic nu. 3.* Idem dicas de filio: *l. an inutilis, §. filius, D. de acceptil.*

Cui fieri possit?

Fieri potest principali, & fidejussori, *l. & per jurandum, 13. §. si fidejussori, D. de acceptil. l. quamvis, 4. §. Marcellus, §. similiter, C. ad Vell.* Pupillus etiam liberari potest acceptilatione, quamvis destitutus Tutoris auctoritate, *l. 2. D. de acceptil. ibi: Pupillum per acceptilationem, etiam sine Tutoris auctoritate liberari posse, placuit.*

Per procuratorem nequit quis liberare, nec liberari; sine speciali mandato: sicuti donare nequit, *l. 31. D. de acceptil.*

Materia Acceptilationis.

Jure naturæ, & gentium, omne debitum purum, in diem, sub conditione, in totum, in partem, dividuum, individuum tolli potest, *l. 13. D. de accept. Jure Civili, tantum potest tolli debitum per stipulationem contractum, l. 9. l. quod in diem, 12. l. an inutilis, §. acceptum, l. nisi, D. de acceptil.*

Forma Acceptilationis.

Forma Acceptilationis Jure Civili, & Aquiliano, sunt verba, quæ in nostro *tex. l. si accepto, 19. D. de acceptilat.* Jure naturæ, sufficit quælibet explicatio voluntatis remittentis, *l. in re mandata, C. mand.*

DE NOVATIONE.

Ex §. præterea Novatione.

Quid, & quotuplex sit Novatio?

Novatio est Nova alicujus positio, vel destructio quò ad rem, vel circumstantias. Dixi positio, vel destructio. Nam in destruendo, vel faciendo, semper novum habetur, & ipsa destructio, quæ ponitur, novat. Hinc

Duplex est Novatio, una Cumulativa, altera Ex-

Cumulativa antiquæ perseveranti addit novam obligationem, *l. aliam, 29. D. de novat. l. ult. §. & idem, C. de usur.* Ut si obligatus nomine hæreditario, se obliget etiam nomine proprio. Ita per rem judicatam additur antiquæ nova obligatio, *l. si te, §. 1. D. de excep. rei judic. Videbis lib. 4. n. 1911.*

Extinctiva est, qua mutuo consensu tollitur præcedens obligatio, & nova constituitur, & tunc est modus tollendæ obligationis, de quo *tex. hic*, Hinc

Novatio est prioris debiti in aliam obligationem

Tom. II. Lib. III.

Civilem, vel Naturalem translatio. *l. 1. D. de novat. Azo in C. de novat. n. 1. l. 15. l. 18. tit. 14. part. 5. Cujac. 19. obs. cap. 39. Tholos. syntag. lib. 21. cap. 20. nu. 1. Menoch. 3. præsumpt. 234. & sic per novationem, destructa prima cum omni hypotheca, nova confurgit obligatio, l. 18. ibi: Novatione facta liberantur hypotheca, pignus, usura non currunt. & l. 1. ibi: Nuda constituitur, ut prior perimatur. D. de novat.* Per quod differt à solutione, ex qua non oritur alia obligatio.

Hinc habes, novationem esse contractum, in quantum inducit novam obligationem: esse distractum in quantum primam destruit; At nuncupatur distractus: quia finis novationis est destruere primam obligationem.

An requiratur stipulatio?

Requirebat Jure antiquo, *l. 2. l. si a fuero, 6. l. si Stichum, 3. §. 1. l. si rem, 33. §. si duo, D. de novat. l. si unus, 28. §. patet ne peteret, D. de pact. l. si servum, 9. §. fin. D. de verb. obl. Fulgos. in l. fin. C. de novat.*

Jure tamen recentiori non requiritur stipulatio, *l. fin. C. de novat. ibi: Generaliter definimus, voluntate solum esse, non lege novandum, & si non verbis exprimitur, ut novatio fiat. Azo in C. de novat. n. 6.*

An in dubio Novatio credatur facta?

Nega. *tex. hic, & in l. fin. C. de novat.* Nam non præsumitur Creditor urgens pro solutione, & securitate sui crediti, velle extinguere primam obligationem, sed præsumitur prima superaddere secundam. II. Quia in dubio factum non præsumitur; & extinctio primæ obligationis est facti. III. Quia nemo in dubio est spoliandus jure quæsito. At Creditor habet jus quæsitum primæ obligationis. Ergo in dubio non est spoliandus; nec dicendum, quod sit extincta prima illa obligatio, *Malin. disp. 138.*

Ex quò fit, quòd quando uni obligationi additur alia, saltè quò ad circumstantias: putà, si res debita hodie promittatur cras; tunc non censetur extincta prima obligatio. Similiter, si rem, quam potest exigere à Gajo, se jus promittat, non censetur extincta prima obligatio, nisi hoc exprimat. Vide *Piccard. hic nu. 35. Tusch. conclus. 117. & 118. & D. Scoppa ad Controv. R. Merlin. cent. 2. cap. 11. n. 4.*

Quis possit novare?

Ille potest novare, cui solvi potest, *l. 10. l. 20. D. de novat.* Hinc pupillus nequit novare, nisi meliorando suam conditionem, *l. novare, 20. l. dubitari, D. de novat.* II. novare nequit ille, cui est interdicta administratio, *l. dubitari, ubi glos. 21. Paul. Prodigus, Servus sine voluntate Domini, l. 3. l. servus, 15. l. 19. D. de novat.*

Sed Procurator cum speciali mandato novare potest, *l. novare possumus, 20. de novat.*

Si ex duobus reis stipulandi, aut promittendi, unus novationem faciat, alius liberatur. Nam prima obligatio in solidum est extincta, illa novatione, & pro secunda non est ejus consensus, *l. Paulus, 30. l. dubitari, 34. D. de solut.*

Quæ obligatio novari possit?

Resp. Omnem etiam naturalem, re, verbis, litteris, consensu contractam, novari posse, *l. 3. D. de novat.* sed in obligatione conditionali suspensiva non intelligitur facta novatio, nisi purificata conditio. Nam antequam purificetur conditio, obligatio est suspensa, & absolute tolli nequit, *l. diem, §. 1. l. Stichum, 3. §. legat, l. si pupillus, 9. §. qui sub conditio, D. de novat.*

Quot modis fieri possit novatio?

Tribus modis: Mutatione. I. Personæ. II. Rerum. III. Circumstantiarum, & Cautioarum.

Personæ: ut si Debitor suo Creditori cedat actiones contra alium, qui eodem debitori erat obligatus, ita ut tunc exigat à secundo, non autem à primo.

Rerum: ut si debeat oves, & paciscantur, ut dicitur Boyes.

Circumstantiarum, & cautioarum: ut si quis debeatolvere Neapoli, & deinde mutet, obligetque seolvere Romæ. Similiter, si Antonius sit fidejussor, & extincta fidejussione Antonii, subrogetur Gajus in fidejussione, *l. omnes res, 2. l. in diem, §. l. Stichum, 8.*

Definitio novationis

3001. Novatio est contractus, & distractus.

3002.

Non existit stipulationem,

3003. In dubio non præsumitur novatio, nisi cum verba latina.

3004.

3005. Ille novare potest, cui potest solvi.

3006. Novari potest quævis obligatio.

3007. Ex tribus capitibus fit novatio.

3008.

2992. Aquiliana acceptilatio, & stipulatio.

2993.

2994.

2995. Pupillus, ne auctore tutore acceptilare potest, sicut donare nequit.

2996.

Tiberari potest pupillus acceptilatione.

2997.

2998.

2999. Quid sit.

Quotuplex extinctiva.

3000.

§. legata, l. legare, l. quoties, l. si creditor, 15. l. fundum, 31. D. de novat. Semper enim tollitur prima obligatio, vel quod ad rem, vel quod ad modum, & pullulat secunda: & sic dicitur novatio quod ad rem, vel quod ad modum, l. finis. Cod. de novat. innovare, D. eod.

DE DELEGATIONE.

Delegatio est assignare suo Creditori alium Debitorem, à quo suum debitum exigat. l. 11. D. de novat. l. 2. ubi Bart. & Salyc. e. eodem;

Delegatio potest fieri cum novatione extinctiva, & sine novatione. Cum novatione fit, si extinguatur primum debitum, & habet vim solutionis, l. solvit enim, qui delegat. C. de sol. Surd. conf. 145. n. 14.

Sine novatione fit, si remaneat prima, & superaddatur secunda obligatio; & sic remaneat ante obligatus, Azo in C. de novat. n. 9. Hostiens. n. 7. Pitcard. hic, n. 14. Cajac. observ. 19. n. 36.

An novatio extinctiva presumatur, quando Creditor approbavit delegationem.

Affirmant Bart. in l. 2. C. de novat. & in l. singularia, n. 19. ubi Jaf. n. 32. D. si cert. pet. Alex. lib. 7. conf. 173. n. 2. Wesemb. D. de novat. n. 8.

Sed hærendum oppositæ sententiæ quia novatio ista effert remissio prioris obligationis; quæ non præsumitur: cum sit facti.

II. Quia novatio debet fieri specialiter, & expressè ergò in dubio nunquam præsumenda, l. fin. C. de novat. ibi: Corrigitur volumina, & veteris juris ambiguitates reserantes, sancimus, &c. Ubi sunt correctæ Jura antiqua oppositum dicentia. Ergò, cum delegatione non præsumitur novatio; & ita docet Azo in C. de novat. n. 10. Malin. disp. 55. n. 5. Glos. in l. 2. C. de novat. Bald. in lib. 5. conf. 74. Tuscob. v. Novatio, conclus. 118. n. 6. Alex. lib. 2. conf. 13. n. 14. Filluc. traff. 39. cap. 10. q. 1. num. 166. & servat Hispania, partit. 5. tit. 14. l. 5.

DE CONSENSU,

Quo obligatio tollitur.

Ex §. Hoc amplius.

I. Ante acceptationem revocari potest obligatio sola retractione. Nam ante acceptationem non est contractus; adeoque non obligat ex iustitia.

II. Consensu utriusque Contrahentis potest revocari contractus, & extingui inde orta obligatio. Nam res dissolvitur per causas, per quas nascitur, l. 35. D. de regul. jur. l. 30. D. de solut. l. ob res, D. de pact.

An una pars altera invito possit tollere obligationem?

Regula est, Obligatio tolli nequit, altero rationabiliter dissentiente, nisi in casibus jure expressis. l. ita perfecta, 4. C. de donat. l. si apud Provincias, C. de revoc. donat.

Et sic in contractibus nominatis, nequit unus invito altero à contractu recedere, d. l. ita perfecta. Nam ex natura obligationis, quis potest adstringi: & non possit cogi, si unus invito altero possit liberè ab obligatione recedere, l. quomvis, 39. l. 41. C. de transact. Qua ratione nulla est obligatio collata in arbitrium Rei promittendi, l. in omnibus, 55. D. de oblig. & act. l. d. Titio, 108. l. 17. l. inter stipulantem, 83. §. Stichum, D. de verb. oblig. l. pecuniam, 50. C. de cond. causa data.

Difficultas est, in contractibus innominatis; in quibus re integra datur revocatio ex voluntate alterius, l. si pecuniam, §. si servum, C. de cond. caus. data, ubi Bart. Bald. & Salic. Jaf. in l. juris gentium, 7. n. 10. D. de pact. & etiam re non integra, parte tantum satisfacta, l. cum mota, Cod. de transact. Bald. in l. quomvis, n. 1. C. de transact. Sic promittens mutuum, ante traditionem rei, potest pœnitere. Nam ante traditionem est pactum nudum, Jaf. in l. dedi,

n. 3. D. de condit. causa dat. Sed dicas, id esse permissum Jure Civili, quo Jure contractus innominati, antequàm perficiantur, non pariunt actionem civilem: unde non mirum, si nequeat cogi Recedens.

Imò favore piæ causæ, nec in innominatis datur talis revocatio, Bart. in l. cum filius, §. si pecuniam, D. de donat. Jaf. in l. qui Roma, §. Fluvius, num. 44. D. de verb. oblig. Recolebis supra dicta de pacto nudo.

S Y N O P S I S.

Aliis modis, quibus dissolvitur obligatio.

I. Et confusio, & ista dupliciter fieri potest. I. in rebus: ut si vinum, cum vino confundatur. II. in persona: ut si una persona succedat loco alterius: puta, si Creditor sit hæres Debitoris.

Si res una obligata confundatur eam altera non obligata: ut vinum obligatum confundatur cum melle non obligato; tunc perit obligatio. Nam perit corpus in individuo obligatum, & fit alia species mixta; & sic est impossibilis, ut reddatur res obligata; cum nemo possit scire, quæ illarum rerum sit creditor obligata, & ad impossibile nemo obligatur, cap. 6. de reg. jur. in 6. Sed subrogatur alia species ejusdem qualitatis; nè quis locupletetur aliena jactura, l. 14. D. de condit. indeb.

Confusio personis, obligatio definit; nisi hæres, qui est Creditor defuncti, protestetur se velle suum creditum salvum. Et hoc I. Nè quis sit sui ipsius creditor, & debitor; agatque contra seipsum, l. si Stichum, 38. D. de fidejuss.

II. Cum non possit esse pignus in re propria. l. neque pignus, D. de reg. jur. Hinc ubi primum res sit propria hæredis, extinguitur jus pignoris, & hypothecæ in illa re; & cessat omnis actio realis, & personalis, l. si debitori creditor, D. de fidejuss. l. Stichum, §. d. Titio, D. de solut.

Ita etiam supra dicebamus, fidejussione extingui. I. si Creditor succedat Fidejussori, vel Fidejussor Creditori. Nemo enim sui ipseus est fidejussor, l. hæres, §. quod si fundum, l. Uranius, D. de fidejuss. l. Stichum, §. si d. Titio, D. de solut.

II. Fidejussor sit hæres debitoris, vel debitor fidejussoris. Nam nequit quis obligari, ut principalis, & ut fidejussor, tit. D. de fidejuss. Hostiens. in rubr. de solut.

Sed si fidejussor succedat fidejussori, remanet integra obligatio, l. hæres, §. non est, D. de fidejuss.

Quomodo interitu rei obligatio corrumpatur?

II. Et interitus rei, de quo habetur ex dictis. Nam supra n. 507. exposuimus, cui res debita ex contractu pereat? & asseruimus, casu perire Domino, nisi dolo, mora, vel culpa alterius pereat, considerata natura contractus, an sit commodum unius, alterius, utriusque? l. si ex legati causa, 23. D. de verb. oblig. Wesemb. tit. de solut. n. 3.

Alii modi tollendæ obligationis.

Præter sunt etiam alii modi, & I. Annulatione, vel Rescissione contractus: puta, si factus sit ab infante; ab alio, qui contrahere nequeat, vel sit factus, dolo, vel metu, de re impossibili, &c. de quo sup. n. 415. ad 496.

II. Compensatione, de qua lib. 4. n. 1185.

III. Fideiussione, de qua lib. 2.

IV. Compromisso, quo partes remittunt se arbitris litem terminandibus.

V. Sententia Judicis, de qua lib. 4. n. 1871.

VI. Transfatione, quæ est litis dubiæ aliquid dato, vel accepto inter partes extrajudicialiter.

VII. Restitutione in integrum, de qua lib. 1. n. 577.

VIII. Fit per distrahendum, quod quis distrahit, & tollit obligationem, §. his quoque, supra quibus modis re contrahatur oblig. Jaf. in l. si apud aia, 28. n. 2. C. de transact. Aliosque modos, quibus obligatio tollitur, videbis apud Glos. hic, v. distrahendum est.

TYROCINIUM.

E T

PANTONOMODIDASCALIA

ΠΑΝΤΟΜΟΔΙΑΣΚΑΛΙΑ,

AD IV. LIB. INSTIT. CIVILIUM.

AUCTORE

DOMINO D. FRANCISCO VERDE.



OST mortalitatis Exuvias, Contractus, ac quasi: Delicta, quasi Delicta: ac Actiones, Exceptiones, Judicia, sermoni obviam sunt. De quibus toto hoc libro. Et primò

DE OBLIGATIONIBUS, Quæ ex Delicto nascuntur.

TIT. I

Obligations aliæ sunt ex Delicto, aliæ ex quasi Delicto, *text. hic in princip & § sequens, 3. lib. 3. de oblig. l. 1. D. de act. Tholof. 30 syntag. c. 2. num. 3.* Obligations ex Delicto sunt, quando quis dolo: scilicet data opera, deliberatè, vult malè agere: putà: si cognoscens malam, velit occisionem innocentis. Quasi Delictum est, quando quis nō lens, ex culpabili ignorantia, vel negligentia, damnicat alium. Sic Medicus negligens, aut indoctus, occidens ægrotum, non dicitur delinquere, sed quasi delinquere: quia ipse, re vera, vult sanare, non occidere ægrotum; licet ex ignorantia, vel inadvertentia funeri tradat.

Quæ ex quasi Delicto.

Hæc propria habet: nam improprie promiscuè usurpat acceptio. Et Delicti nomine sumit, quidquid reprehendi, & damnari potest, sive ex dolo, sive ex culpa, *l. 1. C. adversus delict. c. unum orarium, §. nomine autem criminis, §. criminis, 25. dist. 5. c. 1. c. Apostolus, 18. dist. c. si peccatum, 82. de penitent. dist. 1.* Nos discussi 1. Delictis, 2. De quasi delictis, differemus. Et 1.

Improprie confunduntur.

DE FURTIS. L E M M A I.

Quid sit furtum?
Ex §. Furtum, 2.

Furtum unde dictum.

Furtum prohibetur Jure Naturæ, & Civili, *l. 1. D. de furtis, à furto: hoc est nigro, obscurovè, vel ab auferendo, appellatum, d. l. 1. Virg. 4. Georg. (Martisque dolos, & dulcia furta.*

Tibul. Celari vult sua furta Venus; ubi Furtum, pro occulto adulterio, & quandoque, pro clandestinis infidiis, sumitur, *Virg. lib. 11.*

Furta paro belli connexo in tramine sylvæ)

Quid sit.

Definitur, quòd sit *Contrectatio occulta rei alienæ fraudolosa, Domino invito, lucrificandi gratiâ, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisvè; l. 1. D. de furt. Gabriel in 4. dist. 15. q. 13. art. 1.*

Per ly *Contrectatio*, indicatur, Furtum non solo animo consummari; nec verificari in rei immobili, quæ contrectari nequit, *l. si quis, 53. §. neque verbo, D. de furtis.* Tu considera: *an sit Fur surripiens pecuniam destinatam proximè pro emptione stabilium.*

Ret aliena.

Additur, *Ret aliena*: Nam rei propriæ, aut derelictæ, furtum non datur. Nomine rei, venit etiam usus, possessio, &c. *l. si pignore, 56. l. si is, qui, 68. D. de furt. Unde bonæ fidei possessor, cum credat rem suam, non est fur, l. qui vas, 49. §. si Ancilla, D. de furt.*

Dicitur, *Fraudolosa*: hoc est, rei, cujus jure quis Tom II. Lib. IV.

scit carere.* Dicitur, *Domino*: Quo venit non tantum Dominus *Dispoticus*; sed etiam Dominus, quò ad effectus domini. Qualis est habens effectus domini à lege, vel ab homine: Ut est *Custodire, Tueri, Recuperare, Pro re agere, Excipere, Ir, & extra Judicium, Fluxus colligere, &c.* Quo indigitur dari furtum etiam rerum nequeuntium esse sub domino *dispotico* alicujus hominis: ut sunt Sacramenta, Sacramentalia, Sacra. Estque Fur ea surripiens: invito Ministro, Custode, & Economo, cujus interest non surripi. Qui licet non sit *dispoticus*; est Dominus quò ad effectus domini conferendi, custodiendi, recuperandi, agendi, excipiendi; ita ac Dominus *dispoticus*. Ut intueri licet in Viro, quò invito, est fur, prædo, surripiens, occupans rem dotalem; quia Vir est dominus rei dotalis, quò ad effectus recuperandi, exigendi, tuendi, administrandi rem dotalem, colligendi fructus, &c. *l. doce Ancillam, 9. D. de ret vind. l. in rebus, 30. C. de jure dot.**

Additur, *Invito*. Quia Domino spontè consentiente, cessat furtum, *d. l. si is, qui, 68. & l. penult. l. si nonabiliter is, qui pignori, 75. l. qui rem sibi, 78. ibi: Si existimavit, se non invito Domino facere, furti non sententur, l. qui vas, 49. §. qui ex voluntate, D. de furt.* Et semper præsumitur invitus: Cum nemo præsumatur sua projicere, *l. qui vas, 49. §. vetare, ibi: Veta- re autem Dominum accipimus, etiam cum, qui ignorat: hoc est eum, qui non consentit, D. de furt.*

Additur, *Lucrificandi gratia*. Et sufficit, si ab initio voluerit furto lucrari, licet deinde mutet animum, restituendo, *l. qui eâ mente, 67. D. de furtis.* Fur dicitur Et simul indicatur, furem non esse, carentem animo lucrificandi: licet velit damnum inferre Domino rei, *l. qui injuriæ, 55. D. de furt.* Et fur non est, rapiens aliena, causa voluptatis: cum desit animus lucrificandi, *l. verum est, 40. D. de furt.*

* Fur autem est habens animum sibi, vel alteri lucrandi, licet in effectu non lucretur: ut accidit in Emptore scientè rei furtivæ, solvente justum rei pretium, qui nil, nisi delectationem affectus sibi; sed Venditori lucratur solvendo pretium.*

Subditur, *Rei usus, possessionisvè*, clarioris explanationis gratia. Nam furtum committit, qui rem alienam, usum, vel possessionem, invito Domino, contrectat, *l. inficiando, 69. D. de furt.* Unde furtum, committit Creditor, qui utitur pignore, reluctante Domino, *l. si pignore, 56. D. de furt.*

Brevius *D. Tho 2. 2. q. 62. art. 3.* Furtum est *Acceptio rei alienæ occulta, & fraudolentæ.* Quam definitionem probant *Covarr. tom. 1. in Regul. peccatum, finitio Div. par. 2. §. 1. n. 1. Valent. tom. 3. disput. 5. q. 10. punct. 4. Tho. Sotus 5. de Just. q. 3. art. 3.*

Per ly *acceptio*, distinguitur Furtum I. ab injusta damnificatione: putà si quis domum comburat. II. ab injusta detentione, & mora solvendi debitum.

Per ly *Rei*, venit usus, & possessio. Unde, si Commodatarius, Depositarius, contra conventionem, aut præsumptam Domini voluntatem, utatur deposito, composito, furtum committit, *l. qui Jumenta, 41. D. de furt. l. qui furtum, D. de cond. furt. §. placuit*

A

quit tamen, 10. hoc titul. Molin. tom. 3. traç. 2. disp. 682.

13 Non est Fur Ex quo qui rem suam, vel sibi liquidò debitam, accipit propria auctoritate, furtum non committit, sibi debita, s. Tho. 2. 2. q. 66. art. 5. Abbas in cap. ficut, 14. de accipiens. jure jur. Viv. dec. 146. vol. 1. Franch. dec. 315.

14 Furtum est involuntarium negativè, cum possit fieri, Domino ignorante. Rapina est involuntaria positivè, & contrariè: cum, Domino sciente, & reluctantè fiat, D. Tho. l. c. art. 4. Valen. tom. 3. disp. 5. q. 10. punct. 4. v. nunc bis. De ratione furti negativè, ut quis sciat, se facere, Domino invito negativè: scilicet illo non consentiente; sed in rapina Dominus dissentit, l. inter omnes, 47. §. rectè, l. qui vas, 49. §. vetare, D. de furt.

15 Cum accipitur id, ad quod habetur jus, non est furtum. Dicitur Fraudulenta, ut ostendatur, non committitur id, ad quod habetur jus, non est furtum. Quia non accipit fraudulenter: Cum ad illam rem accipiendam, jus habeat. Jesue cap. 10.

16 Objeçtio. Dices I. contra 1. definitionem. Datur Furtum sine animo lucrificandi. Ergò mala Definitio. Antecedens constat ex l. si pignore, 56. §. qui ferramenta sciens commodaverit ad effringendum ostium, vel armarium: Vel scalam sciens, commodaverit ad ascendendum: licet nullum ejus consilium principaliter ad furtum faciendum intervenerit: tamen furti actione tenetur, D. de furt.

17 Respondetur. Sufficere, ut qui principaliter furatur, habeat animum lucrificandi, ad hoc, ut ceteri ei Cooperantes, eodem animo, sint fures; licet non ipsismet, sed alteri lucrum intendant.

18 Objeçtio. Dices II. Obstat l. In furti actione, 51. ibi: Ope, consilio, furtum factum, Celsus ait, non solum, si idcirco fuerit factum, ut socii furarentur; sed & si, non ut socii furarentur, inimicitarum tamen causa, fecerit, D. cit. tit. Ergò sine animo lucri, datur furtum.

19 Cooperantes sunt Fures. Respondetur. Sufficere, si Fur principalis surripit, ut omnes Cooperatores sint fures, licet alio sine cooperentur. Nam actus specificatur à Principalis agentis sine. Et sic sufficit, si unus rem sibi velit auferre, l. si quis uxori, 53. §. neque verbo, D. cit. tit.

20 Objeçtio. Urgebis III. per l. Quis saccum, 79. D. cit. tit. Ubi est Fur sacci, non habens animum illum surripienti. Ergò sine animo lucrandi saccum, datur illius furtum.

21 Respondetur. Ibi adfuisse animum accipiendi pecuniam sacco inclusam: cui pecuniæ saccus, ut accessorius, serviebat, ac pecuniæ naturam gerebat. Et sufficiens erat animus furandi rem principalem: ut erat pecunia, c. accessorium, de reg. in 6.

22 Ex dictis fit, quòd non sit furtum, Domino non invito, licet Accipiens id ignoret. Secus esset, si crederet illum invitum, l. inter omnes, 47. §. per contrarium quaeritur, si ego, me, invito Domino, facere putarem: Cum Dominus vellet: An furti actio sit? Et ait Pomponius, furtum me facere. Verum tamen est, ut cum ego velim, eum uti; licet ignoret, ne furto sit obligatus, D. de furt.

23 Dices IV. Datur furtum rei nullius. Ergò ad furtum non requiritur, ut Dominus sit invitus; nec, ut res sit aliena. Conseq. est bona. Anteced. probatur. Quia datur furtum hominis liberi, qui est nullius, l. filiusfam. 38. l. 39. D. de furt. Videtur infra num. 68. & seq.

24 Respondetur I. Dist. antec. Datur furtum rei plenè derelicta, & animans in aqua, in aere, terra, nullius; non est materia furti. Datur furtum rei non plenè nullius. Conc. antec. Talis est res sacra, homo liber, qui est non plenè nullius, quòd ad esse, custodiam, & actiones. Usus habet enim ipsemet homo, libertatem, dominium suarum actionum, usus, usufr. quas etiam locare valet. Et fur hominis, libertatis, istarum etiam actionum est fur. Quæ ratione intelligitur, cur bona plenè nullius, dentur, ra-

tione naturali occupanti, §. Fera, de acquir. rer. dom. Et homo, cum sit nullus, nec datur occupanti. Non enim est plenè nullius, quòd ad esse, libertatem, & operationes; sed quòd ad esse Dominum, est Dei specialiter, quòd ad libertatem jus operandi, & operationes, est ipsius hominis; & ita occuparetur invito Domino, lædendo jus libertatis, &c.

Respondetur II. Esse I. bona plenè nullius, quæ possunt fieri alicujus: ut pisces in mari, aves in aere, ferae in saltu, & hæc licitè sunt occupantis. II. Esse bona non plenè nullius, quorum dominium in se nequit acquiri; & hæc non sunt occupantis: ut, est res Sacra, Sancta, Sacramentalis, Sacramentum; hujusmodi est homo liber, quæ surripens est fur; quia lædit Dominum, quòd ad effectum, jus custodiæ, Ministri, cujus interest rem non surripere, eique Jura dant actionem furtivam, l. is, cujus, 11. & l. is, cujus, 87. D. de furt.

Non etiam qua nõ plenè nullius sunt.

Dices V. Pignorans utens pignore invito Pignoratario utitur re sua, & est fur. Ergò furtum rei suæ committit etiam Dominus non invitus accipiens rem suam. Ergò malè in definitione additur: Domino invito, rei aliena.

Respondetur. Pignorantem pignorando tollere à se jus utendi pignore, & accipiendo invito Pignoratario lædere jus custodiæ, & tenutam competentem Pignoratario rationallytè invito. Accipit enim, & lædit jus custodiæ, tenutam, quæ Pignoratario competunt.

Dices VI. Datur furtum sui ipsius in servo fugitivo, l. 6. §. sanè, ibi: Se ipsum furatur, C. de bis, qui ad Eccl. confug. Ergò quis est fur rei suæ. Ergò furtum non est rei alienæ Domino invito.

Respondetur. Esse furem improprie, quia opera servi Domino debita surripit. Proprie enim non est fur, cum nil lucretur alterius; sed eximit se à jugo; quo excusso, ex se fruitur libertate.

L E M M A II.

Quotuplex sit Furtum.

Ex §. Furtorum autem. 3.

Furtum primò dividitur ratione modi furandi, in Manifestum, & non Manifestum; text. hic, di furtum duplex.

Manifestum est, in quo Fur cum re furtiva deprehenditur, prius quàm deveniat ad locum destinationis, l. 3. & 4. D. de furt. Menoch. præsum. 27. num. 5. Alciat. reg. 2. præsumpt. 32. num. 1. Non manifestum est, in quo Fur non ita deprehenditur: Ut si deprehendatur postquàm devenit ad locum præfixum, text. hic in fin. d. l. 3.

Ratione rei ablatæ, Furtum est duplex. Simplex, & Qualificatum. Simplex est denudatum omni qualitate, præter rationem furci: ut furtum nummi. Furtum qualificatum, præter rationem furci, lædit aliam Virtutem: puta Justitiam, & Religio-nem: ut furtum rei Sacræ. Et tunc, ultra rationem furci, habet rationem Sacrilegii. Quod Sacrilegium in furto tripliciter committitur. 1. Si auferatur Sacrum de loco sacro. 2. Si auferatur non Sacrum de loco sacro. 3. Si auferatur Sacrum de loco non sacro, cap. si quis, cap. sacrilegium, 17. q. 4. 4.

Legitæ in l. Divus, & in l. sacrilegii pœnam, 6. D. ad l. Jul. pecul. Menoch. 2. de arb. cas. 389. putant, ad Sacrilegium proprie requiri, ut res Sacra auferatur de loco sacro: Et consensit Dambouder. in præf. crim. c. 63. num. 3. Quod deseruit ad hoc, ut mitius puniatur, qui rem non Sacram de loco non sacro, aufert, d. l. 6.

Furtum qualificatum, Jure Civili, intra Essentiam specificam furci imbibit circumstantiam enormiter aggravantem. Tale est:

I. Furtum Peculatus: scilicet rei spectantis ad Fiscum Principis, tit. D. ad l. Jul. pecul. c. quid ergò, 23. q. 4.

II. Furtum Plagii: scilicet furtum servi, ut vendatur, tit. D. ad l. Flavianam de Plagiis.

III. Abigius: Et est, qui insidiatur alienis animantibus, aut jumentis, ut dispersis, ea transportet, Aub. de nuptiis, cap. 1. §. mitorres, coll. 4. tit. D. & C. de Abigeis.

23

24

25

26

27

28

29

IV. Sunt Burficopiæ, Abrafores: scilicet burfarum, in quo quidam sunt deſtorrimi, & vaſerrimi, ut teſtatur *Damboud. ubi ſupr.* Præterea dantur Fures improbiores, & improbiſſimi. Improbiores ſunt effraſtores, l. 1. *D. de effraſtor.* Improbiſſimi ſunt, qui in viis publicis furantur, l. *Capitalium, §. graſſatores, D. de pœnis.* Famoſi etiam dicuntur, qui furantur, & occidunt, d. l. *Capitalium, §. famoſos.*

30

Omnes iſti puniuntur gravius, quàm puniuntur Fures ſimplices, * ut luculenter demonſtrat *D. Nicol. Vinc. Scoppa in ſuis Præſtico-Receptis Explanationib. ad Codic. Fabrian. lib. 6. tit. 2. de furt. Explanat. 3.* quæ ad commune literatorum bonum; nunc typis datæ ſunt. *

L E M M A III.

Alia Furti priſca diſiſio.

Ex §. *Conceptum. 4.*

Furtum quadruplex Jure antiquo: Primum *Conceptum*: Ut ſi res furtiva reperiatur apud aliquem, præſentibus teſtibus. Secundum eſt *Oblatum*: Ut ſi res furtiva detur alicui, ad hoc, ut apud illum reperiatur. Tertium eſt *Prohibitum*: Ut ſi quis prohibeat rem furtivam apud ſe perquiri. Quartum eſt *Exhibitum*: Ut ſi res furtiva reperiatur apud aliquem, qui monitus exhibere, noluit. Quæ jam, à Foro, & Scholis, demigrarunt.

L E M M A IV.

DE FURTO VERO, ET PRÆSUMPTO.

Alia diſiſio furti.

31

Venit ad calamum utilior Furti diſiſio in *Verum*, & *Præſumptum*. Verum eſt, de quo certius conſtat: puta, viſu; & tunc currit regula: *In clariſ, conjecturis, iudiciis, aut præſumptionibus, non indigemus, l. ille, aut ille, 25. §. cum in verbis, l. Non aliter, 67. D. de leg. 3.* Præſumptum, iudiciis, & conjecturis, comprobatur: Ut, ſi quis conqueratur, ſe Furto depauperatum; Et, januæ fractura, probet Furtum.

De quo quæro I. *An Furtum præſumatur factum à vicino inimico?*

34

Affirma. Nam de inimico Jus omnia mala præſumit: Et inimicitia, delicti præſumptionem efficit, *Furtum Cacheran. decif. 188. num. 21. Peguer. decif. 17. n. 6. præſumitur Farinac. de furtis, quæſt. 86. num. 85. Jo. de Amicis facti ab ini. conf. 51. n. 6. 7. & 8. Tuſcb. lit. I. concl. 149. Franc. Baronius de effectib. inimicit. effect. 50.*

35

Accedit. Semper furtum præſumi factum à vicino, foedos mores olente, *Bald. in l. 1. in fin. C. locati. Bart. in l. Dominus hortarum, D. locati.* Ergò multò magis ab inimico.

36

Quæro II. *An furtum præſumatur factum ab illo Adverſus lo, qui aliàs furatus eſt?*

Quodnam furtum verum, & præſumptum.

Affirma. Maxime, ſi eſt vicinus. Nam ex præteritis, ſequentia colliguntur, *l. non omnes, §. à bartem domi, baris, D. de re militar. c. ſemel malus, de reg. jur. furti: & po. Ità, qui ſemel calumniatus fuit, in poſterum, ut caſteſ torquent ad inveſtigandum, Blac. de in. dic. n. 412. Everard. loco. De tempore ad tempus. Ergò Fur de præterito, talis etiam deinceps præſumitur. Cum ſimus in eadem ſpecie mali, *Alber. in l. omnimodo. num. 5. C. de inoff. teſt. Bart. in l. Caſſius, D. de Senator. Gramm. dec. 25. n. 7. Blancus de indic. n. 410. ex l. conſenſu, §. ſuper ſervis, C. de repud.**

37

Quæro III. *An præſumatur Fur, ille, apud quem res furtiva reperiatur?*

Ab illo, qui alias furatus eſt.

Reſpondetur. Hominem non integræ famæ præſumi furem, & poſſe torqueri; ſi nequeat oſtendere, à quo rem acceperit, *l. incivilem, 2. l. civile, §. C. de furtis.* Nec furis notam effugiet, ſi dicat, ſe à prætereunte, & ignoto emiſſe, *d. l. civile, Bart. ſumitur fur in l. fin. n. 5. D. de qq. Marſl. conf. 130. n. 42. Relan. et poſteſ tor. lib. 1. conf. 45. n. 39. Gram. conf. 14. Thorus v. Furtiva re reperta.*

38

Sed adverſus hominem incorruptis moribus dotatum, corrumpit tale indicium ad torturam; licet non demonſtret, à quo rem habuerit. Tanta eſt bono nomini deſerenda reverentia, *Angel. de malef. v. & v. caeleſtem, quem citat Clarus §. fin. q. 21. in fin. & reverentia. §. furtum, v. ſed nunquid ille, Marſl. ſing. 392. Plo. Tom. II. Lib. IV.*

39

Homo male famæ præſumitur fur in l. fin. n. 5. D. de qq. Marſl. conf. 130. n. 42. Relan. et poſteſ tor. lib. 1. conf. 45. n. 39. Gram. conf. 14. Thorus v. Furtiva re reperta.

40

Bona homini habetur v. caeleſtem, quem citat Clarus §. fin. q. 21. in fin. & reverentia. §. furtum, v. ſed nunquid ille, Marſl. ſing. 392. Plo. Tom. II. Lib. IV.

ius in l. ſi quando, v. 882. C. unde vi. Turr. conf. 54. num. 7. vol. 1. Nam tunc præſumitur recepſiſſe animo conſervandi rem Domino, *Macerat. 3. variaz. reſol. 20.*

* Idem dicas de eo, in cujus domo res furtiva reperitur, qui, ſi furtum non probetur, ex hoc ſolo non præſumitur fur, ut per Senatorem Sabaudia decifum teſtatur *Ant. Faber in ſuo Cod. lib. 6. tit. 2. deſin. 4.* & elegantèr illuſtrat *D. Scoppa in Præſtico-Receptis Explanationib. ad eumd. Cod. Fabrian. d. tit. 2. explan. 4.* *

Quæro IV. *An præſumatur Fur illo, cujus Patet eadem nota fœdatus fuit?*

Affirma, c. *ſigens Anglorum, diſt. 56. l. quod ſno. lit, §. Mancipia, D. de edil. edil. l. quiſquis, C. ad l. Jul. Majeſt. c. 2. §. hæretici, de hæret. in 6. D. Gregor. bom. 20. in Evangel. Gramm. conf. 13. num. 9. Alciat. Reg. 1. præſumpt. 24.* Nam

Qui vires in foliis, venit à radicibus humor: Et patrum in filios abeunt, cum ſemine, mores. *Metam. 4.*

L E M M A V. DE PŒNA FURTI

Ex §. *Pœna manifeſta Furti §.*

Duplici Pœna punitur Furtum. Una eſt Civilis, altera Criminalis. Civilis eſt, ut Furtum manifeſtum puniatur in Quadruplum; non manifeſtum in Duplum, *tex. bic. Quæ pœna applicatur Parti, §. Ex maleficiis, 25. inf. de ad. §. ult. furto. graboc tit.* Et jam non eſt in uſu; ſed tantum Dominus recuperat extimationem rei furatæ, unà cum damnis.

Pœna Criminalis non poteſt eſſe mors naturalis, aut mutilatio, *Autb. ut nulli Judicium, §. ſin. collat. 9. ſervus Domini: Pro furto nolimus omnino quodlibet membrum abſcindi, aut mori; ſed aliter caſtigari.*

Excipias Latronem famoſum: ut eſt graſſator viarum, l. *Capitalium, §. famoſos, D. de pœn. * & probat Ant. Faber in ſuo Cod. lib. 9. tit. 25. de pœn. deſin. 18. n. 1. in alleg. cum aliis, de quibus D. Scoppa in Præſtico-Receptis Explanationib. ad eumd. C. Fabrian. d. tit. 25. explanat. 18.* * Et Sacrilegum, qui morte punitur, ut ſervatur ait *Foller. in prax. crim. de Sum. Trinit. n. 47. De Sacrilegio, de Magiſtris 1. Sylva, cap. 14. n. 10. Conſt. Regni incip. Multæ leges. Licet ibi Aſſ. dicat deportatione, & ſic morte civili multari.*

Similitèr pro tertio furto quis ſolet ſuſpendi, *Gloſ. in l. 3. C. de Epiſ. aud. Major. in 4. diſt. 16. q. 27. Ubi ait, pœnam mortis poſſe pro furto itatui in contumaciam, & proterviam Delinquentium Jure Carolino, ob tertium Furtum quis ſuſpenditur. Et id generaliter conſuetudine receptum, ait Covar. 2. var. c. 9. num. 7. Clar. v. Scias tamen, Ignous, in l. 1. §. hoc reſcriptum, 32. D. ad Sgll. Molin. tom. 5. cap. 2. diſt. 695. §. in Regno, ubi exigit furtum triplicatum, ſufficiens ad læthale. Jure Longobardo-furum, Fur pro primo furto orbatur oculo: pro 2. nato ſuſpenditur, quod non eſt in uſu. Jure hujus Regni, furtum ultra ſex ducatos punitur morte. Si ſit infra, amittit manum. Quæ pœna non eſt in uſu; ſed ſuſtigatur, aut mittitur ad triremes, *Cap. Reg. Ad hoc, quod noſtrorum.**

Sed, crebris furtis pullulantibus, etiam minimis, quem ſuſpendi decifum apud *Gramm. decif. 48. Farinac. tit. de inquis. quæſt. 2. num. 15. in fin. Thorus, non totum a. Fur diverſis.*

Qui furatur in via publica die, vel nocte, punitur capite, etiam ſi furtum ſit minutiffimum, *Pragm. 3. de furtis.* Cui pœnæ addicitur quicumque furatur in Civitate Neapolitana, vel in Suburbis nocte, *Pragm. 1. & 2. de Furtis.*

Jure Canonico, Clericus, ſi ſuretur occultè, reſtituit, & punitur arbitrariè, *c. ſin. de furtis.* Sed de furto manifeſto diffamatus, deponitur ab Ordinibus, & detruditur in Monafterium; ut ibi perpetuò pœnitentiam agat, *cap. Præbyter, 12. diſt. 31.*

Laicus verò reſtituit, & efficitur inſamis, *l. non poſuit, 55. D. de furt. Et unusquique tenetur indicare Furem Domino quærenti, c. qui cum Fure, Fur ſit inſamis.*

Qui furatur in via publica die, vel nocte, punitur capite, etiam ſi furtum ſit minutiffimum, *Pragm. 3. de furtis.* Cui pœnæ addicitur quicumque furatur in Civitate Neapolitana, vel in Suburbis nocte, *Pragm. 1. & 2. de Furtis.*

Jure Canonico, Clericus, ſi ſuretur occultè, reſtituit, & punitur arbitrariè, *c. ſin. de furtis.* Sed de furto manifeſto diffamatus, deponitur ab Ordinibus, & detruditur in Monafterium; ut ibi perpetuò pœnitentiam agat, *cap. Præbyter, 12. diſt. 31.*

Laicus verò reſtituit, & efficitur inſamis, *l. non poſuit, 55. D. de furt. Et unusquique tenetur indicare Furem Domino quærenti, c. qui cum Fure, Fur ſit inſamis.*

Quando teneris pro palare furem.

4. de furt. intelligas, quando potest, sine vitæ periculo, vel alio incommodo gravi, atq. l. congruis, D. de off. Præf. Inò indicandum esse furtum, non furem, ait Flores de Mena 1. var. q. 18. n. 8. Gabr. d. S. Vinc. de Jus. disp. 6. num. 319.

Quæro I. Quæ Pœna puniatur recipient, aut abscondens rem furtivam scienter?

51 Accipiens rem furtivam scienter, puniatur.

Jure Communi puniatur, ut fur, l. Si quis proferehendum, 35. l. qui Fas, 49. §. qui furem novis, sive indicet, sive non indicet, Fur non est. Cum multum interfit, furtum quis celet, an non indicet. Qui novis furtum, non tenetur: qui celat hoc ipso tenetur. D. de furt. l. eos qui, 14. C. cod. l. Si quis, C. ad L. Flav. de Plagiar. l. Si servus, D. commodas. l. Revarius, D. de ser. cor.

52 De Jure Regni puniatur trirremibus.

Jure Regni est pœna Trirremium per decennium adversus scienter receptantes bona, vel Fures; etiam si sint in primo gradu consanguinitatis; vel affinitatis, Prag. 12. ubi Rev. de empt. & vendit. Peguer. decis. crim. 25.

53

Qui ignorat rem esse furatam, tali pœna non afficitur; sed debet docere, à quo rem accepit, l. incivile, 2. C. de furt. Alciat. Reg. 3. præsumpt. 29.

54 Emptor rei furtivæ sciens, puniatur ut fur.

Quæro II. Quæ pœna puniatur emptor rei furtivæ sciens?

Jure Civili puniatur, ut fur, d. incivile, 2. l. civile 5. C. de furtis.

55 Non puniatur si protegetur.

In Regno mancipatur trirremibus per decennium, Pragm. 12. de empt. & vend. Aff. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Vivius dec. 146. Est tamen immunitas à pœna, & pretium recuperat, si protestetur, se emere rem nomine Domini, Cæpoll. caut. 10. Urfill. ad Aff. dec. 360. num. 6. Emens verò rem ab hostibus, pœnam evitat, ac pretium recuperat; si Dominus rem velit, l. Mulier ad opus, D. de capt. & possim. revers.

57 Quid de ignorante.

Sed quæres: An emptor, ignorans rem furtivam, recuperet pretium?

Nega, l. incivilem, 2. C. de furt. Capell. Tbol. decis. 157. Cræmensis sing. 9. §. nisi emat nomine Domini, Cæpoll. caut. 10. Marfil. sing. 13.

58 Ubi puniendus fur.

Quæro III. Ubi puniendus captus cum re, quam alibi furatus fuit?

Respond. In loco ubi captus est. Nam quamdiu detinet, continò dicitur furari, l. in furtis, 51. l. inficiando, 69. §. Infans apud Furem adolevit, tam adolescentis furtum fecit ille, quam infantis, D. de furt. Ergò etiam committit furtum in loco, ubi cum re furata est deprehensus. Ergò inibi pœnis afficiendus, Pegu. decis. 28. Caball. resol. cent. 2. casu 163. Ricc. collect. decis. 48. Mastrill. dec. 147. num. 3. Boer. dec. 218. num. 5. Franch. decis. 681. Cappc. decis. 105. Clar. §. fin. q. 38. n. 15. ex Bart. in l. si domum, v. Et adverso, D. de furt. Macerat. 3. var. resol. 20. num. 3. Mart. sing. 392. Turretta conf. 54. num. 7. vol. 1. Natta conf. 362. num. 5.

59 Fur deprehensus cum furto in Ecclesia gaudet immunitate.

An, deprehensus in Ecclesia cum re furata, gaudet ejus immunitate?

Affirma. Nam non est casus acceptus à Gregoriana XIV. Gam. dec. 171. num. 1. Goffred. in sum. de immunit. Eccles. num. 11. Rom. conf. 234. n. 2. Gratian. c. 598. num. 17. Contra Clar. §. fin. quæst. 30. v. Item quæro, Dec. crim. c. 28. num. 5.

LEMMA VI. QUANDO FUR EXCusetur A DICTIS PœNIS.

60 A furto excusat necessitas extrema.

Excusatur à prædictis pœnis. I. si in valde gravi, vel extrema necessitate furetur, S. Ambr. ser. 81. refertur disp. 47. ibi: Exurientium panis est, quem tu destines; nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est pecunia, quam tu in terra desodis. Et ratio à priori est: Quia Jure Naturæ res inferiores humanæ indigentia servire debent. Cui Juri nequit derogare Jure Gentium divisionis rerum, introductum ad pacem, non ad hominum miseram inopiam fovendam. Et necessitas legi non servit, c. quod non est licitum, de reg. jur. in. 6. l. ut gradatim, 6. D. de mun. & honor. Cùm ergò non peccet, nec sit fur, nequit puniri, D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. Less. 2. de Jus. c. 12. dub. 12, num. 71. In-

61 Furans ab habente partem necessitatem, peccat.

telligas, nisi auferat ab illo, qui est in pari necessitate: Nam in pari causa, melior est conditio possidentis. Sed si Dominus extrema necessitate laborans, rem suam non possideat, licitum est tunc alteri gravato extrema miseria, illum prævenire, & rem occupare, Major. in 4. disp. 13. q. 9. §. 2. arguitur, Contrà Scotum ibid. q. 2. Gabrielem q. 2. art. 2.

Qui rem, vel ablatam, vel apud se depositam, in extrema necessitate consumpsit, non est fur, nec tenetur restituere, D. Thom. sup. Riccard. 4. disp. 37. art. 3. q. 4. Clarus §. Furtum, num. 25.

Sed si quæras hic: Cur non liceat fornicari ob extremam necessitatem?

Respond. Id esse, quia extrema necessitas tollit legem gentium, quæ divisionem introduxit, ex D. Thom. l. c. Et tunc bona sunt communia: Unde non accipit bona alterius; sed sua, eique fructificant. Quod non est in fornicatione. Nam cum homo non sit, nec fuerit Jure naturæ in fructu, nec in bonis communibus; nequit homo illius dominium acquirere; eoque uti ad fornicandum, Glos. in c. si quis propter, de furt. v. puniatur, Gabr. à S. Vincent. de Jus. disp. 6. q. 11. num. 318.

II. Non puniatur Fur rei levis: Nam etiam excusatur culpa læthali, D. Th. l. c. art. 6. ad 3. ubi Cat. Bann. Salon. Cùm levitèr lædat proximum. Nec de minimis sit curandum, l. quamvis, D. de cond. & demonstr. Modica summa est, si non excedat duos Julios, secundum Navarr. c. 17. n. 4. Alii exigunt ad gravem 3. alii 5. regales. Et alii rectius ajunt, materiam gravem, quæ sufficit ad sustentationem hominis pro uno die; licet alii recurant ad arbitrium prudentis, Aragon. 2. 2. q. 66. art. 6. A Rege autem auferre duos, vel tres ducatos, esset læthale, secundum Sot. 5. de Jus. q. 3. art. 3. ad 3. vide l. si quis affirmaverit, 9. D. de dolo. Ex circumstantiis esset grave auferre rem etiam minimam, cum gravi læsione Domini, c. fin. de injur. Gabr. à S. Vinc. l. c. num. 300.

LEMMA VII. DE MATERIA FURTI.

Constito de essentia, & pœnis Furti: ejus Materiam: scilicet res, circa quas committitur, discussioni supponimus.

Quidquid accipi potest, invito Domino, sive Sacrum, sive Profanum, est furti materia, c. Sacrilegium, 4. l. 7. quæst. 4. l. 1. D. de furt. Et hoc, sive quis usurpet rem, sive usum, sive possessionem, aut usufructum, vel utatur ad unum, re data ad alium, finem. Patet ex dictis supra num. 6. & 12. & l. qui Jumenta, 41. D. de furtis.

Quidquid derelictum non est, etiam si jaceat, Domino ignoto, est materia furti, nisi accipiatur animo dandi Domino, l. falsus, 44. §. qui alienum, D. de furtis, l. fin. C. unde vi.

Homini furtum fieri, exploratissimi Juris est, l. inter omnes, 47. ibi: Mortuo quoque homine, quem quis Furto abstulit, viget Furti actio, D. de furtis.

Sed quia homines alii liberi, alii servi, I. Videamus.

DE FURTO HOMINIS LIBERI.

Homo liber, est Materia furti, l. si filiusfam. 38. l. 39. D. de furtis.

Dices. Quod nullius est, non est materia furti. Sed homo hber est nullius. Ergò non est materia furti. Major patet. Quia furtum est contractatio rei alienæ, l. 1. D. de furt. & res nullius non est aliena. Minor demonstratur l. ex l. 1. l. 5. l. 20. ff. de rei vind. ubi homo liber non patitur actione rei vindicationis data Domino. II. Quia implicat contradictionem, esse liberum, & esse sub alterius dominio. III. Quia nec homo est sui dominus.

Resp. Dist. Ma. Quod est nullius plene, quò ad se, & sua. Concedo Ma. Quod est nullius non plene: hoc est quò ad se, non quò ad sua, est nullius. Nego Ma. Sed dist. Min. Homo liber est nullius plene, quò ad se; scilicet & sua. Nego Min. Quò ad

62 Consumens rem in extrema necessitate non tenetur restituere.

63 Cur, ob extremam necessitatem, non licet fornicari.

64 Res levis excusat à culpa læthali. Quæ sit modica summa.

65

66 Furti materia, quæ.

67

68 Furtum hominis.

69

70 Objectio.

ad se, non quod ad sua. Concedo Mia. Homo enim liber, licet sit nullius quod ad summ esse; non est nullius, quod ad operari: Nam est dominus suarum operationum, & suae libertatis. Cum amittat libertatem vendendo se ipsum, & suas actiones alteri locare valet. Et ideo illius contractator fur est.

Obiectio.

Replicabis. Quod est nullius, & potest fieri alicujus, occupanti conceditur sine crimine furti. Sed homo liber est nullius, & potest fieri alicujus. Ergo homo liber occupanti conceditur sine furto.

Resp. Hominem liberum, ut rem nullius, posse fieri alicujus non quavis occupatione; sed determinata: ut Jure belli, & aliis modis, de quibus lib. 1. Quibus modis praecisus, liber homo est nullius, ut nequeat fieri alicujus. Eumque occupantes essent fures laedentes jus libertatis, & actionum: ut dictum est *

71
Pena Furtantis hominem liberum.

Jure Divino, Furtum hominis liberi est morte, 1. Lev. 24. Jure Civili extraordinarie punitur, DD. in l. fin. C. ad l. Flavianam de plag.

De Jure Canonico & Regni.

Jure Canonico excommunicatur, c. 1. de furt. c. ab Archiepiscopo, de raptor.

Vendens hominem liberum fit servus.

Jure Regni. Venditus redimitur facultatibus vendentis, quod superest Fisco applicatur. Vendens efficitur servus Regiae Curiae; Et si redimi Venditus non possit, Venditor efficitur servus consanguineorum, bonis Fisco additis. Quod si ille se liberet a servitute, Vendens transit una cum filiis natis post delictum in servum Regiae Curiae, Const. Qui sciens, de vend. liberi boni.

72

Si filius subraptus fuit, Pater, non Mater, habet actionem furti, l. si filius, 58. & l. 39. D. de furt.

DE FURTO SERVI.

73
Servi fit furtum.

Stius etiam furtum fieri, neget nemo, l. alienum, 6. l. si abducta, 16. C. de furtis, l. inter 47. §. si servus, l. 76. D. cit. tit. Et furtum est non solum Ancillae, sed ejus partus apud Furem editi, l. Ancilla, 12. C. cit. tit.

74
Consulens servo, ut fugiat, non est fur.

Non tamen datur furtum, si quis servo det consilium, ut fugae se committat, aut servo fugienti iter ostendat, l. furtum 64. D. cit. tit. Sicuti nec est furtum, si servo quis suadeat, ut praecipio se interimat; licet suadens peccet, l. qui servo 36. D. cit. tit. Nam deest in consulente animus lucrandi. Et servus nihil sibi acquirit; sed tantum se liberat a servitutis vinculis.

LEMMA VIII.

EX CAUSA EFFECTIVA FURTI.

Ex §. Sed & credat, 2. v. unde illud quastrum, §. Interdum, 11.

75

Sermo est de illis, qui alienis deliciantur, quibus furtiva dulcescunt. Et isti duplicem damnabilem Cohortem constituunt. Primam efformant principaliter Fures. Secundam illi, qui ope, consilio, mandato insistant, moment ad surripiendum. De primis infra in §. Hi, qui parentum, 12. Hic.

De illis, qui cooperantur ope, consilio, ad Furtum.

76
Cooperantes furto, sunt fures.

ET certum est, cooperantes, instigantes, ope, vel de mandato, esse fures? Nam furti sunt causa, tex. hic in §. Sed, & si, ibi: Non solum furti actionem, sed & servi corrupti contra eum dari, & §. interdum, 11. l. is, qui opem, 34. l. si pignore, 16. §. qui ferramenta, l. in furti, 51. §. ope, consilio, D. de furtis. Et currit in omnibus Regula; Qui causa damni dat, damnum dedisse videtur, l. Praetor ait, 4. §. hoc autem edito, in fin. ibi: Verum est enim, qui praebuit damni dandi causam, damnum dedisse, D. de vi bon. rapt. cap. fin. de injur. Nam magis, quam consultus, delinquit consulens: cum sibi consulto, & tertio, adversus quem dat consilium, ruinam animae, & corporis imminet. Et acerbius puniri debet, l. sancimus, 22. C. de poenis, l. qui domum, D. de adult.

77
Occultans delinquentem, punitur extraordinarie.

Qui post delictum occultat delinquentem, punitur poena extraordinaria, l. 1. & 2. C. de bis, qui latrones occult. Et celans Furem, furto tenetur, l. qui vas, 49. §. qui furem, ibi: Qui novit, furti non tenetur, qui celat hoc ipso tenetur, D. de furtis.

Qui consulit, & non praestat opem; itaut etiam

absque suo consilio certe furatus quis esset: voluntate, affectu, non effectu est fur, tex. hic in fin. Nam non est causa furti, quod etiam ipso non consentiente, sequitur. Secus esset, si ex consilio moveretur ad furtum, l. qui servo, 36. v. sed si alius fugam persuaserit, ut ab alio surripiatur, furti tenebitur is, qui persuaserit. D. de furt.

20

LEMMA IX.

DE CAUSA PRINCIPALI FURTI.

Ex §. Hi qui, 19.

Omnia doli capax, potens est delinquere crimine furti, l. impubes, 23. & 26. D. de furt. Sed specialius loquitur hic in §. de Filio, Servo, Uxore. Quibus addas Religiosum. De quibus breviter, sigillatimque, & l.

79
Capax doli potens est ad furtum.

DE FILIO,

Qui invito Patre aliquid accipit.

Filii fures sunt, si a Patre aliquid furentur, Patre rationabiliter invito, tex. hic, & l. servi, & filii, 17. D. de furt. & peccant sumendo notabilem quantitatem, Navarr. cap. 17. nu. 156. Nisi Pater concederet, si filius peteret, Less. c. 12. d. 13. nu. 85. l. servi, 17. & l. Ne quom filios. Pater furti, agere possit, non Juris constitutio; sed Natura rei impedimento est, quod non magis cum illis, quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus. 16. D. de furt.

80
Filius surripiens bona Patris committit furtum.

Et quidquid Filius a Patre invito surripit, tenetur in divisione honorum cum fratribus conferre, vel sibi met computare in suam portionem, nisi Pater ei deinde donet, Gabriel. à S. Vito. d. de c. num. 329. §. final. Nam semper adest onus restituendi, si potest restituere, Patri, vel ejus haeredi.

81
Et tenetur conferre.

Non tamen Pater agit contra eos actione furti; sed implorat officium Judicis, l. si quis uxor, 53. D. cit. tit. l. uxor, D. de crim. expil. barrod. Cujus officio moderate castigantur, l. prospiciendum, 11. §. furti domestica, D. de poenis, l. congruentius, C. de patriam potest. At actione furti tenetur ille, cujus ope filius furatur, l. qui servo, v. Item placuit, D. de furt. Sed si habeat peculium castrense, potest adversus filium agere, d. l. si quis uxori, 53. v. sed si filius, D. cit. tit.

82
Pater non agit furti contra filium.

Dices I. Bona Patris sunt bona filii. Ergo filius non accipit bona aliena, quando accipit bona Patris.

83
Obiectio.

R. Respondetur. Quod Patris sunt filii post mortem Patris: secus, nec Pater posset illa bona consumere: quia consumeret bona aliena, puta filii. Et accipiens bona communia, etiam esset fur, l. si socius, 46. D. de furtis.

84
Surripiens bona communia est fur.

Dices II. Pater, & filius reputantur una persona, l. fin. C. de impuber. & adultis. Ergo, non facit furtum, quando accipit bona Patris: quia est ita, ac si Pater ipse acciperet.

85
Obiectio.

Respondetur. Quod Pater est una persona cum filio, fictione Juris Civilis; non vero se vera, & Jure naturali: & consequenter furtum, quod est contra Jus naturae, potest intercedere inter Patrem, & filium.

86
Pater Jure civili, non naturali, est una persona cum filio.

An quis teneatur revelare furtum factum a Filio: vi monitorii?

NEga. Nam inter Patrem, & filium nequit esse actio furti, l. nec cum filio, 16. D. de furt. nec iudicium, l. lis, 4. D. de judic. Ergo, nec monitorium vocans testes ad deponendum, nec sententia excommunicationis. Ergo, nec alius tenetur revelare filium furantem. Nam illa revelatio, & depositio est via ad iudicium. Ergo, cum non possit esse iudicium, & processus, nec potest esse depositio, nec obligatio ad deponendum ex vi cuiuslibet monitorii comminantis excommunicationem.

87
Pater non agit furti contra filium. Non tenetur quis revelare filium furantem a patre.

Id non intelligas de filio habente castrense, vel quasi, aut emancipato: cum quo potest esse iudicium, d. l. lis, 4. Et actio furtiva, l. si quis, 53. v. sed si filius, ibi: Si filius meus, qui habet castrense peculium, furtum mihi fecerit: An possim actione utili adversus eum agere? videndum est: Cum habeat, unde satisfaciatur. Et potest defendi agentem. D. de furt. l. si dubitetur, D. de fideiuss.

88

Idem.

Idemque è converso dicas, si filius impetret monitorium, & Pater sit fur, d. l. si quis, 53. §. An autem Pater filio teneatur; si res ejus castrensis percussit subtraxerit? videamus. Et puto teneri. Non tantum igitur faciet furtum Filio, sed etiam furti tenebitur.

90 Filius non detegendus.

Et filios non esse detegendos ex vi comminationis monitorij, ait post Hugolinum, Naldus in sum. v. excommunicatio, num. 8. v. filius, num. 3. Raynaudus de monitor. p. 1. c. 3. q. 14. qui ait, alios id extendere ad socios delicti filiorum, ne filii furti revelatione denigrentur.

91 Genitor plus filio quam sibi consulit.

Quod, si intueamur Genitoris affectum, Ghatis potiora, quam sibi metipsum, volentem, S. Cbrystof. tom. 1. hom. 1. de patient. Job. Abulens. quæst. 40. in cap. 1. lib. 3. num. 7. Scherlog. in vol. 3. in Cantic. vestigatione 36. cap. 8. sect. 1. num. 37. in fin. dicta ad Emancipatos etiam extendemus; Quorum bonum nomen, & opinionem, Pater sanguine tueretur, amatque supra opes. Ergo non est credendum, velle criminis depositione scoldari; Cum Parentes, Sobolis poenas, quandoque velint subire, S. Cbrystof. hom. 29. in Genes. Et filiorum mala ineluctabili dolore laucient Paternum affectum. Ergo non est credendum, velle dirissima excommunicationis laniena deperdi, & jaculo (cujus nil acerbius in tota Ecclesia) confodi.

92 Servus fur tenetur furti.

DE SERV O. Servus etiam est Fur, si bona domini surripiat, l. servi, 17. D. de furt. Tamen Jure Civili inter istos denegatur actio civilis, etiam si, post furtum, fuerit alienatus, vel manumissus, d. l. servi, v. Est quæsitum, D. de furt. Et tit. D. & C. Rerum amotar. Sed compensetur Judicis implorato officio: qui spissis, & densatis poenis hujusmodi delicta, plectere, & prohibere potest, d. l. si quis uxori, & l. uxor, C. de crim. expil. baredit. l. respiciendum, §. furta domestica, D. de pen.

93 Bona subtrahit ab Uxore, sunt furtiva.

DE U X O R E. Bona Mariti, quæ Uxor surripit, Marito rationabiliter invito, sunt furtiva, l. si quis uxori, D. de furt. l. respiciendum, §. furta domestica, D. de crim. exp. bared.

94 Quando Uxor potest à Marito surripere.

Sunt tamen multi casus, in quibus Uxor potest accipere: puta, ut faciat moderatè elemosynam: ut donet, quod ejusdem conditionis sceminae donant: ut petant relaxationes, quas consuetudo licite concessit: ad arcendum imminens damnum. Mariti, 1. Reg. 25. si Vir sit prodigus, Angelus v. furtum. Nam istis, irrationabiliter Maritus esset invitus, & Uxor prudentè ageret, Navar. c. 17. à num. 153. Vide Tiraquell. ad l. Connubial. l. 13. glof. 3. num. 192.

95 Religiosus subripiens est fur.

DE RELIGIOSO. Licet Religiosus respectu Monasterij se habeat, ut filius, fur est, si Prælato rationabiliter invito, aliquid communitatis, vel alterius accipiat, & donet, Navarr. 3. de rest. cap. 5. num. 188. Rodrig. par. 2. sum. cap. 31. num. 7. & tenetur restituere, si habeat unde, vel re extante, Cordub. in sum. q. 109. Sayr. in Clavi, lib. 9. c. 16. num. 21.

Accipies à Religioso potest restituere Monasterio, vel Religioso.

Et accipiens rem talem à Religioso, potest restituere Monasterio, quod est rerum dominus, Sylvester v. Religio, 6. q. 7. Mol. tom. 1. disp. 40. vel ipsi Religioso, Abulens. in c. 6. Mart. q. 37. Villalob. to. 2. tr. 28. disp. 5. num. 11.

96 Pubertas quando dicitur.

LEMMAX. An Impubes committat furtum? Ex §. In summa, 23.

97 Impubes non tenetur furti actione furti.

Impubes est proximus pubertati, & proximus infantie. Pubertati dicitur proximus, quando attingit 10. annum cum dimidio in masculo, & 9. cum dimidio in scemina, juxta communem post Glof. in l. pupillus, D. de reg. jur. Proximus infantie est ab anno 8. & infra, prout lib. 1. dicebamus.

Si sit proximus infantie, Impubes non tenetur actione furti, etiam si ipse furetur, vel alium adjuvet ad furtum, l. fullo, 92. in fin. D. de furt. Nam caret pleno rationis usu: nec præsumitur doli capax, tex. hic, & in c. 1. de delictis pueror. Sed proximus

pubertati actione furti conveniri potest, l. impuberem, 23. & l. 24. D. de furi. h. pupillum, l. pupillus, D. de reg. jur. l. apud, §. si quis non tutor, D. de del. except.

Infantia excusat.

Infantia excusat à delictis, & poenis. l. si infanti, C. de jure deliber. Proximus verò infantie delinquit; sed mitius punitur, c. 2. de del. puer. Gl. d. l. impuberem, ubi Aret. num. 2. ex l. Excipiuntur, D. ad Syll. Farin. tom. 3. prax. de pœn. temp. q. 92. nu. 62. Et in Regno, Minor delinquens arbitrarie punitur, Rovit. ad Pragm. 1. num. 4. de Minor.

98 Punitur effectus copletus, non affectus.

LEMMAXI. Furis affectus, sine effectu, quando punitur? & quid in aliis similibus casibus?

Ex §. Sed & si credat, v. Unde illud quæsitum, 8. Regula est. Nemo punitur; effectu non sequuto, l. 1. ubi Angel. §. fin. num. 3. D. quod quisque Juris, Jo: Andr. in cap. perpetua, de elect. in 6. Gizzarell. dec. 25. num. 2. Bart. in l. 1. §. Divus, num. 1. D. de Croat. Ricc. coll. 326. Ita petens plusquam sibi debeat, non punitur poena falsi; nisi cum effectu exigat plus, Prag. 7. de fals. Alex. conf. 14. nu. 8. vol. 3. Bald. conf. 443. vol. 3. Ricc. coll. 1377.

Etiam in peccate plus, quam ei debeat.

Sed ad rescindendam, ac succidendam novis perpetuò pullulantem delictis, mortalium petulantem audaciam; quædam etiam non consummata crimina, ultrix Lex punit. Et l. In casu nostri text. Ubi, etiam effectu non sequuto, Fur punitur actione furti, & servi corrupti, ob malum consilium, quo suavit servo rei Dominicæ furtum; licet Servus non sit furto corruptus, l. si servo, 20. C. de furtis.

99 Id non currit in consulente servo.

II. In Regno, falsificans apocham; & illam Banco offerens, morte punitur; licet pecuniam non recipiat, Pragm. 8. de falsis, Gallup. prax. p. 2. c. 23. num. 30.

100 In falsificasse apocham bancbi.

III. Post duas horas noctis, enssem evaginatam secum ferens, punitur in Regno, licet neminem offendat, Prag. 1. de armis. Ubi debet cum lumine ambulare post duas horas noctis. Quæ Pragm. non ligat Clericos, secundum Rovit. in d. Prag. ex Conf. De personis Clericorum, ubi Foller. nu. 4. Vide Ant. Fabrum in suo Cod. lib. 9. tit. 25. de pœn. defn. 20. * & quæ latè scribit D. Scoppa in Practico-Receptis Explanat. ad eundem Cod. Fabrian. d. tit. 25. explanat. 20. *

101

IV. Punitur morte naturali lassans rotam bellici instrumenti ad internicionem alterius ex condito, animo occidendi; licet alius incolumis evaserit, Prag. 1. de istu scopis. Prag. 15. de armis, Gizzarell. dec. 25. nu. 10. ubi ait; rigorem dictæ Prag. liniri in S. R. C. ut non afficiat Reos facinorosos, nisi dolo, illis armis, delinquat. Sequitur De Martinis cap. 314. n. 1. Hinc ex rixa emittens igneum globum, non ligat dicta poena, Gizzarell. loc. cit. num. 11. in fin. Et quando dolosè, armis ipsis morte igne evomentibus, occidit, potest etiam intra 15. dies Costumax forjudicari, ex Prag. Comitiss Lemos, tit. de sent. forjud. * & ita novissime ait D. Scoppa edisserens: an id ipsum sanctum sit contra assistentem, opemque ferentem dolosè, & præmeditatè ei, qui icu scopiæ homicidium commisit? in Scholiis ad Controv. for. Reg. Merlin cent. 1. cap. 47. * Licet in aliis, anni intercapedo debeat intercedere, Prag. 48. de armis, Franch. dec. 515. num. 4. 5. De Angelis ad Gizzarell. l. c. nu. 13. Cum autem Pragmaticæ sint poenales, & strictè interpretandæ, l. interpretatione, 42. D. de poenis, c. In poenis, de reg. jur. in 6. l. Hodie, 15. l. respiciendum, 11. D. de pœn. l. fin. C. ad Vell. l. factum, §. fin. D. de reg. jur. Hinc illas poenas evitat, qui vult icu igneo occidere; sed flamma non intra, sed extra exardescit. Nam Pragmaticæ exigunt icus emissionem, De Marin. cap. 323. nu. 4. & decium refert num. 11. Qui num. 4. vult, animum occidendi probandum ab Accusatore, vel Filco. Videtis novissimam Pragm. D. Petri Aragonia moderantem d. Prag. 1. de istu scop.

102 Morte punitur animo deliberato occidendi, igneo icu bellici instrumenti irritam emissio.

Et forjudicatur intra 15. dies.

103

V. Punitur etiam, re non sequuta, qui Monialem tentavit; sicuti etiam raptor virginis, l. si quis, non dicam, §. C. de Episc. & Cler. l. unic. C. de raptu vir. VI. In

104

VI. In crimine læsæ Majestatis Divinæ, & humanæ, l. Quisquis, 5. C. ad l. Jul. Majest. Gabr. comm. tit. de crim. conclus. 12. num. 19. De Marin. cap. 323. n. 1. VII. In crimine assassinii, cap. 1. de hom. in 6. VIII. In tentanda Patris necesse, l. 1. & 7. D. ad l. Pompejam, de parricid. Quod de venenante etiam sententur multi, in d. l. 1. & l. 15. D. ad l. Cornel. de sicar.

105 Affectus de-ventus ad actum proximum puniatur.

In prædictis casibus, ut puniatur affectus, effectus non sequuto, debet actu devenisse ad potentiam primò proximam, Pragmat. 1. in fin. de icu scopi. Gramm. cons. 36. num. 14. & per Senatam Sabaudiz tractatum, ait Anton. Faber in suo Cod. dist. tit. 25. definit. 20. * quem ibid. prosequitur D. Scoppa explanat.

L E M M A XII.

Cui competat Actio furtiva?

Ex §. Furti autem actio, 13. 14. 15. 16.

106 Datur actio furtiva illi, cujus interest ex causa honesta, & onerosa.

Rem, quam profuse alii ad calamum revocant, Nos unico puncto evisceremus. Ei competit Actio furtiva, cujus interest ex causa honesta, & onerosa, rem non esse sublatam, text. hic, l. 11. cujus, l. 1. l. 11. cujus, 87. l. itaque 12. l. eum, qui, 14. v. præterea, l. si quis uxori, §. pen. D. de furt.

Non tamen, quibuscumque interest, datur Actio furti; sed tantum illi, cujus interest ex causa honesta; & cui, quasi ex culpa, res periret, l. eum, qui, 14. §. an Pater, v. neque enim, l. rem, 80. D. de furt.

Ex quibus jam vides. I. Custodem posse agere adversus Furem, d. l. itaque. II. Creditores contra Furem pro pignore: Nam melius pignori, quam personæ inhaerent, text. hic, l. Creditoris cui, 15. & l. 12. §. sed si, D. de furt. III. Ususfructuarium, contra furtipientem rem ususfructui subjectam, d. l. Creditoris, 15. §. Dominus, l. Cum es, 20. ibi: Tuus ususfructus, D. de furt. IV. Commodatarium agere contra Furem rei commodatæ, l. fin. D. cit. tit. cujus interest: nam, actione commodati, conveniri potest.

Quæres: Cui non competat Actio furtiva?

Respondetur. Non dari talem Actionem. I. Illi, cui res debetur ex stipulatu, l. 15. cui, 13. D. de furt. II. Illi, cui res debetur ex emptione, l. eum, qui, 14. D. cit. tit. Nam res non tradita, ei non perit. III. Nec Furi, aut Malafidei possessori; si ad alios, res furata transierit, d. l. eum, qui, §. Julianus, & d. l. itaque 12. Nam ex honesta causa, istorum non interest, rem non esse sublatam, d. l. 15. cujus. * Sed, quamvis Fur contra furem careat actione furtiva; datur tamen ei conditio Furticaria, Bart. in l. itaq; Fullo, D. de furt. Maranta tract. de rem. poss. n. 89. ex l. 2. D. de condit. furticar. * IV. Nec Conductori, si res conducta sine ejus culpa sit sublata. Nam tunc Conductori non perit, l. eum, qui, 14. §. an Pater, D. de furt.

L E M M A XIII.

Quot actiones dentur contra Furem.

Ex §. ultim.

Adversus istos projectæ animæ homines: Qui, avida inhiatione, omnia inverecundè suffurantur, quadripartito Actionum agmine, insurgunt Jura. I. Est Actio Furti, quæ est ad pœnam, l. si pignore, 56. §. cum furti, D. de furt. Durat, Fure vivente; adversus quem tantum datur, etiam re furtiva extincta, non adversus hæredem, l. Furti actio, 15. C. de furt. l. si cum quis, 24. §. quandiu, D. cit. tit.

Quod si Fur alteri sit subjectus: ut Servus. Datur adversus istam, cujus est servus, Actio Noxalis, quæ sequitur Caput servi, d. §. quandiu.

Actione furtiva utuntur omnes, quorum interest, rem non esse furatam, d. l. eum, qui, 14. §. qualis, D. cit. tit.

II. Est Conditio furtiva, quæ competit Domino pro re furtiva contra Furem, ejusque hæredem tantum, l. Mater, 39. D. de furt. Datur tantum Domino rei, d. l. eum, qui, 14. §. qualis. Non petit pœnam, sed rem, vel ejus æstimationem, l. si pignore, sublata, vel 56. §. cum furti actio, l. eum, qui, 9. Quod si ex conditio- tione.

109 Actio furtiva est pœnalis. Durat tantum contra furem etiam re destructa.

110 Conditio furtiva non est pœnalis, sed petit re sublata, vel ejus æstimationem.

III. Est Rei vindicatio, quæ competit Domino pro petenda re furata à quocumque possessore, d. §. cum furti actio, l. Ancillæ, 12. C. de furt.

IV. Est actio ad Exhibendum, qua quis agit, ut exhibeat res furtiva.

Si quis rem recuperaverit, cessabit illius Vindicatio, & Conditio: sed durabit Actio Furtiva, qua potest adhuc agere pro pœna, d. §. cum furti actio, l. ancillæ, 12. ibi: Nam, extra pœnam, rei persecutoriam esse, nulla juris questio est, l. subtractio, 9. C. de furt.

111 Habita re etiam actio furtiva ducit.

DE VI BONORUM RAPTORUM.

T I T. I I.

Furtum sequitur Rapina, quæ est species Violentiz, & graviter mala, text. hic, 1. ad Cor. 6. Isaia 61. D. Thom. supr. art. 96. Definitor, quod sit Acceptio rei alienæ fraudulenter, Domino invito, palam facta, text. hic, & in l. 2. D. de vi bonor. rapt.

112 Raptum quid sit.

Per ly Palam, differt à Furto, l. 2. §. in hac actione, ibi: Non minima est differentia inter eum, qui clam facit, & eum, qui rapit, D. hoc tit. Covar. in reg. pecc. 2. p. §. 1. num. 2. Sylv. v. Rapina. Et ob personalem violentiam est gravior injuria, quam sit furtum, 1. ad Cor. 6. ibi: Neque rapaces Regnum Dei possidebunt. Licet sit in mobilibus, l. 1. C. hoc tit.

113 In quo differat à Furto, & Rapto.

Differt Rapina à Raptu, de quo tit. C. de rapt. virg. Nam, Raptus committitur asportatione Mulieris ad alium locum, libidinis causa, Clar. §. raptus. De quo Raptu infra, cum de publicis iudiciis. Et punitur morte, l. unica, C. de rapt. virg. nisi Rapta sit meretrix, DD. in d. l. un. In Regno, morte punitur etiam, qui vi rapit Meretricem, Constit. Omnes nostri. Eadem pœna punitur, qui rapit Virum, ut practicum refert Clar. l. c. num. 6. Gomez in l. 80. Tauri, num. 37.

114

L E M M A I.

De Penis Rapina.

Ex §. Qui vi res.

Qui, alteri pileum, tunicam, gladium, publicè rapit, punitur quadruplo intra annum, in quo inest simplum; post annum verò restituit rem, text. hic, & in l. 2. & 4. D. de vi bonor. rapt. Et talis annus est utilis, l. 2. l. res, 3. ibi: Vi bonorum quadrupli, raptorum actionem intra annum quidem, quo expe- riendi potestas fuit, in quadruplum, post annum in simplum, l. fin. C. cod. Qui annus utilis continet tantum dies, in quibus quis agere potest, l. cum heres, §. Sicibus, D. de stat. liber. quæ est pœna Civilis.

115 Raptor, intra annum utilem in quadruplum, post annum in simplum, con-venitur.

Criminalis verò in Rapina facta sine armis est confiscatio tertiz partis bonorum, §. Item: Lex Italia. Infra de pub. judic. Si fiat cum armis, est pœna deportationis: & admittitur accusatio ad pœnam mortis naturalis, tit. D. ad l. Juliam de vi public. l. 3. D. de vi, & vi.

116

Jure Canonico, Judex non suus potest punire Rapacem, cap. 1. de Raptor. & potest excommunicare illum, d. c. 1. Simili pœna plectuntur cooperatores, re, consilio, &c. l. si pignore, §. cum furti, v. qui for. ramenta, D. de furt. l. qui domum, D. ad l. Juliam de vi.

117 Raptor potest excommunicari à Judice non suo.

In Regno, ultra restitutionem rei raptæ, triplum applicatur Fisco, ut in c. Placuit. Nobilis decapitatur; Plebeus suspenditur: adsonat l. Non prodest ei, qui vi rapuit ad evadendam pœnam, si ante iudicium restituat rem, quam rapuit, D. hoc tit. l. qui ea mente, D. de furt. Vide Iseniam in c. Solidos, de pace præstanda.

117

L E M M A I I.

An accipiens rem suam sit Rapax?

Ex §. Ita tamen.

Nega, l. Prator, 2. §. doli mali, v. Hac actione, si quis rem suam rapuit, vi bonorum raptorum non non tenetur. Sed aliter multabitur, D. hoc tit. Sed si propter vim illam accipiat, punitur ejus amissione, l. si quis amittit.

118 Accipiens rem suam, si quis rem suam rapuit, vi bonorum raptorum non non tenetur. Sed si propter vim illam accipiat, punitur ejus amissione, l. si quis amittit.

quis in tantam, 7. & l. 2. C. unde vi, l. extat, & de eo, quod met. caus.

Non tamen punitur tali poena, si in continenti Jure defensionis a Fure rem auferat, l. liberam, Cod. quando liceat sine Judic. se vend.

Nisi accipies incon-

Et quando fiat incontinenti, pendet ab arbitrio Judicis prudentis, pensatis circumstantiis, l. 3. §. cum igitur, D. de vi, & vi armat.

Rapiens rem alienam, quam credebat suam, non est Rapax, l. 2. D. de vi bonor. rapt. Unde restituit rem, & ut Rapax non punitur, l. igitur, §. 1. D. de liberal. caus. Ubi non est dolus, quando adest aliqua excusatio.

L E M M A III.

Cui competat actio bonorum Raptorum?

Ex §. fin.

119 Et, cujus interest, datur actio bonorum Raptorum.

Competit illi, cujus interest, rem raptam non esse: ut de furto dictum est, l. 2. §. in hac actione, §. & in re deposita, D. de vi bon. rapt.

Antequam tamen ad ulteriora procedamus, sedemus multa, quae de Possessoribus malefidei, excitari possunt dissidia.

L E M M A IV.

An Malefidei Possessor possit repetere expensas factas in re mala fide possessa.

120 Possessor malefidei retinet impensas necessarias.

Controversiae difficultatem auget dissidium Jurium. I. Est text. in l. domum, 5. C. de rei vindic. ibi: Nullam habent repetitionem, nisi necessarias sumptus fecerint; & in l. ait Praetor, la 2. §. per hanc actionem, D. quae in fraud. cred. ibi: Non prius cogendus est rem restituere, quam, si impensas necessarias consequatur. Quibus Juribus habes, expensas necessarias repeti posse; licet factae sint a Possessore malefidei. Et hoc, quia si talis Possessor, tales impensas omisisset, adhuc ei imputaretur, l. cum, qui partem, 57. §. fin. D. de petit. hered. Et Dominus rei eandem fecisset, qui non debet lucrari cum alterius damno.

Sed Fur infantis non retinet alimenta ei data.

Istis Juribus adversatur, l. 1. C. de infant. expof. ubi, quis repetit partum Ancillae a fure, & non restituit expensas. Idem habes in l. ex argento, 13. in fin. D. de condic. furt. ibi: Quamvis sumptibus Furis creverit.

Horum Jurium exandescenti dissidio, in altum difficultatis euecti, DD. varia excogitata dederunt, quae non videntur feliciter ancipitem mentem, sedare.

121 Diluantur aliorum Responsa.

I. Respondet Glos. in d. l. domum, & in d. l. 1. C. de inf. exp. v. a fure. Quod aliud sit in Fure, aliud in aliis Possessoribus malefidei. Sed hoc petitur: cur scilicet Fur non repetat impensas necessarias, & illas repetat Raptor, vel Praedo, qui magis delinquit, & Furi aequiparatur, c. penale est occulte auferre: multo majoris poena est visibiliter eripere, 13. 14. q. 5. D. Aug. q. 71. §. fin. sup. de vi bon. rap.

122

II. Respondent Cyn & Salyc. in d. l. domum, omnes Malefidei Possessores recuperare necessarias impensas praeter alimenta, quae censentur donata. Sed contra. Quia tantum abest, ut Fur donet, ut potius aliena rapiat alimenta. Nec quis ita resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, l. cum de indebito, 23. D. de probat.

Praedo equiparatur Furi.

III. Respondet Menoch. de recup. poss. remed. 15. num. 515. Malefidei Possessorem, non Furem, recuperare expensas: quia Fur punitur in quadruplum, l. in furtum, 51. D. de furt. Sed contra: quia etiam Praedo punitur in triplum: de quo est sermo in d. l. domum, 5. qui furi aequiparatur, §. fin. de vi bon. rapt. d. c. penale, 14. q. 5.

123

Nec placet IV. responsio Sarmen. 1. select. c. 10: Quod in aliis recuperantur expensae necessariae: quia per illas res melioratur. At Infans non fit major ob alimenta, sed natura sua.

Nam sine alimentis, non adolesceret, sed moreretur, l. ex argento, 13. D. de cond. furt. ubi propter alimenta dicitur crevisse.

Etiam ro-petitur im-pensa inseparabiles.

Similiter displicet V. responsio Fabr. 2. conjec. c. 7. dicentis, illas expensas solum recuperari, quae possunt a Solo reparari; non vero inseparabiles, ut est in d. l. 1. & in d. l. ex argento, 13.

Displicet namque. Nam ut patet ex superius adductis, expensae necessariae recuperantur, licet inseparabiles; ut sunt factae in reparanda domo corruente: vel ut servus aegrotus sanaretur.

Nec placet VI. responsio Barbof. in l. divortio, §. fin. D. solus matr. scilicet, Furem, & Malefidei Possessorem non posse deducere expensas non extantes in rerum natura: ut sunt datae pro alimentis.

Nam contra est: quia in d. l. 1. & l. ex argento, verè expensae extant in effectu; cum ob illas homo vivat.

Nec VII. placet responsio dicentium, Furem non posse exigere expensas: quia furatur accipiendo, & retinendo.

Nam contra est: quia dicta currunt in quolibet Malefidei Possessore, qui, etiam retinendo accepta, delinquit. Unde Jura illum obligant ad restituendos etiam fructus perceptibiles, l. ait Praetor, 10. la 2. §. per hanc actionem, D. quae in fraud. & d. l. domum, l. inficiando, 69. §. infans apud furem, D. de furt.

Nobis videtur congruè difficultati infrangibili satisfieri; dicendo: alimenta necessaria non repeti: quia Fur tenebatur illa, etiam in conscientia; ex praeepto Charitatis, & Justitiae, dare. Ex Charitate, quia quis debet succurrere inopi extreme laboranti. Ex Justitia: quia esset causa mortis, iniusta illa acceptioe damnificans, l. ait Praetor, 4. §. hoc autem edito, in fin. D. de vi bon. rapt. Est enim Fur in causa, ne aliunde alimenta quaerantur. Nihil ergo potest exigere: Nam facit, quod facere tenebatur; sicuti Fur nihil meretur apud homines, si restituat rem furto sublatam; imò, facta restitutione, adhuc potest poenis affligi, l. pignore, 56. §. cum furti actio, D. de furt. l. Ancilla, 12. C. de furt. Judex nihil potest accipere pro ferenda justa sententia, quam

124 Nostre Responsio.

Alimenta data infanti a Malefidei Possessore ex praeepto Charitatis, & Justitiae non repetuntur.

Faciens quod ex Justitia facere tenetur, nihil repetit. Et fur restituens adhuc potest puniri.

terre tenebatur, Petr. Navar. 4. de rest. c. 2. num. 97. Lopez 1. 4. c. 6. Jo. Medin. c. de restit. q. 2. dub. 2. Vasq. opusc. de restit. c. 7. d. 5. num. 38. Et qui dat extreme indigentem, non repetit. Sed, culpa Furis, Infans, secus moriturus, extreme indiget. Ergo Fur dans alimenta non repetit: cum pro illa extrema necessitate, non det propria, sed communia Jure Naturae.

Concludas ergo, Malefidei Possessorem non posse repetere expensas, quas ex Charitate, & Justitia tenebatur facere, & fecit. Nam nihil proprium tunc dedit. Non tamen me fugit, aliquos velle in foro conscientiae impensas istas a Fure factas, posse repeti, ductos ea ratione: quia putant, Furem in poenam amittere alimenta, & poenam deberi post sententiam, Covarr. in reg. Peccatum, 2. p. §. 6. n. 3. Mol. 10. 3. de Instit. p. 2. disp. 725. in fin. Sagr. in Cla. lib. 10. r. 2. cap. 2. num. 4. Sauch. 2. decalog. c. 23. num. 137.

Sed quaero I. Quas expensas deducat Praedo, Malefideique Possessor.

Resp. Repetere necessarias, quos Dominus rei fecisset, l. domum, 5. C. de rei vind. l. in fundo, D. cit. iii. Capyc. dec. 93. num. 9. Hinc, quando restituit fructus, potest petere expensas factas in illis colligendis, quas Dominus expendisset, Bald. in l. si quis sciens, 11. num. 1. v. quaero hic, C. de rei vind. Paulus in l. certum, 22. num. 1. C. eod. Anan. in c. Gravis, num. 7. de rest. spol. Tusc. tom. 4. concl. 484. num. 35. Sa. v. Restituito num. 16. Gabr. in 4. d. 15. q. 2. art. 3. dub. 1. Contra Mercadum, 6. de contract. c. 4. §. circa de los fructos.

125 Expensa necessaria, non viles repetuntur.

Utiles, & voluptuariae peti nequeunt, nisi possint sine detrimento; & Dominus nolit separari a Solo, Sarmien. 1. select. c. 10. & 20. n. 7.

Quaero II. Quas expensas deducat, si melioratio sit in bis mille, & Praedo expendit mille?

Resp. Tantum mille, l. in fundo, 39. ibi: Reddet impensam, ut fundum recipiat, usque ad dumtaxat, quo pretiosior factus est: & si plus pretio fundo accessit, solum quod impensum est, D. de rei vindic. c. 1. ubi Abb. col. 2. de restit. spolia. Capyc. dec. 93. num. 9. Ratio id suadet: quia nemo ditari debet aliena jactura. Sed in plus quam mille, non ditescit aliena jactura. Ergo in plus non tenetur. Ex qua ratione,

126 Quod impensum est, repetitur.

Do-

Prædo tantum repetit à Domino expensas, in quibus non debet Dominus lucrari cum aliena jactura.

127 Compensat fructus cum expensis.

128 Ad nihil tenetur Malefidei possessor, qui non est in mora, si res casu apud ipsum pereat, quæ destrueretur apud Dominum.

129 A Malefidei possessore restituitur valor intrinsicus rei.

130 Malefidei possessor restituitur fructus.

131 Fructuum divisio.

Dominus tantum teneretur ad quinquaginta, in quibus dicitur: licet Malefidei Possessor expendisset mille, in quibus Dominus non dicitur; & quæ non impendisset. Nam, in illo plus, quod impendit Prædo, Dominus non dicitur alieno damno, d. l. in fundo, Cypre. l. c. Abb. l. c.

Quæro III. An possit compensare fructus restituendos cum expensis necessariis? &c.

Prædo, unâ cum re, etiam fructus, debet restituere: ut infra. Nunc ad quæsitum. Affirma, l. sumptus, 49. D. de rei vindic. Bald. in d. l. in fundo, D. cit. tit. Et excipiens de impensis in fundo factis, compensatione fructuum, si sufficiant, à petente fundum, excludetur, Cypre. decis. 93. num. 12.

L E M M A V.

Ad quid teneatur Raptor, pereunte apud ipsum re vaptâ?

Distinguas. Vel periisset simili modo, vel non apud Dominum rei. Si non periisset apud Dominum, Fur semper tenetur; etiam si casu fortuito res destruat. Nam est in culpabili mora, ex qua ei perit, 5. Thom. q. 62. art. 6. Palud. in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. conclus. 5. Sor. 4. de Inst. q. 7. art. 2. Sed secus dicendum, si non esset in mora: puta si instante Fure, nolit Dominus rem restituendam accipere, l. illud, D. de peric. & commod. rei vend. l. si mora, l. semel mora, D. sol. matr.

Si verò rescertè, etiam apud Dominum, casu: puta, incendio, periret, Raptor ad nihil tenetur; nisi ad pœnam delicti. Nam acceptio injusta, damnum grave, non intulit Domino rei, & patet ex l. qui vendenda, 10. §. si ea conditione, D. ad l. Rod. de jactu. ibi: Imò contrâ, si modò ea navigatione, utraque navis perit; cum id sine dolo, & culpâ nautarum factum esset. Facit l. si plures, 14. §. fin. in fin. ibi: Naturalem interitum ad Actorem pertinere: Utique cum interitura esset ea res, etiam si restituta esset Actori. Covar. in Reg. Peccatum, p. 2. §. 6. n. 1. Jo. Medin. c. de restit. quæst. 6. concl. 6. Syl. v. Restitutio. c. 1. num. 17. Bonac. de rest. disp. 1. q. 3. punc. 10. num. 3. Vafq. l. cit. c. 5. §. 1. dub. 11.

Unde infert Gabr. à S. Vinc. de Inst. disp. 6. quæst. 11. §. 12. num. 350. impress. Rom. 1. Comburentem res: puta Segetes, casu inundationis, certò destruendas, non debere restituere. II. Idem fatetur de necante equum, vel hominem, paulò post occidendum justè, & num. 353. rectè monet, Rapacem debere restituere, si injustè, apud Dominum res corruisset: puta si alius adhuc Segetes deinde vastasset.

L E M M A VI.

An Malefidei Possessor teneatur restituere pretium rei captæ, à se venditæ?

Si pretium sit valoris rei intrinseci: puta, rei in se bonæ, tenetur: Si sit valor extrinsecæ æstimationis, ratione alicujus urgentis inopiæ, quo quis vendit frumentum raptum, non tenetur; nisi Dominus esset etiam tunc rem venditurus. Ratio est: quia extrinseca æstimatio rem non sequitur: cum possit esse res sine illa. Et Dominus habet jus tantum, nè damnificetur in re sua. Et æstimatio illa extrinseca Domini non est. Ergò nec ejus pretium, l. qui vas, §. cum Fur, D. de furt. ubi pretium non venit loco rei furtivæ.

L E M M A VII.

De Fructibus restituendis à Rapto, & quovis Malefidei Possessore?

Fructus à Malefidei Possessore restituendi sunt, l. 5. C. de rei vind. ibi: Mancipium alienum, Malefidei possidenti, nihil potest acquirere. l. si fundum, 17. in fin. l. 22. C. eod. Ut tamen clarior lux diffundatur. Hic l. expendamus: quod duplex sit Fructus. II. quos debent restituere etiam Malefidei Possessores.

L E M M A VIII.

Quod duplex sit fructus.

Fructus quadripartitè Ingeniis degustandos proponimus. Naturales, scilicet, Industriales, Mixtos, & Civiles. Naturales sunt illi, qui, vel Tom. II. Lib. IV.

solum, vel magis ex Natura, quam ex Industria, promanant. Si Industria excedat Naturam, Industriales appellantur, ita ut temper denominentur à potiori concurrente ad fructuum existentiam, l. que ritur, 10. D. de stat. homin. l. fructus percipiendo, 45. D. de usur. Illos verò, ad quos Natura, & Industria æquè concurrunt, Mixtos nominamus, Affl. doc. 44. num. 6. Valenz. 2. decl. 41.

In duo, quid emineat: Natura, an Industria? Index prudenter arbitrabitur, Cyn. in l. certum, n. 2. ubi Salyc. num. 1. C. de rei vindic. Et semper sunt Naturæ prima danda, quæ accidentaliter Industriæ præfertur, l. qui habet, D. de tutelis.

Civiles, fictè dicuntur Fructus à Jure: Cum non procedant à re, l. prædorum, 36. ibi: Pensiones pro fructibus accipiuntur, D. de usur. Prodeunt ergò ab utente, non ab ipsa re, qua quis utitur. Ut Redditus, Navis, Jumentorum, &c. Qui non à Navi, Jumento, &c. sed ab illo, qui utitur Navi, Jumento, &c. prodit, l. si navis, 62. D. de rei vind. l. domum, 5. C. eod. l. mercedis, D. de per. her.

Reducuntur tamen, isti Civiles Fructus ad Industriales ob eximiam diligentiam hominis in reparando, locando, exigendo, Bar. in l. fin. in fin. D. de jur. fisc. Pinell. in l. 2. p. 2. c. 4. n. 52. C. de rest. vendit. Covar. 1. var. c. 3. n. 6. Carroc. de loc. & cond. qu. 10. n. 9. Menoch. 2. de arb. cent. 3. cas. 210. num. 27. Tusc. tom. 4. concl. 485. n. 8. Et Industrialissimos appellavit Bald. in l. traditio, in fin. C. de ad. empt. Affl. dec. 44. n. 6. Castill. de usufr. c. 36. num. 65.

Secunda divisio Fructuum est in perceptos, & percipiendos. In pendentes, & collectos. Pendentes sunt Domini fundi, l. fructus pendentes, 45. D. de rei vind. l. Julianus, §. si fructibus D. de ad. empt. l. cum filius, §. Dominus, D. de leg. 2. l. si servus communis, §. locavi, D. de furt. Qui fructus, etiam maturi, dicuntur percipiendi, l. fin. §. pen. D. que in frau. creditor.

A Solo autem separati dicuntur, si illi non insint: ut effectus conjuncti Causæ, licet adhuc commorentur in fundo, l. si usufructuarius, 13. D. quib. mod. usufr. ibi: Fructumque percipi, spica, aut farino cesso, aut uva adempta, aut excussa olea: quamvis non dum, trituum, frumentum, aut oleum factum, aut vindemia coacta sit. Gabr. à S. Vinc. de Inst. disp. 6. n. 362. in fin.

L E M M A IX.

Quos fructus Malefidei possessor debeat restituere?

Malefidei possessor potest titulum habere: ut si scienter emat rem Raptam: eoque titulo carere. Utroque casu debet perceptos fructus restituere, l. cum hereditas, 59. D. de per. hered. ibi: Cum hereditas petita sit, eos fructus, quos possessor percepit, omnino restituendos, etiam si petitor eos percepturus non fuerat.

Difficultas est, De illis fructibus, quos potens percipere, talis possessor non percipit.

Et distinguas. Si Possessor careat titulo tenetur restituere, l. si navis, 62. §. generaliter, l. si fructus non modo, 34. ibi: Fructus non modo percepti, sed qui honestè percipi poterunt, estimandi sunt. D. de rei vind. l. domum, 5. C. cit. tit. l. apud Julianum, 40. aliàs Africanus, §. fructus, D. de leg. 1. * cum aliis, ex quibus probat R. Scoppa in scholis ad Controv. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 21. num. 11. in fin. & cap. 25. num. 12. *

Sed nec tunc tenetur ad fructus, qui inhonestè percipi poterant, d. l. fructus non modo, 34. ubi Ang. n. 1. sed, qui honestè; ubi Bar. & Bald. nisi de facto illos fructus percipiat, l. Ancillarum, in fin. D. de per. hered. ibi: Licet à lupanario percepti sint. Si verò possessio sit suffulta titulo à Jure non reprobato, non cogitur restituere fructus perceptos, §. Si quis à non Domino, 85. Inst. de rev. divis. l. si fundus, 17. C. de rei vind. ibi: Fructus, quos cum mala fide percipisse fuerit probatum, aditus Præses provinciæ restitui jubebit. Nota ly percipisse. Ergò non loquitur de perceptibilibus à Malefidei Possessore cum titulo, l. Regia, 40. tit. 28. p. 3. Bar. num. 3. & Glos. vult in l. f.

Qui sint fructus civiles, qui etiam dicuntur obventiones, Gratian. c. 649. n. 4.

132 Qui fructus collecti, aut pendentes.

133 Malefidei possessor potest esse cum titulo, & sine eo.

134 Possidens malafide causam titulo restituit fructus honestè perceptibiles.

135 Possidens mala fide, titulo probato, non restituit fructus perceptibiles.

l. si fundum, D. de eo, quod met. caus. in l. fructus non modò, §. 4. v. potuerunt, & l. ex diverso, §. 36. v. non habendam, D. de rei vind. C. gravis, v. fructus, ubi Abb. num. 7. Anton. num. 12. Ansb. num. 12. de rest. spol. cap. Non licet Pape, el. 1. 12. qu. 2. Rom. sing. 343. Contra Cyn. in l. certum, 22. num. 3. C. de rei vind. Bellarm. in d. c. gravis, n. 25. Balduin. in §. Et verò, n. 5. Inst. de rev. divis. Piccar. in §. si quis à non Domino, num. 19. Inst. cit. Menoch. de recup. poss. rem. 15. num. 606. Eorum tamen Jura non concludunt. Quia loquuntur de Possessore Malæfidei sine titulo.

Dixi, titulo à Jure non reprobato. Nam titulus à Jure reprobatus est, ita ac si non esset, nec excusat à restitutione fructuum non perceptorum * *Cacher. decif. 160. num. 2. in fin. Peregr. de jure Fisci lib. 2. tit. 3. num. 20. ex l. quemadmodum, 7. C. de Agric. & Cens. lib. 11. * Talis est I. Titulus lite pendente acquisitus, Menoch. l. c. num. 605. II. Emptio facta in casu à Jure interdicto: puta facta in fraudem creditorum, l. ait Prator, 10. §. per hanc, ibi: Fructus non tantum, qui percepti sunt; verum et quoque, qui percipi à fraudatore potuerant. D. que in fraud. cred. Testatissimo enim Juri invisa est, quælibet distractio facta in aliorum fraudem, sive titulo oneroso, sive lucrativo: Idque perpetuis Edictis sancitum est, l. ignoti Juris non est, §. l. fin. C. de revocand. iis, que in fraud. cred. Vel contra legum interdicta, l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib. 11. Vel in e mente à Fisco sine solemnitate, l. 1. C. de fide instrum. & jure bass. lib. 10. Vel emat metu, l. sed & partus, D. de eo, quod met. caus. III. In re minoris titulo, & malæfide possessa, l. patris pro filio, 28. §. si pœuniam, & Item ex diverso, D. de minor. IV. Si permittat, data opera, corrumpi fructus maturos, *Glos. in §. Si quis à non Domino, v. cogitur, Inst. de rev. divis. Host. in cap. cum causa, in fin. de off. Deleg. ubi Jo: Andr. num. 8. Abb. num. 5. Fulg. conf. 190. num. 3.**

Cum autem Possidens mala fide, sine titulo: non verò cum eo, teneatur fructus non perceptos restituere? Disparitas est: Quia magis delinquit titulo carens.

Sed hic pullulat alia Difficultas *An sint restituendi Domini rei fructus perceptibiles ex Prædonis artificio, melioratione?*

Nega. *l. Cæterum, 32, ibi: Improbè desiderabit petitor fructus extimari; qui ex artificio ejus percipi potuerunt. l. Præterea, 20. ibi: Omne habebat petitor, quod habiturus foret. D. de rei vind. Covar. 1. var. c. 8. num. 4. Garz. de expen. §. 23. n. 49. Barbof. in l. divortio, §. §. fin. num. 51. D. sol. matr.*

Sed si fructus jam sint percepti, restituuntur Domino rei. Nam planta, & Ædificium cedit Solo. Et Soli Domino fructificat, l. sumptus, l. Quod si artificem, 33. D. de rei vind. l. Colonus, D. locati. Deductis tamen expensis, *Capyc. dec. 93. n. 10. volens, Malæfidei possessorem teneri ad perceptos, non ad uberiores perceptibiles ex meliorationibus, Covar. 1. var. c. 8. num. 4. v. Proximè, Barbof. l. c. num. 52.*

Non tamen me lateat, *Escobar. de ratioc. tom. 2. c. 13. num. 2. Garz. l. c. num. 50. Cavalcant. decif. 28. num. 88. Ludovic. decif. 7. num. 12. p. 1. Gama dec. 364. num. 1. Covar. 1. var. c. 8. n. 4. Guttier. 3. pract. qu. 38. num. 17. Ang. in l. Emptor. D. de rei vindic. Franch. dec. 112. num. 12. Afflic. decif. 87. num. 6. Gratian. decif. 225. num. 10. velle, fructus ex melioratione perceptos, posse à Possessore retineri.*

Sed *Aff. Franch. Gratian. Gama,* videntur loqui de Possessore Bonæfidei, qui potest retinere rem melioratam, donec ei satisfiat: Ut in *Colono, l. Horreorum, §. 1. l. pen. D. loc. In Marito meliorante Fundum dotalem: In Socia meliorante rem communem. In Hærede meliorante Fideicommissum. In Emphyteuta meliorante rem Emphyteuticam, l. domus, D. de leg. 1. l. 2. C. de jure emphyt. Caphal. l. 2. cons. 659. num. 34. Rom. cons. 276. Paris. lib. 3. cons. 79. num. 16.*

Sint restituendi Fructus, quos Raptor, an quos Dominus industriosus perciperet?

Dicas, restituendos fructus, quos Dominus rei, sua industria, perciperet. Quia in tali industria damnificatur, *l. si navis, 62. §. fin. D. de rei vind. ibi: Constat animadverti non debere: An Malæfidei possessor fructus sit? Sed, an petitor frui potuerit? si ei possidere licuisset. l. generaliter, 79. ibi: Non quid habeat Actor; Sed quid per Adversarium habere non potuit, considerandum est. D. de reg. jur. l. apud Julianum, aliàs l. Africanus, 40. §. fructus, ibi: Non quos Hæres percepit; sed quos Legatarius percipere potuisset. D. de leg. 1. c. Gravis, ibi: Possessores veteres percipissent. De restit. spoliat. l. 40. tit. 28. part. 3. In pari causa delicti melior est conditio possessoris, l. 154. D. de reg. juris.*

Quod si aliquando Jurâ etiã considerentur fructus, quos Possessor Malæfidei perciperet, intelliguntur, considerata æquali industria Domini. Ut in *l. domum, §. D. de rei vind. ibi: Domum, quam ex rationis successione ad te pertinere, & ab adversariâ parte injuriâ, occupatam esse ostendis: Præses provinciæ, cum pensionibus, quas percipit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati, restitui jubebis. Bart. in d. l. apud Julianum, 40. §. fructus, in fin. D. de leg. 1. Bald. in d. l. domum, num. 2. Faber num. unico, Boer. dec. 268. num. 3. Anton. in d. c. gravis, num. 13. de rest. spol.*

Non tamen me fugit, alios probabiliter velle, Dominos posse eligere, petendo fructus, quos ipse, vel Possessor poterat percipere. Nam Jura utrumque dicunt, nec taxativè loquuntur. Unde ex pluribus, unum eligit remedium, *l. quoties, D. de act. & oblig. Aretin. in d. l. Africanus, 40. aliàs apud Julianum, §. fructus, num. 3. ubi Ang. in fin. & in §. si quis, à non Domino, Inst. de rev. divis.*

Sed, quid dicendum in Conscientia?

Dicas, illos tantum fructus restituendos, quos Dominus rei verè perciperet; licet Raptor non perciperet. Nam Justitia Commutativa, æqualitatem respiciens, obligat, ne quis, sua culpa, alium, damnificet. Nemo autem alium lædit in eo, quod unquam alius obtinisset. Nec quis potest, justè petere, quod nunquam adeptus fuitset.

In Foro autem Contentioso, in prænam delicti, dantur post sententiam fructus, quos non perciperet Dominus, *Aug. in sum. v. Restitutio 1. Sayr. in Clau. lib. 10. tract. 2. c. 3. n. 23. Syl. v. Restitutio 3. q. 9.*

LEMMAXI.

An sint restituendi Fructus, quos Raptor percipit; sed Dominus rei non percipisset.

Negat restituendos; *Salon. 2. 2. quæst. 62. art. 3. contr. 3. Ang. l. c. §. Possessor. Syl. l. c. 3. q. 9. ex c. gravis, de restit. spol. l. Navis, 62. §. fin. D. de rei vind.*

Sed restituendos, deductis sumptibus, & valore industrie, putant *Cum. in l. cum servus, 39. §. fructus, num. 3. D. de legat. 1. Palud. in 4. dist. 15. q. 2. art. 5. num. 26. ubi Gabr. q. 2. art. 3. dub. 1. concl. 2. Navarr. 4. de restit. c. 1. dub. 5. num. 34. Molin. tom. 3. de Just. p. 2. q. 725. num. 4. Quia res Domino fructificat, §. si Titius, lib. 2. Inst. de rev. divis. Less. 2. de Just. c. 12. num. 118.*

Nos concedimus Domino omnes fructus ex re perceptos: non verò perceptos ex industria, quam Dominus rei non adhibuisset. Nam res, non industria extranei, Domino non industrioso, fructificat, *Lopez. 1. p. c. 101. Manuel. tom. 2. sum. c. 24. n. 1. Metin. de restit. q. 6. col. pen. v. ex secunda, Rebell. de Just. p. 5. lib. 2. q. 5. n. 4.*

LEMMAXII.

Si Bonæfidei evada, Malæfidei Possessor, quos fructus restituere cogatur?

Dicas inspicienda temporis discrimina: ita ut, quando est in bonæfide faciatur fructus suos, & tantum restituat extantes, vel id, in quo factus est locupletior, *l. Bonæfidei emptor, 48. de acq. rer. dom. At confestim, ac est in mala fide, illos fructus*

136. Sed possidens titula reprobato, restituit perceptibiles.

137. Fructus ex artificio non restituuntur Domino rei.

138. Nisi percepti sint.

139. An sint restituendi fructus percepti ex meliorationibus à Prædone? anceps opinio DD.

140. Possessor bonæfidei habet retentionem pro meliorationibus.

141. Raptore sunt restituendi fructus, quos industriosus Dominus ret percipisset.

142. Alii volunt, posse petere, quos ipse Dominus, vel quos Raptor perciperet ex industria.

143.

144. Quid in conscientia.

145.

Dominio non debetur fructus percepti ex industria Raptoris, quam ipse Dominus non adhibuisset.

146.

147. Fructus restituuntur secundum tempus, in quo est bonæ, vel malæ fidei possessor.

DE LEGE AQUILIA.

Quis tunc perceptos, vel consumptos, aut non perceptos, restituet, quos Possessor malæfidei restitueret, l. si virgo, 34. q. 2. l. qui bonafide, 23. D. de acq. rer. dom. ibi: Tandem acquiris ei, quandiu bonafide servit: Ceterum, ceperit scire eum alienum esse, vel liberum: Videamus, an ea acquirat? Quæstio in eo est, utrum initium spectemus, an singula momenta? Et magis est, ut singula momenta spectemus. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 592. Covar. c. 3. num. 7. v. In his tamen, Spino de testam. gloss. 13. princ. num. 48. Novarr. 3. de rest. c. 4. p. 3. dub. 1. num. 144. Contra Gloss. in l. ex diverso, 36. v. non habendam, D. de rei vend. ubi Angel. num. 4. Bald. in l. qui scit, §. bonafidei, n. 7. D. de re judic. Alex. in l. Nesennius, §. fundum, n. 5. D. de re judic. ubi Imm. n. 3. Jason n. 3. volentes, spectari initium bonæfidei, ad fructus efficiendos suos.

Objicies difficile l. qui scit, 25. in fin. D. de usur. ibi: Bonæfidei emptor servit, & antequam fructus perciperet, cognovit fundum esse alienum: an perceptione suos fructus faciat, queritur? Respondi: bonæfidei emptor, quoad fructus percipiendos, intelligi debet, quamdiu evictus fundus non fuerit, ubi Gloss. verb. percipiendos.

Respondetur, l. qui scit, non supponere, quem verè in conscientia cognoscere rem esse alienam; sed ex contestatione litis, ut patet ex verbis text. ibi: Evictus non fuerit. Quæ evictio in iudicio petitur; quæ mala fides non est vera, sed præsumpta: Nam potest esse, ut verè res alterius non sit: & sic, nec inducitur vera malafides ex litis contestatione. Sed l. qui bonafide, loquitur, quando superveniet verè malafides. Cum ibi nulla de iudicio fiat mentio, Garz. de expens. cap. 23. num. 26. & ita conciliantur ista Jura dissidentia; quamvis Eguitariarius apud Covarr. l. c. num. 7. voluerit, Juris Patres diversa sensisse, & contraria ex oblivione à Compilatoribus confarcinata esse. * Et hanc in rem vide omnino, quæ nuper, & elegantèr scribit D. Scoppa in Scholiis ad Controv. forens. R. Merlin. cent. 2. cap. 43. num. 7. & 10.

Hinc patet, hæredem malæfidei debere restituere fructus, licet defunctus fuerit in bona fide, l. qui situm est, 40. D. de acquir. rer. dom. Bart. in l. ex diversa, 39. D. de rei vind. Bellam. in 6. gravis, v. 12. de restitut. spol.

DE LEGE AQUILIA. TIT. III.

Furto, & Rapina, quibus res alteri aufertur, averfus jam Sermo, se vertit ad aliud delicti genus, l. Aquilia, multandum. Et est Occisio injuria Servi, vel Animantis, aliavè Damnificatio, ut infra. Dicitur Aquilia, quia fuit introducta à Gallo Aquilii Tribuno Plebis, l. 1. D. ad l. Aquil. Qui author etiam fuit Aquilianæ stipulationis, legis Gallus.

LEMMA I. Quot sint Capita Leg. Aquilia? Ex v. Damni injuria.

Tribus Capitibus in publicum descendebat ultrix Lex Aquilia. Primò puniebat occidentem injustè alienum servum, vel pecudem, l. 2. l. 3. & l. 5. §. injuria, D. ad l. Aquil. §. 1. & 2. hoc tit. Quæ lege servus comparatur pecudi. Et Pecudis appellatio veniunt, quæ coacervatim pascunt: ut Equi, Oves, l. legatis servis, §. pecoribus, D. de legat. 3. text. h. in §. 1.

Secundum Caput neglectum evanuit, l. si servus, 27. §. bujus autem, 4. D. ad l. Aqu. Et Gothofred. ibid. putat, agi de utilitate ablata, & citat Plin.

Tertio Capite plectitur vulnerans, non occidens alienum servum, vel pecudem, l. 27. §. tertio autem Capite, D. hoc tit. In quo discriminatur, à primo Capite, quo tantum occidens punitur. Insuper, hoc tertio Capite etiam punitur quodcumque alterius animal: ut feras, canes, occidens, aut res inanimas damnificans, d. l. 27. §. tertio capite, 23. v. in ceteris quoque, hoc tit.

Tom. II. Lib. IV.

In omnibus istis Capitibus requiritur Dolus, vel Culpa ad minimum levissima, text. hic in §. illud palam, 14. l. in lege, 45. l. si putator, D. hoc tit. Ad differentiam Actionis si Quadr. Pauperiem fecisse dicitur. Quæ, omni remota culpa, datur; sicut etiam Actio Noxalis, l. 5. D. hoc tit.

LEMMA II.

Qua pœna punitur Damnificans in dictis Capitibus?

Ex §. His autem 9. §. At nec 9.

In primo Capite punitur, ut solvatur summa æstimatio rei occisæ, pro lapsu totius anni: ita ut, si quando res perit, fuerit nullius valoris: puta, si erat defectuosa, infirma, consideratur intrà illum annum tempus, in quo erat sana, §. si autem, hoc tit. l. 2. hoc tit.

In tertio Capite solvit pretium summum valoris rei pro 30. diebus proximis, l. si servus, §. tertio capite, l. quemadmodum, in fin. D. hoc tit.

Sed, si velit agere actione l. Cornel. de Sicar. & sic criminalitèr: tunc non sufficit Culpa; sed requiritur verus Dolus, l. in lege Cornelia, D. ad l. Cornel. de Sicar. Vide Pisonem hic.

LEMMA III.

Qua Culpa requiratur ad Pœnam l. Aquil.

Ex §. Injuriam.

Exigit Lex Aquilia Dolum, aut Culpam saltem levissimam, l. in lege Aquilia etiam culpa levissima venit, 45. D. hoc tit. Non obstat l. si putator, 31. ibi: Cum à diligente prævideri poterat. D. ad l. Aquil. Ergò, non sufficit levissima, qua ille tenetur, qui non est diligentissimus; sed requiritur levis, qua tenentur illi, qui non sunt diligentes.

Respond. text. d. l. 31. sumere diligentem pro diligentissimo, ut indicant illa verba sequentia text. ad quæ antecedentia trahuntur, ibi: Periculum evitari non posset. Quæ verba, non de diligente, qui potest evitare, majori diligentia adhibita; sed de diligentissimo, qui majorem non potest adhibere diligentiam, intelligi valent.

LEMMA IV.

Qui Lege Aquilia conveniantur?

Ex §. Ac ne is. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Dicitis innotuit, non Casum fortuitum, sed Dolum, vel Culpam saltem levissimam, hac Lege puniri, text. hic, §. Ac ne is, l. in lege Aquilia, & l. si putator, 31. l. si ex plagis, 53. in fin. quemadmodum, 29. §. si protectum, v. sed si tanta vis pavi facta sit, quæ temperari non poterit. D. hoc tit. Et hoc, siue Culpa proveniat ex damnabili inadvertentia: ut, si Jaculator, in loco insueto, prætereuntem Servum confodiat, text. hic in §. itaque si quis, 4. Nam tunc lusus noxius in culpa est; ut loquitur l. Nam lusus, 10. l. item Mela, 11. D. hoc tit. Idem est, si non clamavit Putator in via publica, vel vicinali, & ramus decidens transeuntem occidat, text. hic in §. item si Putator, 5. d. l. item Mela, 11. §. sed si plures, v. si plures trabem dejecerint, l. si Putator, 31. l. qui foveas, 28. l. quemadmodum, 29. D. hoc tit. Ubi punitur ponens laqueos, ubi jus non habet; si pecus alterius illaqueetur.

Idque de Fabris etiam fatearis, d. l. item Mela, §. sed si plures, v. si plures. Et in Regno, projiciens plectuntur carceribus anni interstitio, si occidant transeuntem; sed si vulnerent, ei expensis subveniunt. Hoc, si locus sit habitatus: nam si locus sit infrequentatus, liberantur, si jurem ambulantes non viderent, Const. incip. Projicientis, pag. 1. & 2. de lapid. non projiciend. Sed indemnes sunt, si apponant signum aliquod.

Secundò negligentia punitur l. Aquilia, l. si ex plagis, 53. l. qui occidit, 30. in fin. ibi: Negligentia. D. hoc tit. Undè culpæ reus est, & Aquilia tenetur comburens stipulas, flante vento, si inde alienum fundum comburatur, d. l. qui occidit, 30. §. in hac actione, ibi: Imperitia ejus. D. hoc tit. Imperitus, si Medicus ex negligentia, ve. imperitia occidens te occidat, l. Aquil. etiam tenetur, l. qua actione, 7. in netur. Lege fin. D. hoc tit. l. imperitia, 132. D. de reg. jur. l. illi. Aquilia. citas, §. sicuti, D. de offic. Præsid. l. si quis fundum, §. Cel.

154 Exigunt dolum, vel culpam.

155 Pœna 1. capitibus.

156 Pœna 2. capitibus.

Lex Corn. de Sicariis, exigit dolum.

157 Lex Aquilia exigit dolum; vel culpam saltem levissimam.

158

159 Negligentes Lege Aquilia puniuntur.

160

Et projicientes alios lædentes.

161

162

Medicus imperitus occidens te Aquilia.

§. *Celfus*, D. *locat.* Imò scientificè medicinas adhibens, si derelinquat ægrotum, est in culpa, & l. *Aquilis* panitur, si pereat æger, l. *idem juris*, 8. D. *hoc tit.*

163

Ex quo *Lege Aquilæ* multabitur Mulionem, & quemlibet alium malè exercentem suum officium ex imperitia, vel nimis onerando, si ex eo alius lædatur à mulis, d. l. *idem juris*, 8. §. *Mulionem*, l. si *servus*, 27. §. si *quis de manu*, D. ad l. *Aquil.* text. *hic*, §. *impetu*, 8. Imò est in culpa, si ex infirmitate nequeat Mulio retardare eorum impetum: & Satellis, aut Lictor tenere Reum aufugientem. Nam nemo, cum alterius damno, debet sumere opus suis viribus impar, d. l. *idem juris*, 8. in *fin.* Sed non tenetur, si debilitas casu contingat personæ oneri jam prudenter suppositæ, c. *dilectas*, de *homic.*

Lege Aquilæ tenetur, qui sumit officium suis viribus impar, si alius inde lædatur.

DE INJURIIS. TIT. IV.

Quid sit?

164 Injuria proprie est, quæ fit contra jus alterius.

Injuria proprie est, quæ fit contra jus alterius, l. *sed & si*, v. *injuria autem*, ibi: *Hoc est contra jus. in prin.* D. ad l. *Aquil.* Licet latè comprehendat quidquid non Jure fit, l. 2. D. de *injur.* l. si non *convitii*, 5. C. de *injur.* l. 3. §. 1. D. *cod. l. obligationum substantiam*, §. *fin.* D. de *act. Tholos.* 38. *synag.* c. 2. num. 2. In quo differt à l. *Aquila*, culpam exigente, l. *qui servum*, D. de *act. & oblig.*

Exigit dolū

LEMMA I.

Quotplex sit injuria? Ex §. injuria.

165 Fit Re, Verbis, Litteris, Gestu.

Quatuor modis Injuriam contrahi posse: Verbis, Re, Litteris, Gestu. Theologis, D. *Thom.* 2. 2. qu. 72. & 73. & Jurisconsultis exploratissimum reddit l. 1. §. *injuriam autem fieri*, *Labeo ait: aut re: aut verbis, l. item apud Labeonem*, 15. §. si *quis pulsatus*, §. *convictum*, l. si *statura*, 27. l. si *suprum*, 26. D. de *injur.*

166 Differentia inter Contumeliam, quæ fit præsentente injuriata, & Detractionem, quæ fit injuriata absente.

Verbis fit conviciando, impropereando, d. l. 1. §. *verbis autem*. Et hæc potest fieri dupliciter: Una palàm, & est Contumelia, qua denigratur honor: dicta à contemnendo, d. l. 1. §. *contumeliam autem*. Secunda occultè: scilicet non præsentè illo, contra quem dicitur. Et nominatur Detractio, qua læditur bona fama alterius, D. *Thom.* 2. 2. qu. 73. art. 2. Et est grave delictum. Nam fama, & honor inter res temporales est pretiosior, D. *Thom.* d. art. 2. *Eccl.* 4. ibi: *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni, & pretiosi.*

167 Contumelia honorem, Detractio famam tollit.

In eo verò, quòd Detractio tendat per se ad denigrationem famæ, diversificatur à Sufuratione, quæ tantùm per se intendit amicitie separationem. Proverb. 6. *Sufurrone sublata, jurgia conquiescunt.* *Eccl.* 28. ibi: *Vir peccator conturbabit Amicos, & in medio pacem habentium immittit inimicitiam.* §. *Th.* 2. 2. qu. 47. art. 1.

Sufurratio amicitiam.

Re fit: ut si manu inferatur, l. 1. §. *re fit*, D. de *injur.* l. *item apud Labeonem*, 15. §. *hoc edictum*, ibi: *Verberasse dicitur abusuò, qui pugnis cæcidit.*

168

Litteris: ut famosis Libellis, l. *unic. C. de famos. libell.* l. *item apud Labeonem*, 15. §. *hoc edictum*, D. *hoc tit.* ibi: *Si carmen adscribat.*

169 Verbis fit imponendo falsa, vel propalando occulta vitia.

Gestu: ut patet in subsannatione, qua, ad alterius irrisionem, quis se distorquet, d. l. *item apud Labeonem*, 15. §. *hoc edictum*, ibi: *Si barbam demittat, vel capillos summittat.* De quibus singulis discutendum.

LEMMA II. De Injurtis verbalibus.

Injuria verbalis fit multis modis. Primò; si alicui quid turpe impropereetur, dicitur. l. *item apud Labeonem*, §. *quid turpibus*, & l. *turpia*, D. de *legat.* 1. *Bald.* in l. 1. D. de *liber. & posthum.*

Secundò, si imponatur aliquod delictum, l. 1. in *fin.* D. de *appell.* l. 1. in *fin.* D. de *obsequ. præstan.* ubi est Militia indignus, qui Parentes maleficos appellat, *Bart. & Bal.* in l. D. de *lib. & posth.*

Arctin. in §. *generalitèr*, n. 3. *hoc tit.*

Tertiò, si impropereentur vitia naturalia, ut, si dicatur, quòd sit Spurius, *Gram. dec.* 14. num. 10. *Bart.* in l. *cum, qui nocente*, D. de *injur.* Nec refert, quòd in absentia dicatur, l. *item apud Labeonem*, 15. §. *convitium*, D. de *injur.*

170

Quartò, extrà judicium fit injuria, licet dicat occulta vera, l. *unic. C. de famos. libell.* l. *cum, qui*, D. de *injur.* Dixi, Extrà judicium: Nam in judicio possunt proponi, facta protestatione illa (*Non dicit animo injuriandi*) sed tantùm ad probandam suam causam, l. si *quidem*, 10. C. de *injur.* l. si *quis deliberatè*, 12. D. de *injur.* l. si *tibi*, C. de *delib. caus.* Ratio est, quia nulli facit injuriam, jure suo utens, l. *factum*, §. *Non videtur*, l. *nullus*, D. de *regul. jur. c. cum Eccl. de elect.* *Oldrad. conf.* 53.

171

In Judicio protestatione injuria tollitur.

Quintò est injuria dicere, *Mentiris*, *Bart.* in l. *item apud Labeonem*, §. *ait Prætor*, D. de *injur.* Nisi injuriatus diceret ad talionem convictorium, nè ejus fama lædatur.

Dicere mentiris, est injuria.

Injuria est etiam dicere, *Mentiris, salva honore tuo, salva reverentia tua*: quia injuria præcedens declarat, injuriantem alterius honori non consulere, l. si *non convitii*, 5. C. de *injur.* *Bart.* in l. si *quis extraneus in prin.* D. de *acq. hered.*

172 Nisi dicatur ad defensionem inculpam.

Ad injuriam requiritur animus. Undè facta joco, & ridendo, non est injuria, l. *illud*, §. *sanè*, v. *quare*, D. de *injur.* l. *quæ injuriæ*, D. de *furt. cap. cum voluntate*, de *sent. excom.* Hinc, *Scommata*, & levia festiva Diceria non sunt injuria; nisi eo deveniant, ut mordeant, & fama denigrescant.

173

LEMMA III. De Injuria Facto.

Ex §. Patitur.

Hæc est gravis injuria, pro qua datur actio civilis ad æstimationem injuriæ, & criminalis Jure Communi, & Regni, l. *Lex Cornelia*, 5. D. de *injur.* §. *Lex Cornelia, hoc tit.* *Rit.* 311. ubi *Carov.* num. 8. Fitque l. si quis pileum convellat, l. 1. & l. *sed est*, 9. D. de *injur.* text. *hic* §. *injuria autem*. II Si minetur baculo, gladium nudum stringat, etiam si, minis opere non compleat, l. *item apud Labeonem*, 9. §. *si quis pulsatus*, D. de *injur.* *Rovit.* ad *Prag.* 2. nu. 49. de *abolit.* *Alex.* ad *Bart.* in l. *respicendum*, §. *delinquant*, D. de *pæn.* *Farin.* in *prax. par.* 1. quæst. 105. nu. 7. III. Si læserit, vel cæciderit, l. 1. §. *injuriam autem*, D. *cit. tit.*

174

Facto est, tantùm minis fit injuria.

Tot sunt istæ injuriæ, quot personæ injuriantes, l. si *plures*, in *fin.* 34. D. de *injur.* Et una est, licet unico impetu multoties quis injuriam faciat, *Anan.* in c. 1. num. 3. de *maled. Angel.* in l. si *non convitii*, num. 2. C. de *injur.* *Bart.* in d. l. *item apud Labeonem*, 15. §. *ait Prætor.* Fræquentans, & musicam instituens in via honestæ mulieris, ei injuriam facit, *Angel.* d. l. *item apud Labeonem*, §. *meminisse*, num. 2. ubi *Glof.*

175

LEMMA IV. Qui Injuriam non faciat?

UT quis injuriam faciat, debet scire se injuriam irrogare alteri, etiam si, quis sit ille, ignoret, l. *illud*, 3. §. *sanè*, l. 4. D. de *injur.*

176 Injuriam non irrogat.

Injuriam tamèn non faciunt, I. cum modèamine inculpato se defendentes. II. Impuberes. III. Furiosi. l. *illud*, 3. §. *sanè*, D. de *injur.* *Gratian.* *decif.* 58. num. 27.

I. Definitati usu rationis: ut *Abril*, *Somniantes*. II. Joco ledentes. III. Corrigentes.

IV. Potatores egregiè poti, §. *illud quoque Auth.* *quib. mod. natural. coll.* 6. *ver. Vebementius omne delictum*, §. *per vinum*, D. de *ve milit. l. respiciendum*, §. *delinquant*, D. de *pæn.*

V. Dormientes, l. *illud*, §. *sanè*, D. de *injur.*

177 Non facit injuriam, qui volens uni, alteri injuriam facit, l. 3. in *fin.* D. de *injur.*

VI. Qui joco lædunt, injuriam non faciunt, d. l. *illud*, 3. §. *sanè*, D. de *injur.*

VII. Injuriam non faciunt, qui correctionem intendunt; nisi correctio esset æquo sæverior. Qui casu lædit unum, volens alium lædere, non facit læso injuriam, l. si *quum*, 4. D. de *injur.*

VIII. Excusantur ab injuriis omnes Cognati, Pro-

Propinqui, Affines aliquid liberius facientes, vel dicantur.

178
Judex mul-
ti facit in-
juriam.

IX. Qui mandato Judicis aliquid faciunt. Nam mandantis conditionem sequuntur, qui nulli sicut injuriam, l. injuriarum adio, 13. ibi: Is, qui jure publico utitur, non dicitur injuria facienda causa hoc facere; Juris enim executio non habet injuriam D. de injur. Ant. Fab. in suo Cod. tit. 20. def. 6. num. 9. in alleg.

179

X. Volenti non fit injuria, l. 1. §. usque adeo, D. de injur. cap. scienti, de regul. jur. in 6. l. nemo fraudare, D. de regul. jur. cedit enim juri suo.

180

XI. Qui utitur legitimo jure suo, nemini irrogat injuriam, l. Gracchus, C. ad l. Jul. de adult. l. injuriam, §. 2. D. de injur. c. cum Ecclesia, de elect. Valens. conf. 180. num. 10. Gratian. tom. 3. c. 20. nu. 83. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 2. tit. 31. def. 3. n. 7. in alleg. * & D. Scoppa in scholiis ad contrav. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 90. num. 7. *

L E M M A V.

De Injuriis Scripto factis.

181

Scripto fit Injuria, si dolose componantur, aut scribantur Cantilenæ, Comedie, Rythmi, &c. expresso nomine, animo injuriandi, quibus injustè alterius Nomen, & Fama dilaceratur, l. item apud Labonem, 15. §. si quis Virgines, ibi: Hæc autem ferè sunt, quæ ad infamiam alicujus fiunt: ut, si ad iridiam alicujus veste lugubri utatur, aut squalida, aut si barbaram dimittat, vel capillos summittat; aut si cæcumen conscribat, vel proponat, vel canat aliquid, quod pudorem alicujus ledat. D. de injur.

182
Libello in-
famans,
morsè puni-
tur.

Et qui famosos libellos, schedulas dicant, componunt, ad valvas affigunt, plateatim spargunt, alios ad legendum vocant; qui omnes, ultore gladio, capitaliter puniuntur, l. unic. C. de famos. libelli. l. qd crimen, D. de testib.

183

Criminis est reus, qui litteras tales inventas non comburit, sed in publicum profert, l. un. C. de famos. libelli. ubi DD.

184

Jure Pontificio tales Diffamatores flagellantur, cap. qui in alterius, s. 9. 1. Vide tex. in l. diffamatori, C. de inges. manum.

Stercorantes Fores, vel in eis cornua effigentes, plectuntur pœna famos. libelli, l. Len. Cornelia, §. fin. D. de injur. Declan. lib. 3. c. 25. num. 93. Vide Rovit. ad Pragm. 2. num. 8. de injur.

L E M M A VI.

De Injuria facta Gestu.

185

Injuria fit Gestu. Ut si quis caput, vel oculos ditorqueat in alterius irrisionem, l. item apud Labonem, §. §. aliud, D. de injur. Vide Bajard. ad Clar. §. injuria, num. 33.

L E M M A VII.

De Pœnis Injuriarum.

Ex §. Pœna autem.

186

Licet Nero noluerit puniri injurias sibi illatas, l. Traq. de pœn. temper. præf. Gratian. c. 185. num. 47. Adhuc

Æstimatio injuriarum est, quando quis voluisset, se tantâ pecuniam amisisse potius, quàm injuriam passum.

Duplici Pœna punitur Injurians. I. Civili. * Et hæc tendit ad satisfactionem Injuriati. II. Criminali, qua non læso; sed Reipublicæ satisficit, cujus interest, delicta puniri, l. ita vulneratus, D. ad l. Aquil. * I. Dicamus de Civili. II. de Criminali. §. in summa hoc tit.

Pœna Civilis injuriarum est, ut teneatur Injurians ad æstimationem injuriæ, l. Constitutionibus, 37. in fin. D. de injur. Ut si Injurians dicat, se potius voluisse jacturam tantæ pecuniæ, quàm illa injuria affici, Burr. in c. cum te, num. 4. ubi Abb. num. 23. de re jud. Quæ æstimatio respicit tempus factæ injuriæ, non sententiæ latæ, l. injuriarum, 21. D. de injur.

187

Pœna injuriæ Verbalis est, Jure communi in rex. hic, §. Pœna autem, & Regni in Rit. 311. v. Statuentes etiam, ubi Carav. nu. 7. Rov. ad Prag. 2. de abol. num. 48. ex Pragm. 36. num. 43. de off. Mag. Justit.

Hanc injuriæ æstimationem potest petere Laicus, Clericus, & Episcopus, c. olim, ubi Hostiens.

num. 5. de injur. Et hoc, præter damna, & interesse; Soc. in c. olim, num. 23. de injur. Injuriarum æstimatio facienda est secundum circumstantias temporis, loci, &c. factæ injuriæ, l. injuriarum æstimatio, 21. D. de injur. Azo in sum. tit. de in- jur. num. 15. in fin.

188
Injuria ex-
timatur se-
cundum cir-
cumstantias.

In æstimatione injuriæ est exprimenda quanti- tas pecuniæ, ad quam injuriatus petit condemna- ri injuriantem cum juramento, Jo: Fab. in §. sod. & lex Cornelia, num. 3. hoc tit. Carav. ad Rit. M. C. V. ult. num. 18.

189

Si injuriæ æstimatio sit excessiva; Judex mode- rabitur, bono, & æquo arbitrio, excessum, pen- sacis circumstantiis personæ, loci, temporis, Cyn. in l. si non convittit, num. 3. quæst. 9. C. d. injur. ex text. in nostro §. Pœna autem. v. sed postea, Surd. dec. 89. num. 8.

Æstimatio
excessiva
moderatur
à Judice.

Quod, si injurians nequeat solvere æstimatio- nem, tunc luit in corpore: hoc est, punitur pœna aliqua corporali; si injuria sit atrox, l. si quis in- juriam atrocem, 35. ubi Glos. v. contendere, D. de injur.

190

Pœna Criminalis est, qua punitur injurians in vindictam injuriæ, Hostiens. in sum. de malodict. §. qui verè equalibus, v. si autem crimen, l. item apud Labonem, 15. §. ait Prætor, & fin. D. de injur. Et est arbitraria, §. in summa, ubi Nicas. & Aresin. num. 1. hoc tit. ibi: Criminaliter officio Judicis extraordinaria pœna Reo irrogatur. Abb. in cap. cum te, num. 24. de re jud. Gram. dec. 37. num. 10. in fin. Peguer. dec. crim. 13. num. 18. Thef. dec. Pedem. 18. num. 1. & det. 229. num. 7. Menoch. 2. de arbit. cas. 385. De qua quæris.

191

L E M M A VIII.

Quenam sit Pœna ista Criminalis?

Cum sit arbitraria, l. de injuria, fin. 45. ibi: Extra ordinem ex Causa & Persona statui solet. D. de injur. Et potest esse. I. privatio Offi- cii, Boss. de injur. num. 30. II. Potest esse corporalis, l. fin. D. de injur. III. Est infamia, l. Divus Severus, 40. ubi Glos. v. non potest, l. judicii, 42. D. de injur. Clar. §. injuria, num. 9. v. item con- demnatus. Et notatur infamia, l. si quis injuriam, 39. D. de injur. cap. inter cætera, in fin. 22. q. 4. etiam Clericus condemnatus de injuria, cap. cum te, ubi Burr. num. 1. de re judic. Quod etiam de injuria levi intelligunt multi. Sed nos dicimus, non esse infamem, nisi injuria sit gravis Alber. in l. D. Severus, 40. num. 1. D. de injur. Bald. & Salyc. in l. Decuriones, C. ex quib. caus. infam. irrog. Et hoc, ut pœna infamiæ gravis exequatur culpæ gravi.

192
Criminalis
est arbitra-
ria.

IV. Tenetur ad restitutionem Famæ: & potest condemnari ad se discedendum, c. inter sollicitu- dines, de purgat. Can. Peguer. dec. crim. 13. in fin. Thef. dec. 220. num. 7. Marant. de ord. judic. p. 4. in princ. num. 16. Vide Caravit. ad Rit. ult. n. 20.

Clericus
injurians
est infamis.

V. Tenetur ad omne damnum, & interesse passum, l. Prætor dixit, 15. §. quid ergò, in fin. D. de injur.

193
Debet Fa-
mam resti-
tuere.

VI. In injuria facta baculo, Judex procedere potest ex officio sine accusatione partis, Bartholom. de Cap. in d. Const. Variantes, ubi Tap. nu. 3. de injur.

194

VII. Infamans per libellum, pœna mortis, pu- nitur, l. antic. C. de famos. libelli.

Morsè puni-
tur Infamans
libello.

Blasphemia, ut imprecatio malorum: veluti Suspendii, Occisionis, Jure non punitur: Quia sunt futilia verba, quæ alium non gravant.

VIII. Injuria facta Studioso acrius punienda: quia sunt Studiosi sub protectione Imperatoris; ad quem possunt immediate appellare, Auth. habita, C. ne sit. pro patr. ibi: Quadam speciali dilectio- ne eos ab omni injuria defendamus, ubi Bal. nu. 14. Alex. ad Bart. in l. 1. §. si quis in appellatione, D. de appel. Idque factum est, ne negligentur, qui pro communi salute adlaborant, Bart. in l. Auth. habita.

195

Sed Q. An, & quando Magistratus injurians alium, possit conveniri?

196

Magistratus de injuria convenitur.

14. Posse: Sed finito officio, si officio Imperium est adnexum. Si verò sint Magistratus sine Imperio, aut sine potestate, in ipso Magistratu possunt conveniri, ut ait l. nec Magistratibus, 32. D. de injur.

L E M M A I X.

De Gravitate Injurie.

Ex §. Atrox.

197. Injuria potest detumescere, atque tumescere constipatione circumstantiarum, Loci, Personæ, Extinctionis communis, &c. Ratione quarum, alia levis, alia gravis, alia gravior; alia atrox, atrocior, atrocissima, l. Prætor edixit, 7. §. tempore, & §. atrocem autem injuriam, aut persona, aut tempore, aut re, ferti, l. sed si verius, §. quædam, ubi Bart. D. de injur. l. aut facta, 16. §. locus, D. de pœn. Glos. in l. atrocem, C. de injur. ubi Salyc. num. 1. Menoch. 2. de arb. cas. 263. nu. 1. Id remittit in arbitrium Judicis, Gratian. dec. 58. num. 21. Peguer. l. c. num. 19. Ang. in l. non solum, §. si mandato, num. 5, D. de injur. * & bene Ant. Faber, ex sententia sui Senatus, in suo Cod. lib. 9. tit. 20. de injur. defn. 6. quam elegantèr illustrat D. Scoppa in suis Practico Receptis Explanatiomb. ad eumd. Cod. Fabrian. d. tit. 20. explanat. 6. quæ typis nunc datæ sunt. *

Ex circumstantiis Injuria crescit, ac decrescit.

198.

Atrox est, quæ sufficit ad revocandam donationem, l. fin. C. de revoc. donat. Ad exhæredandum, prout in §. causas, Auth. ut cum de appell. cognosc.

199.

Injuria personalis ferè semper censetur atrox, & gravior, quam injuria re, vel verbis facta; nisi interveniat vulnus, vel fractura, l. Prætor edixit, in fin. & l. 8. D. de injur. Corrad. tit. de injur. n. 11. Et est gravior, si scindatur vestis, etiam sine percussione, l. sed est quæstionis, 9. ubi Bart. nu. 1. D. de injur. Est gravior injuria facta à pluribus, quam ab uno; & tot injuriæ, quot personæ, l. si plures, 34. ubi Ang. num. 1. D. de injur.

Tot sunt injuriæ, quot personæ.

200.

Similiter est atrox injuria facta in loco publico: ut in Theatro, vel Principis Palatio, l. Prætor edixit, 7. l. sed est 9. §. sed, & si in Theatro, vel in Foro cædit, vel vulnerat, quamquam non atrocè populo, non tær, atrocem injuriam facit. D. de injur. c. 1. de ma. in solitud. l. edic. At facta in Solitudine, non est atrox, d. l. ne est atrox. Prætor edixit, 7. §. atrocem. ubi Glos. v. solitudine.

Facta coram Foro cædit, vel vulnerat, quamquam non atrocè populo, non tær, atrocem injuriam facit.

Est etiam atrox, quæ fit in conspectu Prætoris, d. l. Prætor edixit, 7. §. atrocem, v. in Prætoris conspectu. Pus. dec. 303. lib. 1. Gratian. dec. 58. nu. 18. Et Judex potest illicò illam punire pro suo arbitrio, l. 3. §. Præterea, D. de suspect. tutor. Menoch. de Arb. cas. 263. num. 23. Ant. Faber in suo Cod. d. lib. 9. tit. 20. def. 6. in fin.

201. Est Atrox, l. atrocem sine dubio injuriam esse factam, manifestam Sacerdoti.

Injuria facta Clerico, vel Sacerdoti, est atrox, l. atrocem sine dubio injuriam esse factam, manifestum est; cum esses in Sacerdotio, & dignitatis habitum, & ornamenta præferres, 4. C. de injur. ubi Bellap. Menoch. l. c. cas. 289. num. 15.

202.

Atrox dicitur injuria facta existenti in habitu suæ Dignitatis, d. l. atrocem, 4.

Vel existenti in habitu suæ Dignitatis.

Alapha est atrox injuria, l. Prætor edixit, 7. §. in fin. D. de injur. Intelligas, si persona, quæ patitur injuriam, sit digna, Viv. dec. 46. num. 1. Mascard. 3. de prob. lib. 3. concl. 1131. num. 3. Imò Lap. al. leg. 76. ait, esse levem injuriam; voluitque Episcopum potuisse absolvere ab excommunicatione illum, qui dedit unam maxillatam cuidam Canonico, Navar. in Manual. c. 27. nu. 92. in fin. Gram. dec. 14. Sed de hoc alibi.

An Episcopus absolvat dantem alapham Clerico?

203.

Injuria facta pugno est levis, si sit sine tumore, contusione, sanguine, & gravi dolore; dummodò locus, & personæ dignitas non suadeat gravitatem: est enim natura sua levis, §. in servis autem, in fin. hoc tit. Viv. dec. 46. num. 6. & 7.

Injuria facta fuste est atrox, §. atrox, hoc tit. ubi Nicaf. not. 1. ait, talem esse, licet sit facta personæ vili. Sed Viv. dec. 49. num. 7. vult, injuriam factam baculo esse levem. Tu temper considera personarum qualitates, l. sed si verius, §. quædam, D. de injur.

De pœnis istorum videas Clar. in §. injuria, in princ. Aff. Conf. Reg. Si quis aliquem, Gram. dec. 17. Thes. dec. 224.

204

Dicere, Judicem dixisse injustam sententiam, non subdendo cum dolo, quo appellatur ab ejus sententia, non est injuria, l. Judici, 42. D. de minor. Bajard. ad Clar. in §. injuria, num. 23. Menoch. de arb. cas. 263. num. 8.

Non est injuria dicere, Judicem dixisse injustam sententiam.

L E M M A X.

Quando injuria facta uni, fit facta alteri?

Ex §. Patitur.

1. Ratione affectus, injuria facta uni, censetur irrogata alteri, l. 1. ibi: Spectat enim ad nos injuria, quæ tuis fit; qui vel potestati nostræ, vel affectui subiecti sunt. l. si quis servum, 26. l. servo autem, 30. §. filio, cum l. seq. D. de injur.

205

Hinc l. injuria facta Patri censetur facta filio, l. 1. & l. si quis servum, 26. l. Pater, & l. sed si unius, 17. §. ait Prætor, D. de injur. Abb. in sum. tit. de injur. num. 10.

Et injuria facta Filio est facta Patri, qui potest judicio suam, & filii injuriam prosequi, l. Pater, 41. D. de injur.

206

Et Patri fit injuria, etiam Filiosam consentiente; si ille, qui lædit, habeat animum injuriam faciendi, d. l. si quis servum, 26. Et, non Filium, sed Pater aget pro injuria sibi, vel Filios facta, l. sed si unius, §. filios. ubi Bart. D. hoc tit. de Mar. tom. 1. lib. 1. c. 151. num. 2. & 7.

Injuria facta Filio, etiam volenti, est facta Patri. Et Pater agit pro injuria Filios facta

207.

Fit etiam injuria Filio; si Patris statua cedatur, l. si statua, 27. D. de injur. Filius tamen non agit pro injuria facta Patri, Surd. dec. Mantuan. 89. n. 12. in fin. Sed si nemo Patris nomine experiatur, Filiosam actio competit, l. item apud, 15. §. in fin. D. de minor. Sicut etiam tunc pro injuria suo nomine agere potest, l. filiosam, 85. D. de ad. & oblig.

207

II. Injuria facta Servo, est facta Domino, l. item apud Labeonem, 15. §. interdum, D. de injur. l. Dominum, 8. C. eod. Et hoc multò magis, si injuria sit facta in contumeliam Domini, §. servus est facta autem, hoc tit. Aret. in §. sed si libero, hoc tit. Sa. l. c. in l. Dominum, n. 3. propof. 3. C. de injur.

208

Et Injuria facta famulo, est facta Domino, Bal. in l. si quis homicidam, C. de accus. Abb. in l. item apud Labeonem, 7. §. si quis servo, D. de injur.

Injuria facta Servo, etiam sit facta in contumeliam Domini, §. servus est facta autem, hoc tit. Aret. in §. sed si libero, hoc tit. Sa. l. c. in l. Dominum, n. 3. propof. 3. C. de injur.

209.

III. Injuria facta Uxori, est facta Marito, l. 1. §. item ait, D. de injur. Gram. conf. crim. 45. n. 6. Marsill. conf. 1. num. 18. Cyn. in l. si non convitii, §. num. 7. v. item si fiat injuria, ubi Alber. num. 5. D. de injur. & l. injuriarum actio, 2. C. eod. & deest sum testatur Anton. Faber in suo Cod. lib. 9. tit. 20. de injur. defn. 3. * quam pluribus comprobatur D. Scoppa in suis Practico Receptis Explanatiomb. ad eumd. C. Fabrian. d. tit. 20. explanat. 3. quæ typis jam datæ sunt. *

209

201. Est Atrox, l. atrocem sine dubio injuriam esse factam, manifestam Sacerdoti.

Hinc Maritus pro injuria facta Uxori, potest agere nomine proprio, ac si injuria esset sibi illata, d. l. injuriarum actio, 2. ubi Bellaper. text. hic, §. patitur.

Injuria facta Uxori, potest agere nomine proprio, ac si injuria esset sibi illata, d. l. injuriarum actio, 2. ubi Bellaper. text. hic, §. patitur.

202.

Etiam Sponsus agit nomine proprio pro injuria facta Sponsæ, d. l. item apud Labeonem, 15. §. Sponsum; ibi: Spectat ad contumeliam ejus injuria quæcumque sponsæ ejus fiat. Salyc. in l. 2. in fin. C. eod.

210

An Episcopus absolvat dantem alapham Clerico?

Injuria facta Nuri, censetur facta Socero, §. patitur, hoc tit. l. 1. §. item ait, D. de injur. Soc. in c. olim, 18. v. Socer. De Injuriis, vide Farin. in pract. crim. p. 3. q. 105. insp. 7. num. 173.

Injuria facta Nuri, censetur facta Socero, §. patitur, hoc tit. l. 1. §. item ait, D. de injur. Soc. in c. olim, 18. v. Socer. De Injuriis, vide Farin. in pract. crim. p. 3. q. 105. insp. 7. num. 173.

203.

Injuria tamen facta Marito, non dicitur facta Uxori ad finem agendi: Nam Uxor pro eo agere non potest, l. 2. ibi: Si Viro injuria facta sit, Uxor non censetur non agit, quia defendi Uxores à Viris, non Viros facta Uxori, ab Uxoribus æquum est. ubi Alber. num. 1. D. de nisi eam injur. text. hic, ibi: Contra autem. Intelligas, nisi si injuria sit communis, tangens honorem Uxoribus; ut si injurians dicat esse Virum meretricis: nam tunc Uxor nomine proprio potest agere pro injuria sibi illata, Jo: Faber hic §. patitur, num. 4. ubi Aret. num. 1. Natta conf. 60. num. 1.

Injuria facta Marito, non dicitur facta Uxori ad finem agendi: Nam Uxor pro eo agere non potest, l. 2. ibi: Si Viro injuria facta sit, Uxor non censetur non agit, quia defendi Uxores à Viris, non Viros facta Uxori, ab Uxoribus æquum est. ubi Alber. num. 1. D. de nisi eam injur. text. hic, ibi: Contra autem. Intelligas, nisi si injuria sit communis, tangens honorem Uxoribus; ut si injurians dicat esse Virum meretricis: nam tunc Uxor nomine proprio potest agere pro injuria sibi illata, Jo: Faber hic §. patitur, num. 4. ubi Aret. num. 1. Natta conf. 60. num. 1.

211

IV. Injuria facta Discipulo, est facta Præceptoribus;

ptori; si fiat contumeliam Praeceptoris: puta, illo praesente, l. adis, §. pedius, D. de Edilit. delict. Jodoc. in praed. crim. cap. 137. num. 10. Farin. loc. cit. n. 284. l. falsi, §. sed si bis, D. de furt.

V. Injuria facta Socio, itineris, censetur facta Confocio, ex ad. Bart. in d. l. item apud Laborem, §. si per servo. Nam aggreffiens meum comitem, poggredi videtur, l. quoniam multa facinora, C. ad Jul. de vi pub.

VI. Facta injuria Conjuncto, censetur facta aliis de e. em Cognatione, & Affinitatis, Bart. in, Et ex l. l. Cornelia, §. D. de injur. Seraph. dec. Pe dem. 1. num. 6. & dec. 104. num. 3. Menoch. 2. de arb. ca. 63. num. 1. Peguer. decis. crim. 13. num. 14. Masc. d. 1. de probat. concl. 68. num. 4. Surd. dec. 89. n. 1. rat. tom. 3. c. 10. num. 3.

quilibet ex istis potest agere criminaliter con- injuriantem, non civiliter; nisi injuria facta sit ejus contumeliam, Bart. in l. lex Cornelia, num. 1. de injur. Bajard. ad Clar. in §. injuria, num. 37. Menoch. l. c. num. 4.

Ista currunt usque ad sextum gradum, Ang. in d. l. lex Cornelia, n. 5. in fin. D. de injur. Bar. in l. si tutor, §. si tutor, in fin. D. de suspect. tutor. ubi vult, rem esse determinandam juxta mores Regionis.

VII. Injuria facta Clerico, censetur facta Ecclesiae, & Episcopo, Vlv. dec. 27. num. 6. Et Episcopus potest agere criminaliter contra injuriantem, etiam si Clericus remisisset injuriam sibi factam. Vide Bart. in l. 1. §. item ait, D. de injur. Aret. hic in §. servus cutem, num. 6. Thor. v. injuria illata alicui.

VIII. Injuria facta Praelato, est facta Ecclesiae, & Subditis; qui possunt agere pro injuria facta Episcopo, Hostien. in collm, n. 6. v. Ceterum injuria, D. de injur.

IX. Injuria facta Monacho, est facta Abbati, & Monasterio. Vide Ang. in l. 2. §. item ait, num. 1. D. de injur.

X. Injuria facta Civi, censetur facta Civitati, Bart. in l. 1. D. de injur. Aret. hic, §. servus autem, Thor. v. injuria illata alteri.

XI. Injuria facta Vassallo, est facta Domino, Alber. in item apud Laborem, l. 5. §. fin. num. 2. in fin. D. hoc et.

XII. Injuria facta alicui ex Collegio, censetur facta Colegio, & Universitati, l. jure provisum, C. de Fabriensib. lib. 10.

XIII. Injuria facta Cadaveri, vel famae Defuncti, est facta haeredi, l. 1. v. & si forte cadaveri, & v. quoties atem funeri, D. de injur. Rovit. in rubr. de injur. n. c. Pistor. lib. 1. q. 35. Gratian. c. 243. n. 24. ex Auth. U. defuncti, seu funeri, coll. 5.

XIV. Injuria dicens, Mentiris, salvo honore tuo, Gratian. dec. 48. n. 24. Nam est protestatio contraria facto, c. 1. de presump. Covar. 1. var. c. 11. in princ. Gratian. c. 81. n. 1. Sed non est injuria, alicui Tu dicis falsum, erras, Ceval. q. 125. n. 6. Vlv. de injur. lib. 9. opin. 137. Nam non denotat malitiam, qua quis velit dicere falsitatem; sed putans verum, dicit falsum, D. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 1. Paris. cons. 30. num. 1. lib. 1. ex c. animadvertendum, c. 15. utem, c. Bentus, §. ille autem, 22. qu. 1. Salyc. in l. q. tutela, C. de integr. rest. min.

Mentita facta ad propulsandam injuriam illatam, non est turbilis, Bart. lib. 3. cons. 45. Cappc. dec. 58. n. 2. Rovit. Rubr. de injur. n. 5. Et hoc etiam in Foro conscientia, Bajard. ad Clar. §. injuria, 66. Menoch. lib. 1. cons. 41. Nam habet vim defensionis, Unde in iudicio, licere dicere, Tu mentiris, notat Rovit. in Rubr. de injur. n. 3. Alber. in l. quae omnia, §. 1. de vtrour. Cavall. q. 323. n. 4. Gratian. c. 81. num. 5. & l. quae omnia, §. 1. D. de proc. Sed adicias ly Cum reverentia, ut injuriae crimen effugas cautius.

In omnibus, in quibus injuria facta uni, censetur facta alteri; actio ab uno intentata, alterius actionem nontollit, text. in l. 1. §. fin. D. de injur. Vide Surd. decis. 89. num. 12. ubi docet, quemlibet tunc posse criminaliter agere pro injuria facta

alteri, quamvis non sit in contumeliam Actoris.

Aliis deficientibus, admittitur Femina accipiens, prosequendo injuriam suam, vel suorum, Franck. dec. 381. num. 5. ex l. de crimine, C. qui accus. non poss. De quo plenè, & eleganter edisserit Dom. Scoppa in scholiis ad controv. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 16. *

Aliis deficientibus femina accusat injuriantem,

L E M M A XI.

De Maledicente Principi, vel Praelato.

Maledicens Principi ex proposito, punitur, l. unic. C. si quis Imperat. maledix. c. paratus, 23. q. 1. c. 1. de maledic.

220

Nec dicas: Papa, & Imperator non videntur de talibus maledictis curare, d. l. un. & c. inter querelas, 13. q. 4.

Nam d. l. un. vult ignoscendum Maledicenti ex temulentia; levitate, insania; non si ex animo: nam tunc compescendus severè est: ut poena aliis terrorem incutiat, c. 1. de maled.

Maledicens Princeps ex temulentia non punitur.

Non tamen punitur poena laesae Majestatis, Gargas lib. 1. de crim. les. Majestatis. tit. qualis. & a quib. q. 4. n. 1. Et Maledicus Principi praesentatur: nec a Judice potest absolvi, l. un. C. si quis Imper. ibi: Integris omnibus ad nostram scientiam referantur. Adeas Menoch. 2. de arbitr. cas. 277. num. 7. v. non qbsat.

221

Difficultas est: An Praelatus possit excommunicare illum, qui injurias ipsi facit?

Respondetur, non posse. Quia nemo est Judex, & Actor in sua causa, c. inter querelas, v. hinc inde, 13. q. 4. ibi: Peccata quae in Deum, vel proximum committuntur, a nobis puniuntur sunt; ea vero, quibus in nos delinquitur, patienter, vel toleranda, vel potius dissimulanda sunt. Consonat c. de occidendo, 23. qu. 5. Alber. in l. un. num. 1. C. si quis Imper. maledix. Et text. in cap. si quis ergo, 2. q. 7. ubi Praelatus potest punire talem injuriam, intelligitur, in quantum injuria tangit etiam Ecclesiam; non autem solam personam Praelati, Glos. in d. cap. si quis ergo, v. Privetur, & in c. Consultarius, 23. q. 4. v. Anathematizavit, Farinac. l. c. in sp. 10. num. 405.

Nemo Judex in causa propria potest excommunicare.

Praedicator detrahens nominatim Ecclesiae, Praelatis in Concione, punitur per duos menses poenis, quibus supponuntur delinquentes a Rezula in gravioribus delictis, Clem. 1. §. quibus etiam, de privileg. & Ecclis.

222

Poena Praedicatoris injuriantis.

I U S R E G N I.

IN Regno adest Constit. sub tit. de injur. Curia. lib. ubi irrogans injurias personae, bonis, aut familiae Regii Officialis, punitur duplo majori poena, quam si personam aliam offenderet. Nec esset crimen laesae Majestatis; si ex privata inimicitia offenderet: licet ceteroquin injuria facta Judici intuitu officii, censetur facta Regi, Cappc. dec. 190. num. 7. Marfil. cons. 1. num. 10. Ifern. in d. Constit. l. 1. §. 1. D. ad l. Jus Majest.

224

Injuria facta Officiali intuitu officii, non personae, privatae, est facta superiori.

Injuria irrogata Capiteano, vel Officiali alicujus Oppidi, numerata fuit inter crimina laesae Majestatis, teste Muscat. in pract. crim. rubr. de crim. les. Maj. n. 12. Thor. v. injuria illata, ubi v. injuria ab Eleto, refert poena exilii per triennium multatum Electum, qui alterum Electum, praesentem Regio Officiali, facto, & verbo injuria verat.

225

In Regno sub poena centum unciarum auri prohibentur Cantilenae, & Convicia contra secundò nubentes, prag. 1. de injur. Et in prag. 2. inhi-bentur Macriatae: ne scilicet tempore nocturno tingantur colore rubro, vel nigro Domus; sub poena mortis in toto Regno. Et ne lapides immittantur ad fenestras, Rovit. in d. prag. 2. n. 3. l. si statua, D. de injur.

226

Poena affigendum cornua, vel macriatas facientes in Regno.

L E M M A XII.

Quando extinguatur Actio injuriarum?

Ex §. fin.

Injuriarum actio, quae privati delicti est, l. injuriarum, 7. l. si quando, 10. C. de injur. dissimulatione aboletur, ut loquitur l. non solum, 1. §. injuriarum actio, D. eod. Provenz. ad Neap. Consuetud. incip. In omnibus, §. observ. un. num. 14. tit. de alim. l. perpetua praest.

227

Actio criminalis est annalis, civilis, l. perpetua praest.

212

Injuria facta consanguineo, vel affini, est facta alteri affini, vel consanguineo.

Quius sit injuria ex personis aliterius

215

216

Non est injuria dicere, Tu dicis falsum.

218

In iudicio licet dicere Mentiris, ad defensionem.

219

præf. Anton. Fab. in C. lib. 2. tit. 36. def. 2. num. 4. in alleg.

Actio Criminalis extinguitur per lapsum unius anni in aliis, & quinquennii in adulterio à die scientiæ, *Glof. in l. convitit, §. C. de injur. Natta conf. 225. n. 2. Equat. q. 675. Ruin. lib. 4. conf. 21. num. 6. Gratian. dec. 58. n. 9.* ubi notat, puniri, etiam factam per usum, licet sit sequuta emendatio, quæ pœnam delicti non tollit, *l. ut facta, §. causa, D. de pœn. l. qui ea mente. D. de furr. * & sequitur D. Scoppa ad eund. Gratian. observ. 58. n. 3. & seq.*

Actio Civilis ad petendam extimationem injuriæ, est perpetua, *Clar. & Misng. bic. scilicet per 30. annos durans.*

Si injuria facta est personæ incertæ, cessat actio, *d. l. item apud Labeonem, §. cui non sine causa, ubi Alber. num. 1.*

228
Cessat injuria remissio-
ne, §. Illic. 2.
3. q. 4. II. si-
gnis Amici-
tiæ. III. pe-
titione ve-
niæ. IV. re-
tractatione,
si dicat illi-
cò se malè
dixisse. The-
decif. Pede-
mont. 220.
n. 7. Pegue.
decif. 13. in
fin. Cov. 1.
var. cap. 11.
nu. 4. in fin.
Marant. de
ord. Jud. p.
4. n. 10. cap.
inter sollici-
tudines, de
purgat. can.
c. quisquis.
2. q. 11.
229

Actio Criminalis injuriarum non datur hæredi, nec contra hæredem, nisi lite contestata, *l. injuria- rum, 13. & l. fin. d. l. item apud Labeonem, §. inju- riarum actio, D. eod. Surd. dec. Mant. 89. num. 14. Cagnol in l. quidquid in calore, de regul. Jur. Gra- tian. decif. 58. num. 14. Nicas. hic, n. 4. DD. in c. cum te, de re judic. & à Senatu Sabaudicæ decifum tra- dit Anton. Faber in suo Cod. lib. 9. tit. 20. de injur. defnit. 2. * & nos in hoc loco sequitur D. Scoppa ad decif. Gratian. observ. 58. num. 3. qui etiam no- vissimè probat in suis Practico- Receptis Explana- tion. ad eund. Cod. Fabrian. d. tit. 20. explanat. 2. quæ sub prælo sunt. **

Q. An, pro injuria remissa, possit quis iterùm agere?

Nega. Nam deest jam injuria, *l. non solum, 11. §. injuriarum, D. hoc tit. Anton. Faber dicit. tit. 20. defnit. 12. ** ubi ita à Senatu Sabaudicæ decifum refert, & comprobat D. Scoppa in explanat. ibid.

Nota tandem, injuriam remittendam esse inte- rius, quod odium; sed non quod actiones inju- riarum, interesse, & Juris pœnam, *Glof. in c. si quis contristatus, 90. dist. Abb. in c. 1. de maled. Jason l. si tibi decem, §. quinam, D. de pass. Gratian. dec. 58. num. 5. in add. * & nos ad hunc locum sequitur D. Scoppa ad eund. Gratian. d. observ. 58. n. 8. * Qui injuriarum actionem calumniosè instituit, exilio, aut relegatione punitur, *l. qui injuriarum, 42. D. de injur.**

Actione injuriarum convenitur, consulens, man- dans injuriam, *l. non solum, D. de injur.*

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX QUASI DELICTO NASCUNTUR.

T I T U L U S

Delictis accedunt Quasi delicta: ex Inadvertentia, Ignorantia, Negligentia, &c. com- missa à Judice, Advocato, Medico, Nauta, Sta- bulario, &c. Quæ sermonem ad se convertunt.

L E M M A I.

Ad quid teneatur Judex malè judicans?

Ex princ. text.

Judex potest malè judicare. I. Ex imperitia, II. Si pecunia sit corruptus. De utroque suc- cessivè differemus. Et Primò

De Judice imperito.

Judicis, im-
peritia est
culpa.

Judex malè judicans per imperitiam, est in cul- pa: Nam imperitia culpæ adnumeratur, *l. imperi- tia, 132. D. de regul. jur. l. fin. D. de var. & extraord. cognit. l. si absentis, la 2. §. si Judex, 4. D. de act. & oblig. Fulgos. in l. 1. §. hæc autem, num. 1. v. Quod tamen intelligite, ubi Alex. n. 3. D. quod quis jurts. Idemque est, si proferat, & exequatur sententiam nullam, *Fulgos. in l. 1. §. hæc autem, num. 1. v. Quod tamen intellige, ubi Alex. n. 3. in fin. D. quod quisque Juris.**

Malè ju-
dicans facit
litem suam.

Talis Judex facit litem suam, *d. l. fin. in princ. Rom. in l. 4. §. in eum, num. 1. D. de damn. infect.* Facere litem suam est, teneri ad litis æstimatio- nem, ita ac si ipse litem exagitasset; & transferre in se periculum litis, *Alciat. in l. si quis in conscri-*

bendo, 29. num. 1. C. de pass. Glof. 2. v. iste enim Judex, Jo: Fab. hic, num. 1. Jason l. 1. num. 16. D. quod quisque jur.

Punitur etiam arbitrariè, *dicit. l. n. ibi: Et in quantum de ea re æquum religion Judicantis vi- sum fuerit. Dixi, Malè judicans: Nam si ex im- peritia non proferat sententiam, non facit litem suam, Bart. d. l. si quis in conscribendo, m. 7. Ripa in l. 4. §. condemnatur, num. 4. D. de re M. Sed tenetur ad expensas, Angel. in l. 1. §. hæc autem verba, num. 4. D. quod quisque jur.*

Dicta procedunt. I. in Judge Ordino, & Delegato, *Glof. in d. l. fin. v. De ea re, ubi Bart. num. 1. Et in Arbitro, & Assessore per imperitiam malè judicante, l. penult. C. de pass. l. 2. ibi: Si ipse ve delega- Assessor, D. quod quisque jur. Glof. d. l. fin. v. de tus, sive as- re, Rom. sing. 707. Menoch. 2. de arb. cas. 339. Nif. sessor, sive arbiter. filius. l. Filius. 15. D. de jud.*

II. Punitur imperitus Proxenetæ: Et est ille, qui alios concordat, *l. 2. in fin. D. de Proxenetis.*

Dicta multò magis currunt, si Judex giudice contra Jus certum, & notorium: Ut si erret ex crassa ignorantia, aut judicet adversus notam Con- suetudinem, *Glof. hic, & Alex. ad Bart. in d. l. fin. D. de extraord. cognit. lit. F. Bald. in c. 1. §. Judices, num. 5. de pace juram. firm. Put. de syndic. v. lis sua, c. 5. num. 4. v. Judex, qui contra consuet.*

Eisdem pœnis punitur Judex, qui facit, quod facere nequit; aut non facit, quæ tenetur: Ut si Punir Ju- damnet ad torturam; si admittat probationes, quas de- x, qd fa- repellere tenetur; aut non recipiat justam accusa- tionem, appellationem, legitimum Fori exceptio- nem, &c. *Bald. in l. fin. n. 8. C. d. pœn. & in l. man. non facit, cipia, v. adverte, C. de serv. fugit. ubi Salyc. num. 6. quod debet. Et tenetur ad omne damnum, & interesse, l. Argen- tarius, §. cum autem, D. de eden. l. si quando, §. fin. C. de testib. ubi Bald. num. 20. Bart. num. 5. Alex. in l. si quis in conscribendo, 29. num. 3. C. d. pass.*

Ex dictis fit I. Judicem teneri ad interesse; si non det Tutorem, quando requisitus tnetur dare, *Bart. in l. fin. num. 2. v. sed ego puto, D. de var. & extrordin. cognit.*

II. Facere litem suam Judicem non condemnan- tem ad expensas, quem de Jure contemnere debet, *Lancellos. de attent. par. 3. c. 31. num. 18. Et ipse de- bet expensas solvere, Bald. in l. mancipi, num. 1. in fin. C. de serv. fugit.*

Hodie Judices syndicanur, non de ferentiis ex imperitia latis; sed tantùm de malè ablati, de dolo; & barattariis, *Gram. conf. 54. num. 3. Clar. in præf. q. 63. num. 3. in fin. v. item Judex.*

L E M M A II.

De Judice pecunia corrupti.

Judex nihil de Jure potest accipere, etiam à spontè dantibus, *l. un. C. de salgamo. bopit. non præstan. lib. 12. s. Romana, §. pen. de en. Tiraq. bil de Nobil. cap. 29. num. 40. Gratian. c. 6. num. 47. etia à spon- qui ait, abstinendum eis esse etiam ab Esculentis, tē dante. & Proculentis, licet Jure permissis, nisi à triduo consumantur, c. insuper, §. statutum, de script. in 6.*

Si Judex pecunia corruptus, injustitiam faciat, punitur pœna Repetundarum, *l. 1. l. 1. ff. ad l. Jul. repet. quæ Lex Julia Repetundarum, est de acceptis pecuniis pro munere, vel Officio publico. Hæc pœna hodie est arbitraria, l. lex julia, la 2. bitrariè. §. hodie, ibi: Extra ordinem puniuntur, ff. d. l. Jul. Repet.*

Committit etiam barattaria: quia eat justitiam pro pecunia, *Anch. conf. 271. num. 4.*

Et Rex Persarum excoriari præcepit Judicem corruptum, ejusque pelleni sedi Tribunalis affigi pœna excor- ad aliorum tortorem, *Jo: Andr. in c. x. num. 5. v. ca- riatatus apud fliget, de sent. rei jud.*

Talis Judex etiam tenetur Crimine falsi, *Glof. in l. 3. v. idem de falso, ff. ad l. Jul. Rept. Et est pœna deportationis: & si mors sit sequuta, est pœna, l. Cornet. de Sicar. l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornet. de Sicar. ibi: tionis.*

234

235

236

27

238

239

240

241

242

243

ibi: Qui vè Magistratus, Judex vè questionis, sub capitale causam, pecuniam acceperit. l. 1. §. 1. v. qui Judicem, l. qui duobus, v. bis, qui Judicem, ff. ad l. Cornel. de fals.

244 Dignitate privatur. Fit infamis. Reficiet etiã in conscientia, damna parti læsã.

Privatur etiam dignitate Judex barattariam committens, *Autb. novo jure, in fin. C. de pœna Judicis, qui malè.* Fit infamis, l. eadem lege, §. hac lege, ff. ad l. Jul. Repet. Tenetur etiam ad litis æstimationem, & ad expensas, etiam in conscientia, restituendas parti læsæ, l. 2. & fin. C. de pœn. Jud. qui malè.

245

Judex, qui per concussionem: idest à nolente, pecuniam extorquet, criminalitèr etiam punitur, l. 1. ff. de concuss. l. quod evitandi, C. de condit. ob turpem caus. Quæ pœna est extraordinaria, *Glof. in d. l. 1. coerces.* Et tenetur restituere illa, quæ per metum extorsit, l. fin. ff. de concuss. ibi: Ablatum hujusmodi terrore restitui, Præses Provinciæ jubet. l. Quod evitandi, in fin. ibi: Per restitutionem pecuniæ. C. de condit. ob turpem caus. Gram. conf. 51. num. 15. in fin.

Et potest accusari à quolibet de populo, l. 2. ff. de concuss. c. concussionis, 1. q. 1.

L E M M A III.

Quã aliã Pœnã punitur Judex corruptus?

246 Judex acceptum restituit in quadruplum.

Judex punitur etiam in Quadruplum, si pecunia sit corruptus, l. 1. C. ad l. Jul. Repet. ubi *Salsc. num. 2.* Cujus una medieta datur parti læsæ, altera Fisco, si ex parte dantis non sit turpitudine, *Glof. in l. 1. v. quadruplum, ff. ad l. Jul. Repet.* Si verò sit turpitudine ex parte dantis; & accipientis; tunc totum applicatur Fisco, *Glof. in l. 2. v. & hoc quadruplum, ff. ad l. Jul. Repet. Ang. in l. 1. v. ad banc pœnam, C. cit. tit.*

Applicatur parti læsæ.

Sed aliqui volunt, totum applicari parti, in cuius damnum data fuit pecunia, l. 3. *S. illud erit notandum, v. sed ei debet, ubi Alber. num. 3. ff. de calumniat. Menoch. 2. de arb. cas. 342. num. 15.*

247

Hæc pœna Quadrupli modò moderata est, *Autb. Novo jure, §. 1. & 2. C. de pœna Jud. qui malè judic.* Ubi pro recepto solvit triplum, pro promisso duplum, si causa sit civilis. In causa verò Criminali confiscantur omnia bona, & mittitur in exilium, *Boer. dec. 153. num. 1. Menoch. l. c. num. 14.*

Modò pœna est tripli, pro recepto, duplum pro promisso.

Jure Canonico suspenditur per annum à divinis Officiis, cap. 1. *S. si quis autem, de sent. & re jud. ibi: Per annum noverit se suspensum. ubi Host. & Archid. num. 3.*

L E M M A IV.

De Pœnã Judicem corruptentis.

249 Corruptus amittit causam, si est Actor; calumniat. ibi: In hac causa litem perire jussit. Boer. decis. 153. num. 24. Si est Reus, amittit jus defendendi, *Glof. in l. 2. v. Tu dic idem de Reo. C. de pœna judic. qui malè, Glof. in l. elegantèr, §. pen. ff. de dol.* Idemque dic, licèt pecunia detur, ut Judex justitiam faciat in bona causa. Nam Justitia est virtus, quæ vendi nequit, & ad quam reddendam ex officio tenetur, l. 2. *S. sed videndi, ubi Bald. in fin. ff. de cond. ob turp. caus.*

Idem dicitur de corruptente Notarium, *Salsc. in l. fin. C. de pœn. jud. qui, &c. ubi Bart. num. 4. Bald. num. 2.* volunt, id intelligi post sententiam. Quod de pœnis est regulare, quæ debentur, sequuta sententia declaratoria.

250

Causam verò non amittit, qui dat pecuniam, non exprimendo, se dare, ut malè judicet, *Cyn. in d. l. fin. in fin. Contrà Paul. de Cast. in l. 1. §. ob rem, num. §. in fin. ff. de cond. ob turp. caus.*

251

Idem dicitur de corruptente Notarium, *Salsc. in l. fin. C. de pœn. jud. qui, &c. ubi Bart. num. 4. Bald. num. 2.* volunt, id intelligi post sententiam. Quod de pœnis est regulare, quæ debentur, sequuta sententia declaratoria.

L E M M A V.

De Medico.

252 Medicus imperitus, quasi delinquit.

Medici imperitia culpabilis est, l. qua actione, 7. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. imperitia, 132. ff. de regul. jur. l. si quis fundum, 10. §. Celsus, ff. locat. Et ex quasi delicto conveniri potest; nec ægroti curam deferere ei est concessum, si alius æquè idoneus Medicus desit. Idque ex Charitatis præ Tom. II. Lib. IV.

cepto, quo indigenti succurrendum, l. idem juris, 8. ff. ad l. Aquil. Si verò adhibitis regulis Artis, adhuc decedat ægrotus; tunc salarium exigere potest, c. ad aures, 7. de etat. & qual. Abb. in c. tua nos, de homic. Afflic. dec. 123. ubi *Ursil.*

253

L E M M A VI.

De Habitatore damnificante Domum.

Ex §. Item is, ex cujus, 1. 2.

Dominus inhabitans tenetur uti bonis Servis; secus obligatur ex Quasi delicto, retinendo Servos negligentes: si Servi damnificent, projiciendo, effodiendo aliquid, &c. Et tenetur in duplum damni, & interesse passi, l. 1. §. hæc in factum actio, l. hoc editum, 6. §. pen. ff. de his, qui dejecerunt.

254

Si ex dejectione occidatur homo liber, est pœna 50. aureorum, si absque culpa Domini factum sit, l. 2. §. cum in eadem, ff. ad l. Rhod. de jactu, l. hæreditatum, 68. ff. ad l. Falcid. d. l. 1. §. hæc in factum actio. Si alitèr damnificetur, vulneretur, tenetur ad expensas, d. l. hæreditatum.

Nemo potest uti malis Ministris

255

Si quis domi suæ, vel in via teneat quid suspensum, potens cadendo nocere, punitur pœna decem aureorum, licèt res non cadat, l. si verò, §. Prætor ait, il. 1. el. 2. ff. de his, qui dejecerunt.

256

Si Filiusfamilias damnificet, dejiciendo, suspendendo, malè judicando, Pater habitans separatus à Filio, ad nihil tenetur, l. si filius, 15. ff. de jud. Intelligas, nisi mandasset, ratificasset, vel potens Pater non prohibuisset, l. in omnibus, 2. ff. de noxal. act. Alciat. in l. servus creditoris, 3. C. de pact. Curt. conf. 41.

Ad quid tenetur Pater ex delicto Filii?

Hospitantes tenentur pro damno factò à Peregrino domi, l. si verò, 5. §. 1. & l. 1. §. hospes, ff. de his, qui dejecerunt.

L E M M A VII.

De Pœna Nautæ, Stabularii, Cauponis, habentis malos Ministros.

Ex §. Item Exercitor, 3.

SI Caupo, Nauta, Stabularius, malos adhibeant ministros damnificantes, vel subfurantes bona advenientium, puniuntur ex Quasi delicto, l. 1. & fin. §. hæc actio, D. Naut. Caup. & Stabul. Et pœna est Duplici, d. l. fin. Isti namque ex proprio officio debent custodire, quæ in illis locis reponuntur à Viatoribus, licèt specialitèr non se obligent ad illa servanda; vel gratis recipiant hospites, l. licèt gratis, 6. D. Naut. Caup. & Stabul. Quod etiam currit in conscientia, *Rebell. de just. p. 2. lib. 1. q. 10.*

257

Nauta Caupo tenetur custodi-re res; quæ inferuntur.

Si ipsemet Nauta furripiat, punitur ut fur, tit. ff. de furt. advers. Nautas. Et Nauta punitur, si non adhibeat omnem diligentiam ad salvandam vitam navigantium tempore tempestatis, *Covar. in Clement. Si furiosus, p. 2. §. 2. num. 1. l. debet, 7. D. Naut. Caup. Stabul.*

258

L E M M A VIII.

De Actione in Factum.

Ex §. fin.

CONTRA tales delinquentes datur Actio in Factum: quæ est ad duplum, & competit damnificato, ejusque hæredi contra damnificantem, non contra ejus hæredes; qui tamen tenentur ad damna reparanda juxta vires hæreditatis, etiam in conscientia, l. Julianus, 16. ff. de jud. §. non autem, in fin. de perpet. act. l. fin. D. Naut. Caup. & Stabul. ibi: Hæc actio in factum duplum est.

259

Actio in factum est in Duplum in delinquentes.

DE ACTIONIBUS.

T I T. VI.

Tempus est, ut ad limam vocemus Actiones, postquam earum Causas, quæ sunt Obligationes, præmonstravimus.

260

Actio ex obligatione emanat.

Actio ferè semper in Libellis proponitur; merito, antequam, exactiori trutina illam expendamus, de Libello aliqua delibemus.

L E M M A I.

De Libello, & Petitione.

261

Habemus Petitionem, & Libellum. Petitio Quid Peti fit verbis, quibus ostenditur intentio Actoris, tit. 2. Za-

Zabarel. in Clem. sepè, num. 17. de verb. signif. Mascard. 2. de prob. concl. 928. num. 1.

Sufficit in istis verbalibus Petitionibus narratio clara facti, Jason in l. 1. num. 22. ff. de eden. ut fecit, Salomon. 3. reg. 3. c. offerre mihi gladium, de præsumpt.

Libellus fit in scriptis. Desinitur: Est brevis, & clara Scriptura, continens intentionem Actoris. Auth. offeratur. C. de lit. contest.

In Libello continetur Major, Minor, & Conclusio. Major est narratio facti: Minor est causa; ratione cujus ad iudicium recurrit Actor: puta, quia quis non vult ei solvere, quod tenetur. Conclusio est id, quod intendit: puta, rem restitui, delictum puniri, &c.

In Civilibus necessariò requiritur conclusio, l. ut fundus, 18. ff. comm. divid. l. ult. C. de fideicom. liber. Bart. in l. 1. n. 6. ubi Jason n. 13. ff. de eden.

Conclusio debet deduci ex præmissis; & impertinentes rejicitur, Felyn. in cap. ult. num. 2. de libel. oblat.

Libellus est introductus ad hoc, ut Reus videat: an velit contendere? ejusque copia tradenda est Reo sumptibus Actoris, Auth. offeratur, C. de lit. contest. cap. induciq, S. offeratur, 3. q. 3.

II. Requiritur, ut Judex proferat justam sententiam conformem conclusioni Libello appositæ, l. ut fundus, 18. ff. com. divid. Clem. sepè, ibi: Juxta petitionis formam, pronuntiatio sequi debet. De verb. signif. Marant. in præf. par. 4. distin. 4. Gram. dec. 29. * & nuper D. Scoppa elegantèr plura congerens in Scholiis ad Controv. R. Merlin. cent. 1. c. 34. ex num. 1. *

Actor verò debet considerare: an sibi competat Actio? Nam, si succumbat, debet expensas reficere, Bart. in l. si unus, 28. S. pactus ne peteret, ff. de pact. Et, videns sibi actionem competere, potest Libellum offerre, quo aliquid dari, aut fieri petat, d. Auth. offeratur, C. de lit. contest. Ubi etiam dicitur, quòd dantur 20. dies Reo ad deliberandum: an velit iudicio contendere?

In summa, Libellus debet continere nomen Judicis, Actoris, Rei, Diem, Mensem, Annum, Locum, Rem, Causam, Obligationem, Actionem, &c. * Sed vide, quæ tradit idem D. Scoppa exhibens observantiam in annot. ad Sarn. in præf. civil. part. 1. S. 1. num. 16. cum seq.

LEMMA II.

Quotuplex fit Libellus?

Duplex. Unus Accusationis. Alter Conventionalis. Primus currit in causis Criminalibus, l. libellorum, 3. ff. de accus. II. Dicitur Civilis, & Conventionalis, datur in causis Civilibus, cap. 1. & fin. de libelli & conventio-

Libellus subdividitur in Conventionalem, & Reconventionalem. I. Ab Actore datur adversus Reum. II. Datur à Reo adversus Actorem, Marant. in præf. p. 4. dist. 9.

In causis tamen modicis non requiritur, nec inter viles personas, S. si tibi quoque ibi: Quæcumque maximè vilium non ex scripto decidere. Auth. de modicis, & mandat. Princ. Similiter, nec requiritur libellus, in Regno, si Episcopus procedat contra suos Clericos, S. 1. ubi proceditur facti veritate inspecta. Auth. Ut Clerici apud proprios Episcopos.

LEMMA III.

Clausulæ in Libello.

Præter dicta, debent in Libello apponi Clausulæ salutares. Et sunt. I. Petens sibi justitiam ministrari, in omnibus, & singulis. Qua clausula removetur defectus generalitatis, & ineptitudinis, Berous. conf. 163. n. 4. vol. 1. Barz. dec. Bonon. 70. num. 4. Viv. dec. 395. num. 3.

II. Hoc, & omni meliori modo. Et operatur, ut non expressa, censeantur expressa, Gayl. 4. obser. 61. num. 11.

III. Deducens, &c. IV. Non se astringens, &c. Quæ facit, ut proponens multa, non succumbat, licet non probet omnia; & sufficit, si probet necessaria, l. habebat, 13. D. de infortoria, DD. in d. l. scire,

S. scire, D. de excus. tut. Specul. tit. de libell. concept. S. ult. v. pen. Secus omnia deberet probare, l. Actor, 23. C. de prob.

Talis clausula in Reo non est necessaria, quia potest uti defensionibus, quibus vult c. nullus, pluribus, 20. de reg. jur. in 6. ibi: Nullus pluribus uti defensionibus prohibetur.

Si Reus illam clausulam ponat in articulis, non succumbit, licet articulum non probet, Bart. in l. Divus, q. 1. D. de re jud. Alex. in l. bis, qui Reus, D. de pub. jad. Vide Bald. in l. non idèd, C. de liber. caus. & in cap. cum dilecti, n. 16. de jud.

V. Citra præjudicium omnium jurium, &c. Ratione cujus, quæ petuntur, intelliguntur sub conditione, si non sint ab aliò petita, si inde præjudicium fiat Actori, Put. dec. 32. Ricc. collect. 833. & 1243. lib. 4.

VI. Deducens omne jus. Ratione cujus tollitur defectus incertitudinis libelli, Bellarm. decis. 662. Put. dec. 21. n. 7. lib. 1. Ruin. conf. 32. n. 11. lib. 1.

VII. Omni meliori modo. Ratione cujus intelligitur intentasse petitorium, & possessorium. Urfill. ad Afflic. dec. 327. num. 5. Rov. pragm. 7. num. 5. de fals. Et quod non potest obtineri, ut intentatur, videtur peti modo, quo potest, Rovit. pragm. 4. n. 79. de feud. Anna alleg. 26. Sed non operatur respectu assistentiæ, nisi expressè petatur in libello, Rovit. pragm. 1. de assist. * & alij plures, quos sequitur D. Scoppa in scholiis ad controv. Reg. Merlin. centur. 1. cap. 34. num. 20. *

VIII. Una cum expensis, &c. Nam non veniunt; nisi petantur expressè, Bart. & Bald. in l. prope-randum, 11. S. cum alterutra, C. de jud. Valenzuol. conf. 16. n. 30. Et expensæ taxantur à Judice, Rovit. pragm. 1. de expens. Guttier. præf. q. 136.

IX. Cum damnis, & interesse. Quibus tollitur lis, an nomine expensarum veniant damna? Theof. dec. 67. Et appellatione interesse, veniunt etiam fructus, Franc. dec. 642. n. 8.

Si ob multa, quæ petuntur, quis ignoret, quomodo possit concludere; tunc concludat: Super quibus omnibus, & singulis petit jus, & justitiam, copulativè, alternativè, distributivè; singula singulis, & omni meliori modo aptando. Per quam Clausulam est deducta omnis actio, c. 2. de ordocognit. Ang. hic, in S. omnium, num. 25. Et veniunt connexa, Hypol. sing. 251. Sesse dec. 27.

LEMMA IV.

De Citatione.

Libellus, Judicis decreto, intimatur parti ad finem providendi; Quæ citatio censetur facta Jure Communi, si Nuncius fateatur se citasse, Glof. in c. quoniam contra de probat. Et hoc etiam currit in citationibus factis intrà Civitatem Neapolis, excepta citatione, quæ fit contra inquisitum ad Capitala, Franch. 560.

Et potest fieri relatio à quolibet de ordine Nuncii ignorantis scribere; & servari ait Gallup. in præf. p. 2. c. 2. num. 12.

Si citatio fiat extra hanc Civitatem; debet describi à publico Notario, Gallup. l. c. post Hoff. in d. c. quoniam.

Si citatio fiat noctu, adhibentur tria luminaria accensa, Gallup. l. c. num. 25. ex l. 1. S. tria, D. de ventre inspic.

Citatus impunè non paret Judici, si existat extrà locum ejus jurisdictionis, l. fin. D. de jurisd. omn. Jud. Ratio: quia citatio est actus jurisdictionis, qui nequit exequi in alieno territorio, l. scuti, S. Arist. D. si serv. vind. Bald. in d. l. fin. Marc. dec. 428. Gallup. l. c. num. 19.

Cum autem in Libello intentetur Actio, meritò nunc sit.

LEMMA V.

Quid sit Actio?

Actio est Jus prosequendi in iudicio, quod sibi debetur, l. nihil aliud, D. de act. & oblig. text. hic, Surd. de alimen. tit. 9. q. 25. n. 16.

Dicitur, Jus prosequendi. Ad differentiam exceptionis, quæ non prosequitur, sed repellit intentionem.

262 Quid Libellus?

263 Requisita Libelli.

Conclusio impertinens rejicitur.

264

265 Reus habet 20. dies ad respondendum.

266

267 Libellus civilis accusatoris, & conventionalis, datur in causis Civilibus, & conventionalibus, aut reconventionalibus, civilibus.

268 Libellus cessat in causis modicis, & in Regno, si Episcopus procedat contra suos Clericos, ubi proceditur facti veritate inspecta.

269 Utiles clausulæ Libelli.

270 Non se astringens.

271

272

273

274

275

276

277

278

tionem Actoris, l. 1. & 2. ibi: *Exceptio dicta est, quasi quadam exclusio, D. de except.*

279

Dicitur, *In iudicio*. Quia facta extra iudicium, non est actio, l. 1. & 2. C. quando liceat unicuique sine iud. se vin.

Dicitur, *Quod sibi debetur*. In quo est aliqua difficultas: Nam non videtur comprehendere actionem realem; & consequenter non est Definitio communis Actioni Reali, & Personali.

280
Definitio actionis est communis actioni Reali, & Personali.

Enimvero Actio Reali non petit, quod sibi debetur, sed quod iustum est, §. *omnium, hoc tit.* ibi: *Aut cum eo agit, qui nullo iure obligatus est.* Et nemini res propria est obligata, l. neq. pigmas, 45. D. de reg. jur. l. pen. §. 1. D. de except. rei iud. Ergo non verificatur de Actione Reali petere, quod sibi debetur, ex quo esset mala Definitio Generis, Actionis.

281

Sed manutenenda est Definitio *tex. in l. 52. D. de oblig. act.* Et ad difficultatem dicas: Reivindicacione, quem petere, quod sibi debetur; licet enim habeat dominium, adhuc petit restitutionem, possessionem Rei, quam non habet. Detinens tenetur dare, & Domino debetur. Ergo semper est verum, Actione siue Reali, siue Personali, peti, quod debetur.

LEMM A VI.
Quotuplex sit Actio?
Ex §. Omnium.

282
Ratione materiae Actio Realis, Personalis, Mixta.

Est, rerum fecunditate, praesens cognitio valde perplexa. Nos, ut rem obscuram ad lucem extrahamus, illam per causas tradamus.

L Divisio Actionis, ratione Causae materialis est, ut dividatur in *Realem*, *Personalem*, & *Mixtam*, l. *actionis*, 36. ibi: *Mixtae sunt actiones, l. actionum genera, 24. D. de act. & oblig.*

283

Personalis est, quae oritur ex contractu, quasi contractu, ex delicto, quasi delicto, l. 24. D. de act. & oblig. & l. licet, 43. §. ea obligatio, D. de procurat. *Francb. decis. 273 num. 3. Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de iure emphyt. defn. 7. n. 12. in alleg.*

283
Personalis afficit personam obligati, & successoris universalis, non particularis

* & nuper D. Scoppa in Annotat. ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 32 num. 6. Et in scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 60. sub num. 5. * Ratione cuius obligationis, persona per se primò est obligata: unde dicitur Actio in personam: *tex. hic d. l. actionum genera, 24.* Licet etiam adversus res, ut personae obligatae accessorias, se extendat Actor, l. *nemo in carcerem*, 2. ibi: *Ad res ejus exactor accedat*, C. de exact. tribut. lib. 10. Et Actio Personalis non habet jus quaeritum in rem, sed in personam: nec sequitur rem, l. *quadam*, §. *nihil interest*, D. de eden. l. *eum, qui*, 5. D. de contrab. empt. l. *eum, qui*, C. de act. & oblig. l. 1. §. *si haeres*, D. ad Trebell. l. *aris alieni*, C. de donat. Afflic. decis. 95. num. 6. *Surd. de alim. tit. 8. privil. 48. n. 3.* Nec unguarem successorem, l. 1. §. *si haeres*, D. ad Treb.

284

In rem scripta differt à merè personali.

* Actio verò in rem scripta, origine personalis est: nam nascitur ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi; Sed sequitur possessorem rei: ut Actio realis, l. 3. §. *est autem*, D. ad exhibend. de qua latè D. Scoppa in scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 1. c. 36. num. 18. Talis est Actio *ad exhibendum*, Actio *noxalis*: quae est personalis in rem scripta, *Tiraq. de retr. lignag. §. 8. n. 7. gl. 5.* Videlicet infr. De *noxalib. act. num. 1332.*

Realis immediate non nascitur ex contractu, quasi contractu, delicto, quasi delicto.

Actio Reali est, quae nascitur aliunde, non immediate ex contractu, quasi contractu, delicto quasi delicto, d. l. *actionum genera*, 24. l. *fin. §. 1. D. de contrab. empt.* & sequitur rem, non personam haereditis, l. 1. C. *si cert. pet. l. fin. C. de haered. act. Ant. Fab. l. c. num. 14.* Qua actione quis petit omnes res, in quibus habet dominium, vel jus quaesitum saltem hypothecae à quocumque possessore; siue defendit res suas adversus quoscumque, d. *text. hic*, ubi *Jason num. 3. Castrens. lib. 1. conf. 62. Signorel. conf. 4. n. 2. Bald. lib. 1. conf. 36. Alex. lib. 2. conf. 184. num. 6.* * cum pluribus, quae latè prosequitur Dom. Scoppa in annotat. ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 33. ex num. 1. *

285

Actio Mixta.

Mixta est, quae participat ex Reali, & Personali: scilicet oritur ex contractu, vel quasi contractu, Tom. II. Lib. IV.

ex delicto, vel quasi delicto, & aliunde: ut Actio Familiae Erciscundae, qua quis petit partem bonorum sibi debitam jure domini in bonis defuncti testatoris, & petit emolumenta, & damnorum restitutionem ex quasi contractu, vel quasi delicto, vel delicto.

Quae Actiones possunt subdividi in *Directas*, & *Utiles*. Directa est, quae primò recta via quaeritur Contrahenti. Utilis est, quae alteri ceditur: nam Directa remanet cedenti; & consurgit in Cessionario alia, quam Utilem appellamus, l. 1. ibi: *Utilis actio tibi competit. C. de act. & oblig.* De alia Actione Utili, quae emanat, non ex verbis, sed ex mente Legislatoris, à Jurisconsulto explicata in l. *pen. D. si quadr. pæn.* Diximus aliàs, n.

286
Actio directa, et Utilis.

II. Divisio ratione Causae efficientis, est: ut Actio alia sit Praetoria: alia Civilis: alia Gentium, d. l. *actionum genera, 24. in fin.* Gentium est à gentium jure introducta: à jure Civili descendit Civilis: & à Praetore Praetoria. Quae Praetoriae Actiones rei persecutoriae dantur post annum; caeterae, quae rem non prosequuntur, anno extinguuntur, l. *in honorariis*, 34. D. de act. & oblig. De quibus in §. *sed isse*, ad §. *seq.*

287
Actio, ratio- ne causae efficientis, alia Civilis, alia Praetoria.

Praetoriae in rem dantur post annum, caeterae anno finiuntur.

Ratione Causae Finalis: hoc est ratione finis, ad quem ordinantur actiones. Actio est triplex: Persecutoria rei: Persecutoria pænae, & Mixta Persecutoria rei petit rem: Persecutoria pænae petit pænam, quae ad haereditas transit, lite contestata, l. *omnes pænales actiones post litem inchoatam ad haereditas transeunt*, 25. & l. 32. D. de act. & oblig. Mixta petit utrumque. Ad quam divisionem reducitur actio in Duplum, Triplum, Quadruplum, Simplum, Solidum. De quibus à §. *omnes*, l. *actionum*, ad §. *fin.*

288

VI. Ratione Causae Formalis, Actio alia est *Bona fidei*: Alia *Stricti juris*. Bonae fidei aequitatem, Stricti Juris sectatur rigorem. De quibus à §. *Actionum*, ad §. *sunt praeterea.*

289
Actio Bona fidei, et Stricti Juris.

Hac divisione posita, habes summam omnes Actiones, quas per species percurrit Imperator. Et sunt I. Reivindicatio. II. Confessoria. III. Negatoria. IV. Publiciana. V. Rescissoria. VI. Serviana, In rem, In personam, Quasi Serviana, De constituta pecunia, De peculio, Juratoria, Pænalis, Praejudicialis, Condictio, &c. Quae, ne confusionem pariant tumultuario congressu, ordinatim sunt ad calamum evocandae.

290

LEMM A VII.
DE OFFICIO JUDICIS.

Antequàm tamen dicta exordiamur, notabis, Officium Judicis dari, quando adest obligatio Naturalis; sed deest actio, l. *Juris gentium*, 7. §. *sed cum nulla*, D. de pact. ut inter Patrem, Filium, Servum, & Dominum, l. *Quintus*, 7. §. 1. D. de ann. legat. l. *fin. D. de petit. heredit.* Quod officium Judicis non est actio: nam spectat ad Judicem, non ad Actorem; & Judex non prosequitur, quod sibi debetur; sed facit id, ad quod ex officio tenetur, l. *ius dandi*, 3. C. de tut. & cur. dat. l. *illicitas*, 6. §. *qui universas*, ff. de off. Praef.

291
Quando detur Judicis officium?

Judex nequit denegare suum officium rationabiliter petenti, l. 1. §. *permittitur*, D. de aqua quotid. & actio: *Bart. in l. 1. D. de jurisd. omni. Jud.*

292

Ex dictis fit, non esse denegatum officium Judicis illi, cui denegatur Actio, & Exceptio: nam tale officium neque est actio, neque exceptio, l. *planè*, 41. D. de petit. heredit. *Bart. in l. 1. §. 2. D. quod vi, aut clam, v. item adverte.*

Cui denegatur Actio, non denegatur Officium Judicis.

Huic obligationi naturali, cui adscribimus officium Judicis, Jus quandoque dat actiones, quas Dativas nominamus: ut in Contractibus Innominatis, & Pacto nudo favore dotis, l. *ad exactionem*, 6. ibi: *Qualiacumque sufficere verba censemus*, C. de dot. promiss. Ad differentiam Actionis Nativae, quae nascitur ex contractu, ut Actio Commodati, &c.

293
Actio Dativa, & Nativae.

L E M M A VIII.
DE REI VINDICATIONE.

Ex §. aut cum eo agit.

294
Definitio
Reivindicacionis.

Differamus de Realibus. Et primò de Actione rei vindicationis. Quæ est actio realis, data Domino ad petendam suam rem corporalem à quocumque possessore, detentore, vel quasi possessore, l. 1. §. l. officium, 9. infr. l. 23. l. fin autem, 28. D. de rei vind. l. actionum genera, 24. D. de act. & oblig. l. pignoris, 17. D. de pign.

Dicitur Actio Realis: quia non descendit à Delicto, quasi Delicto, Contractu, quasi Contractu, text. hic.

Dicitur Domino; & includit Dominum directum, & utilem superficiæ, feudi, emphyteusis, &c. l. superficario, 74. D. de rei vind. l. actionum genera, 24. D. de act. & oblig.

295

Superficies est, quidquid hæret Solo: ut Aedificia, Arbores, Sata, l. certo generi, 13. D. de servit. urb. præd. l. cum, qui 23. D. de usucap. tit. D. de superfic. Et superficiarius habet jus fruendi rebus, quæ Solo insunt, l. 1. D. de superfic.

296
Quid superficies? quid superficiarius?

Superficiarius vocatur, qui in alieno Solo aedificavit, præstita Domino Soli aliqua pensione uniformi, solvenda pro Solo, l. superficario, 74. D. de rei vind. l. damni, 18. §. ci, qui, D. de damn. insect. Valasc. de iure emphyt. c. 33. n. 2.

297

Dominus Soli est Dominus directus superficiæ, l. qui domum, 51. ibi: Præter naturale jus, quo superficies ad Dominum Soli pertinet. D. ad l. Aquil. l. 2. D. de superfic. Superficiarius est utilis Dominus, l. 3. §. 1. D. de novi oper. nunc Paris. vol. 1. conf. 50. num. 11. Menoch. de ret. remed. 4. num. 5. Onnatte tom. 3. de contract. disp. 78. sect. 5. num. 142.

298
Superficiarius differt à Feudatario, & ab Emphyteusi

Differt Superficiarius à Feudatario. Nam Superficiarius solvit realem, l. superficario, 74. D. de rei vind. Feudatarius ex se personalem servitutem. Differt etiam ab Emphyteusi: quia Superficiarius, destructa superficie, non potest reedificare; sed potest Emphyteuta, Bald. in rub. C. de servit. Corn. conf. 74. Valasc. num. 4.

299

Actor debet probare, l. Actor, C. de prob. §. Dominum directum, vel utilem, l. cum semper, 10. C. de rei vind. Reum possidere, vel quasi possidere ex eo, quia dolo desit possidere.

Dicitur Possessore, Detentore, quasi Possessore, &c. Nam rem sequitur ubilibet. Et Reum possidere, detinere, probandum est.

300
Possessio quot modis probatur.

I. Probatur collectione fructuum, l. Titia, 48. D. de solut. II. Si rebus naturaliter quis insitat, l. 3. D. de acq. rer. dom. III. Si solvat pensionem, Bart. in l. qui universas, 30. §. qui per colonum, D. de acqu. poss. IV. Per Instrumenta Conductoris. V. Si culturam fundi fieri mandavit, Glos. in l. 3. v. smiatur, C. fin. reg.

301
Judicis munus in actione Rei vindicationis.

Judex declarat illum Dominum rei, & mandat Possessori, ut restituat rem, unà cum fructibus, damnis, & interesse, l. officium, 9. l. qui restituere, 68. l. ex diverso, 35. D. de rei vind. Libellus pro hac actione: Comparet in M. C. V. N. N. expensens se Dominum, &c.

Cui competat Reivindicatio?

302

Competit Domino. I. Directo, l. si mancipium tuum, 23. l. res tua, 16. l. indicia, 19. ibi: Si de proprietate. C. de rei vind. l. qui petitorio, 37. l. in rem, 24. D. cit. tit. Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 22. de rei vindic. defn. 2.

303

II. Domino utili; qui est ille, cujus non est proprietas: sive sit Feudatarius: sive Emphyteuta: sive Usufructuarius: sive Superficiarius, l. superficario, 74. D. de rei vind.

Dominus directus, utilis vindicat rem.

III. Dominio directo adversus Dominum utilem: puta, Emphyteutam non solventem canonem: Nam, nec Dominus Emphyteuta potest se tueri, qui contra contractum venit non solvendo canonem, l. Julianus, 13. §. offerri, D. de act. empt. l. 2. & 3. D. si ager vectigalis, & dixit Senatus Sabaudix, ut tradit Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 43. de iure emphyt. defn. 7. * quam illustrat D. Scoppa in suis Practico Receptis Expla-

nationib. ad. cum d. C. Fabrian. d. tit. 43. explan. 7. nunc typis traditis. *

Dices. Obstat tex. in §. cum in suo, 29. Inst. de rer. divis. Ubi Dominus materiæ non habet tigni ædificio injuncti vindicationem, ibi: Neque vindicare eam potest: quia falsum est rei vindicationem Domino competere.

Respondetur. I. Illud esse speciale favore publico, ne Civitas ruinis deformetur, ædificio demolito, text. in §. cum in suo. H. Respondetur, habere rei vindicationem; sed non posse illa uti, durante ædificio, Franch. dec. 34. num. 10. ex l. si inferiorem, 2. C. de rei vind. Sed illo diruto, tignum vindicabit, d. §. cum, ibi: Sed tantisper, neque vindicare eam poterat. III. Respondetur, Nos dicere, omnem, qui vult uti reivindicatione, esse Dominum; ita ut non Domino non competat. Non verò omnem Dominum habere reivindicationem: cum multi possint esse Domini, & reivindicationem non habere pro aliquo tempore: ut in Impuberibus carentibus Tutore: qui licet tunc sint Domini, pro illo tunc destituti sunt vindicatione: cum liti insistere nequeant: Et Uxor; licet Domina dotis, rem dotalem non vindicat, l. doce Ancillam, 9. C. de rei vind.

Q. I. An Emptor rei non tradita habeat rei vindicationem?

Nega, l. servum emptor, 27. C. de rei vindic. Nam, non est Dominus Emptor ante traditionem, l. traditionibus, 20. C. de pact. * Licet sit de natura contractus emptionis, ut dominium ad Emptorem transeat, aded ut non possit aliter inter partes pacisci, ut ex Menoch. conf. 37. ex n. 13. & aliis tradit D. Scoppa, ad contrav. for. Reg. Merl. cent. 1. cap. 35. num. 6.

Q. II. An probandum dominium rei ab alio possessore?

Affirma, l. cum semper, 10. de rei vind. Nam in illo se fundat Actor, cui incumbit onus probandi, l. Actor, 23. C. de prob. Quo dominio probato, statim debet condemnari Reus ad restituendum, l. officium, 9. D. de rei vind.

Dominium verò probatur omnibus illis titulis, quibus acquiritur: ut Instrumentis, Stipulationibus, Donationibus, &c. d. l. cum super, 10. C. cit. tit.

Contra quos detur Reivindicatio.

Datur hæc Actio. I. Contra Possessores Bonæ, vel Malæ fidei, l. adversus, 4. l. domum, 5. l. cum à matre, 14. l. à possidentibus, 21. l. corvum est, 22. l. 24. l. res alienas, 28. C. de rei vind. & decisum tradit Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 22. de rei vindic. defn. 9.

II. Adversus quasi Possessores, quorum nomine hic veniunt, qui dolo possidere desinunt, l. dei, & qui quod si dolo, 23. l. 35. l. qui, 26. l. fin autem, 28. §. sed & is, l. is, l. qui dolo, 69. D. de rei vind.

III. Contra Detentores, sive sint Conductores, sive Deposarii, sive Commodatarii, &c. non servum, 29. ibi: Detinere asseveras. C. de rei vind. l. officium, 9. ibi: Puto autem ab omnibus, qui tenent, & qui habent restituendi facultatem, peti posse. D. cit. tit.

IV. Si quis non possidens, se offerat defensionem rei, quæ petitur, condemnatur, etiam si Actor sciat illum non possidere, l. is, qui, 26. & l. 27. D. cit. tit.

Q. I. Quis conveniatur, si servus res detineat? Respondetur, conveniendum Dominum, l. non servum, 20. C. de rei vindic. Nam servus in iudicio, nisi criminali, stare nequit, l. servus, 6. C. de jud. l. si servus, 4. D. de nozalib. act.

Q. II. Pro quo tempore debet possidere, vel dolo rei apud defuisse possidere, ut rei vindicatione possit conveniri?

Respondetur. Tempore contestationis litis, & sententiæ, l. fin autem, 28. §. possidere, D. de rei vind. Unde, si tempore sententiæ non possideat, nec dolo desinat possidere, absolvitur, d. §. possidere. Sed potest condemnari, si tempore sententiæ non contestationis, possideat, d. §. possidere, in fin.

Q. III.

304

305

306

Emptor non est dominus ante traditionem.

307

Quot modis probetur dominium.

308

Convenitur possessor, detentor bonæ, vel malæ fidei, & qui dolo desinit possidere.

309

Convenitur Dominus ex detentione servum.

311

Possessio debet esse tempore sententiæ.

312 Non datur contra heredem.

Q. III. An detur adversus heredem possessoris? Nega, nisi ei aliquid rei sit quaesitum, l. si in rem, 43. D. de rei vind.

Materia Rei vindicationis.

313

Quidquid subest, vel, ut fructus, subesse potuisset nostro dominio directo, vel utili: si ve sit rerum universitas: sive res specialis, l. 1. §. fin. D. de rei vind. Et possessor malafidei de deterioratione tenetur, l. non solum, 13. D. cit. tit.

314

Si res duorum Dominorum confusione sit facta communis, datur rei vindicatio, pro rata utrique, l. Marcellus, §. fin. D. cit. tit. licet tunc etiam agi possit communi dividendo, l. quo quidem, 4. D. cit. tit.

Q. I. An res, quae petitur hac actione, debeat esse certa?

315 Datur pro certa re possessa, vel dolo non possessa.

Affirma, l. idem Pomponius, §. si plures sint ejusdem nominis servi, nec appareat, de quo actum sit: Pomponius dicit, nullam fieri condemnationem. D. de rei vind. Est res designanda in specie, qualitate, numero, & mensura, &c. an tota, an pars petatur? l. si in rem aliquis, 6. l. in speciali, 73. D. de rei vind. Sufficit tamen, si certificari possit, l. quae de tota, 75. §. incerta, D. de rei vind.

Si verò de re cerè constat, error in ejus nomine non obstat, l. idem Pomponius; §. cum in rem agatur, D. de rei vind.

Q. II. An sint fructus restituendi, & accessiones?

316 Una cum fructibus, & accessio- nibus.

Affirma, l. item si, 15. §. si quis rem, l. 16. §. fin. l. 17. l. 20. l. fructus, 45. l. 35. l. 24. §. item quaecumque, D. de rei vind. l. 2. l. 12. C. eod. Et si distracti sint, nè corrumperentur, pretium praestabit Possessor, ut loquitur d. l. 15. §. si quis rem. Et si sint consumpti sine mora, & dolo possessoris, nec pretium debetur, d. l. 15. §. si servus, l. utique, 16. §. culpa, l. Julianus, 17. ibi: Si moram fecerit. §. idem Julianus, D. cit. tit. Et petuntur à malafidei possessore fructus etiam perceptibiles, l. fructus, 34. D. de rei vind. l. domum, §. ibi: Percipere poterat, & communi causa damni dati, restitui jubebit. C. de rei vind. * cum alia Juris loca, ex quibus probat D. Scoppa ad contro. for. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 21. num. 11. in fin.

Q. III. An fructus compensentur cum sumptibus factis à bonafidei Possessore?

317 Fructus restituuntur Domino rei, deductis expensis.

Affirma. Et fructus excedentes sumptus restituuntur Domino rei, l. sumptus, 49. D. de rei vind. Sumptus tamen debent esse necessarii: Nam utiles non restituuntur malafidei Possessori, nisi possint separari sine læsione prioris status rei, ut loquitur l. domum, §. C. cit. tit.

Q. IV. An res empta ex mea pecunia sit mea, & possit peti rei vindicatione?

318 Res empta ex pecunia mea non est mea.

Nega, l. si ex pecunia, 6. C. cit. tit. l. si is, C. de poss. l. si maritus, D. de distr. pign. l. quamvis ea, D. de pign. l. 1. D. si quis alteri, vel sibi. Quod non currit in personis privilegiatis, ut est Miles, l. si (ut proponis) 8. ibi: Utilem vindicationem obientu militiae sibi eo nomine impediti desideranti, non negabit. C. de rei vind. II. In Minore, si res empta sit à Tutore, Curatore, l. Curator, C. arbit. tutel. l. 2. D. quando ex facto tutor. III. In Ecclesia, ex cujus pecunia Administrator rem emit, Glos. d. l. si (ut proponis) 8. in addit. l. Orphanotrophos, C. de Episc. & Cler. IV. In Uxore, ex cujus pecunia à Viro res est empta, l. Uxor Marito, D. de don. int. l. ex pecunia, 12. C. de jur. dar. * De quibus Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 22. de rei vindic. defn. 6. num. 1. in add. quem sequitur D. Scoppa in Scholiis ad contro. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 92. num. 4. & ait etiam in cent. 2. cap. 90. num. 4. in fin. Vide infra à num 500. *

Q. V. An homo liber possit vindicari?

319 Liberi hominis, sicut non datur dominiam, ita nec rei vindicatio.

Nega: ut filius à Patre; sed servus à Domino vindicatur, l. 1. §. per hanc, l. 5. §. fin. l. 20. & l. 21. D. de rei vind.

Q. VI. Quid si servus aufugiat à bonafidei Possessore?

Si servus aufugiat à bonafidei Possessore; Hic debet cavere, quòd restituet; si iterum servum nactus fuerit, l. si verò, 22. D. cit. tit.

Q. VII. An pro petenda legitima, Filius habeat rei vindicationem adversus tertios Possessores bonorum Patris?

Affirma. Aff. des. 162. num. 7. post Paulum de Castro conf. 254. Dec. conf. 335. in fin. ex l. sancimus, 36. §. repletionem, C. de inoff. testam. ibi: Ex ipsa substantia Patris. * Et probatur ex decisione Senatus Sabaudiae, de qua Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 19. de inoff. testam. defn. 32. * Unde videtur onus Reale. Sed non habet animus; si de Emancipato sit sermo, qui non habet dominium rerum Patris sine traditione: Et sic, nec habet rei vindicationem, quae dominium supponit. Sed de hoc lib. 2. cum de legitima.

Q. VIII. Ubi restituenda res sit?

Respondetur, à bonafidei Possessore, ubi res est; vel in loco iudicii, si Actor velit, sumptibus Actoris, l. si res mobiles, 10. l. nisi, 11. D. de rei vind. Sed malafidei Possessor debet rem restituere, ubi subtraxit, vel quòd Dominus transulisset, l. si verò, 12. D. cit. tit.

Libellus in hac actione.

IN M. C. V. comparet N. N. dicens, se Dominum praedii Tulliani titulo donationis, ut patet ex instrumento rogatu, &c. in promptu praesentando. Sed quia nunc injustè, cum reverentia possideretur à N. N. cum magno praesudicio ipsius Compayentis. Ideò recurrit ad dictam M. C. & petit, se declarari Dominum, dictumque injustum cum R. deventorem condemnari ad restituendum praedictum praedium, una cum fructibus percipiendis, perceptibilibus, & perceptis, damnis, interesse, expensis. Et ita instat, & provideri petit, hoc, & omni alio meliori modo, non se astringens, &c. deducens, &c.

L E M M A IX. DE ACTIONIBUS REALIBUS pro rebus incorporalibus.

Ex §. aequè si agat, quis, 2.

PRO corporalibus Jus Revindicationem, pro incorporalibus adinvenit duas actiones. Prima appellatur Confessoria. Secunda Negatoria. Quas placet hic examinare. Et primò.

L E M M A X. DE ACTIONE CONFESSORIA.

Quid sit?

Dicitur Confessoria: hoc est Affirmativa, quia Actor affirmat, sibi servitutem deberi. Definitur, quòd sit Actio Realis, competens alicui ad petendam servitutem, sibi, vel fundo suo debitam, contra quemlibet impediens, turbans ejus usum, l. barum, 7. l. legi, 12. D. si servitus vindicatur.

Pro qua re competat?

Hæc Actio competit pro omni Jure incorporali, etiam pro petendis decimis, contra impediens exactionem. Rursus competit Patrono, si impediatur in praesentando, Bald. in rub. C. de jure. usu fructu.

Cui detur?

Actio Confessoria subdividitur in Directam, & Utilem. Directa datur Dominis directis: scilicet, habentibus plenum dominium, vel proprietatem praediorum, l. 1. & 2. D. si servitus vindicetur.

Utilis competit quasi Dominis, vel habentibus dominium utile, ut sunt Emphyteutæ, Feudatarii, Glos. in l. bi, qui, 16. in fin. D. de servit.

Contra quem, & ad quid competat?

Hæc Actio competit contra quemcumque impediens: Sive sit impediens Dominus rei servientis, l. si quis diuturni, 10. §. agi autem, D. si servit. vindic. l. uti frus, §. utrum, D. si ususfr. petat. Sive sit Possessor fundi servientis, d. l. uti frus, §. utrum. Sive sit quasi Possessor: scilicet, qui dolo desinit possidere, l. fin. D. si ususfr. petat. Sive sit extraneus, quem impediatur usus servitutis, l. si quis diuturno, 10. §. fin. D. si servit. vindic.

320 Portio legitima datur contra tertium possessorem.

321 A bonafidei Possessore res restituitur, ubi extat, vel alibi sumptibus actoris.

322

323 Fructus, quos debet, vel potest percipere, & perceptos restituuntur.

324

325 Confessoria affirmat servitutem debent.

326 Competit pro omni

327 Alia directa competit directo, alia utilis, & competit Domino utili.

Datur adversus possessorem, vel detentorem rei.

Quasi possessor hic est ille, qui dolo desinit possidere.

Ex

Ex parte Conventi requiritur, ut turbet, vel impediatur usum servitutis.

328 Servitus non presumitur, sed probatur.

Actor debet probare, servitutem esse constitutam, & eam deberi sibi, vel fundo suo: nam quævis res censetur libera, sicuti novissimè D. Scoppa pluribus probat in suis Practico-Receptis Explanationib. nunc typis traditis ad C. Fabr. lib. 1. tit. 3. de Episc. & Cleric. Explanat. 11. num. 6. in fin. Adeoque debet Actor probare servitutem constitutam, l. altiùs, C. de servit. & aqu. & debet probare turbationem in illa servitute. Turbari autem dicitur eo ipso, ac reus negat servitutem deberi, Jason. hic num. 6.

Actio Confessoria competit, quasi possessorij: Ut, si domus sit depressa, potest alius prohibere, ne altiùs tollatur, si sit in possessione luminis, vel aspectus. Sed, si quis ædificet, altero non resistente, tunc ædificans est possessor, l. & si fortè, 6. §. sciendum tamen, D. si servitus vendic.

329 Constructio contra servitutem demolitur.

Et agens Confessoria, potest petere demolitionem illius, quod est constructum contra servitutem, l. si eo loco, 9. D. si serv. vind.

Insuper, Agens Confessoria pro servitute, & interesse, Reo contumace, mittitur in possessionem omnium bonorum; à qua non ejicitur, nisi fuerit sibi integrè satisfactum, l. is, cujus, 18. D. si servit. vind.

330 Quilibet in suo fundo ædificat usque ad Sydæra, non tamen ad emulationem

Nota, Jure communi quemlibet posse ædificare, & facere fenestras, licet inspiciat domum vicini, l. altiùs, ubi Bald. C. de servit. & aqu. Dr. fill. ad Affl. d. dec. 225. citans Cæpoll. de servit. tit. de fenestra. Imò Alex. vol. 2. conf. 174. ait, aliquem posse altiùs tollere ædes suas, etiam si obtenebrentur luminaria vicini; si conducatur ad utilitatem ipsius. Nam tunc non ædificat ad emulationem. Vide Boer. dec. 320. num. 6. 14. & 15.

331 Petit interesse.

Observa, Actionem Confessoriam dari ad damna, ad fructus; in quantum interest, servitutem non fuisse suo tempore præstitam: Ut, si negata servitute aquæductus, arbores aruerint, armenta demortua sint, &c. Tunc agit, ut reparetur tale damnum, l. loci corpus, 24. ubi Bart. l. & si fortè, 6. §. ult. ibi: Veniunt etiam fructus in hac actione. l. si fistula, 13. D. si serv. vind. l. penult. D. si usufr. petatur.

Remedia recuperande servitutis.

332 Recuperatur servitus tribus modis.

Dantur pro recuperanda servitute tria remedia. I. Est Eviçtio, si in iudicio auferatur servitus. Et hoc est commune omnibus contractibus onerosis. II. Interdicta Possessoria, l. loci corpus, 24. §. si quis mihi, D. si serv. vind. Et competit, si auferatur quasi possessio servitutis à justo quasi Possessore. III. Est Actio Confessoria, quando auferatur de facto, vel turbatur servitutis iustus usus, de qua dictum est.

Libellus.

333 Declaratur servitutem esse, & alius condemnatur, ne molesterur, &c.

IN M. C. V. comparet N. N. dicens, se esse in iusta quasi possessione servitutis itineris per fundum N. N. sit. emptionis, ut patet ex Instrumento, &c. Sed quia nunc in usu dictæ servitutis, cum rev. injustè turbatur à N. N. cum magno præiudicio, damno, & interesse Comparentis. Ideò recurrit ad ipsam M. C. & petit, se declarari quasi Dominum, quasi possessorem ipsius servitutis, & prædictum injustum turbatorem arceri à turbatione prædictæ servitutis. Insuper instat, condemnari ad omnes fructus, expensas, & interesse, & ad cavendum, quòd in posterum nec per se, nec per suos heredes, aut alios turbabit. Et ita instat, & provideri petit. Deducens, &c. petens Jus, & Iustitiam, hoc, & omni alio meliori modo, &c.

LEMMAXI.

DE ACTIONE NEGATORIA.

Ex eod. §. 2.

Quid sit?

334 Negatoria negat esse servitutem.

Actio Negatoria est; quando quis habet prædium liberum, & negat, in illo esse constitutam servitutem, l. 2. D. da servit. vind. l. 9. D. de novi oper. nunciat.

Definitur: Est Actio realis, competens Domino

directo, vel utili, adversus volentem introducere servitutem, l. loci corpus, 24. §. competit, D. si serv. vind.

Q. I. Cui, & contra quos detur hæc actio?

Respondetur Domino directo, vel utili, d. l. 24. §. competit. Et ejus hæredibus infolidum: Nam, est individua, l. 2. §. ex bis igitur, D. de verb. oblig. l. via, D. de servit.

Datur contra volentem introducere servitutem, & ejus hæredes, d. l. 2. d. l. via, l. 9. tit. 31. par. 3.

Actor debet probare, se Dominum, quo probato, excluditur servitus: Quia statim prædium præsumitur liberum, l. altiùs, 8. l. si in ædibus, 9. C. de serv. & aq. Victus debet cavere, in posterum se non turbaturum libertatem Actoris, l. egi jus, 12. D. de serv. vind.

Ad quid detur Actio Negatoria?

Intentatur, ne introducatur; & ut introducta servitus tollatur. Et

I. Si quis servitute carens immittat tignum, Actione negatoria cogitur tollere, l. si cum meus, 14. D. de serv. vind.

II. Si ædificium vicini protendatur super tuum, Actione negatoria agis, ut tollatur, l. si quando, 17. & §. si secundum, cujus, D. si serv. vind.

III. Petuntur damna, fructus, interesse, d. l. loci corpus, 24. l. & si fortè, §. fin. D. si serv. vind.

Sed Q. An dans servitutem in suo prædio, teneatur agere?

Resp. Non debere agere; sed pati; ita ut utens servitute, teneatur ad necessaria, ut illa utatur, l. si ego, 13. §. si de usufr. D. de pub. in rem.

Excepta servitute oneris ferendi, ratione cuius dans servitutem tenetur reficere columnas, & necessaria refarcire, ut habens servitutem, super extruat ædificium, l. & si fortè, 6. D. si serv. vind. Wessembec. in paratit. tit. si serv. vind. Tusch. v. servitus, concl. 220.

Libellus?

IN M. C. V. comparet N. N. dicens, se esse Dominum prædij Puteolani. Sed quia Cajus injustè, cum rev. turbat libertatem dicti prædij, volens introducere servitutem aquæ ductus, cum magno damno, & præiudicio Comparentis. Ideò recurrit ad dictam M. C. & petit, se declarari Dominum, & prædium liberum ab omni servitute, & cogi, ut in posterum Cajus, nec per se, nec per suos heredes, turbet libertatem prædij dicti Comparentis, & ut restituat omne damnum, & interesse, unà cum expensis, &c. deducens, &c. omne Jus, &c. nec se astringens, &c. Et ita instat, & provideri petit, &c. omni modo meliori &c.

LEMMAXII.

DE ACTIONIBUS PRÆTORIIS.

Ex §. Aliæ autem sunt, 3.

Post Civiles, in medium Prætoriz prodeunt Actiones, introductæ à Prætoze. Dicuntur honorariæ, durantque per annum, l. in honorariis, 34. §. sed cum rescissa, D. de act. & oblig. Nos breviter de istis. Et primò.

LEMMAXIII.

DE PUBLICIANA IN REM ACTIONE.

Ex v. Namque si cui, 4. Quid sit?

Actio Publiciana à Publicio Prætoze inventa, datur illi, qui Bona fide, & titulo possidet; Sed non dum perficit rei Usucapionem: ut, si quis rem dono accepit, credens illam esse donantis, cuius non erat; tunc ad acquirendum dominum, requiritur Usucapio: & si antequam sit perfecta Usucapio, illa re, quis spoliatur, recuperat illam ex æquitate Prætoria per actionem Publicianam. Quæ definitur. Actio realis Prætoria, qua petimus à quovis Detentore, & Possessore id, quod iusto titulo, & bona fide à non Domino est traditum nobis, non dum tamen usu captum. l. 1. D. de publ. in rem act.

Dicitur Realis Prætoria: quia introducta fuit à Cur realis. Prætoze; nec pendet à contractu, aut quasi, delicto, quasi delicto. Dicitur, Iusto titulo: puta,

335 Datur turbato in libertate adversus turbatorem.

336

Negatoria datur pro damnis, & interesse.

337 Dans servitutem agit, non patitur, nisi sit servitus in ferendo onere.

338

339 Prætoriz durat anno.

340

Publiciana à quo introducta,

148 do-

donationis, ut cognoscamus, quòd qui iusto titulo non possidet, Publiciana caret, *d. l. i.* Non enim potest præscribere.

342 *Cur à non Domino.* Dicitur, *A non Domino*: Nam si accipiat à Domino, tunc non Publicianam, sed Vindicationem habet: cum verum obtinuerit dominium, *l. in rem, 13. D. de rei vind.*

Dicitur, *Bona fide*. Nam si mala fide: hoc est scienter emat rem alienam, tunc denegatur Publiciana, *l. traditiones, 9. l. eum, qui, 8. D. cit. tit.* Cum nec possit præscribere.

343 *Cur rei non usucaptae.* Dicitur, *Non dum usu capta*. Nam si usu cepisset, tunc, ut verus Dominus, ei competeret Reivindicatio, *l. 1. §. merito, D. de Publ. in rem act.*

Quæ requirantur ad Publicianam?
R Equiritur illa, quibus res præscribi possit, *l. si sponsus, 14. §. si res, D. de publ. in rem act.* Adeoque

344 *Exigit titulum præsumptum possessione, vel quasi nomine proprio.* I. Titulus lucrativus, vel onerosus, *l. quæcumque, 15. l. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. §. sed & si, 5. D. cit. tit.* licet non requiratur solutio pretii in oneroso, *l. de pretio, 10. D. cit. tit.*

II. Traditio rei in manus habentis titulum, *l. rem, 8. §. fin. l. traditionem, 9. D. cit. tit.* Unde emptor, cui res est tradita, præfertur illi, cui non est tradita, *l. sine, 11. §. si duobus, D. de Publ. in rem act.* ibi: *Potior sit, cui priori res tradita est, melior causa sit possidentis.*

Sed in rebus incorporalibus sufficit, quasi traditio, quæ patientia fit, *l. si ego emi, 13. §. si de usufructu, D. de Publ. in rem.*

345 *Et bonam fidem.* III. Debet rem possidere nomine suo, tanquam Dominus; unde Creditori, à quo pignus est ablatum, non competit: quia non possidet, ut Dominus, *l. quæcumque, 15. §. interdum, D. hoc tit.*

346 *Idem.* IV. Requiritur bona fides tempore tituli: puta, emptionis, *l. 8. §. Prætor ait, & §. fin. D. de publ. in rem.*

Quid petatur?

347 *Dominus habet Publicianam pro re à servo possessa titulo præsumpto.* **P** Etitur I. Res bona fide, & tit. possessa, & omnia, quæ rei accedunt: sive per alluvionem: sive aliunde, *l. si ego emi, 13. §. idem ait, D. de Publ. in rem act.* II. Res acquisita titulo, & bona fide à servo fugitivo, petitur à Domino servi, Publiciana, *l. si servus, 7. D. cit. tit.*

348 *Cessat publiciana in re, quæ usucapi nequit.* Sed res, quæ usucapi non potest, nec Publiciana peti potest, *l. cum sponsus, 14. §. si res, talis, l. si ve autem emptori, 11. §. fin. D. cit. tit.* Nec datur pro re, quæ alienari prohibetur, *d. l. cum sponsus, 14. §. si res talis, tit. eodem.*

Cui competat Publiciana?

349 *Dantur possessori ex titulo præsumpto oneroso, vel lucrativo, sed modo spoliato.* **C** ompetit I. Possessori cum titulo, & bona fide, spoliato possessione à tertio, *l. 2. 3. D. de Publ. in rem act.* Et hoc, sive titulus sit onerosus; ut receptio rei titulo dotis, *l. alit, 3. D. cit. tit.* vel solutionis, noxæ, adjudicationis, *l. vel solvendi, 4. l. vel causa noxæ, 5. l. 6. l. 7. D. cit. tit.* Sive lucrativo, *l. eum qui, 8. §. sed, & si quis, D. de Publ. in rem act.*

II. Illi, qui per alium titulum habet: puta, emit, per servum, procuratorem, curatorem, *l. eum, qui, 8. §. si petenti, D. cit. tit. in fin.*

Contra Quem?

350 *Contra possessorem, vel detentorem.* **C** ontra illum, qui rem possidet, vel detinet, *l. cum sponsus, 14. ibi: Dabitur ergo & possidenti exceptio, & amissa possessione, Publiciana, sive extraneus, sive Donator possideat, D. de Publ. in rem act.* Nec auditur, si dicat, Actorem non habere dominium verum, *l. 1. D. cit. tit.*

351 *Sed non contra verum Dominum.* Sed si ille, qui rem obtinuit, sit verus Dominus, cessat Publiciana, *l. Paulus, 18. l. 19. D. cit. tit.* Nam tunc verus Dominus, posset illam petere à Possessore, etiam cum titulo, *d. l. Publiciana, 19.* Ergo potest illam retinere: Quia cui competit actio, datur exceptio. Et possidens cum vero titulo, debet præferri habenti titulum præsumptum, *l. si ve autem, 11. §. si duobus, D. cit. tit. d. l. Paulus, 18. & l. Publiciana, 19.*

Libellus.

I N M. C. V. comparet N. N. dicens, annis preteritis se emisse equum à N. ut pater ex Instrumento, &c. bona fide. Et quia nunc Franciscus injuste, cum rev. abstulit equum prædictum, cum magno damno, & interesse ipsius comparentis. Ideo recurrit ad dictam M. C. petitque declarari se verum Dominum, & cogi Franciscum restituere prædictum equum, unà cum damnis, & interesse, deducens, &c.

352

L E M M A XIII.
DE ACTIONE RESCISSORIA.

Ex §. Rursus ex diverso, 5.

Quid sit?

A ctio Rescissoria est, qua quis petit rescindi Usucapionem suorum bonorum factam à possessore, se legitime absente.

353

Requisita ad hanc Actionem.

I. **A** bsentia debet esse legitima: hoc est rationabilis; & talis dicitur absens causa Reipublicæ, quæ dicitur absentia necessaria, causa Militiæ, causa Legationis, Infirmitatis, *l. quæsitum, 60. D. de re jud. Mysing. hic num. 27.* Et nomine Reipublicæ non solum Civitas Romana, de qua in *l. eum, qui, 16. D. de verb. signific. l. sed & si, §. quoties, D. ex quib. caus. major.* sed etiam venit quælibet Communitas, *l. legati, 8. D. ex quib. caus.*

354 *Absentia necessaria, quæ sit.*

Etiam rationabilis est absentia probabilis, causa studiorum. Studium enim est res valde utilis, & necessaria bono communi; ratione cujus multa privilegia Studiosis fuerunt concessa, *Autb. habita, Cod. ne filius pro patr. De quibus lib. 1. in proæm. non abundè à num. 47.*

355 *Requiritur absentia rationabilis, non voluptuaria.*

Absentia omnino voluntaria, non dicitur sufficiens ad rescindendam usucapionem, *l. non enim, 19. D. ex quib. caus. l. fin. D. de restit. in integr.*

Cujus, & adversus quem detur actio ista?

II. **R** estituitur Absens contra absentem, & præsentem; & Præsens contra absentem, si absens sit rationabiliter, & præsens non possit agere contra absentem. Absens non restituitur, si finito tempore, absque causa commoretur, *l. si cui, 38. D. ex quib. caus. §. tamdiu, l. 1. D. si quis cautionibus, l. 3. D. de verb. signific. l. 4. D. ex quib. caus.* Absens dicitur, qui abest à loco, ubi aliquid faciendum est, *l. absentem, 199. D. de verb. signific. l. præsens, 5. D. de procur. l. penult. D. de reg.*

356 *Absens restituitur cõto tempore, absque causa commoretur, l. si cui, 38. tra usucapionem.*

Redeuntibus dantur certa tempora. Et dantur 20. milliaria pro qualibet dieta, *d. l. si cui, §. tamdiu, & l. 1. D. si quis cautionibus, l. 3. D. de verbor. signific.*

Mille passus numerantur ab edificiis suburbanis, & faciunt unum milliare Italicum, *Glos. in l. mille passus, 154. D. de verb. signific. & quinque pedes faciunt liare, quid unum passum, Glos. in l. 3. D. de verb. signific. Pes vero constat 15. digitis, Glos. in c. sicut, 16. q. 4.*

357 *Quid sit mil passus, 154. D. de verb. signific. & quinque pedes faciunt liare, quid unum passum, Glos. in l. 3. D. de verb. signific. Pes vero constat 15. digitis, Glos. in c. sicut, 16. q. 4.*

In qualibet hebdomada datur unus dies quieti, *Glos. in c. cupientes, 16. verb. commodè, in fin. de elect. in 6.*

L E M M A XIV.

Quo tempore intentetur actio Rescissoria contra Usucapionem?

R espondetur, per annum utilem postquam ob- tenta fuit restitutio in integrum, quæ obtinet infra quadriennium continuum à reditu; & lite contestata perpetuatur, *Glos. in l. fin. C. de tempor. annus utilis in integr. restit.*

358 *Obtenta restitutio, contestata perpetuatur, Glos. in l. fin. C. de tempor. annus utilis in integr. restit. datur pro rescissione usucapionis dam.*

Dices. Rescissa Usucapio, est ita, ac si non fuisset. Ergo actio durat perpetuo ad rem repetendam.

Respondetur. Usucapionem cessare, & deinde posse rem repeti juxta Jus Prætorium, quod est annuale. Prætor enim pro suo libito poterat non condere hoc Jus; quod limitatè concessit ad annum, nè contra leges, & contra æquitatem, in præjudicium possidentis, faceret, *l. cum sponsus, 14. §. si res talis sit, ibi: His casibus neminem Prætor tueretur, nè contra leges faciat, D. de Publ. in rem act.*

359

Difficultas est. An in eodem libello possit intentari iudicium rescindens: hoc est, ut iudex rescin-

360

scindat Usucapionem, & actio Rescissoria, qua peti-
tur restitutio rei usucaptae?

361 Lites finiri expedit.
Nos affirmavimus cum Iasone hic num. 66. quia
expedit iurgia finiri, l. properandum, 11. C. de ju-
dic. De Restitutione in integrum; nos lib. 1. tit.
21. in fin.

L E M M A XV.

De revocanda alienatione facta in fraudem
Creditorum.

Ex §. Item si quis in fraudem, 6.

362 **A**lienatio in fraudem Creditorum consultissi-
mis geminatis, sancitis coërcetur, tit. D. & C.
de revocand. iis, quæ in fraudem Creditorum fiunt.
Quotuplex actio datur Creditori contra fraudu-
lentam alienationem?

363 **G**enerale est, contra debitores alienantes in
fraudem, dari actionem Rescissoriam, & Per-
sonalem. Personalis datur contra debitorem obli-
gatum ex contractu, quasi contractu, delicto, quasi
delicto. Rescissoria datur Creditoribus contra re-
cipientem rem fraudulentè alienatam, Bart.
Bald. & Paul. in, & ex l. 1. 2. 3. Cod. de revoc. iis,
quæ in fraud. l. si quis cum haberet, 15. D. quæ in
fraud. Nos hic de Rescissoria, quæ à Paulo Præto-
re Paulianæ nomen desumpsit; & Judicis authori-
tate faciendâ est, l. 1. l. 7. in fin. l. ait Prætor, 10. D.
quæ in fraud.

Quid sit Rescissoria, & quotuplex?

364 **D**efinitur in textu Actio ista Revocatoria alie-
nationis, quod sit Actio Prætorica, qua revo-
cantur bona alienata in fraudem, quasi alienata
non essent. Est duplex. I. Directa; & datur ad
revocationem rei alienatæ inter vivos. II. Utilis,
ad revocandam alienationem factam in ultima vo-
luntate: putà legato, l. qui autem, 6. in fin. D. quæ
in fraud.

365 **R**ursus: Una Perpetua: altera Annalis. Perpe-
tua durat 30. annis, quando alienatio ex titulo lu-
crativo: putà, donatione. Annalis durat anno
utili, l. 6. D. quæ in fraud. Si alienatio est ex titulo
oneroso, l. 1. D. quæ in fraud. l. Prætor, 10. §. hæc
actio, D. quæ in fraud. Mysing. hic n. 53.

Alienatio in fraudem an teneat?

366 **A**ffirma. Nam indiget rescissione, quæ rem
integram supponit, l. qui autem, 6. D. quæ in
fraud. Covar. 2. var. c. 3. n. 6. Nau. c. 17. n. 245. Sot. 6.
de Just. q. 1. art. 4. ad 3.

Requisita ad Revocationem.

367 **R**equiritur fraus, l. 1. & 6. l. ait Prætor, 15. §. ita
demum, D. quæ in fraud. l. 2. l. 3. C. de revoc.
iis, quæ in frau.

In fraudem fit, si debitor sciat, se non esse sol-
vendo; vel, posita alienatione, fieri non solvendo,
l. ait Prætor, 10. §. si quis particeps, in fin. ibi: Il-
lud certe sufficit, & si unum scit creditorem frau-
dari, ceteros ignoravit. D. quæ in frau. cred. Molin.
disp. 326.

368 **S**cientia tamen, sine voluntate fraudandi, vide-
tur non sufficere. Quia Leges requirunt consilium,
quiritur in & voluntatem nocendi Creditoribus, l. si quis, 25.
ibi: Exigimus, & consilium, & eventum. l. omnes,
27. ibi: Te conscio, & fraudem participante. Id-
que firmatur; quia sola scientia, sine calliditate,
astu, & circumventionem non est dolus, tit. De dolo
malo.

369 **P**lacet tamen Molin. disp. 328. num. 1. sufficere,
Sufficit tamē Debitorem scire se impotentem solvere Creditori-
bus, & alienare; etiam si alienet ad sibi succur-
rendum, sine animo nocendi; nam verè fraudat
tunc Creditores, alienando, ex l. ait Prætor, 10.
D. de his, quæ in fraud. Onnat. tom. 3. tract. 30.
disp. 108. sect. num. 31.

369 **D**ifficultas est: An fraus requiritur ex parte ac-
cipientis rem? Et distinguas: Vel accipit titulo
oneroso requi oneroso: Vel lucrativo. Si titulo oneroso, requiri-
tur fraus tur fraus ex parte accipientis, l. ignoti, 5. C. de revoc.
ex parte ac-
cipientis. eum coercet, qui sciens, eum in fraudem Credito-
rum hoc facere, suscepit, quod in fraudem Credi-
torum fiebat. D. quæ in frau.

Sed si malæfidei Emptor, alteri bonæfidei Em-
ptori vendiderit; secundus ad nihil tenetur, sed
primus malæfidei solidum pretii restituit, l. qui à
debitore, 9. D. cit. tit.

Non sufficit ad inducendam fraudem in Empto-
re, si sciat, Venditorem habere Creditores; sed
debet esse particeps fraudis, ut loquitur l. ait Præ-
tor, 10. §. quod ait Prætor, sciente te. D. cit. tit. Nisi
Creditores institerint, ne emeret, d. l. 10. §. si quis
particeps.

Sed si est titulus lucrativus: putà, donationis;
revocatur alienatio, etiam si donatarius ignora-
rit fraudem, d. l. ignoti, C. de revoc. iis, quæ in frau.
l. qui autem, 6. §. sciendum, v. simili modo dicimus;
& si cui donatum sit, non esse querendum: an scien-
te eo, cui donatum est, gestum sit? sed hoc tantum,
an fraudulentur Creditores? Nec videtur injuria
affici is, qui ignoravit; cum lucrum extorqueatur,
non damnum instigatur. D. quæ in fraud. ubi subdi-
tur, ab istis donatariis bonæ fidei tantum repeti id,
in quo locupletiores facti sunt, l. & si debitor consi-
lium, 17. D. de mortis causa donat.

372 **S**ed, cur, non in titulo lucrativo, sed oneroso
requiritur fraus ex parte accipientis? Ratio est,
quia ex titulo oneroso, rem obtinens, tantundem
de suo dedit, ex quo non videtur damnificasse
Creditores. Quod non est in titulo lucrativo; un-
dè magis illis, quàm istis subveniendum consultif-
simè Jura decreverunt. Idque ex eo persuasum:
nam ex titulo oneroso agit de damno vitando, &
lucrativo de lucro captando. Et agenti de vitando
damno, magis est succurrendum, quàm agenti pro
lucro, d. l. 6. §. præterea, l. fin. §. si à socero, D. quæ in
frau. l. fin. §. licentia, C. de jur. delib. l. at si quis,
§. sed, & si, D. de relig. l. 4. §. si cum legitima, v. si quis
autem, D. de dol. mal. exc. Ant. Faber in suo C. lib. 3.
tit. 20. def. 6. num. 5. in alleg. * & nupèr D. Scoppa
in suis Practico-Receptis Explanationib. ad eumd.
Cod. Fabrian. lib. 1. tit. 2. de Sacros. Eccles. explanat.
37. num. 13.

Q. I. An, revocatà re alienatà, revocans resti-
tuat pretium Emptori?

374 **N**ega. l. si debitor, 7. D. quæ in frau. ibi: Omnimo-
do restituendum esse fundum, etiam si pretium non
restituatur. Sed, si pecunia soluta extat, repetitur,
l. ex his, 8. D. cit. tit.

Q. II. An rescissa alienatione omnia restituantur
in integrum, ità, ac si nunquam fuisset facta alie-
natio?

375 **A**ffirma. l. ait Prætor, 10. §. partus, ibi: Præte-
rea generalitèr sciendum est, ex hac actione resti-
tutionem fieri oportere in pristinum statum. D. quæ
in frau.

Q. III. An excutienda bona principalis debito-
ris?

376 **A**ffirma. l. 1. ibi: Bonis ejus excussis. C. de revoc.
iis, quæ in frau. ubi Bart. Bald.

Quid petatur hac actione?

377 **R**esp. I. Peti rem alienatam in fraudem cum
accessoriis, & fructibus etiam perceptibili-
bus à fraudatore, deductis expensis necessariis, l. ait
Prætor, 10. §. per banc actionem, D. quæ in frau. Ubi
non est cogendus, rem restituere; nisi relictis ex-
pensis necessariis, aut factis voluntate Credito-
rum.

II. Petitur ab aliquo, quod ad ipsum pervenit;
& quod dolo malo factum est, ne perveniret, l. ait
Prætor, 10. §. fin. D. quæ in frau.

III. Petitur, revocari dominium, & donationes,
quæ ex alienatione in fraudem ortæ sunt: ut est
Actio de dote, si dos in fraudem data sit, l. hæc in
factum, 14. D. cit. tit.

IV. Omnes debitores, qui liberantur in fraudem
Creditorum, revocantur ad pristinum debitum, l.
omnes, 17. D. eod.

V. Revocatur etiam pignus postea datum anti-
quiori Creditori in fraudem aliorum, l. cum in ve-
tus, 22. D. cit. tit.

Sed, Quid si hæres solvit uni ex pluribus Credi-
toribus: an revocetur ab aliis.

Bonæfidei
empror ad
nihil tenetur,
si res
non extet,
nec sit locu-
pletatus.
370

In titulo lu-
crativo tan-
tùm ex par-
te dantis.
371

Cur non in
titulo lucri-
tivo, sed one-
roso requi-
ratur fraus
ex parte ac-
cipientis.
372

373

Emptor in
fraudem a-
mittit pre-
tium, nisi
extet apud
Venditorè.
374

375

Petitur res
cum fructi-
bus, etiam
perceptibili-
bus.
376

Et quid-
quid est in
alium frau-
dulenter traf-
latum, vel
remissum, vel
pignus.
377

378
Hæres non potest gratificari in prejudicium creditorum.

Distinguit *l. Pupillus, 24. D. cit. tit.* Vel tantum gratificationis gratia solvit, vel Creditore iuste exigente. Si gratificationis causa, restituit pro rata; si per iustam exactorem, retinet. Et ratio assignatur ibi: nam quando est gratificatio, nulla est Creditoris diligentia. Quando vero est exactio, tunc est diligens; & ceteri, qui non exigunt, negligentes: Jurique insitum est, succurrere diligenti, non negligenti, *l. qui autem, 6. §. sciendum, D. cit. tit. c. nuntiatur, d. 74. l. non enim negligentibus, 16. D. ex quib. caus. major.*

Materia hujus Actionis ob quas alienationes detur?

379
Omnis alienatio in fraudem creditoris revocatur.

EX quavis alienatione ex contractu facta in fraudem Creditorum, datur Revocatio, *l. 1. & 3. D. que in fraud. Cred.* sive sit Alienatio: sive Acceptilatio: sive Liberatio alterius, *d. l. 1. in fin.* sive Liberatio pignoris, *l. 2. l. 18. D. cit. tit.* sive nolit uti servitutibus, vel rem suam pro derelicta habeat, *l. in fraudem, 4. l. sed & si, 5. D. cit. tit.*

380
Est alienatio fit favore pupilli, dotis.

II. Datur etiam, si alienatio sit ad favorem pupilli in fraudem Creditorum, *l. qui autem, 6. §. sciendum, v. si quid cum pupillo.*

III. Revocatur acceptum in ultima voluntate, etiam bona fide: nam debet prius deducere æsalienum. Dos in fraudem Creditorum data, revocatur, *l. 2. C. de revoc. iis, qua.*

381
Dos data in fraudem creditorum revocatur.

IV. Si Uxor in fraudem Creditorum dotem, constituat Viro; vel illud, quod à Viro debet exigere, fraudulentè constituat in dotem, revocatur dos, quæ in fraudem Creditorum constituenda non est. Et hoc certo certius est, & sæpissimè observatum, ut loquitur *d. l. ait Prætor, 10. §. si cum mulier, D. que in fraud.* Ubi habetur, tunc Mulierem non habere actionem pro dote. Et si Pater dotet filiam in fraudem Creditorum; tenetur filia cedere Creditoribus actionem de dote contra Maritum, ut ait *l. hoc in factum, 14. D. cit. tit.*

382
Nec dos potest à viro restitui in fraudem creditorum.

Et si in fraudem Creditorum Maritus ante tempus statutum dotem Uxori restituat; à Creditoribus convenitur pro eo, quod interest, dotem suo tempore restitui, ut loquitur *l. omnes, 17. in fin. D. cit. tit.* cum pro illo tempore Creditores aliquid possint sibi acquirere ex fructibus.

Si tamen Maritus ignoret fraudem dotis, non datur actio; sicut nec contra alios Creditores, *l. si fraudator, 25. §. si à socero, v. in maritum autem, D. cod.*

Ob quas dispositiones non detur?

383
Non datur, si quis non minuat patrimonium.

Cessat Revocatio, quoties quis patrimonium non diminuit, *l. qui autem, 6. ibi: Pertinet enim Edictum ad diminuendum patrimonium suum; non ad eos, qui id agunt, nè locupletentur proinde. Et qui repudiavit hereditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariam, non est in ea causa, ut huic edicto locum faciat. Nolit enim acquirere, non suum patrimonium diminuere. Simili modo dicendum est, si filium emancipavit, ut suo arbitrio adeat hereditatem. D. que in frau.* Ubi etiam subdit, corrumpere actionem, si quis legatum repudiet. Et non facit fraudem Creditoribus, quivis hæres, sive pater, qui fideicommissario suo filio restituit fideicommissum, non detracta sibi Quarta, *l. patrem, 19. l. 4. D. que in fraud.* & idem est de quovis. Et ratio est: quia alienare, est transferre in alium, & non acquirere, non est transferre: & licet teneatur non deteriorare, non teneatur meliorare conditionem Creditoris, *Molin. disp. 283. Licet Bonac. tom. 2. tract. 10. disp. 30. num. 200. putet, peccare: nam qui tenetur solvere, tenetur non respicere media conducentia ad talem finem, S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 3. in corp. ubi Cajet. Arag. * cum aliis multis, cum quibus sic plenè in debitore ex causa onerosa defendit D. Scoppa ad decis. Gratian. obser. 17. num. 7. & seq.*

Ut si nolit acquirere legatum, quartam trebellicam ex fideicommissio restituendo.

384
Peccat ob damnæ creditorum.

II. Cessat, quoties alienatio facta est autoritate Judicis, non nullam committit fraudem, qui coactus facit, *d. l. qui autem, 6. §. apud Labeonem.*

III. Cessat revocatio, quando antequàm debitor bona perderet, Creditor accepit rem sibi debitam, *Tom. II. Lib. IV.*

etiam si sciat, debitorem aliis deinde non esse solvendo, *d. l. 6. §. apud Labeonem, & §. sciendum est.* Nam Jura vigilantibus subveniunt, *d. §. sciendum, l. summa, 22. §. sed, & si alii, D. de pecul. * sed Creditores hypothecarii anteriores possunt tunc intentare hypothecariam, & recuperare creditum, licet alienatio non fuerit fraudulenta.**

Creditor preveniens non est fraudulenter.

IV. Si Creditores consentiunt alienationi: nam tunc non dicitur fraudulosa alienatio, cum consentienti non fiat fraus, *d. l. 6. §. sciendum, v. præterea illud, l. nemo videtur, D. de regul. jur. Arist. 5. Eth. 9. & 11.*

386

V. Non datur illis Creditoribus, de quibus in *l. ait Prætor, 10. §. ita demum, D. cit. tit.*

Cedenti jus suum non datur revocatur

VI. Cessat hæc actio, si alicui bona addicta sint causa conservandarum libertatum, ut loquitur *d. l. ait Prætor, 10. §. si debitorem, in fin.*

VII. Nec datur Creditori habenti pignus contra alium, cui res alienantur, *l. illud constat, 13. D. que in fraud.*

387

Cui detur?

Datur Creditoribus, *l. 1. D. que in fraud. l. 1. C. de revoc. iis, que in fraud. cred.* Non tamen filii possunt revocare alienationem factam à patre debitore in fraudem Creditorum, *l. filias, 4. C. de revoc. iis, que in fraud.* ubi Bald. Paul. de Castr. Salyc. Sicut licet permittatur filiosam venire adversus factum patris; id tamen non permittitur, si veniat, ut hæres: * quia nequit venire contra factum Defuncti, ut per Senatam Sabaudia decisum ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 11. de heredit. actio. def. 4. qui latè etiam scribit in alleg. ibid. * ex Osasc. decis. Pedem. 10. num. 1. qui plura ait in num. seq.

388
Datur actio creditoribus, non filiis debitoris.

Quantum temporis detur ad intentandam revocationem?

Annum utilis, *l. si actu, 6. C. de revoc. iis, que, l. qui autem 6. in fin. ibi: Hujus autem actionis annus utilem computamus, quo experiundi potestas fuerit, ex die factæ venditionis. l. ait Prætor, 10. in princ. ibi: Non plus quam annus est. & §. si prescribitur debitorem, in fin. D. que in frau. l. si actu, C. de revoc. anno utili à iis, que in frau. Et durat post annum pro eo, quod die alienationis ad illum, contra quem agit, *d. l. 10. in fin. v. hæc actio.**

389

Revocatio actio non prescribitur à die alienationis.

Contra quem?

Ille ex tit. oneroso convenitur, qui est in fraude, *l. ait Prætor sciente te: id est eo, qui convenitur hac actione, D. que in fraud.*

390

Datur contra illos, qui fraudaverunt, & alios, ad quos res pervenit, vel dolo fecit, non perve-

Hinc I. si Tutor sit fraudulentus, Pupillus fraudem ignorans, non convenitur, nisi id ipsum pervenerit. Idem est de Curatore Minoris ementis, *d. l. ait Prætor, 10. §. ait Prætor sciente te. Nam sive fraudator sit ipse, ad quem pervenit, sive alius pervenit, vel vis, competit actio in id, quod ad eum pervenit. l. niretur. fin. §. fin. D. hoc tit.*

II. Convenitur ille, qui dolo malo fecit, nè res ad se perveniret; sed destrueretur, *d. l. 10. in fin. l. niretur. fin. §. fin. D. hoc tit.*

III. Convenitur hæres fraudatoris pro eo, quod ad ipsum devenit, *l. Cassius, 11. qua in frau.*

391

IV. Contra Patrem, qui Filios concessit, ut alienet in fraudem Creditoris: nam tunc ipse censetur alienare in fraudem, *l. si pater, 12. D. que in frau.*

V. Contra quemcumque rei detentorem, aliumve, qui ex re alienata in fraudem, aliquam actionem adeptus est, ut illam cedat Creditori, *l. hæc in factum, 14. D. cit. tit.*

Et revocatur res habitata titulo lucrativo etiam à non fraudulento

VI. Contra non fraudulentum, sed habentem rem titulo lucrativo, *d. l. qui autem, 6. §. sciendum, D. cit. tit. l. 5. C. de revoc. iis, qua.*

L E M M A X V I.

Quomodo probetur hæc Fraus.

Debent Creditores probare, debitorem alienasse in fraudem, *l. Quoties, 18. §. qui dolo, D. de prob. Fraus probatur l. Si debitor sciebat, se prestum ære alienò, l. si quis cum haberetur, 15. l. 17. §. 1. D. cod. Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 20. def. 6. num. 1. Et præsumitur scire Creditores, si illos habuit ex facto suo. II. Si alienavit in personam*

392

Fraus probanda.

393 Quot modis presumatur.

sonam conjunctam : nam inter conjunctas personas construuntur fraudes, l. data, 27. C. de donat. Et gesta inter conjunctos, & filios suspicionem olent, si alius lædatur, l. pen. D. de rit. nuptiar. l. pen. §. si à Socero, D. quæ in fraud. credit. l. 4. §. si cum legitima, v. si quis autem, §. Ausboris, D. de dol. mal. & met. except. III. Si alienatio fiat solemnitatibus, clandestinè, l. 1. C. de fid. instrum. Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 11. def. 4. num. 1. in med. DD. hic, & in l. fin. D. de rit. nupt. IV. Si alienet omnia bona, l. omnes, 17. §. Lucius, D. quæ in fraud. Vide Jason hic, n. 38. & Zafum in l. quamquam, 7. D. ad Vellejan. l. quisquis, C. de resc. vend.

394 Praxis in hac actione.

Praxis intentandi hanc actionem est : ut Autor proponat suum creditum contra debitores. II. Ut probet alienationem factam in fraudem, sciente Emptore; quod in titulo lucrativo non requiritur. III. Petat, ut bona dentur debitori, & in illis bonis satisfiat Creditori.

Debet tamen priùs excutere alia bona debitoris, antequàm revocet alienationem, l. 1. ibi : Bonis ejus excussis. & l. pen. C. eod.

L E M M A XVII. DE ACTIONE SERVIANA.

Ex §. Item Serviana, 7.

395 Definitio.

A Servio Prætorè, à quo nomen mutuatum est, introducta fuit hæc Actio. Definitur : Est Actio realis Prætoria, data Domino prædii contra Colonum, vel Inquilinum in rebus invecctis in prædium tacitè hypothecatis pro pensione solvenda. Text. hic, & in l. præditi, 7. D. in quib. caus. pign. l. certi Juris, 5. C. de locat.

396 Pro pensione bona inveccta sunt hypothecata

Ut ista faciliùs percipiantur, recolas, omnia bona, quæ introducuntur in prædium urbanum, esse tacitè obligata pro solvenda pensione : sive sunt introducta, sciente : sive ignorante Domino prædii. Si verò prædium sit Rusticum; tunc tantùm sunt hypothecata bona introducta, sciente Domino prædii, l. certi Juris, 5. ibi : Certi Juris est, ea, quæ, voluntate Dominorum, Coloni in fundum conductum induxerunt, pignoris iure Domini prædiorum teneri. Quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus invecctis scientia Domini : nam ea quoque pignoris iure tenentur. C. de locat. Pensio habet illatas res obligatas, & paratam executionem, l. Præses, 17. ibi : Exolvi sine mora curabit. C. de locat.

Pensio habet paratam executionem.

Sed quia non omnia difficultatibus stant inconcussa, & aliqui adhuc difficultatum turbinibus agitantur; ideò I. Videamus de Urbano II, De Rustico Prædio.

L E M M A XVIII.

An omnia bona, etiam aliena, sint tacitè hypothecata pro solvenda pensione Prædii urbani?

397 Bona inveccta sunt tacitè hypothecata pro solvenda pensione domus.

L Oquitur de bonis introductis in prædium; & fatemur esse tacitè hypothecata pro solvenda pensione Domino, l. 2. l. 4. l. in præditi, 7. §. fin. D. in quib. caus. l. debitor, ubi Glos. 1. D. de pignor. l. certi Juris, 5. ubi Glos. v. induxerit, Bald. & Savenc. C. de locat. l. qui fidejussor, 53. ibi : Sed fructus in eadem causa pignoris manent. l. fin. C. in quib. caus. pign. l. item quia conventionis, 4. D. de pact. Valasc. de jur. empbyt. quæst. 20. num. 27. Lopez in l. 5. tit. 8. par. 5. Gomez. 2. var. c. 3. num. 18. Molin. disp. 497. * Quamvis sint bona Minoris, ut prædicari dicit C. vall. qu. 112. in fin. quem, dans alios, sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 45. num. 30. & seq. *

398 Sic etiam pro mercede, de interesse, & damnis in fundo factis, interesse, & aliis, quæ Locatori à Conductore debentur, hypothecata, text. hic, & in l. 2. ibi : Si deteriorẽ habitacionem fecerit culpã suã Inquilinus, inveccta, & illata pignori erunt obligata. D. in quib. caus. pign. tac. contrab. l. qui fidejussor, 53. l. quæro, 54. ubi Glos. D. locati. Molin ubi sup. Gomez. l. c.

L E M M A XIX.

An omnia illata in fundum sint hypothecata?

399 I.

E Sse tantùm illa hypothecata, quæ tempore pensionis inveniuntur, docent ex l. in præ-

ditis, 7. §. ult. D. in quib. caus. pign. Glos. in l. certi Juris, 5. ibi : Ea sola, quæ, ut ibi sint, illata fuerint. v. induxerint, C. de locat. Valasc. de jur. empbyt. qu. 20. num. 27. Gomez. & Molin. supra. Qui- bus contradicunt alii; sed durissimum vocat Onnat. tom. 3. de contract. tract. 35. disp. 129. sect. 7. num. 161. ex l. licet, 6. D. in quib. caus. pign. tac. Nam aliàs nequiret extrahere res semel invecctas, nec posset illas alienare : Et tamen nemo talem exhorrescit hypothecam, emitque omnes res mercatorum. Undè meritò Jura volunt, illa bona esse obligata, quæ sunt inducta animo, ut ibi perpetuò sint : scilicet toto tempore conductionis, d. l. in præditis, 7. in fin. D. in quib. caus. pign. tac. contrab.

Hypotheca subjacent, quæ tempore pensionis inveniantur.

400 Quæ deserviunt ad bonestum vitæ genus, & quæ prudentèr nequeunt obligari, haud hypothecæ supponuntur.

II. Res inservientes quotidiano usui : ut vestes, & cætera, quæ interrogatus prudentèr nemo obligasset : ut, quæ deserviunt ad honestum vitæ genus non sunt hypothecata : ut libri studioforum; nam Lex, nec Homo imprudentèr operatur; adeò que non præsumitur obligare, quæ prudentèr obligari nequeunt, l. obligatione generali, 6. D. de pignor. Afflic. dec. 184. Vide text. in l. 1. C. quæ res pign. oblig. poss.

III. Res alienæ transeuntèr inductæ non sunt hypothecata, sed hypothecarentur, si illatæ essent animo ibi perpetuò manendi : hoc est toto conductionis tempore. * Nam tunc rei alienæ res conductionis infervit; & ut servo, ita rei conductionis debetur, estque à lege prudentèr res inveccta obligata pro pensione, l. 6. D. de pign. * Quæ autem sunt introductæ animo isto perpetuò, remittitur in Judicis arbitrium, Menoch. de arbitr. cas. 441. Jason. hic, num. 53.

401 Nec etiam, quæ transeunt sunt inductæ, & non animo perpetuò manendi.

Hinc, pecunia quotidiano usui serviens non est hypothecata : quia non est introducta animo perpetuò manendi; sed si esset pecunia subsidiaria, esset obligata, l. si choros, 77. §. 1. D. de legat. 3.

402 Sic quoque pecunia quotidiana usui serviens, securus subsidiaria.

Difficultas est : An pensio domus sit solvenda ex bonis Uxoris in subsidium?

Affirma, de Marin. res quotid. lib. 1. c. 275. post Jo. de Platea in l. Uxorem, in fin. C. de Decur. lib. 10. Jo. Lup. tract. de donat. inter, §. 66. num. 6. est solvenda Surd. de alim. tit. 8. privil. 48. n. 6. & tit. 120. n. 9. Nam Uxor Viro inopi cogitur succurrere; & dotem Jure Communi restituit Vir; nisi in quantum commodè potest. Nec obstat l. 1. & 2. C. ne Uxor pro Viro, quia intelligitur, quando Vir non est inops.

403 Pësio domus est solvenda ex bonis Uxoris in subsidium.

L E M M A XX. De Prædio Rustico.

B Ona inveccta in prædium Rusticum sunt hypothecata pro pensione, si Domino prædii talia bona innotuerint, l. certi Juris, C. de locat. l. item te quia, 4. D. de pact. l. licet, 6. D. in quib. caus. pign. in prædium l. 5. tit. 8. par. 5. l. in præditi, 7. ibi : Ea sola, quæ, Rusticè, sunt ut ibi sint, illata fuerunt, pignori sint, D. in quib. caus. pign.

405 Inveccta sciẽ Domino prædii sunt hypothecata.

An Fructus Prædii sint hypothecati pro pensione solvenda,

Affirma, l. si in lege, l. qui fidejussor, 53. C. in quib. caus. pign. ibi : Fructus in eadem causa pignoris manent, l. in præditi, 7. D. in quib. caus. pign. ibi : In præditi Rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacitè intelliguntur pignori causæ Domino fundi locati. Res tamen empta ex pretio fructuum, non est hypothecata, l. quamvis, C. cit. tit.

406 Fructus prædii sunt hypothecati pro pensione solvenda.

Hinc fit, Colonum esse dominum fructuum : nam sit hypothecati Domino fundi, ex qua non sunt Domini fundi : nam nemo habet hypothecatum in rebus suis, l. neque pignus, neque depositum, neque precarium, &c. sue rei possessio consistere. 46. D. de regul. jur. Valasc. ubi supr. Molin. disp. 497. v. quod verò.

407 Fructuum Dominus est Colonus.

Dices. Fructus pendentes sunt pars prædii, l. fructus pendentes, 45. D. de rei vind. l. ult. §. non solùm, §. fructus, D. quæ in fraud. cred. l. que situm, partem va- §. ea verò, D. de fun. instrum. l. Julianus, §. si fructus, let argumẽ- de act. emp. l. si fundus, §. interdum, D. de pignor. tum. Ergò Dominus fundi est dominus fructuum pendentium.

408 De toto ad

dentium: nam qui est dominus totius, etiam partis habet dominium: cum de toto ad partem valeat argumentum, l. 7. §. adeo, l. si unus, 28. §. si cum mihi, §. item si pactum sit, D. de pact.

Respond. Distinguo anteced. Fructus pendentes sunt pars prædii, nisi voluntate Domini sint in Colonum, aut in alium translati. Concedo antecedens. Quando voluntate Domini sunt in alium translati. Nego antecedens. At in re nostra, voluntate Domini sunt in alium translati: scilicet in Colonum. Ergo fructus non sunt Domini prædii, sed Coloni. Quod verò voluntate Domini in alium sint translati, constat: nam Dominus illis habet hypothecam; quæ in alienis, non propriis bonis est, l. neque pignus, 46. D. de regul. jur. Covar. 1. var. cap. 7. num. 2.

Replicabis. Planta cedit Solo, & Dominus Soli est plantæ Dominus. Ergo, qui est Dominus fundi, est Dominus fructuum pendentium, qui plantæ cedunt.

Distinguo antecedens ut supra. Nisi voluntate Domini in alium sit translatum dominium. Concedo Dominum fundi habere dominium fructuum pendentium: At in re nostra, eo ipso, ac locat fundum, transfert in Colonum dominium fructuum, salva sibi in illis hypotheca pro solutione pensionis.

Si prior Conductor sublocet; fructus adhuc remanent hypothecati Domino fundi, non res industrialæ, l. si in lege, 27. §. 1. D. locat. ibi: Si Colonus locaverit fundum, res posterioris conductoris Domini non obligantur; sed fructus in causa pignoris manent, quemadmodum esset, si primus Colonus eos percepisset. Ex quibus non rectè Bart. voluit, bona secundi Conductoris obligari, Gomez. lib. 2. c. 3. num. 8. ex solutum, 11. §. solutum, D. de pign. act. Nam contradicunt expressis verbis tex. d. l. 27. Et cit. l. solutum, non urget: nam tantum vult, secundum Conductorem posse solvere Domino fundi, ibi: Solvi ei posse; & pignoratitia intentatur adversus primum Conductorem, ut liberet ab obligatione secundum.

L E M M A XXI.

An fructus inveciti in borreum sint tacite hypothecati pro pensione solvenda?

Affirma ex l. in prædiis, 7. D. in quib. caus. pign. & l. quamvis, C. eod. ubi fructus indistinctè sunt tacite hypothecati, Menoch. de adipisc. remed. 3. n. 319. Surd. dec. 37. n. 4. Jason. in l. item quia, n. 5. D. de pact.

411 Extendunt hypothecam ad fructus naturales, Fructus e- industrialia, Menoch. ubi supr. num. 117. Gratian. tiam inclusi cap. 25. num. 16. Collantes in prag. de los ladrones, in borreo, lib. 1. cap. 14. num. 2. reprobantes Jason. in d. l. item naturales, quia, num. 37. docentem, fructus tantum naturales hypothecari. Nam d. l. in prædiis, indistinctè sunt tacite loquitur, atque adeo ad omnes fructus extendenda hypothecati pro pensione est, l. qui fidejussor, 54. ibi: Fructus in eadem causa pignoris manent. D. locat. l. cum plures, §. messem, D. locat. Ubi messis, & fructus hypothecantur: at isti sunt fructus industriales, contra Bald. in l. Eodem, num. 2. C. eod.

Intelligas, si fructus extent: nam, illis consumptis, hypotheca corrumpit, licet ex pretio sit emptum prædium: nam tunc prædium emptum non censetur hypothecatum, l. idemque, 7. §. fin. ibi: Cum res ex nummis pignoris emptæ non sit pignoris. D. qui potior. in pign. l. quamvis, C. in quib. caus. pign. Ratio est: quia pretium in actionibus singularibus non succedit loco rei hypothecatæ quò ad hypothecam, l. 1. D. de distract. pign. l. 3. C. in quib. caus. pig. tac. Gratian. l. c. num. 11. Bart. in l. qui debitorem, D. que in fraud. cred. Rom. fing. 609.

L E M M A XXII.

An in fructibus præferatur Dominus prædii Creditoribus anterioribus pro pensione?

Nega. Morla q. 3. n. 7. tit. 10. de loc. & conduct. Rodriq. par. 1. de concur. cred. q. 8. n. 6. Contra Gratian. c. 25. num. 9. & 28. Cum nullo Jure talis Tom. II. Lib. IV.

L E M M A XXIII.

An in fructibus præferatur Dominus prædii Creditoribus anterioribus pro pensione?

Nega. Morla q. 3. n. 7. tit. 10. de loc. & conduct. Rodriq. par. 1. de concur. cred. q. 8. n. 6. Contra Gratian. c. 25. num. 9. & 28. Cum nullo Jure talis Tom. II. Lib. IV.

prælatio concessa, non est danda: Nam privilegium non conceditur, nisi Jure expressum: specialia namque, ut sunt privilegia, nisi notentur, censentur ommissa in Jure, l. item apud Labeonem, 15. §. editum, ibi: Quæ notabiliter sunt, nisi specialiter notentur, censentur ommissa. D. de injur.

Dicta currunt in fructibus pendentibus, & perceptis, quia nullibi reperitur expressum tale prælationis privilegium.

Dices I. Dominus præferatur in fundo. Ergo etiam in fructibus pendentibus, qui sunt pars fundi, l. fructus pendentes, D. de rei vind.

Responsio patet ex dictis: sc. Fructus pendentes non esse partem prædii locati: Nam eo ipso ac vult mercedem, transfert in Colonum dominium fructuum.

Dices II. In Fructibus est jus Soli. Ergo si præferatur in Solo, præferatur in fructibus.

Resp. Eodem modo esse jus Soli, nisi ejus voluntate sit translatum in Colonum: sicut, nec in parte Soli præferretur, si illam in Colonum alium transtulisset absolute.

Dices III. Fructus sunt Coloni soluta pensione; sicuti res vendita est Emptoris soluto pretio, l. si servus communis, §. locati, D. de furt. Glos. in §. vendita, in tit. de rer. divis. Ita ut pretio non soluto, Venditor præferatur in re vendita, l. Procuratores, §. planè, D. de tribut. act. Ergo pensione non soluta, Dominus præferatur in fructibus fundi.

Resp. Rem emptam, Emptori non acquiri, nisi soluto pretio, & interim remanet sub dominio Venditoris; quod Juribus sancitum est, d. §. vendita. At Jus voluit, fructus prædii esse tantum hypothecatos Domino prædii ante solutam pensionem: & sic noluit remanere sub dominio Domini prædii, d. l. neque pignus, D. de regul. jur. & consequenter fallum est; fructus non acquiri Colono, nisi soluta pensione.

Cum hoc tamen stat, Madrid esse Prag. tit. De los Labradores. Ubi Dominus prædii præferatur in fructibus pro pensione anterioribus creditoribus, & Callantes lib. 3. cap. 1. num. 2. putat, præferri habentibus, etiam expressam, anterioribus hypothecam, Dotibus, & Fisco.

Adnectamus antecedenti sequentem.

Q. An animantia, armenta, sint hypothecata pro pascuis, & pratis?

Affirma. Si pascuis ad effectum atendi sint locata, ut necessaria, Cavalc. dec. 44. num. 47. Surd. de alim. tit. 8. privil. 62. num. 19. Gratian. cap. 25. ta pro pascuis. 18. Qui volunt, præferri anterioribus Creditoribus: quia talia alimenta totius rei causam salvam faciunt, etiam in bonum anteriorum Creditorum, qui secus jus suum amisissent, deperentibus animantibus, ex l. interdum, §. l. bujus, Et præferatur alitis creditoribus. D. qui pot. in pign. ibi: Merces borreorum, vel areæ, vecturæ, jumentorum debetur: nam & hic potior. l. in rebus, §. possint, D. commod.

L E M M A XXIV.

DE ACTIONE QUASI SERVIANA.

Ex eod. §.

Actio. Quasi Servina est idem, ac hypothecaria, & est Realis; qua Creditor petit rem sibi hypothecatam à quovis possessore, l. si debitor, 12. C. de distrac. pig. Surd. decis. 310. num. 5. Ripa in l. privilegia, D. de privil. cred. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. Glos. 5. num. 10. in suo Cod. lib. 7. tit. 7. de acquir. possess. def. 38. n. 9. in alleg. ex l. si fundus, 16. §. in vindicatione, l. pignoris, D. pignor. Vides in hoc §. Nobis materiam vastam, usu frequentissimam, scitu necessariam, aperiri ad concursum Creditorum penetrandum Hinc.

L E M M A XXV.

DE CONCURSU CREDITORUM.

Creditoribus omnes non eisdem uruntur subsidiis. Sed aliqui privilegio reali, ut Hypothecarii. Alii ex causa, privilegio sunt vallati. Alii omni prorsus destituti sunt privilegio. Qui omnes possunt agere contra Debitorem ad revocandam alie.

L E M M A XXVI.

DE CONCURSU CREDITORUM.

Creditoribus omnes non eisdem uruntur subsidiis. Sed aliqui privilegio reali, ut Hypothecarii. Alii ex causa, privilegio sunt vallati. Alii omni prorsus destituti sunt privilegio. Qui omnes possunt agere contra Debitorem ad revocandam alie.

413 Pro pensione in illis fructibus non præferatur Dominus fundi aliis creditoribus Coloni.

414 Colonus est dominus fructuum, etiam pensione non soluta.

415 Animantia sunt obligata pro pascuis.

416 Et præferatur alitis creditoribus.

417 Actio quasi Servina est hypothecaria.

418 Quot sine differentia?

409 Hypotheca est in rebus alienis, non in propriis.

410 Fundo sub locato Domino fundi hypothecati manent fructus, non vendita securi conductoris.

alienationem factam in fraudem. Et etiam quandoque concurrunt contra bona Debitoris; & tunc inter ipsos, magno dissidio, contenditur, quis praeferatur? In quo turbata DD. acie, retunduntur ingeniorum acumina. Ne tamen procedamus intercisus ordinibus, triplex Agmen constituamus.

I. Prodebunt privilegia realia Creditorum.

II. Ad certamen admitteremus Creditores privilegiatos ex causa: ut ex Expensis fuserum, Depositi, &c. III. Inspiciemus agmina illorum, qui nullo vallati Juris munimine, in campum prodire contendunt, ut occupent bona debitorum. Ad quae obtinenda procedunt hic indigitanda,

I. Concurfus. II. Relatio. III. Graduatio Creditorum.

Dicendum ordo.

419 Quid sit Creditorum Concurfus.

Relatio.

Et Graduatio.

Concurfus Creditorum est, quando omnes Creditores Hypothecarii, Privilegiati ex causa, Cartularii merè personales in iudicio, vel extra, petunt, ut ipsis satisfiat in bonis Debitoris. Si Concurfus fiat in iudicio, ubi deductum est patrimonium.

II. Relatio Creditorum fit per Aetuarium, vel per Scribam causae scripto referentem numerum Creditorum cum titulis, & tempore crediti. Ut deprehendatur: an jus habeant, ex quo tempore, & causa in patrimonio Debitoris, ut possit cognosci, quis alteri praeferatur.

III. Graduatio est gradatim collocare successive Creditores unum post alium, juxta propriam praelationem, ut primo loco graduatus praeferatur graduato in secundo loco; & graduatus secundo loco praeferatur graduato tertio loco, & ita successive eis satisfiat. Et dicuntur non capientes illi, pro quibus bona Debitoris deficiunt.

Nos I. Dabimus Creditores hypothecarios cum praelatione, & sine praelatione, ac regulam in illis servandam. II. Dabimus Creditores ex causa, & quae regula in illis servatur. III. Meros personales cum regula observanda, ut cognoscatur, quibus satisfaciendum ante alios. Adeoque

L E M M A XXV.

De Creditoribus Hypothecariis.

Hypothecarios I. in lucem edere properat sermo. Et sunt habentes obligata Debitoris bona. Et alii sunt ex hypotheca tacita: hoc est introducta à Lege. Alii ex hypotheca expressa: scilicet introducta ab homine.

Hypotheca definitur: Obligatio rei alienabilis ad securitatem Creditoris: I. fin. C. quae res pign.

Si omnia bona sint obligata, Generalis; si quaedam, dicitur Specialis hypotheca, Bart. in l. i. D. de pignor. Man. lib. 11. de tactis. tit. 4.

L E M M A XXVI.

Quae Regula sit pro Hypothecariis?

In Creditoribus hypothecariis est Regula: Qui prior in tempore, potior in Jure, I. si pignus, 8. l. si ex jure, 10. l. potior, 11. l. qui generaliter, 2. l. qui balneum, 9. D. qui pot. in pign. l. i. 2. 4. 7. 8. C. cod. l. unic. C. rem alienam gerentibus. l. 4. C. ad Maced. Donell. de pign. cap. 12. Cassan. in catalog. gl. Mund. confid. 99. Felic. de cens. cap. 3. Duch. reg. 168. Cæpoll. caus. 122. Ant. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 8. defin. 1. num. 1. in all.

420 Quid Hypotheca?

421 Quotuplex.

422 Prior in tempore potior est in Jure.

423 Et si creditor sit manus tacita, vel expressa hypotheca.

424 Idem Juris in Generali, in Speciali hypotheca.

In hac Regula includuntur Creditores tacita, & expressa vallati hypotheca, Garz. de expens. cap. 1. num. 23. Dyn. in Regul. Qui prior. Bald. in l. 28. D. de jur. Fisc. pro officio, C. de admin. tutor. l. affiduis, 12. C. qui pot. in pign.

Eadem sub regula militat Hypotheca Generalis, & Specialis, I. qui generaliter, 2. l. potior, D. qui pot. Lopez. in l. 27. tit. 13. par. 5. l. Creditoris, 8. D. de distr. pig. l. fin. §. cui in dubio, D. de trit. & vin. legat. l. heres meus, 98. §. duae statuae, D. de legat. 3. l. i. D. de aur. & argent. legat. l. 2. l. quamvis, 17. C. de pignor. Albernoz. lib. 1. tit. 19. c. 1.

An habens Generalem, & Specialem praefertur habentibus tantum Specialem posterioriorem Hypothecam?

DAT difficultatis materiam, I. 2. C. de pign. Ubi in Speciali hypotheca posteriori non praefertur habens Generalem, & Specialem anteriorem.

Fatemus hanc veritatem, si anterior habens Generalem, & Specialem possit sibi satisfacere in aliis rebus sibi obligatis, d. l. 2. D. qui pot. in pign. Nam tunc non est æquum moleitare posteriores Speciales Hypothecas, ut decisum ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 6. de pignor. defin. 8. Capyc. dec. 33. num. 36. Salsc. Bart. Bald. & Cyn. in d. l. 2. Cacher. dec. Pedem. 159. com. 4. cap. 17. num. 5. Trentactiq. 3. var. resal. 5. Quod enim alteri prodest, nec tibi nocet, faciendum est, I. si pignus specialiter, 8. D. qui pot. in pign. Et compescenda est Creditorum audacia, & immodica ætians variatas; Bart. in l. cum, qui, §. 1. nu. 4. D. de verb. oblig. qui voluit, Creditorum non posse pro libito variare; nec omissis rebus, super quibus habuit sententiam, ad alia declinare bona, vexando Creditores, Capyc. dec. 33. & 46. & qui sibi satisfacere in re vili potest, preciosam venditioni supponere non debet, Grammat. dec. 40. & 77. Mart. decis. Pisan. 120. Nec distrabit feudalia, potens allodialibus sibi plene consulere, de Mart. tom. 2. quotid. cap. 58. num. 11. post Minad. in Conf. Reg. In aliis quibus, v. Comitum, num. 43. & dec. 13. Ann. alleg. 141. num. 4. & 6. Valasc. dec. 49. Tauri, gl. 9.

Quod si anterior habeat obligata feudalia, & alia allodialia bona, & posterior tantum allodialia; tunc, ne posterior amittat jus suum, anterior Creditor cogitur, ut in feudalibus sibi satisfiat, uterque An Pater conf. 141. Filius, 49. & 95. Amat. conf. 95. ubi practicum refert, Mina d. dec. 13. Add. ad Capyc. dec. 33. n. 33. Tass. de antef. alleg. 27. num. 42.

Si ergo, quando Creditor anterior potest sibi satisfacere in feudalibus obligatis unà cum allodialibus, non vexat bona allodialia, cum praedicio posterioris Creditoris: ita multò minùs, cum praedicio posterioris specialis hypothecae, debet intentare litem contra illa bona specialiter obligata posteriori, si commodè possit in aliis rebus specialiter sibi obligatis satisfacere: cum semper praesumatur, Creditorem anteriorem in anteriori speciali hypotheca posse sibi consulere, I. si quid, 45. §. inventionem, D. de legat. 3. Et si alia bona specialia non sufficiant, potest tunc contra alia bona obligata generaliter actionem dirigere, Covarr. 3. var. c. 18.

Sed quid si adsit clausula in instrumento: Ut generi per species non derogetur, & è contra. Et sensus clausulae est, ut obligationi generali non derogetur per specialem; nec speciali derogetur per generalem hypothecam. Et adhuc currere decisio, nem, d. l. 2. docuit Rodrig. p. 2. de priv. cred. ar. 1. num. 5. quia non valet protestatio contra Jus commune, Glos. in l. alimenta, v. materna, C. de negot. gest. Rub. in l. non solum, §. morte, num. 58. ubi Bolognet. num. 134. D. de nov. oper. nun. Alex. lib. 2. conf. 94. Dec. in cap. cum M. num. 7. de conf. ex l. si ex fundo, D. de hered. inst. Et hoc, ut com-

petatur Creditorum inhians avaritas.

Sed praxis obtinuit oppositum, Franck. dec. 5. Grivell. dec. 79. Put. det. 38. Cacher. dec. 159. Theodor. alleg. 29. num. 8. Surd. dec. 44. quos sequitur de Marin. tom. 2. quotid. c. 58. num. 9. in fin. Orlav. dec. Pedem. 118. num. 7. Ann. alleg. 66. num. 15. Mynsin. ger. cent. 6. observ. 49. Cassan. in catalog. glor. Mund. par. 11. confid. 99. num. 29. Gallup. in prax. par. 2. cap. 9. nu. 30. qui addit cautelam: ut scilicet agens super speciali protestetur se velle salvam generalem: Nam secus, non poterit deinde agere contra generalem.

Et stante dicta clausula, rectè voluit Ant. Faber ubi supr. d. tit. 6. de pignor. defin. 8. non requiri excussionem specialis hypothecae: nam, si deberet illa

425 Specialem, & Generalem hypothecam habens non praefertur Specialem posteriorem habenti, d. modo possit sibi satisfacere in aliis bonis sibi obligatis.

426 Creditor non potest pro libito variare, omissis bonis, super quibus sententiam habuit, & ad alia declinare.

427 Non tamen distrabere feudalia, potens sibi per allodialibus satisfacere.

428 Sic & in feudalibus valens super illis sibi satisfacere, ne alios Creditores vexet.

429 Eo fortius procedit in beneficium creditoris specialis hypothecae habentis.

430 Sensus clausulae, ut generi per species non derogetur.

431 Quid operetur.

432 Agens in speciali protestatur se velle salvam generalem hypothecam.

illa executi, specialis derogaret generali, l. *Creditori*, 8. D. de distract. pign. l. 2. D. qui pot. in pign. hab. L E M M A XXVIII.

An Anterior pro principali sit etiam pro interesse?

Geminata controversia est. Et l. discutiamus: An sit hypotheca in re, pro fructibus, & interesse. II. An pro interesse præferatur, sicuti præfertur anterior Creditor pro principali.

432
Res hypotheca supponitur pro principali, & interesse.

Quod ad I. attinet, est extra a legem controversia, rem pro fructibus, & pro interesse hypothecari, l. *quicumque*, 5. §. non tamen in fin. ibi: *Ejus enim rei sequela est.* D. de inst. act. l. *grege*, 13. §. ult. ibi: *Propter usuras quoque.* D. de pign. *Seraph. dec.* 481. num. 5. & per Senatum Sabaudia decifum, tradit *Ann. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 8. qui potior. in pign. hab. defn. 8. num. 5. in all.* * quem sequitur *D. Scoppa in sebolis ad Contrp. for. R. Merlin. cent. 2. c. 8. num. 17. in fin.* *

433
Quis præferatur pro principali, & interesse.

Quod ad II. puto, hypothecarium anteriorem, præferri etiam pro interesse posteriori Creditori, l. *grege*, 13. §. ult. D. de pign. d. l. *quicumque* §. non tamen. l. *Lucius*, 18. D. qui pot. in pign. *Revert. dec.* 580. *Capyc. Larr. dec.* 16. tom. 1. & notavi ad *Galup. de privil. cred. num. 4. Afflic. dec.* 186. *Seraph. dec.* 481. l. *si insula*, 35. D. de pign. l. *privilegia*, D. de privil. cred. *Rebuff. de restit. redd. art. 1. glos. 8. num. 5. Felic. lib. 3. de censib. cap. 5. num. 18.* Nam accessorium sequitur naturam sui principalis, cap. *accessorium, de regul. jur. in 6. Bart. in l. cum doctem*, §. in *seuissimo*, D. *Solut. matr. Bald. in l. unie. §. & ut plenius*, D. *de rei uxor. act. Ofasc. dec.* 126. num. 11. * *de Ponte dec.* 34. nu. 47. *Surd. dec.* 275. num. 20. *Gratian. cap. 730. num. 19.* Maxime urget.

Interesse sequitur naturam sui principalis.

Quia interesse cum forte principali etiam unum debitum constituit, eadem actione petitur, *Theodor. alleg. 5. num. 54. & alleg. 7. nu. 13. Gratian. cap. 42. num. 15. Surd. decif. 306. num. 7.* Interesse enim sequi debet naturam sui principalis, sive consideretur, ut accessorium, sive ut faciens unum cum suo principali, *Gait. de credito cap. 4. qu. 10. num. 1172. Roccus tom. 1. resp. 72. nu. 4. Merlin. tom. 2. controu. 43. num. 3. Mastrill. dec. 119. num. 2.* Ex quo interesse non conventum, sed debitum ex mora debitoris sequi naturam fortis principalis, & fortis anterioritatem, ait *Roc. l. c. n. 6. de Ponte d. dec. 24. num. 40.* & ut verius sequitur *Valans. conf. 30. lib. 1. Paschal. de part. potest. cap. 7. num. 66. Castil. decif. Sicil. 27. nu. 38. lib. 1.* Idedque etiam in feudis, ut assensus concessus pro principali sit concessus pro interesse, *de Ponte conf. 64. 76. vol. 1. Paschal. l. c. par. 2. c. 7. num. 40. 46. Camerac. in cap. Imperialem, col. 4.* *

434
Maxime si ab initio fuerit obligata pro interesse.

Si Notarius apponat clausulam: *Pro quibus omnibus, & singulis observandis partes obligant se, & bona sua.* Virtute illius clausulæ præfertur etiam si de interesse non fuerit pactum, *Ant. Faber lib. 8. Cod. tit. 8. defn. 8. num. 5.* Ratio est, quia tunc ab initio censetur hypotheca apposita pro interesse, damnis, expensis, & præfertur aliis creditoribus, l. *stipulationes non dividuntur*, D. de verb. oblig. *Oldr. conf. 114.* * & pulchrè *D. Scoppa d. cap. 8. num. 17. cum seq. & cap. 42. num. 17.*

Nota hic, quod consensus pro interesse censetur appositus, quando teudum obligatur, *de Ponte conf. 64. num. 19. & 76. de Marin. l. c. num. 9.*

L E M M A XXIX.

An dans pecuniam, quam Debitor solvit Creditori anteriori, habeat anterioris Creditoris privilegia?

435
Creditor, ex cujus pecunia satisfactum est anterioribus, succedit in illorum privilegia, si per ipsum;

Dicas, tali solutione facta à Debitor, extingui debitum, & Creditorum cedere jus, quod habet usque ad illud tempus. Cum ergò non aliud jus habeat, nisi pro principali, & interesse usque ad tempus solutionis, tale jus transfertur in solventem, atque aded mutuans Debitori tantum præfertur pro principali, & tertiis decursis usque ad tempus solutionis, non verò pro decurrendis: nam ad decurrendas jus non habet. Et ita decifum refert *de Marin. supr. num. 14.* Et est *l. si ventri*, 8.

ibi: *Eorum ratio Creditorum prior est, quorum pecunia ad creditores privilegiarios pervenit pervenisse autem quemadmodum accipimus: utrum si statim profecta est ab inferioribus ad privilegiarios? an verò si per debitoris personam; hoc est, si ante numerata sit, & sic debitoris facta, Creditori privilegiario numerata est.* Quod quidem potest benigne dici: si modò non post aliquod intervallum id factum sit. D. de privil. cred. ubi Creditor, ex cujus pecunia satisfactum est Creditori privilegiato, gaudet privilegiis illius, etiam si per manus debitoris pecunia ad creditorem privilegiatum devenerit: dummodò illico à debitor sit pecunia data Creditori. Vide *l. ait Prator, la 2. §. 1. D. que in fraud. l. 3. §. fin. D. de donat. inter. l. Modestinus*, D. de solut. Ubi requiritur, ut pecunia sit data debitori ad hoc, ut solvatur illi Creditori, & quando debitor confessum solvit Creditori, præsumitur tale adjectum pactum, ut illi solvatur.

Si statim à debitor satisfiat creditoribus, præsumitur pecunia data, ut eis satisfiat.

L E M M A XXX.

An Emptor juris anterioris Creditoris præferatur posteriori?

JUS, & spes potest emi: & consequenter potest quis emere capitale unà cum tertiis, & fructibus decurrendis. Nunc dico, Emptorem præferri etiam pro tertiis decurrendis: nam debitum non est extinctum illa solutione, sed emptum, & durat penes Emptorem. Ergò si Venditor præferrebat, præferret etiam Emptor, d. l. *Lucius*, & *l. si postores*, 3. & *l. 4. C. de his, qui potior. Capyc. dec. 16. Revert. decif. 500. par. 2. Gturba decif. 87. num. 21.* & decifum in *S. C. refert de Marin. supr. num. 20.* * An Cessionarius hypothecæ in feudo sit graduandus in locum Cedentis Creditoris.

436
Emptori juris præferatur posterioribus Creditoribus.

Affirma. *Revert. decif. 9. ubi de Marinis n. 1. post Soccin. lib. 4. num. 274.* Nam ad Cessionarium transit jus cessum: cum per cessionem non extinguatur, sed transmittatur jus Cedentis. Idque inconcussè, si Cessionarius utatur actione directa Cedentis. Quod verificatur, si Cessionarius sit constitutus à Cedente procurator in rem propriam, *de Marinis lib. 2. cap. 61. num. 7.* Nec tunc requiritur Assensus Regius, ut non requiritur in Procuratore Cedentis. Qui assensus requiritur in cessione, si non constituat illum procuratorem in rem propriam: nam celsio hypothecæ in feudo, est alienatio obligationis feudi, quæ sine assensu non subsistit, *l. ult. C. de rebus alien. non alien.* Et ad rem hanc vide alios, quos dat *D. Scoppa ad Controu. R. Merlin. cent. 2. cap. 31. num. 23.* *

L E M M A XXXI.

An Creditor conditionalis anterior præferatur posteriori puro?

Affirma: Quia hypotheca conditionalis etiam habet privilegia, *Qui prior in tempore, potior in jure*, l. *qui halucum*, 9. l. *potior*, §. *videamus*, D. *qui potior. Suar. Rebuff. Neguf. Donel. Connan. apud Rodriq. de privil. cred. part. 2. art. 1. num. 2.* Et attenditur initium contractæ obligationis non tempus præfixæ solutionis, l. *1. §. non usque*, D. *qui pot. Paz. in prak. p. 5. tom. 1. cap. 4. num. 5.*

438
In hypotheca conditionalis currit Regula Qui prior.

Interim tamen sequestratis rebus expectatur conditionis purificatio, *Suar. & alii.* Sicut, si debitor sit suspectus de fuga, capitur ante diem solutionis, l. *quæstum*, D. *de pign. l. omne*, D. *pro soc. l. in omnibus*, D. *de judic.* Et pluries servatum testatur *Rodriq. cit. ar. 2. num. 9. Octav. dec. Pedem. 130.*

439
Debitor conditionalis suspectus de fuga capitur ante conditionis purificationem.

L E M M A XXXII.

An anterior ex Scriptura privata, præferatur posteriori ex Instrumento.

Si privata scriptura Debitoris sit vallata subscriptione trium testium, præfertur Creditor hypothecarius ex tali scriptura alteri posteriori hypothecario ex instrumento, l. *scripturas*, 11. C. *qui potior. in pign. l. cum taberna*, §. *idemque sit*, D. *de pign. Covar. pract. c. 22. Guttier. 1. pract. c. 125. n. 3.* Ut talis Scriptura probet in iudicio, recognoscenda est per principalem debitorem, & testes, cap. 2. ubi *DD. de fd. instr. Bart. Bal. Paul & Salyc. in d. l. scripturas.* Quæ recognitio retrotrahitur in præ-

440
Hypotheca anterior ex scriptura privata munita tribus testibus, & ab ipsis recognita præfertur posteriori ex instrumento.

præjudicium debitoris recognoscentis; non verò in præjudicium aliorum, quibus non præjudicat ante propriam recognitionem, Rebuff. tom. 1. tract. de chyrograph. recognit. Molin. lib. 1. de primog. c. 8. num. 10. Hypol. sing. 135.

Non tamen dedigneris Intueri Gallup. par. 2. c. 23. num. 2. in prax. volentem testes probare, si deponant se inspexisse scribentes, non verò deponentes se cognoscere manum, post Dec. conf. 605. Gram. dec. 84. Afflic. dec. 181. * junctis aliis, quæ ad ornatum d. l. scripturas, scribit D. Scoppa in Theorico-Practico-observat. ad decis. Gratian. observat 94. per tot. *

Q. 1. Quæ ex duabus scripturis eadem die factis, præferatur, si in Protocollo inveniat una notata post altam?

Aliqui volunt, creditum dividendum inter Creditores: Ut in dubiis media eligatur via, l. Paterf. in fin. D. de hered. inst. Tbes. lib. 3. foren. cap. 100. Marta decis. Pisan. 75.

Hæc opinio admittitur, si à diversis Notariis eodem die scribantur, vel in diversis scripturis privatis: tunc enim unus alteri præferri, absque injuria nequit.

Alter sententia melius discurrit, & dat prælationem scripto in Protocollo ante alium: nam gravis conjectura, etiam tempore præcessisse hypothecam prius scriptam, Bart. in l. 1. num. 18. C. de novo Cod. fac. ubi Alex. in add. Soc. in l. 1. D. sol. matr. decisum apud de Marin. to. 1. lib. 1. c. 22. & 72. num. 13.

L E M M A XXXIII.

An in scriptura sit exprimenda causa debiti, ut subsistat hypotheca?

A Firma, cap. si cautio, de fid. instr. l. cum de indebito, §. fin. D. de prob. Et rationem reddit de Marin. supra, num. 2. post Gomez. 2. var. cap. 11. num. 3. Quia debitum possit oriri ex causis injustis, ex quibus non debetur; & sic causa est exprimenda, ut cognoscatur: an contractus obliget? Barbof. in d. cap. si cautio, in collect. num. 3. Addit. ad Guid. Pap. decis. 176. in fin. Et hoc, etiam si scriptura sit juramento firmata, aut guarentigiata, de Marin. l. c. num. 4. quidquid dixerit Mascard. de prob. concl. 345. num. 55.

L E M M A XXXIV.

An Creditor anterior possit avocare pecuniam solutam posteriori Creditori?

Dico I. Posterior Creditor bonæ fidei possessor non tenetur restituere pecuniam sibi solutam consumptam; nisi factus sit locupletior, l. bonæ fidei emptor, 48. D. de acq. rer. dom. l. si virgo, 34. q. 1. l. qui bona fide, 23. D. de acq. rer. dom. l. qui scit, 25. in fin. D. de usur. Ratio à priori est: quia consumptione hypotheca desinit, & sic nihil adest apud posteriorem, in quo jus habeat anterior Creditor, & pecunia sit consumptis, l. si alieni numeri, D. de dol. Glof. in l. singularia, ubi Jaf. n. 13. Dec. num. 6. Cart. Jun. num. 19. D. si cert. pet. Gram. qu. 1. num. 6. post Dec. Menoch. lib. 1. conf. 25. num. 9. de Marin. tom. 1. lib. 71. num. 1.

Dico II. Si mala fide res sit consumpta à posteriori Creditore, tenetur illam etiam in conscientia restituere, ratione injustæ acceptionis: & consumendo lædit jus tertio quæsitum, Afflic. dec. 190. ubi Ursill. Capyc. dec. 78. Steph. dec. 31. Marese. var. 2. c. 36. de Amat. 2. var. resol. 51. num. 9. & vide, quod per suum Senatam decisum tradit Ant. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 17. de distract. pignor. defn. 33.

Hinc fit, pecuniam bona fide consumptam avocari non posse ab interiori Creditore in conscientia. Cæterum in Foro contentioso varii dimanant usus.

Alii enim nolunt, Creditorem anteriorem, etiam personalem, ex titulo oneroso posse avocare pecuniam consumptam bona fide à posteriori Creditore, ex titulo lucrativo habitam: putà titulo legati, Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glof. 8. p. 7. num. 54. de Amat. supra, num. 21. Constant. in

l. 1. num. 107. de privil. Fisci, Cyn. in l. 2. num. 5. in fin. C. qui pot. in pig. de Franch. dec. 146. ex l. fin. §. & si præfatam, v. licentia, C. de jur. delib. Tbes. filius cap. 16. lib. 2. for. num. 14.

II. Revocatur pecunia soluta posteriori, jussu Judicis, cautione præstita, Tbesaur. l. c. * cum, dicatur extare, l. procuratoris, §. §. ult. D. de tribut. act. Franch. decis. 75. num. 9. & alii, quos sequitur D. Scoppa in Scholiis ad Controv. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 90. num. 8. in fin.

III. Favore Fisci revocatur pecunia consumpta bona fide à posteriori Creditore, l. 2. Cod. de privil. Fisci, Peregr. 6. de Jur. Fisci, tit. 6. Ricc. par. 2. prax. resol. 375. & decisiones Reg. Cam. refert de Marin. l. c. supra, n. 5.

IV. Favore Dotis, Guttier. 3. pract. q. 101. Barbof. in l. 1. par. 6. num. 24. D. solut. matr.

V. In pari Creditorum diligentia, si pecunia uni solvatur, non avocatur, Seraph. dec. 174. Ambros. dec. 35. vol. 2.

VI. Restituta pecunia, non restituitur interesse: nam interesse non debetur; nisi conventus sit in mora culpabili, Sanfel. decis. 82. de Ponte lib. 2. conf. 19.

L E M M A XXXV.

An præferatur anterior Creditor, qui realiter non solvit, posteriori Creditori, qui re ipsa solvit.

A Firma, posteriorem, qui, re ipsa, solvit, præferri anteriori hypothecario, qui numeratam non solvit, l. Titius, 4. D. quæ res pign. l. potior, 9. D. qui pot. in pign. l. diversis, 8. Cod. cit. tit. quia hypotheca non incipit, pecunia non numerata, d. l. diversis, ubi Glof. v. data, C. qui pot. in pign. Ripa in d. l. privilegia, num. 23. Et consequenter debet constare, traditam esse realiter pecuniam, Guttier. de juram. confir. 3. par. cap. 25. num. 25. Et sic consultè pecunia solvitur coram Notario, qui illud, instrumento, fateri debet, Cott. in memorab. v. Creditor, Felic. 3. de censib. cap. 5. n. 23. Covarr. 1. var. cap. 9. num. 4. Nec creditur debitori; sed Notario id fatenti, DD. cit.

L E M M A XXXVI.

An, ut avocentur bona à posteriori Creditore, sint excutienda bona principalis Debitoris?

A Firma. Arg. l. 2. C. de acq. poss. Ad quid enim vexare posteriores Creditores, si potes tuum recuperare ab ipsomet Debitore? Auth. sed hodie, Cod. de act. & obligat. Auth. hoc si debitor, C. de principalis pign. Ubi, non excusso Principali, & ejus Fidejussore, nequit agere hypothecaria contra tertium possessorem bonorum, Capyc. dec. 78. num. 6. Vide Afflic. dec. 190. de Marin. alleg. 145. num. 4. Trencaz. lib. 1. resol. 7. num. 14. & lib. 3. tit. de solut. posteriori resol. 23. num. 8. Menoch. conf. 25. nu. 10. Surd. conf. 4. num. 13. & 17. Peregr. lib. 6. de jure Fisci, tit. 6. de pignor. num. 8. in fin. Costa de remed. subsid. illat. 2. num. 2. Barbof. in l. 1. par. 6. nu. 22. D. solut. matr. Ant. Tbesaur. v. forens. q. 16. nu. 31. Fontanell. de pact. nuptial. to. 2. claus. 5. glof. 8. p. 7. nu. 67. de Amat. resol. 51. num. 22. Et decisum junctis Aulis de Marin. refert supra nu. 14. Et hoc, licet solutio sit facta sub fidejussore de solvendo emergentibus anterioribus Creditoribus.

An pro Adoha Rex præferatur cæteris Creditoribus Vassalli? Et quando Creditor possit Feudum, debeat solvere Adoham?

Affirma, præferri etiam Doti: nam est debitum reale Feudo essenziale, & sic præcedit omne debitum. Accedit, Feudum non obligari, cap. 1. de probib. feud. alien per Lothar. cap. Imp. adoha prærialem, de probib. feud. alien. per Feder. Conf. Reg. Constitutionem Divæ Memoræ, de Maris. doti. cap. 114. Nisi prævio assensu Regio, semper supponens Jus quaesitum Regi, qui non intelligitur suæ anterioritati præjudicare, nisi expressè dicat, l. 2. Cod. de privil. Fisc. Hæc pro 1. parte Lemmatitis.

Ad II. Adoha, quæ in Regno est medietas fructuum Feudi illius anni, quo imponitur, *Agell. de jur. Adohæ, num. 53. Capyc. v. Feuda adohant, Capan. de jure Adohæ, q. 6. num. 3.* Estque onus reale Feudi, & sequitur possessorem percipientem fructus ex quovis titulo, etiam causa damni infecti, ex secundo decreto, vel quovis modo rem detineat, etiam ut Creditor, *Frecc. de author. Baron. author. 5. num. 13. Afflic. in cap. 1. §. sed nec alia justior, & præstat Adoham in totum, vel partem, prout totum, vel partem feudi possidet, Cum. in cap. si aliquem, v. consueti servitii, n. 12. Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 8. q. 3. num. 5. Capan. l. c. q. 59. num. 9.* non verò sequitur illum, qui fructus non percipit, ut immixtus in possessionem ex primo decreto, *Capan. l. c. num. 11.* Sed de his lib. 3. cum de Feudis.

L E M M A XLV.

Quo ordine sit satisfaciendum Creditoribus cæteris, incertis, ex delicto, ex contractu?

Scissis in frustra bonis debitoris; quomodo Creditores dirigant actiones in debitorem, tanquam in scopum, jam animadvertimus. Sed aliqua, cala-

529 Reservatio dominii in re vendita.

Operatur retentionem dominii, nõ hypothecam in re vendita.

530 Res vendita non est obligata pro pretio.

531 Vis pacti manus Injectionis.

532 Rex præ adoha prærialem, fertur etiam doti.

533 Adoha est medietas fructus anni, est onus reale.

534 Solvitur à possessore, vel detentore percipiende fructus.

calamo supervenerunt, quæ, quamvis dictis sint similia, adhuc exiguat, ut specialiter discutiantur.

535 **Creditores** *quo ordine admittantur.* Servandus est ordo Jure comprobatus: ut Primò, res reddatur Domino. Secundò, satisfiat funeribus: quia necessitas sepulturæ, est quasi extrema, & pia, *Bannez. 2. 2. q. 62. art. 8. concl. 4. l. impensa, ff. de relig. & sumptib.* Ad quas expensas reducuntur factæ pro consecrando testamento, inventario, pro custodienda suppellectili, *Serra l. c. v. quis autem ordo.* Deindè admittuntur Creditores hypothecarii habentes privilegium prælationis, cum Regula: *Qui prior.* Deindè cæteri hypothecarii, cum eadem Regula: *Qui prior. l. si fundum, 4. l. eos, C. qui potior. in pign.*

536 Et ratio est: quia hypothecarii habent res, & personas obligatas. Undè meritò præferendi, personali creditori, *l. 2. ff. qui potior. in pign.* Tertiò, veniunt privilegiati ex causa cum Regula: *Melior causa præfertur, l. privilegia, 42. C. de bon. auth. jud.* Non cui major quantitas est debita, *l. majorem, 8. ff. de pact. l. fin. C. qui bonis credere poss.* licèt in remittenda pretii parte in certis casibus aliud dicendum sit, *d. l. fin.*

537 Et tandem cæteri personales, inter quos servatur Regula: *Diligentior,* temporis ratio: e neglecta, *l. si hominem, ff. de post. Sylvest. Bannez, Serra l. c. Et, si hæres conventus à posteriori creditore, solvat anteriori, non liberatur.* Nam diligentioribus solvere tenetur, *l. non enim, 16. ff. ex quib. causis maj. l. pupillus, 24. in fin. ff. que in fraud. & debet de suo tunc præstare supra vires hæreditatis: quamvis sit hæres cum beneficio legis, & inventarii: nam est in culpa solvendo, & qui est in culpa, damnum debet reparare creditoribus, sicuti à Senatu Sabaudicæ decisum testatur Anton: Faber in suo Cod. lib. 6. tit. 11. de jure deliber. def. 33. *quam elegantè illustrat D. Scoppa in suis Practico Receptis Explanationib. ad eund. Cod. Fabrian. sub prælo existentibus.*

Ex his analiticè cognoscitur: *An certi creditores, incertis præferatur, etiam si merè sint personales?*

538 **Creditor certus etiam personalis præfertur.** *Affirma. Cajet. ver. restitutio, Serra 2. 2. q. 62. art. 8. dub. 4.* Nam Creditor certus habet certum jus ex Justitia; certum autem præfertur incerto, quod applicandum pauperibus non habentibus ex Justitia ad bona incerta; quæ ipse Debitor extreme indigens sibi applicabit, & etiam non extreme; ne sit deterioris conditionis, quam alii pauperes.

An priùs sint solvenda debita ex contractu, quam ex delicto personalia?

539 **N**Ega; & si nemo sit diligentior, æquè eis satisfaciendum, *Sylvest. v. restitutio, 6. q. 5.* Contrà *Merlin. de restit. q. 2. dub. 5. volentem, debita ex delicto præferenda.* Contrà *Cajet. v. restitutio, c. 8. S. Antoninum 2. par. tit. 2. c. 7. §. 1. præferentes debita ex contractu.*

An debita Jurata sint præferenda non Juratis?

540 **I**N Juratis sunt duo vincula. I. ex Justitia. II. ex Religione, vi juramenti. Undè est perjurus non solvens. Sed tunc est indagandum: an Juramentum possit præjudicare aliis? De quo cum *de jure jurando.*

DE PRÆTORIIS ACTIONIBUS PERSONALIBUS.

541 *Ex §. in personam quoque actiones. 8.*

Post reales, ad se personales prætoricæ revocantur sermonem. Prætores concedunt actiones personales illis, quibus Jus Civile denegat. Et est I. Actio de constituta pecunia. II. Actio de peculio. III. Actio de jure jurando. De quibus hinc distinctius.

L. E. M. M. A. XLVI.

De constituta pecunia.

Quid sit ratione pacti?

Ex §. constituta autem pecunia.

Constituta pecunia definitur. *Est pactum nudum, quo quis principaliter constituit se soluturum debitum proprium, vel alterius. l. 1. Cod. de constit. pecun. l. 27. D. eod.*

542 **Definitio.**

Dicitur *Pactum nudum.* Quia non est contractus nominatus, nec innominatus, *l. receptitia, C. cit. tit.*

Dicitur *Debitum.* Quia omne debitum potest quis constituere se soluturum; sive sit debitum Naturale, sive Civile, sive Mixtum.

Dicitur *Alterius.* Ut ostendatur aliquem posse se constituere soluturum loco alterius.

Dicitur *Constituit.* Quia novo fœdere statuit, & firmat antiquum debitum. Et quibuscumque verbis fiat, tenet constituta pecunia, *l. receptitia, 60. C. hoc tit.* Et potest fieri etiam inter abentes, *l. qui autem, §. constituere, l. utrum presente, 27. D. de constit. pecun. per nuncium, scripturam, &c. l. 14. §. 15. D. cit. tit.*

Obicies I. Ex pacto nudo non oritur actio, *l. jurisgentium, 7. §. sed cum nulla, de pact. Sed ex constituta pecunia oritur actio, l. 1. & 16. D. de constit. pecun.* Ergò constituta pecunia non est pactum nudum.

Obiectio.

Respondet *Onnatt. tom. 3. tract. 29. disp. 102. §. 1. num. 19.* dari actionem pacto nudo ex speciali privilegio legis; sicuti doti actionem pacto nudo etiam dabatur actio.

Obicies II. Constituta pecunia, potest fieri adjecta veste: puta adjecta stipulatione, scriptura, juramento. Ergò non est pactum nudum.

Obiectio.

Respondetur. Istis vestimentis denudatum pactum constitutæ pecuniæ, adhuc subsistere.

Replica bis. Pactum constitutæ pecuniæ semper habet legis vestem dantis actionem. Ergò nunquam est pactum nudum.

Obiectio.

Respondetur. Legem non esse propriè vestem actus. Cum sit quid commune, actui non inhærens. Et vestis debet esse propria inhærens actui, *DD. in l. receptitia, 2. §. & neminem moveat, C. de constit. pecun. Sed Q. I. in quo pactum constitutæ pecuniæ differat?*

I. A Fidejussione, qua quis constituit se alterius debitum soluturum, *l. ubi, 28. de constit. pecun. II. à Mandato. III. à Novatione. IV. Ab ex promissione, V. à Sponsione. l. si filius, D. de in rem verso.*

543

Rem istam in obscuritatem latentem latebris in lucem eductamus. Et demus claram disparitatem. I. inter fidejussorem, & constitutam pecuniam.

Differt Primò. Quia constituta pecunia potest esse etiam pro proprio, & fidejussio tantum modò pro alieno debito.

Differt constituta pecunia à fidejussione,

Secundò. In constituta pecunia, quis se obligat, ut principalis, ita, ac si debitor in mundo non esset, *l. item illa verba, 18. §. quod adjicitur, D. hoc tit.* Fidejussor verò tantum in subsidium.

Tertiò. In fidejussore, non in constituta pecunia, excussio principis datur.

Quartò. In fidejussione, non in constituta pecunia, sit cessio actionum pro principali.

In constituta pecunia non excussitur principis.

Quintò. Fidejussio est ad favorem creditoris; Constituta pecunia est ad favorem debitoris, *l. ubi, 28. D. de constit. pecun. l. 1. D. de constit. pecun.*

Ex hoc patet II. Constitutionem pecuniæ non confundi cum Mandato. Nam mandatarius habet actionem contrà mandantem. Quod non est in constituta pecunia; in qua non datur constituti se debitorem pro alio actio contrà illum, cujus debitum constituit se soluturum.

Differt à mandato.

III. Differt etiam à Novatione, quæ requirit consensum debitoris, & creditoris; qui consensus non requiritur in constituta pecunia; *l. utrum, 27. D. de constit. pecun. ibi: Debitore etiam invito constituere eum posse.* Requiritur tamen consensus creditoris, *l. 1. C. de constit. pecun.* Nam est pactum, consensum requirens, *l. 1. §. 1. D. de pact.*

A novatione.

Hinc

Hinc etiam patet IV. nec convenire cum Ex-

Ab expromissione. A Sponsione.

V. Cum Sponsione nihil habet affine: quia sponsio est contractus specialis Aleæ, hoc est, fortunæ. Vide Glos. in l. si verò non numerandi, §. si post creditorum, C. de fidejuss.

Q. II. Quibus verbis fiat?

344 Verba, quibus fit pactu constituta pecunia.

Verbis, quibus solet Constituta pecunia explicari, sunt: Ego constituo, & obligo simpliciter, & de plano me, ut principalem debitorem pro debito alieno, faciendo illud proprium, non expectata Judicis sententia, aut principalis excussione, renunciando Epistola D. Adriani, Beneficio divisionis, Et Auth. presente, de fidejussor. Secus Epistola D. Adriani locum habet, l. fin. C. de constit. pec. ibi: D. Adriani Epistolam, quæ de periculo dividendo inter mandatores, & fidejussores loquitur, locum habere in his etiam, qui pecuniam pro aliis simul constituunt, necessarium est. l. idem est, 10. l. si duo, 16. D. de constit. pecun.

L E M M A XLVII.

Qui possint constituere?

345 Pupillus nequit se constituere debitorem sine Tutoris auctoritate.

Tres personæ requiruntur in constituta pecunia, Debitor, Creditor, & Constituens se pro debitore solvere; nisi quis constituat suum debitum solvere. Materia enim constitutæ pecuniæ debitum est proprium, vel alienum, l. 1. & 3. Cod. hoc tit.

Constituere se debitorem non potest esse pupillus sine Tutoris auctoritate, l. 1. §. de pupillo, ubi Gl. v. naturaliter, ubi Bart. & Bald. de constit. pecun. l. quod pupillus, D. de condit. indeb.

Pater pro filio, Dominus pro servo constituere potest, l. 1. §. fin. l. 2. D. hoc tit. Tutor, & Curator pro debito pupilli, & minoris potest constituere, l. eum qui, 5. §. item simili, D. ibid. Nisi damnificet pupillum constituendo sem dubiam pro certa, nomine pupilli, l. eum, qui, 6. ubi Jason. D. hoc tit. Plures possunt se constituere debitores.

Pater pro filio, Dominus pro servo constituere potest, l. 1. §. fin. l. 2. D. hoc tit. Tutor, & Curator pro debito pupilli, & minoris potest constituere, l. eum qui, 5. §. item simili, D. ibid. Nisi damnificet pupillum constituendo sem dubiam pro certa, nomine pupilli, l. eum, qui, 6. ubi Jason. D. hoc tit.

Plures se possunt in solidum constituere; habent tamen beneficium Epistolæ D. Adriani, nisi ei renunciaverint, l. idem est, & l. 16. D. de constit. pecun.

L E M M A XLVIII.

Pro quibus constituatur.

346 Pro omnibus debitoribus quis potest constituere se soluturum pro amentibus, pupillis, religiosis, l. unum, 27. D. de constit. pecun. l. sed, & si, & l. 1. §. eum qui, D. cit. tit. ubi habetur regula: Quod non valet, ut ago, nec valet, ut valere potest.

Pro omnibus debitoribus quis potest constituere se soluturum pro amentibus, pupillis, religiosis, l. unum, 27. D. de constit. pecun. l. sed, & si, & l. 1. §. eum qui, D. cit. tit. ubi habetur regula: Quod non valet, ut ago, nec valet, ut valere potest.

L E M M A XLIX.

De Materia Constitutæ Pecuniæ.

347 Omne debitum etiam accessorium, ut fidejussoris, l. 1. l. receptitia, 2. C. de constit. pecun. l. qui autem, 14. D. cit. tit. l. 1. D. de edicto prator. Triplex debitum, naturale, civile, mixtum, potest constitui, sed sufficit naturale, l. 1. §. debitum, ubi Bald. & Bart. & l. habemus, 14. D. cit. tit. Non tamen dicitur debitor, qui perpetua legitima exceptione est tutus, Bart. in §. ex l. 3. §. si quis autem, D. de const. pecun. l. si pactus, 54. D. de pact. Debitum tamen, cujuscumque speciei, venit sub nomine pecuniæ, l. receptitia, 2. C. de constit. ubi Bart. Bald. Paul. Jaf. Salyc. & Alex. Pro debito alieno potest quis se obligare, l. eum, 5. §. Julianus, l. id, quod sub conditione, 19. l. promissor hominis, 23. D. de const. pec. Et uterque remanet obligatus. Nam non est novatio debiti, l. ubi quis, 28. & l. fin. D. cit. tit. Pro debito proprio etiam potest se constituere, arg. l. fin. C. de constit. pec. §. quod exigimus, & l. eum qui, 5. D. ibid. ubi Bart. Et hoc ad majorem certitudinem debiti, & ad sedandas lites, l. receptitia, ibi: Sive pro se quisque constituat. Cod. de const. pecun. l. eum qui, 5. §. Julianus. D. eod. Quod, si quis constituat indebitum, putans per errorem deberi, constitutum claudicans, l. fin. D. cit. tit.

Omne debitum etiam accessorium, ut fidejussoris, l. 1. l. receptitia, 2. C. de constit. pecun. l. qui autem, 14. D. cit. tit. l. 1. D. de edicto prator. Triplex debitum, naturale, civile, mixtum, potest constitui, sed sufficit naturale, l. 1. §. debitum, ubi Bald. & Bart. & l. habemus, 14. D. cit. tit. Non tamen dicitur debitor, qui perpetua legitima exceptione est tutus, Bart. in §. ex l. 3. §. si quis autem, D. de const. pecun. l. si pactus, 54. D. de pact. Debitum tamen, cujuscumque speciei, venit sub nomine pecuniæ, l. receptitia, 2. C. de constit. ubi Bart. Bald. Paul. Jaf. Salyc. & Alex. Pro debito alieno potest quis se obligare, l. eum, 5. §. Julianus, l. id, quod sub conditione, 19. l. promissor hominis, 23. D. de const. pec. Et uterque remanet obligatus. Nam non est novatio debiti, l. ubi quis, 28. & l. fin. D. cit. tit. Pro debito proprio etiam potest se constituere, arg. l. fin. C. de constit. pec. §. quod exigimus, & l. eum qui, 5. D. ibid. ubi Bart. Et hoc ad majorem certitudinem debiti, & ad sedandas lites, l. receptitia, ibi: Sive pro se quisque constituat. Cod. de const. pecun. l. eum qui, 5. §. Julianus. D. eod. Quod, si quis constituat indebitum, putans per errorem deberi, constitutum claudicans, l. fin. D. cit. tit.

Omne debitum principale, saltem naturale, & accessorium fidejussoris; potest quis constituere se soluturum. Tutus exceptione perpetua non est debitor. Nomine pecuniæ venit omne debitum.

Triplex debitum, naturale, civile, mixtum, potest constitui, sed sufficit naturale, l. 1. §. debitum, ubi Bald. & Bart. & l. habemus, 14. D. cit. tit. Non tamen dicitur debitor, qui perpetua legitima exceptione est tutus, Bart. in §. ex l. 3. §. si quis autem, D. de const. pecun. l. si pactus, 54. D. de pact. Debitum tamen, cujuscumque speciei, venit sub nomine pecuniæ, l. receptitia, 2. C. de constit. ubi Bart. Bald. Paul. Jaf. Salyc. & Alex. Pro debito alieno potest quis se obligare, l. eum, 5. §. Julianus, l. id, quod sub conditione, 19. l. promissor hominis, 23. D. de const. pec. Et uterque remanet obligatus. Nam non est novatio debiti, l. ubi quis, 28. & l. fin. D. cit. tit. Pro debito proprio etiam potest se constituere, arg. l. fin. C. de constit. pec. §. quod exigimus, & l. eum qui, 5. D. ibid. ubi Bart. Et hoc ad majorem certitudinem debiti, & ad sedandas lites, l. receptitia, ibi: Sive pro se quisque constituat. Cod. de const. pecun. l. eum qui, 5. §. Julianus. D. eod. Quod, si quis constituat indebitum, putans per errorem deberi, constitutum claudicans, l. fin. D. cit. tit.

Debitum tamen, cujuscumque speciei, venit sub nomine pecuniæ, l. receptitia, 2. C. de constit. ubi Bart. Bald. Paul. Jaf. Salyc. & Alex. Pro debito alieno potest quis se obligare, l. eum, 5. §. Julianus, l. id, quod sub conditione, 19. l. promissor hominis, 23. D. de const. pec. Et uterque remanet obligatus. Nam non est novatio debiti, l. ubi quis, 28. & l. fin. D. cit. tit. Pro debito proprio etiam potest se constituere, arg. l. fin. C. de constit. pec. §. quod exigimus, & l. eum qui, 5. D. ibid. ubi Bart. Et hoc ad majorem certitudinem debiti, & ad sedandas lites, l. receptitia, ibi: Sive pro se quisque constituat. Cod. de const. pecun. l. eum qui, 5. §. Julianus. D. eod. Quod, si quis constituat indebitum, putans per errorem deberi, constitutum claudicans, l. fin. D. cit. tit.

Pro debito proprio etiam potest se constituere, arg. l. fin. C. de constit. pec. §. quod exigimus, & l. eum qui, 5. D. ibid. ubi Bart. Et hoc ad majorem certitudinem debiti, & ad sedandas lites, l. receptitia, ibi: Sive pro se quisque constituat. Cod. de const. pecun. l. eum qui, 5. §. Julianus. D. eod. Quod, si quis constituat indebitum, putans per errorem deberi, constitutum claudicans, l. fin. D. cit. tit.

Quod, si quis constituat indebitum, putans per errorem deberi, constitutum claudicans, l. fin. D. cit. tit.

L E M M A L.

An constitutus possit in plus se obligare? Constituens

Nemo, nisi Debitor principalis, in plus in se potest constituere debitorem, quàm sit debitum principale. Nam illud plus non est debitum, & sic non constitueret se pro illo, ut debito, l. 1. sit debitum, §. debitum, l. quod si maritus, 2. l. quod si filius, 3. pro quo conl. 9. D. de constit. pecun. plus autem constitueretur situst se de re, tempore, loco, causa, l. habemus, 9. §. si quis centum, l. sed, & si decem, 12. l. eum, qui, 5. l. quid si maritus, 3. D. cit. tit.

Objecio. Obicies h. 3. l. sed, & si ceteriore, 4. l. eum qui, D. cit. tit. Ubi quis constituit in magis, quàm sit debitum principale.

Respondetur. Duo priora Jura velle, filium teneri ad decem, licet in peculio sint quinque. Nunquam tamen tenetur supra quàm erat principale debitum, licet excesserit vires peculii.

Solutio. Ad tex. vero in l. sed & si ceteriore, 4. dicas, constituentem ibi esse principalem debitorem; & posse in plus se obligare: putà, ad citius solvendum. Ad tex. in l. eum qui, 5. dicas, ibi loqui non in difficilius, sed in æquale mutuum.

L E M M A LI.

De actione ex constituta pecunia?

Ex eodem §. de constituta.

EX pacto nudo ad actionem ei à Jure datam, se diffundat sermo. Actio antiqua jam inusitato vestigio evanuit, tex. hic, §. in personam. Et appellabatur Receptitia: quia, quis in se recipiebat onus, & certa verborum structura constituebatur, l. receptitia, 2. C. de constit. pecun. At hodie appellatur actio constitutæ pecuniæ, d. l. receptitia, 2. Ubi satis est expressio consensus, quibuscumque verbis fiat.

Actio est Prætoria: quia descendit ex edicto Prætoris, l. 1. §. 1. & l. 16. D. de constit. pecun.

Durat per 30. annos, d. l. receptitia, ibi: Annum metis 30.

Qui constituit se soluturum, non dat pignus; quod tamen dabit, qui offert se satisfacturum, l. promissor, 21. §. constituto, ubi Bald. & Bart. D. de constit. pecun.

An verò solvens possit repetere à debitore principal? Res est difficilis, & nullo Jure probatur posse repetere; secus nulla esset differentia à fidejussore. Ex alia parte etiam videtur durissimum, aliquem nunquam repetere rem solutam ad ulterius liberationem. Ad quod dicas, tunc donandi animo constituisse, si id sciens etiam constituerit.

L E M M A LII.

De actione de peculio.

Ex §. actiones.

Actio de peculio est secunda ex Prætoriiis personalibus actionibus. Quæ datur adversus Patrem, & Dominum ex contractu factò à filio, vel servo, pro rata peculii profectiti, tex. hic & l. 1. D. de peculio.

Equitati namque Prætoris visum fuit, Patrem, & Dominum teneri; & conveniri posse; ex contractu factò à filio, & servo, l. sed si damnum, 9. l. peculium, l. hinc sequitur, 20. l. summa cum ratione, 22. in fin. ibi: Si Dominus recuset pro peculio actionem, non est audiendus, sed cogendus est, quasi aliam quamvis actionem suscipere, l. & ancillarum, 28. l. nec servus, 42. ibi: Quod servus ipse debet, eo nomine in peculium, & si quid inde in rem Domini versum est, datur actio in Dominum, D. de pecul. l. 1. C. quod cum eo, qui in alien. potest. ubi Bald. l. Dominus, C. de pecul.

Licet Jure Civili id non posset fieri, tit. C. ne filius pro Patre, l. filius, C. de pact.

Et ipsi filii, & servi naturaliter, non civiliter obligati sunt, l. naturaliter, D. de cond. indeb. l. obligari, 43. ibi: Servus autem ex contractibus non obligatur, D. de oblig. l. stipulatio ista, 38. §. hæc quoque stipulatio, l. inter stipulantem, 83. D. de verb. oblig. l. nec servus, 42. ibi: Nec servus quidquam debere potest, nec servo quidquam deberi. Itaque quod servo debetur ab extraneis, Dominus recitè

veste pete; quod servus ipse debet, eo nomine in peculium; & si quis inde in rem Domini versum est, in Dominum actio datur, D. de pecul.

Q. I. Quae sint requisita, ut Pater, vel Dominus conveniatur actione de peculio ex contractu servi?

552 **R** Esp. exigi tria. I. debet contractus redundare in commodum Patris. Dominivē non contradicentis. Nam tunc videtur consentire in illo contractu, ob quem dedit peculium filio. Et merito conveniri debet actione peculii, ita ac si Paterf. contraxisset: nam vox filii est vox patris, s. et verò, de inutil. stipulat. lib. 3. l. 1. D. quod jussu.

553 Ex quibus fit, Patremf. teneri, in quantum ejus voluntate filius concessio peculio profectio negotiatur, Gl. in l. pater, qui Castrense, v. testamento, D. de Cast. pec. l. 1. C. de bonis mar. Idemque asserendum, si filiusf. Patris consensu negotiis incumbat peculio adventitio: tam tunc Pater convenitur, l. 1. C. de bonis quae liber. Mynfinger. hic num. 38.

554 **Filius debet esse pubes in potestate Patris, & contrahere de peculio.** II. Filius debet esse in potestate patris, & pubes, l. 1. §. si cum impubere, C. de pecul.

III. Filius familias debet contrahere de peculio profectio, vel adventitio, ut supra, l. deposui, 39. D. de pecul.

Pro delicto verò filii Pater familias non convenitur, nec pro rata peculii, l. 1. §. si filius familias, D. de his, qui detuler. l. ex pœnalibus, ubi Dec. D. de reg. jur.

Q. II. Quantum duret Actio de peculio?

554 **A** Actio de peculio est perpetua; hoc est, durat, quamdiu filius, vel servus est in potestate Patris, vel Domini. At, illa potestate dissoluta, manumissione, vel emancipatione, alienatione, &c. actio est annalis, l. 1. D. quando de pecul. actio annalis fit, ubi Bald. Salic. l. et qui servo, 7. l. cum Ancilla, 11. C. quod cum eo.

Q. III. Cui detur actio de peculio.

555 **D**atur hæc actio Contrahenti cum filiof vel servo, ejusque hæredi, contra Patrem, & Dominum, ejusque hæredem, l. quaestum, 31. §. 1. D. de pecul. intelligas, si ad hæredes, aliquid peculii pervenerit. Et, si filius sit hæres Patris, tunc tenetur in solidum, d. §. 1.

Q. IV. Quantum petat Actor actione de peculio?

556 **A** Gens actione de peculio petit integrum, & si non consequatur totum debitum, deinde potest petere reliquum, aucto peculio, d. l. 1. §. is qui servum.

Q. V. Contra quos detur?

557 **R** Esp. dari I. contra Patrem, & Dominum, ut dictum est. Sunt tamen quatuor causæ, in quibus Paterf. vel Dominus non convenitur, nisi in quantum factus est locupletior ex peculio filio concessio. I. si filiusf. vel servus est impubes, l. cum Ancilla, 11. C. quod cum eo, l. 1. §. si cum impubere, D. de pecul. Tres alios casus habes apud Gl. d. l. cum Ancilla, v. locupletius.

II. In Abbatem, qui concessit Monacho peculium ad negotiandum, Jason hic, num. 17. & 21. c. cum ad Monasterium, de statu Monach. l. 7. tit. 11. p. 5. Bart. in l. 1. D. de stipul. ser. Innoc. in c. cum olim, de privil. Mol. disput. 140. v. item ex contractu, Reginald. lib. 25. num. 159. Sanchez. 7. decal. c. 31. Suarez 3. de relig. lib. 8. c. 15. Sylv. religio, 8. q. 3. Lessius 2. de just. c. 41. dub. 11. num. 9.

III. Potest agere contra e mentem servum cum peculio, l. si ex duobus, D. de pusul. l. 1. §. item hæres, D. quando de pecul. actio annalis fit, l. Ancillarum, 27. §. si servus, D. de pecul.

Sed quæres hic: Quotuplex actio possit dari ex contractu filii, vel servi?

558 **R** Esp. de hoc infra, tit. quod cum eo. Modò breviter tres tangamus actiones. I. de peculio, quo servus, filiusvè, Domini, Patrisvè voluntate, negotiatur. Nam, nisi Dominus, vel Pater posset conveniri pro peculio, nemo cum servo, aut filio vellet contrahere, l. 4. D. de pecul. l. ei,

qui servo, 8. C. quod cum eo, qui in aliena.

Secunda est de in rem verso, quæ datur Creditoribus contrahentibus cum filiof. servo, peculio pro re Domini, aut Patris consumpto, l. 1. D. de in rem vers. l. filiusf. 19. D. eod. nam nemo debet aliorum damno ditari.

560 Tertia actio, quod jussu datur, si Patres. vel Domino jubente, filiusf. vel servus contraxit. Nam vel tunc Paterf. Dominus in solidum convenitur, tit. C. quod cum eo, qui in aliena potestate est negat actum esse dict. l. 1. D. quod jussu.

Actor exponit in libello; se contraxisse cum filiofamilias negotiante, peculio profectio, vel adventitio, ex concessione Patris. Unde petit Patrem cogi juxta vires peculii solvere debitum.

DE ACTIONE IN FACTUM EX JURE JURANDO.

Ex §. si quis postulante.

561 **T**extus iste est concedens actionem in factum juranti rem sibi deberi, adversario instante, feracem juramenti materiam tangit, & nos cogit, ut aliqua tradamus, & Primò.

LEMMATA LIII.

Quid sit Juramentum.

561 **J**uramentum est invocatio Divini nominis in testimonium veritatis. D. Thom. 2. 2. q. 89. post D. Aug. serm. 28. de verbis Apostoli, ex 1. ad Corin. ibi: Ego testem Deum invoco in Animam meam, Gratian. c. 722. num. 6.

Ly Invocatio Divini Nominis, comprehendit etiam juramentum factum per Creaturas, in quantum Divinam participant Perfectionem, & ad Deum condeunt, ut dicebat Apostolus: Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Et tunc jurare per Creaturas, est jurare per Deum, D. Tb. lib. c. art. 6. l. qui per salutem, 32. l. ait Prætor, 3. l. non erit, 5. in princ. ubi Aug. nu. 1. D. de jure jurando, Mynsing. cont. 1. obser. 1. §. Aff. decis. 389. num. 2.

562 Unde, promissio facta sub fide, & verbo Ndbilium, vel alterius rei, est jurata in foro externo, Surd. decis. 234. nu. 7. & de altim. tit. 9. qu. 24. n. 2. Aymon. conf. 241. num. 11. Menoch. conf. 201. n. 120. lib. 2. Gl. in c. 2. v. interpositione, de spons. Gemin. in c. 1. de sepult. Gaill. lib. 2. obser. 19. nu. 1. Franc. Marc. dec. 456. num. 55. p. 2. Aff. l. c. Bajard. ad Clar. §. perjurium, num. 4. * & nupèr D. Scoppa in Scholiis ad controu. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 53. num. 5.

563 Dicitur In testimonium veritatis. Nam jurans ait, sua dicta Deo teste vera; qui si vellet, posset manifestare, abstrahendo ab hac, & vel ab altera vita.

LEMMATA LIV.

An Juramentum sit licitum.

564 **A**ffirma, si suis sit circumstantiis munitum. Est de Fide, Douc. 6. ibi: Laudabuntur omnes, qui jurant in eo, 1. ad Rom. 2. ad Cor. 1. ad Philipp. 1. D. Hier. 10. c. Ezechiel. D. Chrysoft. hom. 11. ad Hebr. D. Aug. l. c. Contra Hæreticos, dictos. I. Apostolicos, de quibus S. Bernardus hom. 66. in Cantica. II. Fraticellos, apud Turrecrem. lib. 4. de Eccles. p. 2. c. 37. III. Vviciephum, errore 43. Damnatum in Concilio Constantensi, sess. 8. IV. Erasmus, annot. ad c. 5. Matth. ajentem, illicitum juramentum in contractibus humanis.

565 Dices. Juramentum inhiibetur, Matth. 5. ibi: Ego autem dico vobis, non jurate omninò. Jacob. c. 5. ibi: Fratres mei nolite jurare, c. confidera, 22. q. 1. Ergò non est licitum.

566 Respondetur cum D. Tb. l. c. ar. 2. ad 1. D. Aug. lib. 19. Contrà Faustum, c. 23. ibi: Prohibitum esse juramentum temerarium, sine causa inconsulte factum, quod etiam jure positivo reprobatum est, c. ficus, 13. ibi: Non licuit Monacho supradicto temerarium juramentum facere, c. tua, 24. c. 18. de jure juran. Adsonat D. Bonav. in 3. d. 39. art. 2. docens, Matth. 5. interdici juramentum in qua vis re, etiam sine causa: Unde dictum est: Non jurate omninò, hoc est semper non autem dictum est: Omninò non jurate. Et prima propositio est par-

particularis: Nam negatio est præposita signo univ-
ersali; cuius natura est reddere propositionem
particularem; & idem est, non jurate omnino, ac
non jurate semper: unde, cum causa rationabili
jurare quis potest.

L E M M A LV.

Quæ requirantur, ut Juramentum sit
licitum?

R Espondetur, requiri tria. I. Judicium. II. Ju-
sticiam. III. Veritatem. *Hierem. 4. ibi: Ju-
rabis vivit Dominus in Justitia, in Judicio, &
Veritate, ** & ex Nostris notat *D. Scoppa in Scho-
liis ad Controv. R. Merlin. cent. 2. c. 17. num. 4. **
Judicium est, ut juramentum cum causa rationa-
bili adhibeatur, secus esset abusus juramenti, *l. tu-
tor, 35. D. de jure jur. D. Aug. lib. 19. contra Fau-
stum, c. 23.* Causa autem rationalis est, ut lites
terminentur, ut veritas inveniatur, &c. ratione
cujus conditionis consuetudo jurandi etiam vera,
sine necessitate est leve. Et grave factus, si con-
suetudini adnectatur periculum mentiendi, *Valenz.
l. c. litt. E.* Falla autem juramenta inadvertenter
prolata, ex consuetudine cognita, & sic voluta,
semper lethalia sunt, *Riginal. lib. 18. c. 8. num. 85.
Sanct. 1. decal. lib. 3. c. 5. v. 28.*

987
Requiritur
Judicium,
Justitia, &
Veritas.

Consuetudo
jurandi,
quando ma-
la.

Debet esse
juramentum
sine damno.

988
Nec rei il-
licitæ, sive
contra le-
ges.

Sine verita-
te est perju-
rium, etiam
si sit de re
levi.

369

Defectu hujus conditionis *Judicium*, non ligat
juramentum de re, quam quis non jurasset, si præ-
vidisset, *c. veniens, 16. De jure jur.*

Justitia, sive legalis, sive distributiva, sive com-
mutativa in juramento est necessaria, juxta mate-
riæ exigentiam. Nam juramentum nequit esse
cum suæ, vel alterius salutis damno, *c. pervenit,
2. c. 31. c. 51. c. verò, 8. c. verum, 15. c. 27. c. 19. de
jure jur.* Nam juramentum non est vinculum ini-
quitatis, *c. cum contingat, c. quanto, 18. de jure
jur. c. non est obligatorium, de reg. jur. in 6.*

Hinc I. juramentum rei illicitæ est nullum, *c.
23. c. 18. de jure jur.* II. est nullum, si sit rei con-
tra leges, *c. ad nostram, 21. cit. tit. Trid. sess. 25.
c. 16. de refer.*

Veritas est, ut quis juret, quod vult servare,
vel sibi verum videtur, *Valenz. tom. 3. disp. 6. q. 7.
p. 3. litt. D.* Deficiente veritate est perjurium. Gra-
ve in assertorio. Nam gravis est indecentia, adhibere
summam Veritatem in testem rei, etiam le-
viter falsæ, *Magister in 3. d. 39. D. Tb. l. c. q. 98.
ubi Cal. Nav. in c. 12. num. 15. Contrà Glos. in c.
ventens, de jure jur. & alios apud Sylvest. v. Per-
jurium, num. 1. volentes, perjurium cum menda-
cio jocolo esse veniale. Quamvis in promissorio
juramento de re levi, perjurium leve esse, voluerit
*Sorus 8. de just. q. 1. ar. 3. Nav. l. c. nu. 6. Conine
de Sacram. disp. 22. dub. 7. nu. 53. D. Antonin. p. 2.
disp. 10. c. 4. §. 1. Sanct. 1. decal. lib. 3. c. 4. nu. 23.
Sylvius, 2. 2. q. 98. ar. 3. concl. 4. Contrà Less. lib.
2. c. 42. dub. 5. num. 23. Armill. v. Jurare, nu. 12.
Valenz. l. c. concl. 3. In foro autem exteriori perju-
rus semper punitur, ut infra.**

L E M M A LVI.

Quotuplex sit Juramentum?

E Ssentialiter unius est speciei ex virtute Reli-
gionis, debita reverentiæ exhibendæ, & de
non lædendo Divino honore. Quomocumque,
& ubique Deus adhibeatur, ut testis, *D. Thom.
l. c. Valenz. l. c.*

370

Juramentum
I. Asserto-
rium. II. Pro-
missorium.

Sed, ratione materiæ propositionis, de qua ju-
ramentum fertur, dividitur dupliciter. I. in *As-
sertorium*. II. in *Promissorium*. *Assertorium* est,
quando quis jurat asserendo rem ita esse, vel non,
c. no noveritis, 22. q. 1. Promissorium est, quando
quis promittit aliquid, & jurat se promissa obser-
vaturum, *l. si quis pro eo, D. de fideicom. Guid.
Papa dec. 627.*

Sub juramento *Assertorio*, vel *Promissorio* omne
aliud juramentum continetur, sive sit *extra judi-
ciale*, sive *judiciale*.

Extrajudi-
ciale, sive
Judiciale,
Conventio-
nale.

Extrajudiciale solet etiam conventionale dici;
Nam in contractibus præstatur inter partes priva-
tim, vel coram Notario, *l. jus jurandum, 17. D.
de jure jur. l. cum proponas, C. de reb. credit.*

Hoc juramentum extrajudiciale sortitur diver-
sa nomina, prout in diversis rebus adhibetur. I. est
Confirmatorium, quo confirmantur contractus, &
actus, cæteroque infirmi. Ut si Minor Curato-
re delicturus contrahat juramento apposito; tunc
tale juramentum confirmat contractum, cætero-
quin casurum, si juramento non fuisset vallatum,
*Auth. Sacramenta Puberum, C. si advers. vendit.
Gaill. obser. 147. lib. 2. Paris. conf. 24. nu. 45. lib. 2.
ex c. quamvis, de pact. in 6. Et hoc etiam si Im-
pubes doli capax juret, Jaf. in Auth. Sacramenta
Puberum, col. 4. post Bart. & Corn. Gratian. c. 470.
num. 39. contra Cov. in d. c. quamvis, §. 1. p. 3. n. 3.*
II. est juramentum *Fidelitatis*, quod præstatur à
Vassallo Domino feudi, *c. 1. de nova forma fide-
lis. c. nulla, per quos fiat invest. Et, ante præsti-
tum tale juramentum, investitura non prodest, de
Ponte conf. 67. num. 11. lib. 1.*

571
Confirma-
torium.

Hoc juramentum etiam est personale, *c. verita-
tis, de jure jur. c. sibi Domino, 63. dist. Bald. lib. 1.
conf. 347.* ut quod ad inducendum perjurii exceptio-
nem dixit Senatus Sabaudia, apud *Ant. Fabr. in
suo Cod. lib. 4. tit. 1. de reb. credit. desin. 13. nu. 3.* &
consequentè est præstandum à Principali, vel ab
ejus Procuratore speciali, in rem propriam, aut
cum libera potestate, *c. 1. §. 1. v. sed utrum. Per
quos fiat investitura, ubi And. num. 15. Cappc. in
c. Imperialem, §. præterea si quis, lem. 17. Alex.
conf. 10. num. 8.* Nam generale est in Procuratore,
ad omne juramentum exigere speciale mandatum,
*l. jusjurandum, 17. §. Procurator, ubi Castr. de
jure jur. Jaf. in l. exigendi, num. 9. C. de procur.
Surd. conf. 190. num. 2. lib. 2. ** cum aliis, quos
sequitur *D. Scoppa in Scholiiis ad Controv. R. Mer-
lin. cent. 1. cap. 86. num. 15.*

Juramentum
Fidelitatis
præstatur
à Vassallo:

Judiciale est, quod in judicio præstatur. Est du-
plex: unum *Necessarium*, quod etiam partibus re-
luctantibus præstandum est: Alterum *Voluntarium*,
quod parte petente à Judice exigitur. *Necessarium*
diversa obtinuit nomina, ob negotiorum diversita-
tem, in quibus adhibetur. I. est *Juramentum Cal-
umniæ*, quo, lite contestata, utraque pars jurat
de non adhibendis calumniis, agendo, vel exci-
piendo, *c. 1. de juram. calum. tit. C. de jure jur. pro-
pter calum.* Quod Juramentum partes nequeunt
expressè remittere, *l. 3. §. sed quia, C. de jurejur.
propter calum.* Si tamen à partibus, vel Judice,
non petatur, processus substatinetur, *c. 1. de juram.
cal. in 6. l. jusjurandum, 34. §. qui jusjurandum,
ubi Glos. v. exigatur, D. de jure jur. Greg. decif.
157. num. 1. Seraph. de jur. privil. 115. nu. 8. Ma-
rant. de ord. judic. p. 2. num. 2. tit. de juram. calum.*

Judiciale
juramentum
necessarium,
& volunta-
rium.

Si pars tale juramentum petat, *protestans* aliàs
de nullitate, quæ debet repeti in quolibet actu,
tunc nequit omitti, *Cavale. decif. 349. Rota decif.
779. num. 5. par. 1. divers. nec potest, nisi nullitèr
ad ulteriora procedi, l. 1. C. de jure jur. propter cal.
præf. c. 1. de juram. calum. in 6. Rota decif. 1. de
juram. cal. in antiq. Cavale. dec. 414.*

572
Juramentum
calumniæ
tacitè, non
expressè re-
mittit.

Quod si notoriè pateat *justitia nolentis* jurate de
calumnia, etiam parte petente juramentum, acta
tenent: nam cessat finis legis, *Jaf. in l. admonendi
num. 84. in 2. lect. D. de jur. jur. Bald. in c. 2. m. 7.
de probat. Rota dec. 45. num. 6. par. 1. recent. Cam-
de censib. dec. 205. num. 6.*

373

Hoc juramentum calumniæ Neapoli ab Advo-
catis non præstatur, ob Juris perplexitates, & in-
volucra: quibus semper est dubius litis eventus, *l. non juram
quod debitor, D. de pecul. Auth. fin. C. de relig. & de calum-
decretum refert Franc. de Petris conf. 1. num. 45. nia.*

Neapoli
Advocati
non juram
quod debitor,
& de calum-
decretum refert
Franc. de Petris
conf. 1. num. 45.
nia.

II. Est juramentum *de veritate dicenda*, quod
exigitur à testibus ante depositionem, aliter nullitèr
deponentibus, *l. jus jurandum, C. de jurejur. Alia jura-
c. 2. de test. cap. 2. de confess. in 6. c. ex literis, de
jurejur. c. juramenti, 22. q. 5.* Præstatur etiam à
Principali, quando cogitur respondere. positioni-
bus: de quo vide me ad *Gallup. p. 2. c. 19. à n. 41.*

574
Alia jura-
mentum.

III. Dicitur *Credulitatis*, quò probatur *Ætas*,
*l. de etate, D. de interrog. act. c. 1. de etat. &
qualit. in 6.*

IV. Dicitur *In litem*, affectionis, quo in judicio Dominus extimat valorem rei suæ, cujus affectu attrahebatur, tit. D. de in lit. jurand.

V. Dicitur *Purgationis*, quo in judicio quis se purgat ab objecto crimine, l. fin. §. sanè, C. de his, qui in Eccl. confug. Auth. novo jure, C. de pœna Jud. qui malè. Et hoc admittit probationes in contrarium, l. admonendi, 31. D. de jurejur. & à Senatu Sabaudicæ decisum, testatur Ant. Faber in suo 4. Cod. lib. 4. tit. 1. def. 5. & 8.

VI. Est *Suppletorium*, quo probationes semiplenæ supplentur. VII. est *Damni passi*. VIII. Est *Taxationis expensarum*. De quibus Marapta de ord. Jud. p. 2. 6. partis princ. art. 9. num. 1. Ant. Faber l. c. def. 4.

575 **Juramentū decisorium** Deveniamus modò *Ad judiciale voluntarium*. Et appellatur *Decisorium*, l. 1. D. de jurejur. c. fin. §. sanè, de jurejur. De quò hic text. Est. Quod deferretur à parte-parti, pro lre dirimenda, Judice approbante, l. 1. l. 3. l. 14. l. juris jur. 34. D. de jure jur.

Hoc Juramentum decisorium, aut deferretur, aut refertur. Deferretur ab Actore Reo; qui si nolit jurare, potest illud referre. Actori scilicet petendo, ut Actor juret, l. jusjurandum, 34. §. ait Prætor, l. manifestæ, 38. D. de jurejur. l. sed si possessori, 11. jurejur. Videamus I. de delato. II. de relato Juramento. Et l. si quis revocet juramentum à se delatum, vel illud remittat, est ita ac si juratum esset: nisi protestetur, se velle aliter-jus suum advertere. Nam nemo cogendum est constituere Adversarium Judicem in causa propria. Vide Jaf. hic num. 55.

Quid sit illud deferretur, Recipitur II. ut plena probatio; habet vim solutionis, & rei judicatæ, l. 2. l. jusjurandi, 27. l. non erit ratum, §. dato juramento, non aliud queritur, quàm an juratum sit? remissa questione, an debeatur? Quasi satis probatum jurejurando, l. 11. D. de jurejur. * Sed tamen potest aliquando deferri, ut dixit Senatus Sabaudicæ, de quo plenè Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 1. de reb. credit. defn. 45.

Q. I. Ad quid teneatur deferens hoc juramentum?

576 **Requisita ad deferendum juramentum** Respondetur, debere præstare juramentum calumniæ; si exigatur ab illo, cui deferretur, l. jusjurandum, 34. §. qui jusjurandum, D. de jurejur. l. Marcellus, §. qui rerum, D. de act. rerum amot. l. fin. C. de fideicom. Gratian. dec. 121. n. 5. in add. Excepto Patrono, & Patre, qui non jurat de calumnia, d. l. 34. §. qui jusjurandum, l. licet, D. de obseq. patr. potest. Boer. dec. 243. num. 1. & dec. 339. num. 1. de die, 8. §. juberet, D. qui satisd. cog. Et idem est, si Filius, vel libertas deferat juramentum Patri, vel Patrono, ut servetur æqualitas, l. fin. C. de fruct. & lit. expen. c. 1. §. Sacramentum, de consuet. rest. feud. Referens verò non cogitur jurare de calumnia, d. l. 34. §. ait Prætor, v. æquissimè.

Q. II. An Debitor possit recusare juramentum delatum ab uno ex pluribus hæreditibus Creditoris?

577 **A** Firma. Né deindè aliis agentibus iterum vexetur, Bart. in l. jusjur. 17. §. Procurator, num. 4. De jurejur.

Q. III. An Procurator possit deferre hoc juramentum?

578 **R** Espondetur, posse cum speciali mandato, vel cum libera, quæ æquipollet mandato speciali, d. l. jusjurandum, 17. §. Procurator, ibi: Nominatim. Symon. conf. 278. v. num. Syndicus, Covarr. in c. quamvis, p. 1. §. 5. de pact. in 6. de Marvintis lib. 1. c. 212. num. 14.

Non deferretur per procuratorem generalem. Hinc nec filius, sine speciali mandato, potest deferre juramentum in causa Patris, l. nec filius, ubi Bald. C. de reb. cred. Seraph. de privil. juram. 111. num. 4. nec conjunctus pro conjuncto, Gratian. c. 401. n. 14.

Q. IV. An Tutor possit deferre juramentum alteri?

A Firma, l. jusjurandum, 17. §. si Tutor, l. Tutor, D. de jur. jur. Et potest ille, cui deferretur, non jurare, sed referre juramentum Tutori, l. videamus, 4. D. de in litem jur.

Nam Tutor non debet deferre, si sibi nolebat juramentum referri, d. l. 34. §. ait Prætor, arg. l. si non fuerit, 37. D. jurejur. & à Senatu Sabaudicæ decisum, ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 1. def. 30. num. 3.

Q. V. An Pupillus sine autoritate Tutoris possit deferre juramentum?

N Ega, l. jusjurandum, 17. §. Pupillus, D. de Nec à Pujure jur. licet autoritate Tutoris possit, Pillo. Gratian. c. 91. num. 1.

Q. VI. An, qui renunciavit delationi juramenti assumendo in se onus probandi, possit ad illud redire?

N Ega, l. si quis jusjurandum, C. de reb. cred. Dec. cons. 35. num. 3. & in c. 2. nu. 23. de prob. Vivus comm. opin. 430. in fin. Sed potest ad juramentum redire, si ei non renunciaverit, licet assumpserit in se onus probandi, Boer. dec. 95. aliàs 93. num. 6. Osasc. dec. 97. num. 7. Ant. Thesaur. dec. 93. num. 2. Mascard. de probat. concl. 947. num. 9. Gratian. dec. 151. num. 4.

Nota tamen aliquem usque ad sententiam posse revocare delationem juramenti à se factam, si aliter velit probare, l. si quis, 11. C. de reb. cred. & à Senatu Sabaudicæ pluries dictum tradit Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 1. de reb. credit. def. 3. in fin. def. 22. def. 29.

Q. VII. In qua parte litis possit juramentum deferri?

R Espondetur in quavis, principio, medio, fine, etiam si nihil sit probatum, l. generaliter, 12. §. omne igitur, vel in principio litis, vel in medio, C. de reb. credit. l. fin. §. licentia, C. de jure delib. Osasc. dec. 97. n. 10. Cravet. conf. 207. n. 5.

Q. VIII. Quid agendum, si facta solutione, clarè appareat juramenti falsitas?

R Espondetur, soluta, ut indebita, restituenda in utroque foro: né quis ex perjurio lucrum reportet, l. fin. C. de reb. cred. & jure jur. & elegantè à Senatu Sabaudicæ definitum inquit Ant. Faber in suo Cod. d. tit. 1. def. 2. num. 2. quem adeas par. 46. defn. differentem de jurejurando.

Q. IX. An ille, qui tenetur jurare, possit petere aliquem brevem dilationem?

A Firma: ut ad memoriam revocet illa, quæ debet juramento firmare, l. jusjurandum, 34. in princ. ibi: Spatium dandum, ut certioretur, D. de jurejur. Boer. dec. 243. num. 3.

Q. X. An & quando Judex possit denegare delationem Juramenti?

A Firma ex rationabili causa. Nam potest esse, ut Reus non sit de veritate certus: Ut si sit hætes, si res, diluturni temporis lapsu, exciderit à memoria, l. Marcellus, §. qui rerum, D. rerum amot. Natta cons. 35. num. 4. Et ita Judex prudenter arbitrabitur, quando possit deferri, d. l. jusjurandum, 34. ibi: Officio Judicis conceptio hujusmodi jurisjurandi terminetur, D. de jurejur. l. generaliter, §. fin. autem, C. de reb. cred. l. in contrahibus, §. illo, C. de non num. pecun. Alex. in d. l. manifestæ turpitudinis, 38. D. de jurejur.

Q. XI. Quæ sint iusta cause non deferendi juramentum?

R Espondetur, esse Judici arbitrarías, l. semper, 15. §. si quis in fin. D. quod vi, aut clam, Gratian. decis. 121. num. 4. in add. Sed quædam jure probatæ sunt. I. si ille, cui deferretur, vel qui defert, sit diminutè intellectus, ut Prodigus, Furiosus, Demens, l. Tutor, 35. §. Prodigus, l. Patronus, 14. D. de jurejur. II. si fori habeat exceptionem, d. l. tutor, §. fin. III. si, cui deferretur, sit Pupillus, vel minor, d. l. jusjurandum, 34. §. Pupillo, c. puer, 22. q. 7. IV. in causa criminali, vel quæ infamat, l. fin. C. de probat. c. fin. de jurejur.

jur. Nam ibi probationes debent esse luce meridiana clariores, l. dolum, C. de dol. l. sciant cuncti, 25. C. de prob. c. sciant cuncti, 2. q. 8. V. Nec in causa civili magni momenti. Ne detur peyorandi causa, l. legitimus, D. de legit. tutor. VI. Nec quando agitur de alieno facto ignoto, l. Marcellus, §. is ergo, D. rer. amot. Ne ancipiti perjurii præbeat occasio, l. videamus, in princ. D. de in lit. jur. l. jurisjurandi, §. 2. D. de jurejur. Vide Specul. l. 2. part. 2. de juram. delation. Petr. Greg. syn. tag. p. 3. lib. 37. c. 11. in fin. & lib. 48. c. 13.

Q. XII. Delato juramento, Reus, cui delatum est, ad quid teneatur?

586 De juramento relato.

Respondetur, debet jurare, vel referre juramentum Actori, secus succumbit: nam habetur pro confesso, l. jusjurandum, 34. §. ait Praetor: Eum à jusjurandum petetur, solvere, aut jurare cogam -- Datur autem, & alia facultas Reo, ut si malit referat juramentum. Et si is, qui petet conditione juramenti non utetur; Judicium ei Praetor non dabit. Equissime enim hoc facit, cum non debeat displicere conditio jurisjurandi ei, qui delatit, l. manifesta, 38. D. de jurejur. c. 59. n. 17.

Reus jurat, vel refert juramentum.

Ex quo habes. Actorem condemnari, si relato ei juramento, Actor juret se jus non habere, l. 27. ff. de jurejur. Nec auditur Reus nolens jurare, nec referre juramentum, dicens se vellet probare, per testes. Nam cum testis debeat etiam jurare de veritate dicenda, parum relevat, si ipse, sive testes jurent; & sic videtur dilatio inutilis; Et ceteroquin expedit, celeriter lites absolvi, l. propterandum, C. de judic. Jas. in d. l. manifesta, q. 3. num. 3. Ofasc. decis. 11. num. 1. Boer. decis. 95. n. 1. Ridal. p. 1. prax. c. 12. num. 32. Follet. ad Maran. p. 6. prax. de test. producendis. Si vero vellet probare per scripturas authenticas; tunc, cum istae faciant plenam fidem, nec sit necessum novum juramentum; possit recusare juramentum, ejusque relationem. Nam ad juramentum tunc est deveniendum, quando ceterae plenae deficiunt probationes. Scio Senatam Sabaudiae non semel dixisse, posse recusare juramentum volentem intentionem suam testibus, vel instrumentis probare, ut ait Anton. Faber. in suo Cod. lib. 4. tit. 1. de reb. cred. defn. 3. num. 1. & defn. 23.

Q. XIII. An detur appellatio à sententia Judicis, decisa tali juramento delato, aut relato?

587 Non appellatur à sententia juramento delato.

Nega. l. generaliter, 12. ibi: Sententia sub ipso Judice detur, non expectata ultima definitione, vel provocationis formidine, & §. sed juramento, C. de reb. credit. Nam non debet appellare ab eo, quod ipse approbavit, & petiit, d. l. generaliter, §. quis enim ferendus est, Facch. 1. contrav. c. 23. Scacc. de appell. q. 17. lim. 34. n. 1. & §. Anton. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 1. de reb. credit. defn. 1. num. 8. in alleg. Et sibi tribuat, si adyersarium fecit, deferendo, vel referendo juramentum, Judicem in causa propria, l. jusjurandum, 43. §. detur, & §. fin. ff. de jurejur. l. 1. ff. quar. rer. act. non det. Ant. Faber d. tit. 1. defn. 3. n. 3. in alleg.

Q. XIV. Quando delatum juramentum non possit recusari, nec referri?

588

Multoties. I. Si actor ignoret id, de quo Reo delatit juramentum, Glos. in l. idem, 13. ff. de act. rer. amot. puta, si Actor deferat hæredi (in casibus in quibus non cogitur inventarium exhibere, aut conficere, ut est causa pia) juramentum, ut patefaciat bona hæreditatis, quæ Creditori deferenti consistere nequeunt. Tunc hæres tenetur jurare, & nequit referre, l. scimus, 22. §. licentia, C. de jure delib. ubi Glos. v. illius. Similiter Uxor, defuncti viri bona, debet juramento delato ostendere hæredibus; nec potest eis referre juramentum, l. 1. ubi Glos. v. jurata, C. quand. & quib. 4. pars debeat. lib. 10. Coter. de process. execut. p. 2. cap. 3. num. 402.

589

II. Quando lex ipsa vult deferri juramentum. Nam tunc censetur à lege delatum, & legi referri

590

nequit, Glos. in l. presentia, 6. §. scubi, v. conscientia, Cod. de his, qui ad Eccl. conf. ita delato juramento Uxori, vel Viro, ut jurent, se non amovisse bona, est jurandum, nec potest referri, d. l. 1. ubi Glos. v. jurata, C. quand. & quib. lib. 10. l. Marcellus, & l. Seje, ff. rer. amot. Similiter Mulier persequens dotem à viri hærede, tenetur jurare, nihil suppressisse ex bonis viri, quæ domi sunt; Glos. 14. observ. cap. 38. Glos. in l. 2. v. jurata, C. quand. & quib. quarta pars, lib. 10. l. Marcellus, ff. rer. amot. l. consensu, §. super servis, ff. de repud. l. 1. §. hoc autem, ff. ad Sill. Eodem modo fatendum est de casu l. fin. C. de jur. dom. impetr. l. si quis pro redemptione, 36. §. eadem, ff. de donat. l. fin. in fin. v. apud quem, C. de bon. ausb. Jud. l. fin. v. subire, C. de fideicom. l. 3. ff. de reb. cred. l. bis qui, ff. de publ. jud. l. licet, C. de excus. tut. Vide Glos. in l. in presentia, §. scubi, v. conscientia, C. de his, qui ad Eccl. confug. & in l. scimus, §. licentia, v. illius, C. de jur. delib. ubi alia.

Nec refertur, quando defert lex.

Q. XV. Quot actiones prodeant ex tali Juramento?

Duplex actio emanat. I. ex juramento formiter: & est, quando exprimitur causa debiti: ut, juro Titium debere mihi mille ex mutuo. Quod juramentum formiter producit actionem in factum: ut scilicet, stet juramento: & etiam habet actionem ex mutuo, l. si duo, 13. §. si quis juraverit me ei vendidisse rem centum, ex empto agere poterit, ut ei cetera præstentur: id est res tradatur, & de evictione caveatur. §. Marcellus, ff. de jur. jur.

591 Sic intelligitur gas Jura.

Actio ex juramento informi est; cum quis jurat se creditorem simpliciter: ut ex contractu innominato, ex quo actio non oritur. Et tunc ex equitate Prætoria est concessa juramento actio in factum, l. non erit, §. ibi: Dato jurejurando, non aliud queritur, quam an juratum sit. ff. de jur. jur.

592 Ex juramento formiter duplex, ex informi una actio emergit.

Q. XVI. Quæ sit pœna perjurii?

Perjurium quamvis Deum vultorem habeat, l. 2. C. de reb. cred. Fustibus etiam ceditur, l. si pœna, duo, 18. §. fin. ff. de jur. jur. Est infamis, amittit jus, actionem, solvitque pœnam appositam in casu contraventionis, & privatur omni beneficio legis, Canonis, & statuti, l. si quis major, 41. C. de transact. l. quoties, 17. C. de dignit. lib. 12. ibi: Dignitate spoliatur, cap. infamibus, §. 7. de reg. juris, in 6. c. parvuli, 22. q. 5. Nec potest esse testis, c. infames, 17. c. quicumque, ibi: Nunquam in testimonium recipiantur. 6. q. 1. Host. in summ. de jur. jur. num. 7. & probat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 36. num. 11. sic dicens, etiam si per penitentiam emendatus fuerit, ex cap. testimonium, de testib.

594 Perjurii

Hæc de Actionibus Prætoris non pœnalis. Agamus modò

DE ACTIONIBUS PRÆTORIIS PŒNALIBUS.

Ex §. pœnales. 12.

Tres Actiones pœnales ad examen revocamus, Triplex est est I. Albi Prætoris corrupti. II. Est adversus actum prætorem vocatum in judicium Parentem, vel Patronum, sine venia. III. Datur adversus extimentem aliquem de manu Familiae. Quæ pœnales sunt: quia petitur pœna infligenda contra hujusmodi delinquentes. Discriminatum singulas discutiamus.

L E M M A LVII.

De Actione Albi corrupti.

Albium hic sumitur pro scriptura Prætoris, delineata, quondam in pariete dealbato. In quo scribebantur Prætoris edicta publicè, ut obviam irent omnibus. Sicuti modò scribuntur in cartis publicè affixis.

596 Actio Albi corrupti.

Corrumpens, delens, maculans, abradens tale album: punitur pœna 30. aureorum, l. si quis id quod, D. de jurisd. omni. jud. & in subsidium, vel deficiente pecunia, luit in corpore, d. l. 7. Quæ pœna, ut mitior tenenda, est; neglecta illa 300. aureorum, quæ

597

Pœna corruptis. quæ leſtitatur in aliquibus Codicibus, l. respicien- dum, 9. l. interpretatione, 42. D. de pœn. & currit etiam contra mandantem corrupti, *Jaf. hic n. 28.*

Scripturam. Habet etiam modò locum in corruptentem Ju- dicum, ac Episcopi monitiones, & proclamata, secundùm *Menoch. de arbit. casu 281.* Cui contradicunt *Jaf. & Aret. hic.*

598 Arma. II. Punitur corruptens arma, & insignia alicu- jus posita in aliquo loco; quæ pœna est arbitraria, *Bar. in l. qui libertinus, 37. D. de oper. libert.*

Statuam. III. Punitur projiciens statuam in alicujus honorem erectam, *DD. cit.*

IV. Provisiones Judicis projiciens, l. pen. ad D. ad l. *Cornel. de fal.*

V. Abstrahentes literas Judicis de manu servien- tis, *Guid. Pap. dec. 235.*

599 VI. Surripiens processum ab Archivio publico, multatur eadem pœna, & potest puniri crimine furti, & falsi, l. *qui tabulas, 27. D. de furtis.*

Disfigillan- tis testamē- tum. Sicuti aperiens literas alienas, testamentum, vel illud disfigillans, tenetur crimine falsi; cujus pœna est deportatio, & confiscatio omnium bonorum, l. *qui testamentum, 2. l. Paulus, §. 1. & l. 1. §. fin. D. ad l. Cornel. de fals. Glos. in c. cum olim, v. sigillum, de offic. deleg.*

Id tamen non currit, si literæ dolo non sint apertæ, *Menoch. loc. cit.* vel si non constet, cui, & à quo mittantur, *Menoch. loc. cit.*

Jure communi non est excommunicatio contra aperientem literas, vide *Mascard. de probat. concl. 955.*

600 VII. In insulam relegatur falsans pondera, & mensuras, l. pen. D. ad l. *Corn. de falsis*, ubi etiam damnatur in duplum Emptor, vel Venditor corrupens, vel fraudans, dolo malo, mensuras publicè probatas.

In Regno moritur. Re- gis Sigillū, vel literas falsificans. Non Jure communi falsificans literas Regis, eis- vè sigillum; sed Jure Regni, morte punitur, & con- fiscatione bonorum, c. *ad audientiam, de crim. fals. & c. Regni, incip. Ut, quæ ab excellentia nostra, & Const. Ur. literas.*

601 Falsificans per se, vel per alium literas Papæ est excommunicatus, & Clericus beneficio, & officio privatur, *cap. ad falsariorum confundendam, de crim. fals.*

602 Falsificans literas Apostolicas est excommunica- tus in Bullæ Cœnæ, & literæ Apostolicæ sunt Bul- læ plumbeæ, quæ plumbeo sigillo; Brævia, quæ ceræ rubeæ sub Anulo Pifcatoris, signantur; non- aliæ scripturæ Pœnitentiariæ, Dataria, Episcopi, *Gammarrup. in Bulla Cœnæ, c. 6. num. 8. Duard. q. 10. num. 17.* Sed si quis literas corrigeret juxtà men- tem Papæ, non esset falsarius, ut testatur *Gabriel. à Vinc. de censur. disp. 14. q. 9. num. 221.* Et ille, qui urtur literis falsis, non incidit in censuram Bullæ Cœnæ; sed in aliam non reservatam in *d. c. ad fal- sariorum.*

603 Falsarii literarum Apostolicarum, ultrà excom- municationem, si Laici morte puniuntur, si Clerici sint, degradatione, & traduntur Brachio seculari, *d. c. ad falsariorum, Clar. §. fin. q. 36. num. 39. Boer. dec. 82. num. 3. Afflic. decis. 22. num. 2. Tholos. 36. Syntagm. c. 5. num. 8. Marta de jurisd. par. 2. c. 28. num. 24. Alreze de relig. discipl. tuenda, lib. 3. c. 17. num. 21.*

604 Clericus falsificans sigillum Principis secularis est deponendus, mittendus in exilium, & bullan- dus, olim in fronte, hodie in humero, ferro canden- ti, c. *ad audientiam, de crim. fals. Boer. decis. 82. Duend. reg. 290. limit. 1. Alreze l. c. n. 22.*

605 Sola suspicio falsitatis tollit scripturis, etiam Apostolici, omnem fidem, & impedit earum execu- tionem, c. *super hoc, de crimine fals. Farinac. fitatis im- in pract. crim. p. 6. q. 151. num. 33.* Sed ut sequatur pedit execu- tionem lite- rarum. criminalis punitio, falsitas est clarè probanda, *Sesse dec. 109. num. 19.* Et in dubio, non falsitas, sed error præsumitur, *Mascard. de probat. concl. 745. Menoch. de arbit. cas. 309. num. 8.* Nam in dubio nemo præ- sumitur malus, c. *un. de scrutin.*

Ex eodem §. Pœnales quaque, 12.

606

HÆc Actio pœnalis est introducta contra læ- dentes reverentiam debitam alicui, illum vocando ad judicium absque venia, l. *Parentes, 6. D. de in Jus voc.*

Definitur. Est actio Prætoria pœnalis data ad- versus illum, qui sine venia vocat in judicium il- lum, cui reverentiam exhibere debet. l. 1. l. *quisque, 4. l. fin. D. de in Jus vocand.* Non dixi, actionem istam dari contra vocantem in Jus Patrem, vel Pa- tronum, ut communiter definiunt. Nam, ut con- stabit infra, datur etiam contra vocantem alios, quibus est debita reverentia. Ergo nequit in defini- tione apponi *ly vocanem in judicium Patrem, vel Patronum.* Nam quod in definitione exprimitur, est essenziale, competens omni definito.

L E M M A LVIII.

Qui in Jus vocari nequeant sine venia?

607

Quid sit.

QUibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris, in Jus vocare non possumus; ut loquitur *l. generaliter, 13. D. de in Jus voc. l. 2. C. eod. cui debetur* * & Senatus Sabaudia dicit, ut scribit *Ant. Faber reverentia - in suo Cod. lib. 2. tit. 2. de in Jus vocand. defin. 13. in fin.*

608

In Jus non vocatur ille, cui debetur reverentia - in suo Cod. lib. 2. tit. 2. de in Jus vocand. defin. 13. in fin.

Ex quo posset videri. I. Dominos non posse in Jus vocari absque venia à vassallis. Nam eis reve- rentia debetur: licet id negent *Bald. & Gloss. in c. 1. de milit. vassal. qui contumax est, tit. 12. lib. 2.*

Ut Dominus

II. Parentes utriusq; sexus nequeunt in Jus vocari *l. quisque, 4. ibi: Parentem hic utriusque sexus ac- ceptis, D. de in Jus voc. Et nomine Parentum hic ve- niunt Ascendentes in infinitum, d. l. quisque, 4. ibi: Sed Cajus Cassius, in infinitum omnes Parentes dici: quod, & honestus est.*

609

Parentis u- triusque se- xus.

III. Mater vulgò concipiens, d. l. 4. l. *quæ, 5. D. cit. tit.*

Et natura- lis.

IV. Omnes Parentes naturales. Nam ipsis etiam reverentia debeat, l. *Parentes, 6. D. cit. tit.*

V. Pater adoptivus durante adoptione. Non- verò hujus Parentis, l. *Patris, 7. l. adoptivum, 8. D. eodem.*

Adoptivus.

VI. Patronus, Patrona, eorum Parentes, liberi, ac heredes etiam extranei, l. 1. l. 2. *D. cit. tit. l. quis- que, 4. l. adoptivum, 8. l. 9. D. cit. tit.* Et hoc etiam, si servus sit manumissus vigore fideicommissi, d. l. 9. Vel emerit, ut manumittat, l. *sed si, 10. §. fin. D. eodem.*

Patronus. 610

VII. In Jus vocari nequit Consul, Prætor, Pon- tifex, Sacra faciens, Judex actu judicans, actu nu- bens, funera prosequens, vel funeras, coram Judi- ce actitans, l. *in Jus, 8. l. vel qui, 3. D. de in Jus voc.*

Consul.

VIII. Magister. Nam ei reverentia debetur ad instar Parentis, l. *ex D. Antonini, 4. C. de loc. Menoch. de arb. cas. 400.*

Magister.

IX. Noverca. Nam ei debetur reverentia Ma- riti, l. *fin. C. de nupt. l. 1. D. de injur. l. mulieres, 9. C. de incol. lib. 10. contra Fulgos. & Socc. in l. gene- raliter, 13. §. hæc igitur, C. de in Jus voc.*

Noverca.

X. Jure communi, neminem licet vocare in Jus de domo sua, & vocatus nequit inde extrahi, l. *ple- rique, 18. l. sed, & si, 21. D. cit. tit.* Sed aliunde: pu- ta, à vinea potest extrahi, l. *sed, 20. D. de in Jus voc.*

611 Nemo ex- trahitur de domo sua.

L E M M A LIX.

Qui nequeant vocare in Jus.

I. Filii legitimi, & naturales, emancipati. Nam non emancipati nequeunt agere, etiam cum venia, l. *qui in potestate, 2. C. de in Jus voc. d. l. 4. in fin.* II. Filii spurii respectu Matris, d. l. 4. in fin. III. Filii naturales, d. l. *Parentes, 6.* IV. Adoptivi durante adoptione, d. l. *Adoptivum, 8.* V. Libertus non vocat in Jus Patronum, & alios, ut supra num. 610. d. l. 4. & l. *sed si, 10. §. liberos, §. semper, D. cit. tit.* Sed potest, si velit, agere contra Patronum, prout Patronus est Tutor, l. *quæ situm, 16. D. si quis in Jus vocat.* Si libertus est plarium, petit à Prætoribus, ut ei

612

Ut Tutor pa- tronus, à li- bertus potest conveniri.

ut ei liceat aliquem ex Patronis in jus vocare, ut ait *l. communis, 23. D. cit. tit.*

L E M M A L X.

Qui, & quem possit in jus vocare.

612 *De Castren-
fi, Filiusf.
agit contra
Patrem sine
venia.*
Filiusfam. habens Castrense, vel quasi, cum Patre iudicio contendere potest, *l. adoptivum, 8. ff. de in jus voc. l. 4. ff. de jud. II.* Adoptivus potest in jus vocare parentes Patris adoptantis emancipati, *l. Parris, 7. ff. cit. tit. III.* Libertus vocat in jus Tutorem Patroni, *l. sed si, 10. §. fin. ff. de in jus voc. IV.* Filiusfam. & Libertus tutor potest in jus vocare Patrem, & Patronum sine venia in causa pupilli, *l. quaesitum, 16. ff. de in jus voc. Duen. reg. 251. n. 2. lem. 2. Gratian. discep. forens. c. 450. n. 21.*

L E M M A L X I.

Qua poena puniatur vocans in jus sine venia Parentem, & Patronum, &c.

614 *Punitur 50.
aureis, & li-
bertus inops
luit in cor-
pore.*
Punitur poena 50. aureorum. Et Libertus inops, luit in corpore, *l. si libertus, 12. ibi: Quinquaginta aureorum adversus libertum competere, l. in eum, 24. l. 25. ff. cit. tit. ** & notavit Senatus Sabaudicus, ut ait *Ant. Faber in suo Cod. lib. 2. tit. 2. de in jus vocand. defn. 13. in princ.*

Actio per annum durat, *d. l. in eum, 24. ibi: Nec ultra annum datur.* Sicut de ceteris Prætoriiis sancitum est in *l. in honorariis, ff. de act. & oblig. Gomef. hic num. 16.*

Pœna cessat. I. Si Libertum pœniteat. II. Si Patronus vocatus non veniat.

III. Si volens accedat, ut ait *l. quamvis, 11. ff. de in jus voc.*

L E M M A L X I I.

De Actione data adversus eximentem aliquem de manu Familiæ.

615 *Eximens
de manu fa-
milie puni-
tur in qua-
sum interest
Actori.*
Hæc actio, est Prætoria pœnalis data adversus eximentem de manu familiæ vocatum in jus. Qua actione convenitur, ut solvat, quanti Actori interest, *l. 1. l. si quis per alium, 5. ff. ne quis eum, qui in jus vocat. & statur juramento Actoris de damno passo.* Et Exemptus remanet obligatus, *d. l. 5. in fin. licet eximens solvat debitum, l. 15, qui, 6. ff. cit. tit.*

Ut autem hæc Actio competat, requiritur I. ut Reus sit iuste citatus, *l. 1. ff. ne quis eum.* Et in loco, ubi sortitur forum, *l. 2. in fin. ff. cit. tit.* II. requiritur, ut dies exactionis venerit: nam nemo ante tempus agere potest. III. Ut cum effectu impediatur, vel eximat de manu familiæ. Nam in pœnis verba sunt accipienda cum effectu, ut ait *l. si quis alium, 5. §. docere. ff. ne quis alium, qui.*

Q. Quot modis possit conveniri eximens aliquem de manu familiæ?

616 *Si reus sit
iuste convē-
tus.*
Respondetur duobus. I. Criminaliter. II. Civiliter. Civiliter emendat damnum, solvit, ut fidejussor, ac punitur alia poena arbitraria, *l. quoties, Cod. de exactor. tributor. lib. 10. l. 1. & 5. ff. ne quis eum, qui.*

Criminaliter punitur poena aliqua arbitraria, *Franch. decis. 442.*

Et si detentus sit ex causa criminali; tunc eximens punitur poena, qua erat puniendus Reus, *l. cujusque, 4. ff. ad l. Juliam Majest.* Non poena criminis, ut voluit *Penna in l. quoties, num. 5. C. de exactor. tributor. lib. 10. Cagnol. in l. 1. §. bis non videtur, num. 27 ff. si quis jus dicenti non obtemp.* Qui probant ex *d. l. cujusque, 4. ad l. Juliam Majest.* Quæ lex non probat. Nam loquitur de eximente ex carcere, non de manu familiæ, ut ponderavit *Additionator ad Guid. Pap. decis. 579. v. Crimine Lase, lit. D. & potest intelligi text. cum Farinac. in pract. crim. tom. 1. p. 2. q. 32. num. 2. si captus fuit ex crimine Læte Majestatis.*

617 *Pœna Cri-
minalis.*
In Statu Ecclesiastico, Eximens delinquentem, punitur poena mortis, *Bulla Pii V. in Bullar. in part. 2.*

Si quis se eximat de manu familiæ, punitur arbitrariè, *Clar. §. fin. q. 29.* Et si Reus resistat, possunt satellites eum verberare, si secus effugiat, *Bald. in l. addictos, 7. C. de Episc. aud. Ac si seipsum à satellitum manibus eximat, & ita liber ad Ecclesiam*

ingrediatur, an possit Ecclesiasticæ immunitatis protectione gaudere? post recentiores tradit *D. Scoppa in Scholliis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 56. num. 8.*

DE ACTIONIBUS PRÆJUDICIALI-
LIBUS.

Ex §. Præjudiciales.

Cur Actio dicta sit Præjudicialis?

Dicitur Præjudicialis: quia de ea debet ferri iudicium ante alias. Dicta enim est à Præ, & Iudicium, ante iudicium. Nam eis iudicium debet præcedere, *Ravard. lib. 1. de præjudiciis, cap. 1. & Mynsinger. hic, Caranza de partu, cap. 2. §. 2. n. 22. v. que sanè.* Exemplo rem dilucidemus.

Quis exigit ab aliquo operas dicens, illum esse suum libertum. Hic excipit dicens, se esse ingenuum. Hæc exceptio est præjudicialis: quia ante est ferendum iudicium, & videndum: an sit ingenuus? quàm de exhibendis operibus Actoris. Si enim est ingenuus, non tenetur opera præstare, *l. ult. ff. si libert. ingen. esse dicatur, ibi: Redditur præjudicium. l. si quis à liberis, 5. §. solent Iudices, ibi: Præjudicio certare possit. ff. de lib. agnosc.*

Undè causa quævis, de qua debet iudicium fieri, ante alias, est præjudicialis, *l. si post litem, 13. l. fundum, 16. l. fundi, 18. l. rei majoris, 24. de except. l. per majorem, 54. ff. de jud. l. quoniam, 26. ff. ad l. Jul. de adult. l. 2. ff. de ordin. cognit. Cicer. in Verrem.*

Hinc causa non requirens discussionem, est cognoscenda ante requirendam profundiore investigationem veritatis.

Ex quo I. Partus mittitur in bonorum possessionem; dilata causa status: an scilicet sit legitimus filius? ad tempus pubertatis, *l. 1. §. si causa, ff. de ventr. in poss. mitt.*

I. Venter mittitur in bonorum possessionem, remissa causa: an sit ex adulterio? ad tempus pubertatis nati, *l. si ventri, ff. de ventre in poss. mitt. & statur iudiciis, vel juramento delato ab hærede dicente, se esse gravidam, l. 1. ff. si mulier ventris nomin. l. ait Prætor, 3. §. undè Marcellus, ff. de iure jurand.*

Actio autem præjudicialis est, ex qua inferitur præjudicium Actori, vel Reo, *Bart. in l. sine contra, §. 1. concl. 3. num. 1. ff. de liber. agnosc.* Sed dilaplicet. Quia quævis esset præjudicialis: nam, semper debet iudicium ferri condemnando, vel absolvendo, & condemnatio, Reo, absolutio, Actori nocet. Undè prima acceptio sustinenda.

Est triplex I. Ingenuitatis. II. De Liberali causa. III. De Partu cognoscendo.

Actio Ingenuitatis est, quando queritur, an quis sit ingenuus? Et hæc iudicio terminanda, antequam condemnentur ad exhibenda opera, inferit præjudicium. Nam si pronuncietur, esse ingenuum, præjudicatur Patrono in iure patronatus. Si verò pronuncietur, esse libertinum, præjudicabitur ingenuo, qui Patrono supponetur.

Hæc actio competit contra Patronum, ut quis declaretur esse ingenuus. Competit etiam Patrono contra libertum gerentem se, ut ingenuum, *l. interest, 5. ff. de liber. caus. l. fin. ff. si libert. ingen. esse dicat.*

Si tamen libertus esset per quinquaginta annos in possessione ingenuitatis, non posset amplius ad libertinitatem revocari à Patrono, *l. 2. §. 1. ff. si libert. ingen. esse dicatur.*

II. Actio de liberali causa competit Domino adversus servum dicentem, se liberum, & servo contra Dominum dicentem, illum esse servum, qui non est. Hæc actio de liberali causa est præjudicialis: quia iudicio terminanda præstantur servitia: & quia præjudicatur Domino, si dicatur, alium esse liberum, & præjudicatur libero, si dicatur, esse servum. Et hæc actio competit etiam consanguineis. Nam ipsorum interest, suos consanguineos non esse servos, *l. 1. 2. & 3. ff. de liberal. caus.*

Si quis per viginti annos sit in quasi possessione liber-

619
Ex quo di-
tatur præ-
judicialis.

620
Præjudicia-
lis, que.

621

I. Ingenui-
tatis.

622
II. de libe-
rali causa.

623

bertatis, non amplius ad servitutem revocatur, l. 3. Cod. de præscript. longitempor. Licet non possit præscribi, ut liber transeat in servum; idque favore libertatis, arg. l. fin. C. eod. tit.

Si quis diffametur, ut libertinus, vel servus. Contra diffamantem, uti potest remedio l. diffamari, 5. C. de ingen. manumiss. Ubi Judex indicit terminum Diffamanti ad probandum diffamati libertinitatem, aut servitutem, quo termino elapso, perpetuo silentio res occultatur, Franch. decis. 85. Boer. dec. 11. Cujus legis dispositio currit etiam adversus jactantem se nobilem alicujus familiæ, bona esse fideicommissio subjecta sibi debito, Gama decis. Lusit. 354.

III. Actio de partu agnoscendo, est præjudicialis. Nam pronuncians aliquem esse filium præjudicat Patri, si ille non sit filius, & præjudicat filio, si alter non sit ejus Pater, l. si quis à libertis, 5. D. de liber. agnos.

Hac actione Pater agit, ut filius revocetur ad patriam potestatem; debet de ea judicari ante alia obcuriora; nec reducitur sub patria potestate, nisi ante constat de filiatione, & agit filius, ut declaretur alium esse suum Patrem; ut possit petere ab eo alimenta, successionem, legitimam, &c.

Debet tamen probari filiatio, quæ difficilis probationis est. Et I. ex Matre, quæ castitate fulget, l. quia semper, D. de in jus voc. II. ex Patre, l. filium, 6. D. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.

III. Patet ex conjecturis, ut si filius sit domi educatus, & constitutus in quasi possessione filiationis, cap. perfusus, ubi Abb. de probat. Similiter patet ex fama publica, * aliique pluribus, de quibus plenè agit D. Scoppa in Scholis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 84. Sed major difficultas est.

L E M M A LXIII.

An probetur ex similitudine filiatio?

Ucundum sanè argumentum, ex quo videbis, quam difficile sit filiationis probatio, l. quia semper, D. de in jus vocand. Glos. in l. Lucius, D. de cond. & demonstr.

Et similitudinem non facere præsumptionem, filiationis, voluit Gabriel 1. commun. conclus. 14. num. 7. tit. de præsumptione, Ruin. vol. 5. conf. 53. num. 9. Menoch. 2. de arbitr. cent. 1. cas. 89. n. 97. Mascard. de probat. concl. 792. num. 10. vol. 2. Rota in una Bonon. de gargantib. 1707. coram Marquem. Bar. in l. Gallus, num. 14. D. de liber. & posth. Gratian. for. cap. 567. num. 32. Qui putant, similitudinem potentem provenire ex imaginatione mulieris, non arguere filiationem, * & quam fallax sit hujusmodi similitudinis argumentum, ostendunt Plinius, & Valer. Maximus, quos potissimum ad hoc recentet D. Scoppa in Scholis ad controv. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 85. n. 92. in fin.

Alii voluit ex similitudine deprehendi filiationem. Tiraquell. ad ll. communal. glos. 7. n. 52. Zacch. 1. medic. legal. tit. 5. q. 14. num. 17. Rota in Romana dotis, seu filiationis, 1634. coram Merlino. Idque inculentius putant probari, si filius nascatur 7. 9. 10. mense extraneante, defuncto primo, ad alterum connubium, Surd. dec. 83. n. 11.

Alii similitudini perpetuò tantum non se tradunt; sed alias exigunt conjecturas, ut filiatio constet, Marta voto 133. Rota in una hereditatis, 7. Februarii 1642.

Hæc ultima sententia, oppidò arridere debet Philosopho legali, qui rectè sciat discernere, an generationi, & similitudini cooperetur, & quomodo imaginatio.

Multis persuasum fuit, penitus viribus destitutam in assimilando imaginativam, sequitur istos Zacch. sup.

Nobis placet sententia Jo: Sperlingi, in Zoologia physica cap. 13. de phantasia, §. mirari, §. superant, §. infinitæ. Et est, imaginativam totum immediate non concurrere ad organizandum fœtum. Nam nulli nasceretur similis, si quælibet gravidæ imaginatio se ipsam sculperet in fœtum, & nec homini similis nasceretur. Hobes stantibus tot aliarum re-

rum imaginationibus: Ergò dicendum, imaginativam tantum representare; & quandoque tenaciùs, & viviùs: ex cujus representatione, movetur, concupiscibilis ad prosecutionem rei imaginatæ, & etiam sequuntur potentiam motivam spiritus, & humor, qui suo accessu, & recessu corpus turbant, signant, & insculpunt in sobolem rei imaginatæ speciem; naturali potentiarum subordinatione; & hoc nemo negabit, qui sciat lætari, tristarique nos imaginatione tristum, & lætorum: nonne horrore ipsi perfundimur, quando austeros fructus, horrida imaginamur? Ergò sola similitudo Patrem non probat, sed unà cum appetitu, vulgò il Goltio. Sed res obscura est.

Sed simul cū appetitu.

DE CONDICTIONIBUS.

Pergamus modò ad Condiçiones, quæ sunt Actiones personales; ita nuncupatæ: quia proprio carent nomine. Et cum simul partes dicant jus proprium; hinc *condiçtio*: hoc est *simul dictio*, nomen obtinuit. Additur, etiam id, circa quod est condiçtio: ut *condiçtio ob causam*, *condiçtio indebiti*, *condiçtio furtiva*.

633 Condiçtio est actio personalis.

I. Condiçtio multiplex. I. est *Condiçtio ex lege Civili*, quæ à lege ortum immediatè habuit, carens certo nomine, l. dissolutæ, 2. & 3. C. de condiç. ex lege, ubi si Creditori sit satisfactum, potest peti chyrographum. Dictum est condiçtionem nasci ex l. Civili. Nam ex *Naturali* non oritur actio, & ex *Prætoria* datur actio in factum, non condiçtio ex lege.

634 Condiçtio ex lege.

II. Condiçtio est *indebiti*. Et est, quando quis putat se obligatum, & solvit; cum re vera solvere non teneatur, l. 1. C. de condiç. indeb. Ut si quis det hæreditatem, quam dare non tenetur, l. si à Patre, 5. C. de cond. indeb. Vel si solvat legatum, aut fideicommissum, credens sollemniter relictum, quando ita non est, l. fideicommissum, 7. C. de cond. indeb.

635 Condiçtio indebiti.

III. Est *Condiçtio sine causa*. Ut si quis dedit pecuniam ex causa, quæ deinde cessat: puta, si Fullo solvat pretium vestis, quia furto sublata est; tunc, si Dominus vestis à Fure illam repetat Fullo, potest repetere pretium solum condiçtionem sine causa, l. si Fullo, 2. l. 4. D. de cond. sine caus. Condiçtio.

636 Condiçtio sine causa.

OB turpem causam tripliciter dari potest, l. 1. D. de cond. ob turp. caus. I. si turpitude sit ex parte Accipientis: puta, si quis accipiat pecuniam pro non faciendo, quod ei est inhibitum: sc. ne faciat sacrilegium; homicidium, &c. vel pro faciendo quod facere tenetur: ut pro restituendo deposito, furto, ut injustitiam Judex faciat, l. 2. l. 9. D. cit. tit. Et hic dans repetit, d. l. 1. 4.

637 Condiçtio ob turpem causam.

II. Turpitude potest esse ex parte Dantis tantum. Et hic non repetit, l. idem, 4. D. cit. tit.

III. Potest esse turpitude ex parte utriusque, d. l. 1. & tunc, si promissum non est solum, exceptione quis se defendet, ne solvat; si verò est solum, non repetit: nam in pari causa turpitudinis, melior est conditio possidentis, l. 3. l. si ob turpem, 8. ibi: Possessorem potiorum esse: & ideo repetitionem cessare. D. cit. tit. Et in pari causa delicti melior est conditio Possessoris, l. 154. ibi: Cum par delictum est duorum, melior habetur Possessoris causa. D. de reg. jur. Undè Possessor vitiosus est potior vitioso non possessore, l. 1. §. ult. & l. 2. D. uti possid.

Qui repetat.

L E M M A LXIV.

De condiçione causa data, causa non sequuta.

Dans aliquid alicui, ut faciat aliquam licitam rem: puta, ut manumittat servum, potest datum repetere, hac condiçione, si accipiens non faciat, l. 1. D. de condiç. ob turp. caus. l. 1. l. 3. l. 10. l. 6. l. 7. l. 9. D. de cond. caus. dat. causa non sequuta. In quo miror aliquem derisisse meam doctrinam, qua docui, aliquem posse ante opus accipere mercedem; ut est Feudatarius, qui ob servitia præstanda recipit feudum ex justo feudali oneroso con-

638 Condiçtio causa data causa non sequuta.

624 Diffamans cogitur, ut probet, vel dicat.

625 III. de Partu agnoscedo.

626

627 Filiatio probanda.

628

629 Filiatio est difficilis probationis.

630

Nec præsumitur, ex similitudine cum aliquo.

631 Negant alii

632 Sola imaginatio non agit.

contractu; quibus non præstitis, amittit feudum, ob servitia præstanda concessum.

Repetis dotem datam ob nuptias illis non sequitur. Hinc dotans, ea causa; ut nuptiæ contrahantur, dotem repetit hac conditione, nuptiis non sequutis, *l. si donaturus, 9. D. cit. tit.*

Datum ob causam potest repeti ante quam fiat res in tempore definito. Si quis accipiat pecuniam, ut emancipet filium intra annum, restituit acceptum; si illum non emancipet illo tempore elapso. Sed si filius intra annum moriatur, retinet acceptum, *l. dedi, 3. §. idem est, v. Sed si stichus decesserit, D. cit. tit.* In quo *lex. & in l. si pecuniam, 5. D. eod.* dicitur, dantem pecuniam posse pœnitere ante tempus præfixum, & revocare datum, & tunc si accipiens ante tempus præfixum infirmetur, vel aliquo impedimento detineatur, etiam si per ipsum non stet, potest cogi ad restituendum acceptum, si res sit integralis, & restituens servetur indemnis, si præparavit necessaria ad illud, quod faciendum erat.

639 **Conditio furtiva.** IV. Est **Conditio furtiva**; quæ est actio personalis Domino concessa adversus furem, ut rem furatam ejusve recuperet æstimationem, si res furata non inveniatur. Et hoc ad differentiam conditionis **certi**; qua petimus rem nobis debitam ex quovis contractu certam, *l. in re, 8. & l. 1. D. de cond. furtiva.*

640 **Triticaria dicta à Tricio non petitur in numerata, in qua datur certi conditio ex numero.** **De conditioe Triticaria.** **C**onditio triticaria datur pro omni re, mobili, stabili, corporali, incorporali, &c. præter pecuniam numeratam, *l. 1. 2. 3. 4. D. de cond. triticaria.*

DE ACTIONE PERSECUTORIA.

Ex §. sequens.

641 **Persecutoria rei, & pœna.** **A**ctio rei persecutoria est, qua petimus rem, *l. in honoratis, 34. D. de action. & omnis actio etiam personalis est persecutoria rei, si petat rem debitam.*

Si verò petat rem, & pœnam, dicitur mixta, ut actio depositi facti urgente necessitate ruinae, incendii, & qua petitur duplum, *l. 1. §. meriti, D. de deposit.*

Si verò persequatur, solum pœnam, dicitur persecutoria pœnae.

642 **Exemplis explicat Imperator mixtam actionem.** I. in *vi bonorum raptorum*. Nam Raptor punitur in quadruplum, in quo triplum est pœna. II. in *l. Aquila*, qua petitur pretium summum rei læsæ, ut suo loco dicebamus. III. in re relicta ad pias causas. Nam si hæres damnatus non solvit relictum; tunc in pœnam solvit tantundem; undè est mixta, quia petit legatum, & pœnam.

L E M M A LXV.

Examinantur aliæ Actiones mixtæ.

Ex §. quedam.

643 **Actiones mixtæ ex reali, & personali.** **A**ctiones mixtæ sumuntur hic, quæ realem, & personalem imbibunt. Et emanant ex contractu, quasi contractu, delicto, quasi delicto, & aliunde; Quæ triplici exemplificatur actione. I. *Familie Erciscundæ*. II. *Communi dividundo*. III. *Finium regundorum*. Et continent usu frequentes discussiones.

DE ACTIONE FAMILIÆ ERCISCUNDÆ.

L E M M A LXVI.

Quid sit?

644 **Est actio Mixta, qua dividuntur inter successores bona hereditaria à Defuncto indivisa, l. 1. §. 1. quæ Pater, 33. l. 40. D. fam. ercisc. l. inter, 11. l. 26. C. eod.**

Ly Actio mixta, l. actionis verbo, 36. in fin. D. de act. & obl. indicat imbibere **Realis**, & **Personalis** naturam in hac Familie Erciscundæ actione. **Realis**. Nam hæres suus petit partem competentem sibi jure domini. **Personalis**. Nam petit etiam jura, fructus, & damna illius portionis à cohærede possessæ. Ex ex quasi contractu, delicto, vel quasi delicto, *l. adversus, 3. l. incerti, 19. C. cit. tit. l. inter cohæredes, 45. §. si familia, ibi: Dolo malo fecerunt, quo plus ad eos perveniret,*

vel familie erciscundæ judicio præstabitur ei, l. si hæres, 7. l. ex parte, 40. l. non solum, 57. l. & puto, 16. ibi: Omnia, quæ quis in hereditate dolo, aut culpa fecit, in judicium familie erciscundæ, D. cit. tit. Actio autem, quæ ex quasi contractu, delicto; quasi delicto nascitur, personalis est, *l. item labeo, 23. ibi: Familie erciscundæ judicium ex duobus constat: idest rebus, atque præstationibus, quæ sunt personales actiones, D. fam. ercisc.*

Ly à Testatore indivisa, indicat, hanc actionem cessare, ubi testator, vel lex, divisit bona, *l. ea quæ, 6. l. hæredes, 26. l. quoties, 10. C. cit. tit.* Unde indivisa à Testatore pro rata dividuntur, *l. 1. C. com. de leg. l. si filia, 20. in fin. D. fam. ercisc. l. 1. C. cit. tit.*

Ly inter successores, ostendit, hæredibus, bonorum possessoribus, ac fideicommissariis competere istam actionem, *l. sed, & ejus, 25. ibi: Familie erciscundæ judicium, & inter bonorum possessores, & inter eum, cui restituta est hereditas, ex Trebelliano §. C. & ceteros honorarias successores, locum habet, l. 2. D. fam. ercisc.*

Nomine familie hic veniunt bona Defuncti, *l. pronuntiatio, 95. §. Familie, D. de verb. signif. l. fin. C. de verb. signif.* Et erciscere est idem, ac dividere, *Cic. de Oratore.*

L E M M A LXVII.

Quotuplex sit?

Duplex I. **Directa** II. **Utilis**. **Directa** datur Hæredi jure duodecim Tabularum, *l. 1. D. fam. ercisc.* **Utilis** datur Successori de jure Prætorio; Fideicommissario, & cuilibet successori universali, *l. sed & ejus, 25. l. 2. ibi: Utile erit familie erciscundæ judicium, l. si ex asse, 41. ibi: Hæres rogatus mihi partem aliquam restituere: veluti dimidiam, utile Familie Erciscundæ judicium reddet inter nos agatur, D. cit. tit.*

Cui, & contra quem datur?

Distis constat, dari cuilibet Successori titulo universali, Civili, Prætorio, Fideicommissario, Municipali, *l. per familie, 2. l. 25. l. si ex asse, 41. D. fam. erc.*

Datur adversus cohæredem possessorem, confideicommissarium, &c. non possidentem, *l. hæres, 26. l. cum putarem, 37. l. sed, & ejus, 25. D. cit. tit.*

Et unus potest agere adversus alium: puta, cohæredem, etiam invitum, ad divisionem, *l. arbitrium, 43. D. cit. tit.* & hoc, ad fovendam pacem. Nam communitas est origo discordiarum, *l. cum pater, §. dulcissimis, D. de legat. 2. l. 2. C. quando, quib. quar. par. deb. lib. 10. Simon de Petris conf. 136. num. 149.* Ità ut nequeat allegari præscriptio, ne aliquid dividatur, *Barr. in l. 1. §. ad hæc C. de ann. except. Bald. in l. fin. C. finium regun. Gratian. c. 905. num. 14.*

Q. I. An divisio facta à Patre inter filios sit donatio inter vivos?

Nega. Sed habet vim ultimæ voluntatis, *l. si filia, 20. §. si Pater, D. fam. ercisc.*

Et filii vivente Patre, nequeunt de illis disponere irrevocabiliter. Nam omnis ultima voluntas revocari potest à disponente, donec vixerit.

Q. II. An divisio facta à Patre, si pars uni cohæredi contingens, sit gravata ore alieno, sit ab omnibus pro rata liberanda?

Affirma, *l. si Pater, §. 34. l. rem, 29. D. cit. tit.* * & probatur ex traditis ab *Ant. Fabro in suo Cod. lib. 3. tit. 25. famil. ercisc. defn. 6.*

Q. III. An divisio facta auctoritate Arbitri inter fratres, possit revocari?

Nega; nisi per restitutionem in integrum, ratione ætatis minoris, *l. Arbitro, 58. D. cit. tit. l. si major, 4. C. comm. divid.*

Q. IV. An Pater possit prohibere divisionem bonorum inter filios?

Nega, posse perpetuò; concede ad tempus; nisi nascantur rixæ, *l. fin. ibi: In communione, vel societate nemo cogitur invitatus detineri, C. com. divid. l. in hoc judicio, 14. §. si conveniat, ne omni-*

645

Dividit à testatore indivisa.

Inter quoslibet successores universales.

Bona hereditaria sicut bona familiae.

646

Est directa hæredi, & utilis aliis competens.

647

Datur successori contra consuetudinem cohæredem.

648

Diviso à Patre non est donatio.

649

650

651

Pater tantum ad rem... omnino divisio fiat, hujusmodi pactum, nullas vi- res habere, manifestum est. Si autem, ne intra certum tempus, quod etiam ipsius rei qualitati prodest, valet. D. comm. div. Gram. decis. 1. Gayll. 2. obser. v. 39. Bald. in l. 14. D. pro soc. Tbor. v. divi- sio bonorum.

Etiam, si prohibita sit, divisio sit, discor- diis emer- gentibus.

Divisio ha- bet vim alienatio- nis.

Et idem est; si Testator extraneus prohibeat ha- redes dividere bona, licet prohibitionem tenere, vo- luerit Roland. à Valle conf. 49. vol. 1. Socin. jun. conf. 29. vol. 2. Dec. conf. 264. vol. 2. Alex. lib. 5. conf. 84. num. 9. Nam discordiis pullulantibus, deveni- tur ad divisionem, tanquam ex causa necessaria, non obstante Testatoris præcepto, Bart. in l. si com- venerit, D. pro soc. Ruin. conf. 33. Sicut enim pos- sunt fieri alienationes ex causa necessaria contra voluntatem Testatoris; ita & divisiones, quando secus discordiis communis redundaret. Nam divisio quædam alienatio est, l. si pupillorum, D. de reb. cor. Bald. in l. 1. C. si adver. rem jud.

Q. V. An divisio prohibita personæ perpetuo, duret illa mortua?

NEga. Nam ly perpetuo explicat, donec vi- xerit illa persona, Ruin. lib. 2. conf. 135. nu. 6. Rolan. conf. 112. nu. 10. lib. 1. Dec. conf. 264. nu. 1. Hinc, nec inducit fideicommissum, licet sit pœ- na amissionis portionis contra petentem divisio- nem. Nisi exprimatur causa, & persona, cui pars illa sit applicanda, Alex. conf. 57. in princ. lib. 2. Dec. conf. 22. num. 4. Gabriel. conf. 140. num. 45. lib. 1. Mantie. 7. de conjeç. tit. 5. nu. 16. Ordo conf. 66. num. 40.

Q. VI. An teneat præceptum Testatoris, ne res perpetuo dividatur?

NEga. l. in hoc iudicio, 14. §. si conveniat, D. com. div. l. fin. C. eod. Alex. conf. 133. vol. 1. lib. 2. Marfil. sing. 9. Rom. conf. 106. nu. 3. Surd. conf. 260. num. 7. lib. 2. Idque etiam accedente juramento, secundum Rolandam conf. 84. num. 1. lib. 1. Gutt. de jur. conf. lib. 1. conf. 58. num. 5. ne juramentum so- veat discordias; quæ ex communiõne rerum na- scuntur, l. cum Pater, §. dulcissimis, D. de leg. 2.

Q. VII. Si Testator prohibuit divisionem, quid censetur prohibuisse?

Respondetur, censeri prohibuisse divisionem dominii, non fructum ex re indivisa perci- piendorum, Bald. in l. fin. C. com. div. Paris. conf. 69. num. 17. lib. 2. Soc. jun. conf. 79. col. 2. lib. 1. Ro- land. conf. 81. num. 33. lib. 1.

Q. VIII. An valeat conventio inter partes in testamento, vel inter viros, ne certa bona dividantur?

Afirmant Crocius in l. nemo potest, num. 88. v. tertia conclusio, D. de leg. 1. Rom. conf. 13. in fin. v. aut conventum, Curt. jun. conf. 141. in fin. Seraph priv. jur. 58. in fin. v. vel potest dici. Cui consentias, nisi rixæ nascantur ex communitate.

Et si apposita sit pœna contra petentem divi- sionem; adhuc sit divisio; si ille, cui applican- da est pœna, consentiat rem dividi, Felin. in cap. si diligenti, 12. n. 11. de jud. Gratian. c. 905. n. 10. Quis dividat.

MAjor dividit, Minor eligit, Gen. 13. ubi Abraham divisit, Loth elegit, S. Ambros. lib. 1. de Abraham. c. 3. D. Ang. lib. de Civ. Del. cap. 20. Ananias, in c. qualiter, il 2. de accus. Platea in l. 1. col. 1. C. de his qui se, Bald. in l. 1. major, C. com. divid. Guidon Papa decis. 289. Valasc. decis. 90. Caval. decis. 12. p. 2. Muta. dec. Sic. 13. Capyc. La- tro dec. 28. Vivian. dec. 437. Caroc. dec. 135. Myning. cent. 4. obser. 116. Gayll. 2. obser. 116. Guid. Pa- pa decis. 289. * & hunc morem receptissimum, ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 27. commun. utriusq. judic. de fin. 4. num. 3. & nuper affirmat D. Scoppa in Scholiis ad Controv. R. Merlin. cont. 1. cap. 57. num. 1. *

Sed, si divisio fiat per Expertum, vel Judicis mandato, cessat talis electio; & forte dirimitur, Caroc. dec. 135. Koppen. dec. 32.

Si uterque sit major; præfertur in electione ha- bens rem contiguam. Nam tunc habet duo jura:

scilicet communitatis, & congrui, l. 2. C. de metall. lib. 12. l. quicumque, C. de omni agro desert. lib. 11. Vinc. de Anna sing. 158. Maxilla ad Consuet. Bari. de jure probomif. §. jus probomifecos, num. 9. Va- lase. in prax. partit. cap. 22. num. 39. Capyc. dec. 42. Gratian. decis. 169. num. 24.

Et Ecclesia eligit, si habeat rem communem, cum alio, Capyc. dec. 36. Carroc. dec. 135. Ficus facit partes; sed alius cohæres eligit, Masull. ad Capyc. decis. 36. Peregr. decis. 80.

In quibus rebus datur ista actio?

Datur pro omnibus bonis, ad quæ Testator habet jus in re, vel ad rem ex testamento; vel ab intestato, Jure Civili, Prætorio, & Muni- cipali, &c. l. per familia, 2. l. 63. D. fam. hercis. l. inter, 11. l. bono, 8. C. cit. tit. Et sic.

Dividuntur I. Bona hæreditaria, non improbo titulo, quæ sita, l. Pomponius, 8. D. cit. tit. II. Om- nia bona empta à Testatore, licet non ipse, sed hæres dominium adeptus fuerit, l. ventunt, 9. D. eod. III. Res, quarum defunctus cepit, sed hæres usu- cationem complevit, d. l. ventunt, 9. IV. Res, quarum Testator dominium utile habuit, nisi repu- gnet investitura, l. item prædca, 10. D. cit. tit. V. Omnes fructus etiam percepti mortuo Testatore, l. partium, 11. l. & post, 12. D. cit. tit. l. non est, 9. l. cohæredibus, 17. in fin. D. cit. tit. Et etiam di- viduntur illi, quos percepit tertius possessor ex re hæreditaria vendita ab uno ex fratribus, l. 2. Cod. com. divid.

VI. Omnia legata sub conditione. Nam inte- rim sunt bona hæreditaria, §. 1. & post, 12. §. res, quæ sub conditione legata est, interm hæredita- tis est, D. fam. ercisc.

VII. Datur pro omni danno à cohærede facto in hæreditate destruendo, alienando, furando, l. & puto, 16. l. danno, 17. D. cit. tit.

VIII. Sumptus facti pro implenda Testatoris voluntate puta, in ædificando Templo, dividun- tur, & facti ab uno; repetuntur pro rata, l. his consequenter, 18. ibi: Sed, & cum monumentum iussit Testator fieri: familia erciscunda agetur, ut fiat. D. cit. tit.

IX. Quidquid cohæres facit in re hæreditaria, exigendo, solvendo legata, rescindendo, &c. hac actione cum hæredibus dividet, d. l. his consequen- ter, 18. §. Celsus, l. item ex diverso, 19. ibi: In- ter eos communicentur commoda, & incommoda. D. fam. ercisc. l. item ex diverso, 19. ibi: Sumptus ab uno facti bona fide; familia erciscunda iudicio servari, C. cit. tit.

X. Dividuntur filiorum peculia profectitia, l. certum est, 13. C. cit. tit.

XI. Dividuntur servi; sed Pater servus non separatur à filio servo, nec uxor à viro, l. posses- sionum, 11. C. commun. utriusq. jud.

XII. Dividenda sunt, quæ facta divisione, super- veniant: puta, mortuo illo, cujus usufructus con- cessus fuit à Testatore, fideicommissum, res em- phyteutica, Bart. conf. 58. dub. 3. num. 4. Dec. conf. 262. num. 3. & conf. 411. num. 3. Areo. conf. 3. Aldo- brand. conf. 68. num. 12. lib. 1. Alex. conf. 189. col. 2. num. 2. lib. 2. Mantica dec. 373. num. 5. Decisum apud Gratian. cap. 707. num. 17.

An in dividenda re sit sequenda a Judice Testa- toris voluntas non sollemnis, res distri- buens, & subscribens?

Affirma. Auth. si modo, & l. filii, 16. l. fin. ibi: Si ceprum, neque impletum testamentum, vel In divisio- ne codicillus, vel epistola parentis esse memoretur, si sequenda est ve quæcumque alia scriptura, quibuscumque ver- bis, vel iudicis inveniantur relicta. Judicia fa- milia erciscunda (licet ab intestato ad successionem etiam im- liberi vocentur) & Defuncti dispositio usufructuaria, perfecta. etiam si sollemnitate legum hujusmodi dispositio fuerit instituta. l. si cogitatione, 21. C. cit. tit.

Apud quem debeant remanere cautiones heredi- tariae, ut testamentum, instrumenta, &c.

Respondetur, apud illum, qui pro majori par- te est hæres, præstita cautione de exhiben- do,

Ex majori- bus eligit habens rem contiguam.

658 Eligit Ec- clesia, nam utitur jure minorum.

659

660

Dividuntur bona hære- ditaria, licet hæres compleverit usucaptionem.

661

Dividuntur legata sub cond. et non, nam sunt bona hære- ditaria.

Sumptus.

662

Expense.

663

Servi.

664

Quæ super- veniunt di- visioni.

665

666

652

Prohibitio divisionis pœnalis est non fideic- missum.

653

Et si perpe- tua sit, non tenet.

654

Dividuntur fructus uti indivisi.

655

Pacti indivi- sionis non tenet, si rixæ nascantur.

656

Major divi- dit, Minor eligit.

657

667
Cautiones
hereditariae,
à quo
conservandæ.

do, l. si qua, §. ibi; Cautiones hereditariae Judex querere debet, ut apud eum maneat, qui majori ex parte heres sit. D. fam. ercisc. Sed si æquales sint portiones, & discordent, forte dirimitur dissidium. Vel scriptura penes locum tutum conservanda deponitur, d. l. si qua, §.

An divisio facta per errorem, credendo non adesse fideicommissum ad sui favorem, teneat?

668
Divisio facta per errorem, aut timore annullatur.

NEga, etiam si juramento, & transactione esset munita. Nam est enormissima læsio, ratione cujus juramentum, & transactio evanescent: cum cesset consensus. Nemo enim præsumitur consentire in sui enormissimo damno. Et hoc etiam, si dicatur, divisionem factam ex certa scientia. Nam de fideicommissio specifica debet fieri mentio, Mant. 26. de tacit. tit. 9. num. 23. Aym. conf. 54. num. 26. Dec. conf. 203. num. 4. Surd. conf. 451. num. 9. lib. 3. Gayll. 2. observ. 139. num. 10. Et nec tenet divisio facta de bonis unius, tanquam de bonis communibus, l. si post divisionem, Cod. de jur. & facti ignor. Ruin. conf. 167. n. 5. lib. 1. Becc. conf. 90. n. 9. Dec. & Alex. in l. si soror, C. de coll.

In quibus cesset divisio?

669
Actio cessat in re illicito quaesita.

IN rebus, quæ justè retineri nequeunt, cessat talis actio. Ut sunt res furtivæ, libri improbe læsionis, qui legitimè comburendi sunt, l. cætera, 4. D. fam. erc.

670
In factis patris voluntate.

II. Quæ impendit filius jussu Patris, vel ejus consensu: puta, in muneribus publicis gerendis, percipiuntur, ut æs alienum, & non ex sua tantum portione, l. si filia, 20. §. si filius, l. si unum, 21. §. idem scribit, D. cit. tit.

In prælegatis.

III. Cessat in omnibus oneribus, à Testatore uni justè impostis: ut est dotis solutio, l. si uni, 12. §. idem Pomponius, D. cit. tit.

In re divisa

IV. Cessat in omnibus lucris à Testatore uni relictis: ut sunt prælegata, l. item Labeo, 23. l. si ita, 43. D. cit. tit.

671

V. In re divisa à Testatore, vel à lege, l. heredes, 26. D. cit. tit. l. familia, 9. C. com. utriusq; Jud.

VI. In nominibus, d. l. heredes, 26.

VII. Si hæreditas sit communis, & in omnibus non sint focii, debita contracta ab uno ex fratribus, mortuo Patre, non sunt ex bonis communibus solvenda, l. ex parte, 40. §. intestato, in fin. D. fam. ercisc.

VIII. In rebus non hæreditariis, l. si quid, 46. D. cit. tit.

IX. Habita à filio causa studii non dividuntur, l. que pater, 51. D. fam. ercisc.

672
Non dividuntur habitata causa studii.

X. Si res dividi nequeat sine gravi difficultate, uni à Judice adjudicatur, & compensata alteri æstimatione pro rata, l. si familiae erciscundæ, 56. D. cit. tit. Masull. ad Capyc. dec. 63. in fin. Vel alteri, alia res æquivalens datur, l. ubi Bart. & Bald. Cod. comm. divid. Ursill. ad Afflic. dec. 23. num. 6. Gra. tian. cap. 905. num. 15. ex l. Mævius, §. fin. D. fam. ercisc. Borr. decis. 46. col. 1. Socr. conf. 155. num. 4. lib. 2. * & à Senatu Sabaudicæ decretum, inquit Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 27. comm. utriusq; judic. defn. 14. * Discordantibus verò hæredibus, vel carentibus rata pretii, res potest vendi, l. ad officium, 3. C. comm. divid.

Dividitur pretium, si res dividere nequeat.

673

XI. Res individua dividitur licitatione, ut ex Senatu Sabaudicæ resolutum, scribit Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 39. comm. divid. def. 3. & probatur, ex l. avber, §. Judex, C. comm. utr. Jud. Et in licitatione præfertur habens majorem partem, Capyc. dec. 36. Magon. dec. 46. Ricc. coll. 78. Valasc. dec. Lusit. 52. num. 12. Gratian. dec. 169. num. 24.

Quando presumatur divisio?

674
Divisio non presumitur nisi decenniali præscriptione.

Dicas præsumi ex possessione rerum divisim per decennium, Glos. in l. penult. C. comm. de leg. Gabr. conf. 4. lib. 1. Decian. conf. 15. num. 1. Menoch. præsumpt. 60. num. 3. lib. 3. Thesaur. dec. 205. num. 1. * & à Senatu Sabaudicæ probatum, ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 7. tit. 1. de dedit. libert. defn. 14. num. 1. & 5. Idque etiam si desit scriptura divisionis, Bald. & Salyc. in l. non ideò, Cod. fam. ercisc. Caputaq. dec. 55. lib. 1. Gratian. cap. 951. n. 31.

Sed si frater possideat, non præscribit contra fratrem. Nam censetur administrare, & possidere nomine alterius, & interim erit alteri divisionem petere, l. penult. C. com. divid. Angel. §. fin. lib. 3. inst. de societ. Ferrer. conf. 120. num. 6. Surd. lib. 2. conf. 260. num. 16. Seraph. dec. 1303. num. 10. p. 2. Nec obtinet in Muliere, quæ bona sua in dotem dedit, ut idem Senatus Sabaudicæ definivit, apud Ant. Fabr. d. defn. 14.

An facta divisione, præsumantur redditæ rationes lapsu decennii?

Ratio difficultatis est: Quia factum in dubio non præsumitur. Sed redditio rationum est facti. Ergo non præsumitur. Sed quando divisio sequitur, tunc præsumitur redditio rationum, quæ solet præcedere, ut latè probo 12. mearum solè. num. 3. Balbus de præscript. 2. p. 3. p. princ. nu. 43. Castrens. lib. 2. conf. 126. in fin. Gratian. dec. 46. num. 7. arg. l. Procula, D. de probat. ubi censetur inter consanguineos remissum debitum, si computa fuerunt initia inter consanguineos. Ergo præsumuntur rationes redditæ, facta divisione. Et è contrà, divisione non facta, non præsumuntur rationes redditæ, nec præsumitur aliqua remissio debiti, Roland. lib. 1. conf. 49. num. 15. Præsumitur autem divisio, si fratres divisas res possideant, Ursill. dec. 368. num. 3.

DE COLLATIONIBUS. L E M M A LXIX.

Quid sit Collatio?

Collatio est, quando aliquis ex cohæredibus, bona habita vivente testatore à se abdicare, & in communem hæreditatem conferre tenetur; atque adeò, Collatio est bonorum latio in communem hæreditatem, l. filia, 12. C. de collat.

Est introducta collatio, ut æqualitas inter cohæredes fervetur, d. l. filia, licet, 12. Duaren. tit. de collat. c. 1. Nam internicionum causa est inæqualitas bonorum inter filios, ut testatur exemplo, Franck. dec. 111. Hinc meritò, collatione homicidia, & lites averruncantur, l. penult. C. de collat.

Antiquitùs collatio Jure Prætorio ab intestato admittebatur inter fratres, non ex testamento, l. 1. C. de collat. Hodie currit ex testamento, & ab intestato, Auth. ex testamento, C. cod. Collatio habet locum tantùm inter descendentem, quibus debetur legitima, sublata differentia patris potestatis, & sexus, Aut liberis, tam masculini, quàm feminini sexus, 15. C. de collat. & cessat, quando Pater, & filius petunt bona alterius defuncti filii, Auth. defuncto, C. ad Terryl. Cogn. & Bald. in l. si emancipat, 9. C. de collat.

Illam autem tantùm conferuntur, quæ expressè, Jure, vel Testatoris mandato, sunt conferenda, l. illam meritò, 19. C. cod.

Ex quibus fit, dotem datam filia, soluto matrimonio, conferendam cum fratribus in bonis Patris succedentis. Idem de donatione propter nuptias ditas, nisi à Patre aliter sit dispositum, d. l. Auth. ex testamento, ibi: Cessat dotis, & aliorum datorum collatio; ita demum, si Parens hoc designavit expressim, C. de collat.

Excipitur à collatione donatio facta filio ad suscipiendos Ordines; quia illa bona alienari à filio nequeunt, Frid. sess. 24. c. 2. Et ita nec possunt conferri, l. omnimodo, §. imputari, C. de officio testam.

II. Nec conferuntur expensæ factæ causa studiorum; nisi expressè Pater id dixerit, l. que Pater filio, 31. la. 2. D. fam. ercisc. Bald. in l. si filia, D. cit. tit. Et donari præsumitur vestimenta, libros, arma, l. filia, C. fam. ercisc. l. donationes, D. de donat. l. Nesennius, D. de negot. gest. Expensæ tamen, quas domi factururus fuisset, licet Pater velit, nec computantur, d. l. que pater filio.

Sed si Pater habeat bona filii, censetur ex illis bonis expendere, l. Nesennius, 35. ibi: Verisimile esse, de rei ipsius nepotis eum aluisse. D. de negot. gest.

Rursus, donatio facta filio, tanquam extraneo, arg. l. quod autem, 8. §. Idèque ait, D. de donat. inter. Nec

675

676
Ante divisionem præsumuntur computa facta.

677
Collatio quid sit.

678
Pace servata

679
Currit ex testamento, & ab intestato.

680
Conferuntur, quæ lex, vel bono decrevit

Ut dos.

681
Non patrimonium sacerdotis.

682
Nec impense studii causa factæ.

Data causa studii non conferuntur

683
Nisi expressè sit dictum.

Nec dos sumpta sine culpa filiae, quae mortuo Patre, succedit cum aliis sororibus, l. 2. §. de illis, qui sine culpa filii emancipati, l. filium emancipatum, 4. D. de collat. bonor.

sumpta sine culpa filiae, quae mortuo Patre, succedit cum aliis sororibus, l. 2. §. de illis, qui sine culpa filii emancipati, l. filium emancipatum, 4. D. de collat. bonor.

DE COMPUTATIONE.
L E M M A L X X .

Quid sit Computatio?

684
Quid sit computatio

Computatio est, quando quis retinet titulo propriae portionis, quod praehabuit ex bonis testatoris, Ckiffetius de portio. legit. c. 14. Ex quo habes duas regulas, quae totam absorbent imputationis materiam.

Et I. illae res imputantur in legitimam, ex quibus legitima repletur, & repletio legitimae est ex substantia Patris, l. scimus, 36. §. repletionem autem fieri ex ipsa substantia Patris, C. de inoffic. testam. l. quoniam, C. eod.

Quae computantur.

Nomine substantiae veniunt omnia bona defuncti, arg. l. cogi, in princ. D. ad Trebell. Et aliunde habita non imputantur, d. §. repletionem, l. fin. C. de collat. l. Avus neptis nomine, 79. D. de jure dotium.

685

II. Regula, illa imputantur in legitimam, de quibus cautum est, ut imputentur, a lege, vel ab homine, l. penult. C. de collat. Autb. ex testamento, C. de collat. l. si quando, 35. §. ult. C. de inoff. testam.

686
Descomputatus.

A lege cautum est. I. dotem habitam ex substantia Patris imputari; & tunc dos est loco legitimae, l. Titio centum, §. Titio genere, D. de condit. & demonstr.

687

Dicta de dote intelliguntur, etiam de bonis paraphrenalibus procedentibus ex substantia paterna, vel dote accessoria, l. inter Socerum, §. cum inter, D. de pact. dotal. l. etiam C. de jur. dot. Alex. vol. 7. conf. 27. num. 10. Et hoc vive succedatur ex testamento, sive ab intestato, Autb. ex testamento, C. de coll. licet olim tantum ab intestato res habita computaretur, l. si filia, C. de collat. dot. l. filiam testamento, D. de collat.

688

Intelligas computari durante matrimonio: nam tunc dos non potest auferri. At soluto matrimonio non computatur, sed confertur, tit. C. de collat. dot. l. si Pater, l. pactum, §. filia dotem, l. dotis, l. filia licet, C. de collat. Nam soluto matrimonio amittit veluti naturam dotis, quoad alios effectus.

689
Donatio propter nuptias. Datu pro legitima.

II. Imputatur donatio propter nuptias, d. l. quoniam, novella 29. C. de inoffic. testamento. Quia donatio propter nuptias, dotis sequitur naturam, l. penult. C. de collat. l. fin. C. de donat. ante nupt.

Donatio causa mortis.

III. Imputantur omnes donationes inter vivos factae intuitu legitimae, l. si quando, 35. §. fin. l. si non mortis, in princ. D. de inoff. testam.

IV. Computatur donatio causa mortis accepta ex substantia Patris, l. scimus, 36. §. repletionem, C. de inoffic. testam. Si vero detur non ex substantia Patris, non computatur, l. etiam, §. si debita, v. tunc enim quasi, D. de bonis libertor. Unde filius non computat usum fructum ex adventitiis consolidatum cum sua proprietate, mortuo Patre.

690
Non vero patrimonium Sacerdotis.

V. Non imputantur data filio ad iuscipiendos Ordines Sacros: nam transeunt in quasi castrensia, l. si filiusfamil. C. famil. ercisc.

Nec impen sa causa studii.

Idemque est de impensis factis causa studii filio etiam emancipato: cum Pater ex pietate debita illas subministraverit, l. quae Pater, 50. D. fam. ercisc. Quae enim ratione pietatis sunt, non imputantur, l. Nefennius, 35. D. de negot. gest. l. si quis, §. si mater, D. de liber. agnosce. Unde non computantur sumptus facti causa doctoratus, l. i. §. nec castrense, D. de collat. Ckiffetius l. c. v. idemque in filio Doctore.

DE ACTIONE COMMUNI DIVIDUNDO.

L E M M A L X X I .

Quid sit?

691
Differentia societatis a communione rerum.

Datur societas, & rerum communitas. Societas est contractus, & inducitur, & manenetur, partium saltem tacito consensu, l. i. C. com. divid. l. consensu, D. de action. & oblig. l. societatem coire, Tom. II. Lib. IV.

4. D. pro soc. Mascard. de propat. concl. 1309. nu. 8. Michalor. de fratrib. p. 2. c. 19. num. 4. & c. 2. n. 11. De quo nos lib. 3. de societate. Et ex hac nascitur actio personalis pro socio, l. i. C. com. divid.

Si vero, nullo intercedente, saltem tacito pacto sint in communi: puta, si multis eadem res sitle. Actio communi dividundo, l. muni dividundo, 2. ibi: Veluti inter eos, quibus eadem res dundo datur etiam testamenti legata est. D. com. divid. Quae actio datur etiam si etiam potest pro re communi ex societate, d. l. si pro re communi interest cum societate, an sine societate res muni ex societate. Nam utroque casu locus societate. Est communi dividundo.

Definitur: Est actio mixta, qua quis petit dividendi rem communem; ac sibi dari pro rata, una cum fructibus ex illa re perceptis, &c. l. in communi, 3. D. com. divid.

Per ly mixta indicat esse realem, & personalem, l. actionis, verb. 36. in fin. D. de act. & oblig. l. si quis, 24. ibi: Magis ex re, in quam impenditur, quam ex persona socii actio nascitur. D. fam. ercisc. Et realis, quatenus petit partem rei jure domini sibi competentem, l. per hoc iudicium corporalium rerum sit divisio, quarum dominium habemus, 4. D. cis. tit.

Personalis naturam exercet, quando petit fructus etiam consumptos, rationes, interesse, sumptus, damna, dolo, vel culpa ejus passa in illa re, l. in communi, 3. l. 4. l. 6. §. sive autem locando, D. communi divid. l. si major, 4. ibi: Item doli, & culpa, cum in communi dividundo iudicio haec omnia venire non ambigitur.

Dicitur, Petit dividendi. Nam si res aliunde sit divisa, cessat haec actio, l. i. ff. fam. ercisc. l. familiaris, 8. commun. utriusq. judic.

Quotuplex sit?

Duplex, una Directa, altera Utilis. Directa datur inter illos, qui rem habent communem. Utili datur pro petendis expensis factis in re communi, pro illo, quem impendens credebat Dominum, vel qui alienavit partem suam, l. si quis, 6. ibi: Agi poterit utilis communi dividundo iudicio. l. si quis, cum, l. in hoc iudicio, ff. commun. divid.

Vel si res communis sit ab alio indebita alteri soluta, l. communi, 7. ibi: Utile communi dividendo competit: ut puta, si ex causa indebiti soluti res possideatur. ff. cit. tit. Similiter utilis communi dividundo datur duobus Dominis, quibus eadem res pignori data est, d. l. communi, 7. §. inter praedones, v. si duo sunt, qui rem pignori acceperunt; equissimum est utile communi dividundo iudicium dari. Similiter utilis communi dividundo datur, si res communis sit destructa, & Actor velit petere impensas in illa re factas; l. in summa, 11. ff. commun. divid.

Cui, & contra quos datur?

I. Datur illis, qui rem eandem communem iuste possunt peti, d. l. communi, 7. §. inter praedones, ff. commun. divid. ubi subditur, praedones, precario, vi, possidentes, carere communi dividundo.

II. Datur etiam illis, qui non sunt Domini rei communis; sed habent jus in illa: puta, in pignoribus, & appellatur actio communi dividundo utilis, d. l. communis, 7. §. inter praedones, v. si duo sunt.

III. Inter haeredes, & legatarios: quando ex legato, tanquam ex re communi, detrahenda est falcidia, l. et si, 8. ff. comm. div.

Datur contra condominium, aliumve simile jus indivisum in re habentem, etiam re destructa, l. in summa, 11. ff. eod.

Et in hac actione; sicut & in omnibus mixtis; quilibet potest esse Actor, & Reus, l. iudicium, 10. ff. in regund. Sed qui ad iudicium primus properat, Actoris vicem gerit, l. in fin. ff. comm. div.

Materia, sc. pro quibus rebus datur? Datur. I. pro ipsa re communi non divisa, l. familiaris, 9. C. commun. utriusq. jud. Et omnium in divisione, adhuc deinde, quando dignoscitur,

tur, dividitur, l. per hoc iudicium, 4. ff. comm. div. & dividuntur omnia communia, nisi aliquid sit exceptum, l. in iudicium, 13. ff. eodem.

699 *Cū omnibus fructibus, et accessionibus.*
II. Veniunt fructus, pensiones, ante quam res evaserit communis. Sed si petatur usufructus, tunc non fit divisio; sed, vel res locatur, & pensio pro rata dividitur; vel alternatim uni, modò alteri assignatur, l. communi, 7. §. inter Prædones, ver. dum de usufructu, ff. comm. divid.

700 *Sumptus facti pro re etiam si petierit.*
III. Sumptus, impensæ, factæ pro re, l. in hoc iudicium, 14. d. h. per hoc iudicium, ibi: Si quis impensas fecerit consequetur, ff. eod. Et hoc etiam, si impensæ sint factæ lite contestata, l. si quis putans, 6. §. sine autem, 2. si quid potest acceptum, ff. eod. Et impensæ petuntur etiam destructa re communi; sicut petuntur fructus ex illa percepti, l. in summa, 11. ff. cit. titulo.

701 *Et damna.*
IV. Damna, & diminutiones rei communis ex culpa factæ, l. est, 8. v. venit in communi dividendo. Etiam si quis rem communem deteriorem fecerit, l. 9. l. si is, 20. ibi: Quidquid in re communi culpa socii admissum est, eo iudicio continetur, l. 26. ff. comm. divid.

702 V. Si in re communi aliquid sit faciendum ad refectionem, vel demolitionem; etiam possunt cogi ad expensas, communi dividendo, l. si quædes, 12. ff. comm. divid.

Possit hic queri: An, divisa re communi, sint etiam dividendi fructus, damna, expensæ, interesse pro rata?

703 *Expensa, damna, & lucra ex communi dividuntur.*
Disting. vel damna, expensæ, fructus emanant ex re communi, vel aliunde: putà, si quis, aliis negotiis ditescit; vel delicto, aut dotatione depauperetur.

Si emergunt ex re communi. Affirma, damna, & lucra dividenda. Suadent hoc Jura clara superius enumerata, in l. per hoc, 4. l. si quibus, §. sine autem, l. est, 8. v. venit in communi dividendo, l. 9. l. 12. l. si is, 20. ibi: Quidquid in re culpa socii admissum est, l. 26. ff. commun. divid.

704 *Nō aliunde emergentia.*
Si verò damna, & lucra ex alia causa pullulent; Nega dividenda esse. Nam res dividitur, quando jure, vel conventionione cautum est. Sed nullo jure, & conventionione id cautum est. Secus, non res communis, sed societates esset; in qua, quando veniant lucra, & damna, libro 3. eum de societate satis.

An possit fieri pactum, ne res dividatur.

705 *Distinguas.*
Distinguas. Absolutè, non potest. Ad tempus: putà, ad annum; & subdistinguas, si talis dilatio prodest rei communi: & potest; si non prodest, non potest, l. in hoc iudicio, 14. §. si conveniat, ff. comm. div. l. fin. C. eod.

DE ACTIONE FINIUM REGUNDORUM.

L E M M A LXXII.

Quid sit?

706 *Finium regundorum definitio.*
Tertio loco se offert Actio finium regundorum.

Definitur. Est actio mixta, qua quis petit conservari, vel avulsos terminos prædii rustici restitui, cum fructibus, damnis, interesse, &c. l. si constiterit, 4. C. fin. reg. l. hæc actio, 2. & l. 4. §. si dicantur termini dejecti, ff. cit. tit.

707 *Est mixta.*
Est mixta, l. 1. ff. fin. regund. l. actionis, 36. in fin. ff. de act. & oblig. Nam petit, quod sibi debetur ratione dominii, & ratione damni, fructus, expensarum, & interesse. Est realis, in quantum petit rem jure dominii, d. l. 1. si irruptione, 8. ff. fin. regund. Est personalis, quatenus petit fructus, expensas, damna, &c. d. l. 1.

L E M M A LXXIII.

Cui datur, & contra quem?

708 *Datur omnibus quorū interest.*
Datur Domino prædii rustici contra occupantem confinia agri; ad illa restituenda: nimirum ad restituendos terminos amotos; vel ne amoveantur, l. nec actio, 2. ff. eod. c. 27. Deuteronom. l. si irruptione, 8. l. in finalibus, 11. ff. finium regundor.

Datur Domino, etiam utili: putà, Emphyteutæ, l. 4. §. finium, ff. eod. Et cuicumque interest, d. l. 4. §. finium. Etiam illis, qui possident jure pignoris, d. §. finium.

L E M M A LXXIV.

Ad quid datur?

Datur I. pro restituendis confinibus, si fuerunt amoti, d. l. si irruptione.

709 *Pro restituendis conservandis.*
II. Datur pro damnis, sumptibus, fructibus, & tuendis, vel interesse, l. 4. in princ. ibi: In iudicio finium regundorum ejus etiam ratio fit, quod interest, §. post confinibus. litem, ff. eodem.

III. Datur pro dividendis rebus incorporalibus: putà, jurisdictione inhærente rei corporali, Bart. in l. arbor, 19. §. fin. ff. comm. divid. l. 3. §. finium regundorum, ibi: Inter eos, qui usufructum habent, competere potest, ff. fin. regund.

IV. Datur in prædiis rusticis, non urbanis, l. sed, Prædii & 4. finium regundorum, ibi: Hoc iudicium locum rustici, non habet in confinio prædiorum rusticorum, in urbano-urbani. rum displicuit. Neque enim confinia hæc sunt, sed magis vicina dicuntur, ff. cit. tit.

Q. I. Quomodo probentur fines?

710 *Fines probandos.*
AD probandos fines sufficiunt semiplenæ probationes, l. eos terminos, 12. ibi: Quos demonstravit is, qui utriusque prædii Dominus fuit, 19. ff. cit. tit. ubi, uni testi creditur, Dec. in c. 3. de prob. Et probari possunt.

I. Publicis instrumentis, d. l. in finalibus, 11. & l. 12. ff. finium regund. II. Probantur lapidibus antiquis, cap. cum causam de probat. Cuid. Pap. dec. 183. III. Fama publica. IV. Depositione seniorum, c. cum Joannes, de fide instrum. * De quibus fit tractavit Senatus Sabaudicæ, ut tradit Ant. Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 14. de probat. de fin. 72. & cuncta illustrat novissimè D. Scoppa in suis Practica-Receptis Explanationib. ad eund. Cod. Fabrian. nunc typis traditis, in explanationib. ibid.

Q. II. Quanto tempore ista Actio præscribatur?

711 *Prescribitur per 30. annos ad instar personalis.*
RESP. per triginta annos à die turbationis finium, l. cunctis, 6. C. fin. reg. Et sequitur naturam personalis actionis, §. præterea, hoc tit. licet sit mixta.

Q. III. Quantum spatium debeat intercedere inter confines prædiorum?

712 *Distantia confinium.*
DICAS, id decidi ex l. fin. ff. fin. regund. ibi: Si quis sepem, vel materiam juxta alterius regionem effoderit: terminum non excedat. Si autem murum, pedem derelinquat. Si domum, duos pedes. Si autem sepulchrum, aut foveam effoderit; quantum profundum, tantumdem derelinquat. Si autem puteum, passum. Olivam autem, aut ficum novum pedes ab extranea regione planctet, alias autem arbores, quinque pedes.

L E M M A LXXV.

Quot remedia contra turbantes confines?

713 *Pœna turbantis confines.*
QUATUOR. I. Actio criminalis adversus illos; qui tollunt terminos, l. 4. §. si dicatur, ff. si finium regund. Itaut officio Judicis puniri possit extraordinariè secundum qualitatem personæ, l. 3. ff. de term. mot. ubi splendiores relegantur ad tempus, alii fustigantur. Et semper circumstantiæ delicti attenduntur, l. aut facta, 16. D. de pœn. l. 1. D. de term. mot. ibi: Pro conditione admittentium, coercitione transgendum est.

II. Remedium est pœna pecuniaria, l. lege agraria, 3. D. de term. mot. ubi pœna debetur Fisco secundum Additionem ad Oynot. bic num. 1. lit. B. Vel Actor participat de pœna, secundum Bart. in d. l. 3. Abb. in cap. ex literis, 2. in fin. de probat.

714
III. Est, quod si quis, lite etiam contestata hac actione finium regundorum, propria autoritate rem occupet, restituit cum re occupata tantumdem, l. si constiterit, 4. C. fin. regundor.

715
IV. Est actio finium regundorum, de qua jam dictum est.

DE ACTIONIBUS PERSECUTORIIS.

51

DE ACTIONIBUS PERSECUTORIIS, RE, PENA, ET MIXTIS.

L E M M A LXXVI.

Quæ sint?

Ex §. omnes, 21. 22. 23. 24. 25. 26. & 27.

916 **I**n istis omnibus recolliguntur Actiones, quæ simplum, duplum, triplum, quadruplum petunt. De quibus suis locis à nobis actum est. Illas tantum delibamus.

In *Simplum* agit, qui petit rem commodatam, emptam, &c. de quo in §. in *simplum*, 22.

Pena dupli. Actio in *duplum* est ex furto non manifesto, ex servo corrupto: nam corrumpens servum solvit duplum æstimationis, in quo servus est deterioratus. De quo §. in *duplum*, 23. l. 1. l. 6. l. 2. l. in *hoc*, 10. l. *dolo*, 7. l. 14. D. de *serv. corrupt.* Qua actione etiam convenitur corrumpens servum proprium, in quo alius habet usumfructum, l. si quis *servum*, §. si in *utero*, D. de *serv. corrupt.*

717 Et si servus, alterius consilio, furtum committat, contra consulentem datur actio servi corrupti, & furtiva. Et una alteram non tollit, l. *Neratius*, 11. D. *cit. tit.*

718 Qua actione Pater potest uti contra corruppentem filios. Ejus enim interest habere filium benemeratum, l. ut *tantum*, 14. §. 1. D. de *serv. corrupt.* & magis tenetur, qui liberum putans corrumpit, ut ait l. *doli*, 5. D. *cit. tit.*

Hæc actio est perpetua, & transit ad hæredem, l. *hæc actio*, 13. D. *cit. tit. l. in honorariis*, D. de *act. & oblig.*

719 **Duplum pœna negantis veritatem.** In istis Actio simpliciter est in duplum, in quo simplum continetur. Sed in quibusdam. Actio est in duplum in pœnam inficiationis: ut in damno ex l. *Aquila*. In deposito facto urgente necessitate: In legato pio, in quibus verum factus, solvit simplum; qui negat damnum esse illatum, depositum, legatum pium, convictus punitur in duplum, de quo hic §. sed *furti quidem*, 26. l. *doli*, 5. ibi: *Aquila inficientem dumtaxat coercet*. D. de *serv. corr.*

920 **Pœna tripli.** In triplum, convenitur, qui majorem summam in libello petit, ad hoc ut conventus plus solvat Exactoribus. De quo in §. *Triplum*, 24. & sportulæ appellabatur, quæ Executoribus dabantur, *Autb. sed bodie*, C. de *Episc. & Cleric.*

Plus petens punitur. In Regno petens per se, vel per procuratorem specialem, debitum solutum, punitur pœna tritemium: si re ipsa bis exegerit, *Pragm. 7. de falsis*, ubi *Rovis. num. 3. & 4.* & alibi punitur extraordinarie, pœna stellationis, *Magon. decis. 28. Maranta conf. 38. num. 10.* * Sed vide quæ tradit D. *Scoppa in Scholiis ad contrav. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 23. num. 3.*

721 **Pœna quadrupli.** Actio in *Quadruplum* datur. I. contra furem manifestum. II. incutientem metum injustum cadentem in virum constantem, vel dantem ad calumniandum, l. si *constantem*, §. 1. D. *quod met. caus. l. 3. C. eod.* In qua cessat quadruplum, si confestim quis restituat jussu Judicis, quod accepit, §. *item actio*, 27. *hoc tit.* III. Contra exigentes aliquid à Reis, *text. hic*, §. *quadrupli*, 22. l. 1. l. si *quis*, 7. §. *fin. l. & generaliter*, 3. D. de *calumn.* ibi: In *quadruplo continetur simplum*. Est annalis in quadruplum, perpetua in simplum, l. 1. §. 1. l. in *hæredem*, 5. §. 1. D. de *calumn.* & annus currit à die scientiæ illius, qui vult agere, l. *annus*, 6. D. *eod.*

722 **Pœna Officialis ali-quid exigētis ultra salarium.** Et in Regno in quadruplum puniuntur Officiales, qui ultra salarium, aliquid exigunt, *Pragm. 63. de off. S. R. C. ubi Rovis. num. 5.* ait, semel salarium deberi pro accessu, licet ad instantiam singularum, & diversarum partium, ex *cap. felicitis, de cens. in 6.*

Hæc competit danti non turpiter, l. si *quis ab alio*, 7. D. de *calumn.* Et si dans, & accipiens turpiter fecerit, datur illi, quem lædit illa turpis datio pecuniæ, l. & *general. 3. §. fin. D. cit. tit.*

Quadruplum datur parti. Nam est pœna civilis, *Tom. II. Lib. IV.*

non criminalis, *Oynot. hic num. 25.* licet *Nicas. hic num. 4.* velit simplum parti, triplum Fisco applicandum, ex §. *hoc quoque, Autb. ut litigantes jurent, coll. 9.* qui *text. currit*, si agatur criminaliter, non civiliter.

723 *Simplum parti datur.*

DE ACTIONIBUS BONÆ FIDEI, ET STRICTI JURIS.

L E M M A LXXVII.

Quid, & quotuplex sint?

Ex §. *Actionum autem*, 28.

Divisio ista, veluti formalis, Actionum, in Bonæ fidei, & Stricti juris, fusiori sermone protrahenda esset; nisi singulas species in propriis locis discussas tradidissemus.

Omnes fere Actiones Bonæ fidei, in isto §. habes expressas, ibi: *Bonæ fidei sunt hæc: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandato, depositi pro socio, tutele, commodati, pignoratitio, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de extimato proponitur, & ea, quæ ex permutatione competit, & hæreditatis petitio.* Quibus adde actionem funerariam, l. 14. §. *hæc actio, quæ funeraria dicitur, ex bono, & equo oritur.* D. de *velig.*

724 *Actiones bonæ fidei, ad de stipulationem pro dote, l. un. C. de rei uxore. act.*

Dicuntur Bonæ fidei, non quia aliæ actiones sint malæ fidei, ratione cujus non subsisterent, l. si *mandato*, §. 1. D. *mandat. l. res bona fide*, l. cum *fundum*, D. de *contrab. empt. l. bonam fidem*, D. de *act. & oblig.* Sed sunt Bonæ fidei, ob summam æquitatem, quæ in illis relucere debet, l. *Bona fides, que in contractibus exigitur, summam æquitatem desiderat.* D. de *depos. l. consensu*, 2. §. *item in his*, D. de *act. & oblig. text. hic.*

725 *Cur bonæ fidei.*

In quo est differentia ab actione stricti juris, quæ excludit æquitatis moderamen, l. 1. §. *item Varrus*, D. de *aqua pluvia arc. l. placuit*, C. de *jud. l. in his*, D. de *cond. & demonstr. Piccard. Mynsing. Herostius hic, Mantica, 1. de ambig. tit. 9. num. 13. Valasc. de Jure emphyteut. q. 5. num. 1. Molin. disp. 259. num. 1.*

726 *Quæ stricti juris.*

Idque factum: quia bonæ fidei actio regulariter datur quibusdam frequentioribus contractibus plurimo Jurium auxilio munitis; ad quæ Jura partes cententur se remittere. Nam juris dispositio censetur semper inesse contractui, l. 7. §. *Prætor ait*, ubi: *Adversus leges, l. in emptioibus*, 44. D. de *re actioibus pact. l. ex empto*, l. *Julianus, §. ex vendito*, D. de *act. empti, l. cum quid*, 3. D. *si cert. pet. Quæ ratio cessat in illis contractibus, quibus Jus non prospexit, ob exuberantem multitudinem, quæ etiam nomina superat, l. natura enim rerum inducuntur est, ut plura sint negotia, quàm vocabula*, 4. D. de *prescriptis verbis*. Et reliquit illas dispositionibus Contrahentium, qui dent suis actibus formam, l. 2. l. 3. ibi: *Si inter Contrahentes id agatur.* D. de *act. & oblig. l. lecta*, D. *si cert. petat. l. petens*, C. de *pact.* Et tunc standum est gestis; sibi que tribuat, qui cautius non egit.

727 *Cur bonæ fidei equitate, rigori actiones pact. l. ex empto, l. Julianus, §. ex vendito, D. de stricti juris actioibus exigant.*

Dixi In frequentioribus, inter quos sunt plerique Nominati contractus; nec excluduntur aliqui Innominati: ut est permutatio, cui competit actio præscriptis verbis bonæ fidei, *text. hic*, & l. *permutationem*, 2. l. 4. C. ibi: *Si verò nulla stipulatio intercessit præscriptis verbis actio est*, C. de *verum permat.* Licet ex se sit contractus innominatus, præcisa stipulatione, & traditione, qua vestiri solet, l. *ex pacto*, 3. l. 4. C. *cit. tit.*

728

Et è conversò datur contractus nominatus stricti juris. Ut est *Stipulatio*, l. *quidquid adstringendæ*, D. de *verb. oblig. & idem de Mutuo*, quem contractum stricti juris ait *Wesemb. tit. de reb. cred. n. 9. stipulatio*, *Mant. 8. de ambig. tit. 1. num. 6.* nec in hoc §. actio nominatus num, numeratur inter bonæ fidei. Ex qua ratione, stricti juris probatur; non ex alia; qua dicunt. Omnis contractus, cui datur condictio, est stricti juris. Sed mutuum est contractus, cui datur condictio. Ergò est stricti juris.

729 *Permutatio bonæ fidei, licet contractus innominatus.*

Nam minor falsa est, contra l. *condictio*, 9. D. de *rebus credit.* ubi condictio omnibus contractibus etiam

730 *Mutuum, stricti juris.*

731

etiam bonæ fidei competit. Ergo, verum non est ex conditione, ut sic inferri, contractum, ac actionem esse stricti juris. Verba tenentur: Quoniam igitur ex omnibus contractibus hæc certi conditio competit. Sive re fuerit contractus factus, sive verbis, &c. Numeravi tibi decem (en mutuum) Et hæc aliis stipulatus sum. Nulla est stipulatio (Nam alteri stipulari nequit) An condicere decem per hanc actionem possim, quasi duobus contractibus intervenientibus: unus qui re factus est, idest numeratione: alius, qui verbis, idest inutiliter: quoniam alteri stipulari non potuit. Et puto, posse, &c. & sequenti §. si summos, idem dicitur.

Differentia inter Contractus bonæ fidei, & stricti juris.

Deditus I. Judicem in bonæ fidei, non stricti juris ex bono, & æquo procedere posse. Non mutando partium voluntatem: nam tunc cum voluntate partium, destrueret rationem contractus, l. si ergo, 18. ff. de reb. credit. Sed tantum judicando, secundum leges, & statuta illud, quod partes non expresserunt.

II. Dolus dans causam contractibus bonæ fidei, reddit illos nullos ipso jure; dans causam contractibus stricti juris, reddit illos destruibiles, l. elegantèr, 7. ff. de dol. l. dolo, 5. C. de inutil. stipul. ibi: Actio quidem nascitur, si subdita stipulatio sit; per doli tamen, vel metus exceptionem submoveri petitio debet, l. 7. §. fin. ff. pro soc. l. in causa, 17. ff. de minor. c. cum dilecti, de empt. & vend. Nam dolus, cum sit mala fides, tollit bonæ fidei, ac æquitatis contractus. Non loquor de dolo circa substantiam, tollens consensum; sed circa accessoria contractus. Nam quando est circa essentialia, tollit contractum etiam stricti juris: cum tollat consensum, d. l. si ergo, 18. ff. de reb. credit.

III. In bonæ fidei veniunt omnes clausulæ à Jure requisitæ, etiam si non sunt expressæ: Nam sunt naturales illi contractui. In stricti juris tantum veniunt expressæ. Nam, non est aliunde, unde intelligantur, l. fundi, 17. §. si supra, ff. de act. empt. Puto tamen, semper venire, quod prudenter ab utraque parte justè esset expressum. Nam præsumitur quilibet prudenter operari, l. obligatione generalit, ff. de pign. l. cum quid, 33. ff. si certum petat.

IV. Usuræ debentur à tempore moræ in bonæ fidei; à contestatione in actibus stricti juris, l. videamur, 38. §. si actionem, ff. de usur. l. cum fundus, 31. ff. si cert. petat. l. si filiusfam. 78. §. fin. ff. de verb. oblig. Nicas. hic num. 4. Sed hæc differentia displicet Felician. tom. 1. cap. 3. num. 12. Nam non potest intelligi de usuris prohibitis. Et licitæ, scilicet ratione damni emergentis, & lucri cessantis, ex utroque contractu, & eodem modo debentur.

Sed fructus rei in bonæ fidei à tempore moræ debentur, l. Julianus, §. si fructibus, ff. de act. empt. In lite debentur stricti juris actionibus, jura decrevere: ut à contestatione in lite deberentur, d. l. si filiusfam. 75. §. fin. ibi: contractibus Cum fundo non veniunt fructus, qui stipulationis stricti juris, tempore fuerunt, ubi Glos. v. non veniunt, 8. de l. 38. §. si verb. oblig. actionem, ff. de usur.

Id currit in Interesse, quod est in lucro captando, ut in fructibus, d. l. si filiusfam. qui debentur post contestationem. Sed si loquamur de damno vitando, tunc à die moræ, debetur quanti interest, l. si fundum, 114. ibi: Consequuntur me, quasi mea interfit, moram factam non esse, ff. de verb. obl. Nam facilius subvenitur agenti de damno vitando, quam de lucro captando.

IV. Differt, quia in bonæ fidei, restituens rem diminutam non liberatur, l. si rem, l. etiam, D. de solut. l. sed mihi, 3. §. si reddita, ibi: Proprie dicitur res non reddita, quæ deterior redditur, D. commod. At in stricti juris liberatur, & agit ad supplementum, l. & elegantèr, D. de dolo.

V. Aliqui volunt differre: quia in bonæ fidei resc. vend. non stricti juris locum habet l. 2. C. de resc. vend. currit in om. Quod rejicitur à Bal. in l. 2. num. 5. ubi Padill. nibus actio num. 21. Salyc. num. 8. Paul. de Caslr. num. 14. ex nibus.

l. 3. §. fin. D. pro soc. l. dolo, vel metu, 5. C. de inus. stip. ubi dolus reddit contractum stipulatum annullandum, l. si dolo, 5. C. de resc. vend. ibi: In hujusmodi maxime contractibus exigitur. Ergo etiam in aliis, secus ly Maxime esset superfluum.

DE ACTIONE PRÆSCRIPTIS VERBIS.

HÆc Actio à nobis explicanda, difficilior videtur: cum competat innominatis, l. 1. 2. 3. 4. 5. l. si rem, 19. D. de præscript. verb. qui communiter sunt stricti juris contractus. Unde etiam ipsa actio stricti juris deberet esse.

Dicitur actio præscriptis verbis: quia olim determinatis, ac certi concipiebatur verbis. Quibus tanquam legi inhærendum. In quo stricti juris habebat umbram, l. rebus certa lege traditis, 6. C. de rer. permut. Habet etiam naturam bonæ fidei, ten. hic. Quia si quis non adimpleat, quod promisit, Judex ex bono, & æquo illum ad interesse condemnat: scilicet, ut solvat quanti interest, rem impletam non esse, l. si tibi decem, 7. l. naturalis, 5. §. Et si quidem, & §. fin. D. de præscr. verb.

Est idem actio præscriptis verbis, & in factum, & dicitur in factum: quia factio, aut verbis contrahitur, contractu innominato, vel ex culpa oritur, l. apud Labonem, 22. §. fin. l. 1. & l. 4. verbis, quæ l. quas actiones, 6. l. 13. l. duos, l. 14. in fin. D. præscr. in factum. verb. Cujac. 4. observ. c. 10. Wesemb paratit. de præscr. verb. num. 7.

Sed in factum usitatius dicitur, quando ex culpa oritur, l. qui, 15. l. 24. l. 25. in fin. l. 17. D. de præscr. verb.

Præscriptis verbis, & in factum actio est civilis, l. 17. l. 6. D. de præscr. verb. l. Jurisgentium, 7. §. fin. D. de pact.

Actio ergo ista datur innominatis, & omnibus carentibus propria actione, l. non nunquam, 1. 2. l. 3. l. 9. §. Ut cum dos, l. si tibi, 14. in fin. D. de præscr. verb.

Quoties ergo deest actio: in delictis currit actio de dolo, l. 1. D. de dolo, l. fin. C. de dolo.

Vel in contractu nominato: ut in mutuo, & datur in re certa, certi conditio, in incerta, incerti conditio, l. certi conditio, D. si cert. petat.

In innominatis: ut est permutatio, do ut des, datur præscriptis verbis, l. naturalis, 5. D. præscr. verb. Et in contractu, facio, ut des, datur actio de dolo, ob dolum præsumptum, si quis nolit dare, postquam alius fecit, l. naturalis, 5. quod si, l. solet, 16. in fin. D. de præscr. verb.

Quæres. An Actio præscriptis verbis sit bonæ fidei?

Resp. Ex hoc §. esse bonæ fidei, quæ pro æstimato, & ex permutatione proponitur. An verò ita sit etiam, quæ datur pro aliis innominatis? Res est obscura, & ex hoc ten. nequit probari.

DE DOTE.

Ex §. Fuerat. 29.

L E M M A I.

Quid sit Dos? & an sit Contractus?

Dotis vocabulum latius excurrit, quam vulgariter credi solet.

I. Sumitur pro dotibus animi: ut doctrina, laureolis Beatorum.

II. Sumitur pro instrumentis prædiorum, l. 2. §. dotes prædiorum, l. Seja, 20. ibi: Sejo liberti meo fundos illum, & illum do, lego, ita ut instructi sunt cum dotibus, & reliquis colonorum, & saltuariis cum contubernalibus suis, & filiis filibus suis, §. liberti, D. de fundo instruct.

III. Sumitur pro dote Ecclesiæ, cap. Si quis obtulerit, 1. q. 3. Ferret. cons. 250. num. 1. Mantie. de conjec. lib. 12. tit. de dote, n. 4. Bart. & Bald. in l. 1. num 18. D. sol. matrim.

IV. Sumitur pro re data in contractu nuptiali, prout sumitur hic, & dicitur dos, si data sit ob causam matrimonii.

Ut

732

733 Servanda est voluntas partium, etiam in bonæ fidei.

734 Dolus tollit consensum contractum tollit.

735 Clausula rationabiles semper intelliguntur.

736

737 Contestata liti debentur in stata lite deberentur, d. l. si filiusfam. 75. §. fin. ibi: contractibus Cum fundo non veniunt fructus, qui stipulationis stricti juris, tempore fuerunt, ubi Glos. v. non veniunt, 8. de l. 38. §. si verb. oblig. actionem, ff. de usur.

738

L. 2. C. de resc. vend. currit in om. Quod rejicitur à Bal. in l. 2. num. 5. ubi Padill. nibus actio num. 21. Salyc. num. 8. Paul. de Caslr. num. 14. ex nibus.

739 Quæ sit, & cur actio præscriptis verbis.

740

741 Quæ actio præscriptis verbis, quæ l. quas actiones, 6. l. 13. l. duos, l. 14. in fin. D. præscr. in factum. verb. Cujac. 4. observ. c. 10. Wesemb paratit. de præscr. verb. num. 7.

742 Est civilis data, quando deest propria actio.

743

744 Præscriptis verbis est bonæ fidei.

745 Dos quot modis sumatur.

746

In nuptiis materialiter sit ob causam matrimonii.

Et ut est contractus.

Ut ad definitionem accedamus: dos dupliciter considerari potest.

I. Materialiter, pro re data in dotem.

II. Prout est contractus dotalis; de quo tit. D. & C. de pact. dotalib.

747 Quid sit dos.

Materialiter definitur. Dos est, quidquid viro promittitur, traditur ex parte uxoris ad sustinenda onera matrimonii, l. 1. & l. profectitia, 5. & l. etiam, 20. ibi: Nihilominus Maritus de dote obligatur, D. de jur. dot. Mant. de tac. lib. 12. tit. 3. num. 2. Azo in summa, C. de jure dot. Bart. in rub. DD. sol. matr.

Prout est contractus, definitur: Dos est contractus societatis, quo ex parte uxoris aliquid marito confertur, cum onerans ad onera matrimonii, Bart. q. 7. num. 4. Tusch. concl. 717. num. 1. & 2. v. dos.

748 Cur contra Societatis.

Dicitur Contractus. Nam est duorum consensus in idem ultro citroque obligatorius. Et Uxor dat dotem; & Maritus sustinet onera matrimonii, collato olim tandundem titulo donationis propter nuptias, tit. D. de pact. dotal. & de jur. dot.

Dicitur Societatis, ex c. societatis, 27. q. 2. c. 2. ibi: Ipsum ad restitutionem dotis, & divisionem eorum, quae olim communiter habuerunt, distributione Ecclesiastica compellatis. De donat. int. Nec officit, quod fructus cedant marito, l. dotis fructum, 8. ibi: Aequum est, eum etiam fructus percipere, D. de jur. dot. Nam, licet non dividantur fructus, tamen Uxor percipit ex illis utilitates: cum Maritus dotem assecuret, colligat fructus, exigat, sustineat onera matrimonii, & omnia sunt salva suo periculo, Jo: Lupus in rub. de donat. inter, §. 61. Hinc est contractus societatis, non donationis ob causam; contra Covar. in epit. 2. p. §. 1. num. 2. Cassan. ad Consuet. Burg. rub. 4. §. 2. num. 16.

749 Dos est contractus nominatus.

Ex quo fit, dotem esse contractum nominatum, onerosum, bonae fidei, l. un. §. Sed & si, C. de rei ux. act.

Dicitur Ad onera matrimonii, &c. Quia in contractu dotali intelligitur tacita conditio, si matrimonium sequatur, l. cum multa, 20. ibi: Sicut enim dos propter nuptias fit, & sine nuptiis, quidem nulla dos intelligitur, C. de donat. ante nupt. l. 3. l. promittendo, 42. D. de jure dot. ita ut, ubi non datur ad esse matrimonium, ibi nec sit dos, l. ult. C. de don. ante nupt. l. 3. §. 1. D. de donat. inter vir. & ux. l. 3. l. si onera manipulationum, 22. l. plerumque, 11. l. in rebus, 18. D. de jure dot. l. item quia, 6 §. 1. de pact. l. 11. tit. 61. part. 4. ubi Lopez l. cum veterum, C. de ante nupt. l. incestu, 52. l. 62. de ritu nupt.

Datur ad esse matrimonium.

Si matrimonium est verum, dos est vera: si putativum, dos est putativa, d. l. incestu, ubi Bart. l. si sponsa, ibi: Dotis, D. de jure dot. l. cum dos, 23. §. ult. D. sol. matr.

* An cessante Matrimonio, cesset dos?

750

Ist. Matrimonium deinde solutum, à Matrimonio non dum contracto. Si matrimonium fuit verum, validum, deinde solutum morte Viri.

Affirma, remanere dotem quò ad esse, effectus, & privilegia.

Dos etiam dicitur, matrimonio soluto.

Patet I. Quia, esse permanens jam acquisitum, conservatur quousque contraria causa destruat, quae nequit hic assignari. II. ex l. 1. l. 3. si marito, §. ult. l. si Pater ignorans, D. solut. matr. ubi soluto matrimonio dos redditur Uxori. III. ex l. 3. §. toties, D. de fundo dotal. l. si constante, D. sol. matr. In quibus, soluto matrimonio, datur Uxori actio pro recuperanda dote; quae actio supponit dotem existere. IV. ex l. etiam, D. de fundo dot. l. 1. D. quib. alienare licet, vel non, ubi soluto matrimonio dos etiam remanet inalienabilis. V. quia soluto matrimonio, etiam dicitur Uxor sequens forum Viri, l. ult. C. de ban. mat. l. si filius, §. vidua, ff. ad municip. l. si marito, §. ult. ff. sol. matr. Ergò remanet dos cum actionibus, & privilegiis, arg. l. 1. ff. de cond. ob. caus.

751

Nec officit I. l. 3. §. toties, ff. de fundo dotal.

ubi soluto matrimonio definit esse dos. Nam intelligitur de dote ab Uxore recuperata, & confusa cum aliis bonis Uxoris. Tunc enim res nova censetur alienabilis: ut sunt alia bona, eum quibus confusa est, Crotus in rubr. ff. sol. mat. num. 15. Bald. in l. si praedium, C. de jure dot. Succ. conf. 121. col. 1.

Nec II. officit, non esse dotem, deficiente matrimonio, l. 3. ff. de jure dot. l. ult. C. de don. ante nupt. l. 3. §. 1. ff. de don. inter. Thesaur. lib. 1. for. q. 5. num. 3. Nam id est verum, quando matrimonium non habuit esse; unde nec dos habuit esse, effectus, & privilegia. Ex quo pactum lucranda dotis est nullum, nullo extante matrimonio, l. 1. Cod. de cond. ob. caus. Et nullo matrimonio, non confirmatur morte donatio inter Virum, & Uxorem, l. cum hic status, §. qui sponsam. ff. de donat. inter vir. & ux. Nec actio ex stipulatu pro dote, datur matrimonio nullo, l. un. §. cum autem, C. de rei ux. act. l. maritum, ff. solut. matr.

Si matrimonium sit futurum tantum initis sponsalibus de futuro, deinde etiam dissolutis.

Nega, esse dotem cum privilegiis. Nam matrimonium incertum futurum potens esse, & non esse, nequit certum dotis esse dare, adeoque dos promissa, vel tradita non est proprie dos, & ejus fructus non sunt Viri, l. lex Julia, 4. ff. de fund. dotal. l. si uxor, ff. de adult. sed Q.

An dotis privilegia competant doti putativae?

Ist. favorem mulieris, ab aliis. Favore mulieris. Affirma: cum Reipublicae intersit, mulieres non esse indotatas, l. 1. ff. solut. matr. l. 2. §. ult. ff. de privil. cred. Favore aliorum. Nega: cessat enim illis Reipublicae favor, & interesse, l. 1. Cod. de cond. ob. caus. l. maritum, ff. sol. matr. Et ut non entis, ita matrimonii nulli, nullae sunt passiones; nisi jure expresse dentur: tunc enim censentur datae, non natae passiones, actiones. *

L E M M A II.

Quotuplex sit dos?

DE dotis divisione aliqua delibemus, acturi uberius infra.

I. Dos alia vera, alia putativa, prout matrimonium, aliud verum, aliud putativum, l. si cum et putativa. dos, 23 §. final. ff. solut. matrim. Wesemb. in paratit. tit. de jure dot. num. 2.

II. Alia dos est profectitia, alia adventitia. Profectitia datur filiae existenti in potestate, l. profectitia, ibi: Quae à patre, vel parente profecta est & adventitia, de bonis, vel factis ejus. §. ff. de jur. dot. Adventitia est, quam concedit extraneus, vel mater, d. l. 5. & Gomes. in l. 50. Tauri, num. 19.

III. Dos alia tradita, alia promissa. De tradita est sermo in l. si ergò, 10. §. si res, ff. de jur. dot.

De promissa est sermo in l. cum post, 70. §. gener, ff. de jur. dot. & in l. 1. C. de dotis promiss. & utraque producit obligationem, l. un. §. 1. & §. & nemo, C. de rei ux. act.

Dos promissa etiam in mobilibus, non producit obligationem, quoad actualem translationem domini, licet teneatur transferre dominium.

Dos in mobilibus tradita transfert dominium, d. l. un. §. Et ut plenius, l. 23. tit. 13. part. 5.

Dos tradita, & promissa, habet privilegia dotis in bonis Mariti, Glof. in d. §. Et ut plenius. De quibus privilegii infra redibit sermo.

IV. Dos alia est aestimata, alia non aestimata. Non aestimata est dos simpliciter data, ut do tibi in dotem fundum A. dos aestimata est, quando explicatur valor rei dotalis. Qui valor ex duplici causa potest explicari. I. Ut sciatur valor rei dotalis. II. Ad celebrandam venditionem, ita ut Maritus censetur emptor dotis, l. plerumque, 11. ibi: Res non esse aestimata, interest viro. l. si rem aestimatam, 15. ibi: Si rem aestimatam mulier in dotem dederit. ff. de jur. dot. l. 6. tit. 11. part. 4. Mant. de conjec. lib. 2. & de tacit. lib. 12. tit. 18. Tusch. v. dos, concl. 758. ex l. quoties, C. de jur. dot.

V. Dos alia tradita, alia confessata tantum. Confessata est non accepta; sed Maritus fatetur se illam

752

753

Dos vera, & putativa.

754 Profectitia, & adventitia.

755 Promissa solum, & tradita.

756 Aestimata, & non aestimata.

757 Tradita, & tantum confessata.

illam accepisse. Tradita est, quam re vera Maritus accepit, Signorol. conf. 49. in fin. Afflic. dec. 402. num. 4. Sylvester v. a. 1. num. 2.

758

Antiferia est quasi contra dotem: & est donatio, quam Maritus facit in compensationem dotis, l. cum multa, 20. ibi: Quia quasi antiferia, hęc possunt intelligi, C. de donat. ante nups.

L E M M A III.

De Privilegiis Dotis.

759 Dos habet privilegia.

Placuit consultissimis Legislatoribus dotem privilegiis vallatam reddere; tanquam quid necessarium bono communi; ne Mulieres remaneant indotatę, l. 1. ibi: Nam, & Republicę interest, dotes mulieribus conservari, ff. de solut. matrim. l. 2. 3. 4. & 5. ibi: Republicę interest, mulieres suas dotes salvas habere. ff. de jur. dot.

Hinc dederunt doti multa privilegia.

760 I. Stipulationis tacite à lege facta.

I. Est actio ex stipulatu pro dote exigenda à Viro, vel recuperanda ab Uxore, l. un. ibi: Sicut enim, & stipulationes, & hypothecę inesse dotibus intelliguntur. §. & ut plenius, C. de rei uxor. act. ita ut nunc semper dos sit vestita stipulatione à Jure facta, Gomez. l. 50. Tauri, num. 87.

Hoc privilegium consistit: quia stipulatio datur tantum, quando continetur res incerta, §. 1. de verb. oblig. ibi: Quam ex stipulatu sicerta fit. At in dote semper intelligitur, sive res sit certa, sive incerta.

II. Quia in aliis, stipulatio non intelligitur, quando non exprimitur; at in dote semper intelligitur, sive exprimitur, sive non exprimitur, sive inutiliter exprimitur, d. l. un. §. 1. ibi: Scripta sive fuerit stipulatio, sive non.

761

Nota, quod olim duplex dabatur actio. Una Marito ad exigendam dotem ab Uxore: & hæc dicebatur actio ex stipulatu. Altera dabatur Uxori soluto matrimonio, vel constante matrimonio, & appellabatur actio rei uxorię, d. l. un.

Actio ex stipulatu pro dote.

Hodię actio ex stipulatu datur Viro, & Uxori, d. l. un. & l. ad exactionem, 6. C. de doris promiss. & etiam Patri dotanti filiam in potestatem, d. l. un. §. accedit.

762 Præferitur aliis creditoribus.

Et prædicta ex stipulatu est personalis, & præferitur omnibus aliis creditoribus personalibus, l. 2. 3. & 4. ff. de privileg. credit. l. in rebus, 30. ibi: Et neminem creditorem mariti, C. de jur. dot. Molin. disp. 423. num. 5.

763

Est bonæ fidei.

II. Privilegium est, ut hæc actio sit bonæ fidei, d. l. un. §. Sed est; licet stipulatio sit stricti juris, l. quidquid adstringenda, 99. ff. de verb. oblig. Et ratio est: quia fuit subrogata loco actionis rei uxorię, quæ erat actio bonæ fidei, & subrogatum sapit naturam illius; pro quo subrogatur, l. si creditori meo, 28. ff. de leg. 1.

764 Ex pacto nudo pro dote oritur actio ob stipulationem facta à jure.

III. Privilegium est, ut pro dote exigenda sufficiat pactum nudum, l. ad exactionem, 6. ibi: Quæliacumq; verba sufficere censemus, sive scripta fuerint, sive non, C. de doris promiss. Nam ob tacitam stipulationem, quæ semper intelligitur in dote, d. l. un. C. de rei uxor. act. Pactum semper nudum dicitur vestitum stipulatione, l. 1. ibi: Cum pactum nudum est alioquin cum pecunia datur, & alioquin de reddenda ea convenit, §. 1. C. de pact. conv.

765 Privilegiū hypothecę.

IV. Privilegium est tacita hypotheca pro dote consequenda, quam Maritus habet in bonis dotantis, & Uxor habet in bonis Mariti pro repetenda dote, d. l. un. §. Et ut plenius sup.

Prælationis

V. Privilegium est prælatio: ut Mulier pro repetenda dote præferatur creditoribus anterioribus mariti, l. assiduis, 12. ibi: Ut contra omnes pene personales actiones habeant privilegia, & creditores alios antecedant, licet fuerint anteriores, Cod. qui pot. in pign. Per quod est limitata trita Regula: Qui prior in tempore, potior in jure. l. 2. in fin. C. qui pot. in pign. Quod privilegium concessum est: quia interest Republicę, mulieres non remanere indotatas, l. 1. ff. solut. matrim.

766

Nos ex istis privilegiis, duo ad exactiorem trutinam revocemus. I. Hypothecam. II. Prælationem.

L E M M A IV.

De Privilegio Hypothecę.

Ex eodem §. Fuerat.

Portet dotes salvas esse Mulieribus, d. l. 1. & l. 2. 3. 4. & 5. ff. sol. matr. Merito ob dotem consequendam datur Marito hypotheca in bonis ex parte Uxoris, & pro illa restituenda Uxori sunt hypothecata bona Mariti, d. l. un. §. & plenius, C. de rei uxor. l. ubi adhuc, 21. l. in rebus, 30. C. de jur. dot. d. l. assiduis, ubi Bart. & text. in nostro §. fuerat, l. 23. tit. 23. part. 5. Tusc. v. dos, conclus. 745. Abb. in cap. ex literis, de pignor.

767 Cur, & cui datur hypotheca pro dote.

Et l. verum id est, etiam si Vir sit minor, argum. l. mutus, ff. de jur. dot. Bald. Ang. Rom. Alex. & Jas. in l. si constante, ff. sol. matrim. DD. in l. quia, 12. ibi: Et solvi ei p. oest, ff. de pact.

768

II. Hypotheca currit, etiam si dos sit putativa: Etiam putativæ validum, Glof. in d. l. assiduis, Bart. in l. 2. §. fin. ff. de privil. cred.

III. Hypotheca currit etiam pro accessoriis ad dotem: quia sequuntur dotis naturam cum omne accessorium sequuntur naturam principalis, cap. accessorium, de regul. jur. in 6. l. cum principalis non consistat plerumque, nec ea quidem, quæ sequuntur locum habent. 139. ff. cod. tit.

769 Paraphrenalibus Marito traditis, l. si mulier, 11. §. sancimus, ff. de nalibus. jur. dot.

IV. Hęc hypotheca est etiam pro bonis paraphrenalibus: hoc est, pro bonis extra dotalibus Marito traditis, l. si mulier, 11. §. sancimus, ff. de nalibus. jur. dot.

Q. I. A quo tempore incipiat talis hypotheca in bonis Mariti?

Dicas, incipere à tempore traditionis: nam tunc oritur origo restituendi, deficiente matrimonio, Glof. & Bald. in d. l. assiduis, Gomez. in l. si Tauri, num. 58.

770

Scio tamen alios velle, hypothecam incipere à tempore promissionis, & contracti matrimonii, Salyc. in l. assiduis, num. 2. Boer. dec. 281. Tiraq. de utroq. retract. §. 1. glof. 20. num. 213. l. Moventur per l. cum oportet, 6. §. fin. v. Initium, ibi: Initium gerendę, vel deferendę administrationis, vel observationis esse spectandum, & non tempus, ex quo malè aliquod gestum fuerit. C. de bonis, quę liberis.

Quando incipiat hypotheca.

II. Moventur: quia in ambiguis est respondendum pro dote, l. in ambiguis, 86. ibi: In ambiguis pro dote melius respondere, ff. de reg. jur. III. Moventur per text. in l. un. §. 1. ibi: Dederint, vel promiserint, C. de rei uxor. act. IV. Moventur per l. 1. ff. qui pot. in pign. ibi: Non utique solutionis expectanda sunt tempora, sed contracta obligationis. Ex qua sic dixit Senatus Sabaudię, ut ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 10. de dote caut. non numer. defn. 9. num. 1.

771 Cessat obligatio honorum, si defuerit, pro qua bona obligatur, nam sūt relativa.

Nos magis placet prima sententia: nam sicuti non tenetur restituere, nisi dotem acceperit; sic nec ejus bona debent esse obligata, antequam dotem acceperit.

Ut ad opposita sit clarior responsio, scias, quod hypotheca dotis aliquando potest esse tacita: hoc est, introducta à lege, aliquando potest esse expressa: hoc est, introducta ab homine, & est expressa, quando ipse homo in contractu dotali obligat omnia bona sua pro dote.

772

Nunc dicimus, quod hypotheca tacita incipiat à tempore traditionis, prout expressum est in l. Regia, 23. tit. 13. part. 5. & in l. 17. tit. 11. part. 4.

Tacita in traditione.

Si vero hypotheca sit expressa, tunc incipit à tempore contractus: nam tunc in contractu se, & bona sua obligat, & ita intelliguntur Jura in l. tali facto, 49. ff. de juro dot. & in l. 1. ff. qui pot. in pign. Quod probatur per text. d. l. un. §. 1. ibi: Dederint, vel promiserint, Dederint, exprimit hypothecam tacitam. Promiserint, expressam.

773 Expressa incipit in contractu.

Nec obstat, quod in ambiguis pro dote sit respondendum, d. l. in ambiguis. Nam in casu nostro nulla est ambiguitas: cum Jura expressa sint, & observandum est, quod in bonis Uxoris, vel Dotantis, hypotheca incipit à tempore promissionis, d. l. un. §. 1.

774

Ex quo fit, quod pro dote confessata, non recepta, bona

bona Viri non sunt tacite hypothecata, prout est tit. Sponsa ha- C. & DD. de dote causa non numer. bet hypotheca. Nota hic, quod sponsa de futuro in bonis mariti, ca pro dote etiam matrimonio non secuto, habet tacitam, non sequito hypothecam pro repetenda dote jam tradita a l. matrimonio. quasitum, 2. §. sponsa, ff. de jur. dot.

Q. II. An Mulier possit renunciare tacite hypotheca?

775 **A**firmat Glos. in l. un. §. & cum lex, v. hypotheca, per tex. in l. etiam si, 11. ibi: Jus hypothecarum, & pignorum marito remitti posse, explorati juris est. Et l. jubemus, 21., ibi: Per consensum proprium renunciare, C. ad Vellejanum. Sed oppositum docuit Mantica lib. 11. n. 19. a n. 1. usq; ad 45.

Nota hic, quod si Extraneus det dotem, non habet in bonis Viri tacitam hypothecam pro dote, repetenda, Cyn. in d. l. unic. num. 5. C. de rei uxor. act. Nam hypotheca introducta fuit favore Conjugum, d. l. unic. & d. §. fuerat, & d. l. assiduis, C. qui pot. in pign. & l. & si ad huc, C. de jur. dot. Mantica. loc. cit. num. 47.

776 **C**essat hypo- theca, si uxore incidat; nisi deinde ad Fidem redeat, Butr. in sit heretica. cap. gaudemus, n. 22. ubi Abbas num. 17. de divort. Jaf. in nostro §. fuerat, num. 113. Nec Patri agenti pro dote, nomine proprio, competit hypotheca, l. quoties, 30. D. sol. matr.

777 **V**idere est Petr. Barbos p. 5. num. 65. ubi docet, quod licet Uxor patiarur bona sua obligari pro Marito; hodie consensus mulieris non praedjudicat, per l. sue a me, 22. C. ad Vellejan. quidquid fuerit jure antiquo. Tamen Gutt. p. 1. de juram. confir. cap. 46. num. 11. v. sed his non obstantibus, vult, non posse Mulierem renunciare hypothecae: quia esset pactum contra rationem contractus dotalis, l. cum precario, 12. D. de precar. Sed posse renunciare, probant Jura in d. l. etiam, 11. & in d. l. jubemus, 21. Et hoc siue hypotheca sit expressa, siue tacita.

778 **L E M M A V.**
An bona Minoris sint tacite hypothecata pro dote promissa, vel accepta?

779 **N**egant bona hypothecari; si desit autoritas Curatorum in constituenda dote, Alex. in l. si constante, num. 29. D. solut. Salsc. in l. certi juris, num. 4. D. locat. I. Quia bona minorum a lege prohibentur alienari, l. 1. D. de bonis eorum, qui sunt sub Tutor. l. lex que tutores, 22. C. de adm. tut. ibi: Nulli tutorum, curatorumve liceat vendere: nisi hac forte necessitate, & lege, qua rusticum praedium, atque mancipium vendere, vel pignorrare, vel in donationem propter nuptias, vel in Minor dotem dare. II. Probant: quia si minor sit tutor, alienat bona non sunt hypothecata ejus bona, l. ult. §. discretis, na sua pro C. de legit. tutel. III. Quia minor non potest sine dote sine de- authoritate Curatoris, & decreto Judicis, etiam ob onera alia dotalia alienare stabilia, l. praedia, 8. ibi: Transire non potueris in dominis, C. de praed. min. Si ergo non potest alienare stabilia ob dotem, nec potest hypothecare illa.

780 **O**pposita sententia est magis frequentior, & mihi placet. I. Quia Jura prohibent Minorem obligare bona sua; at in re nostra, non Minor; sed Lex obligat bona minoris, l. un. Cod. de rei uxor. act. & major obligantur a est autoritas legis, quae hominis.

781 **I**I. Quia Minor potest contrahere matrimonium. Ergo, & dotem recipere, & bona obligare, quae sunt matrimonii accessoria, cap. accessorium, 42. de reg. jar. in 6. ibi: Accessorium naturam sequi congruit principalis, l. cum principalis, 139. ff. eod. tit.

782 **I**II. Minor contrahens cum Fisco, ligatur tacita hypotheca, l. 2. ff. de bonis eorum. Ergo etiam pro dote; & ita docet Cyn. in l. certi juris, C. de locat. & Bald. ibid. in fin.

783 **N**ec obstant Jure opposita. Nam ad primum, & tertium respondetur, Jura ibi prohibere Minorem alienare, vel obligare. At in re nostra non Minor, sed Lex obligat bona minoris. Et si tutor posset sua autoritate illa bona obligare, licet sint bona

minoris, cum hoc non poterit autoritas, l. un. C. de rei uxor. act. l. assiduis, 12. C. qui pot. in pign. l. in rebus, 30. C. de jur. dot. & tex. in nostro §. fuerat.

Ad secundum dicas, ibi bona minoris non esse hypothecata: quia nec Minor potest esse Tutor. At in re nostra Minor potest contrahere matrimonium. Ergo, & omnia illa, quae sunt necessaria ad contrahendum matrimonium.

L E M M A VI.

Quibus competat haec hypotheca?

784 **R**espondetur competere dotantibus, quibus jure dos est restituenda soluto matrimonio, l. un. Dotanti cui §. & ut plenius, C. de rei uxor. act. ibi: Siue quae dos restituenda est, com- principalis persona dotem dederint, vel promise- rint, vel susceperint, siue aliis pro his personis. petit hypo-

785 **E**xtraneo tamen non competit cum tantis privilegiis, secundum Gomez. in l. 53. Tauri, n. 37. Molin. disp. 438. §. privilegium.

L E M M A VII.

Pro quibus rebus datur talis hypotheca dotis.

786 **I**. Datur pro donatione propter nuptias exigenda a Viro, si fuerit tradita Uxori, vel es- Etiam pro genda ab Uxore, si non fuerit tradita a Viro, d. l. donatione assiduis, 12. C. qui pot. in pign. l. ubi adhuc, 29. Cod. propter nuptias. de jur. dot. Glos. in nostro §. fuerat, ubi Zaf. n. 14. ptias. Jaf. n. 4. Covarr. 1 var. cap. 7. num. 1. Sylvest. v. dos, n. 25. Rebuff. lib. 6. de dote, q. 12. sect. 1.

787 **H**aec tamen hypotheca non habet praedationem, d. l. assiduis, ibi: Haec autem tantum ad dotem sanctimus, non ad ante nuptias donationem. In qua lege praedatione assignatur ratio: quia Mulieri Jura favent, non pro lucro, sed pro vitando damno.

788 **I**I. Bona paraphrenalia gaudent hoc privilegio hypothecae, sed non praedatione, l. ubi adhuc, 29. & Hypotheca in l. rebus, 30. C. de jur. dot. l. un. C. de rei uxor. act. datur pro ultim. §. fin. ibi: Ex praesenti nostra lege habeat paraphren- hypothecam contra res mariti, ex quo pecunia illo nalibus. exigit, C. de pact. conv. ubi Bald. Bart. Cyn. Alber. & Salsc. l. 33. tit. 13. par. 5. Gutt. de juram. confir. par. 1. c. 36. n. 1. Glos. in l. si ego, 9. v. In diet, ff. de jur. dot. Alex. lib. 6. conf. 36. col. 2. Dec. conf. 521. Salsc. in d. l. assiduis, §. ultim. ex tex. in d. l. ultim. C. de pact. conv.

L E M M A VIII.

An bona Uxoris sint hypothecata pro dote Marito solvenda?

Ex eodem §. fuerat.

789 **C**asus contingit, & maxima torsit ingenia. Mihi respondendum videtur. I. Bona Patris dotantis, vel cujuslibet alterius esse tacite hypothecata pro dote solvenda Marito, l. un. §. Sed ut plenius, ibi: Hypothecam habet, C. de rei ux. act. na patris.

790 **I**I. Affero, bona ipsius Uxoris esse etiam hypothecata; si ipsa dotem promittat, d. §. sed ut plenius, ibi: Hypothecam habent in bonis uxoris, & dotantium, cum ea, aut pro ea, tex. etiam in nostro §. fuerat, ibi: Cum ipsa mulier de dote sua. pro dote Glos. in d. l. assiduis, §. ad haec, C. qui pot. Molin. disp. 423. §. praeterea habet, Covarr. var. cap. 7. n. 1. Gomez in l. 53. Tauri, num. 23. Greg. Lopez in l. 25. tit. 11. p. 5. v. Obligandos.

791 **N**ec obstat, ex Vellejano Mulierem non posse, nec se, nec sua bona obligare. Nam haec currit in aliis, non in dote: Cum Mulier possit obligare bona sua pro dote sua, & aliorum, d. §. Et ut plenius, * cum aliis, ex quibus elegantior probat D. Scoppa in Scholiis ad Contro. for. R. Merlin. cont. r. cap. 56. nu. 3. * Similiter non obstat minor aetas: nam supradiximus, etiam constitutum in minore aetate posse obligare bona sua, arg. l. mutus, D. de jur. dot. Bald. in d. §. sed ut plenius, & in l. si constante, D. sol. matr. ubi Cyn. Alber. Ang. & Gomez. l. c. num. 37.

792 **S**ed quid, si alius, vel Pater dotem promissit: an etiam bona mulieris sint hypothecata? Quae- sio fuit inter magnos viros, & praeter unum Onnatte, qui illam tangit tom. 2. l. c. disp. 35. num. 216. non est Doctor, qui discutiat controversiam, & ipse putat num. 218. quod si aequitatis, & juri confertur, bona mulieris esse hypothecata: & mihi videtur. Etiam ter- tio dotante, bona Uxoris sunt hypo- thecata. de-

detur expressum in text. d. §. sed ut plenius, ibi: Hypothecam habet in bonis mulieris, sive uxoris, & dotantium cum ea, aut pro ea. Nota ly cum ea, aut pro ea, & sensus est, sive dos promittatur simul cum Uxore, sive non Uxor, sed alius pro Uxore dotem promittat.

792 Probatur II. Quia dos est patrimonium Uxoris. Ergo ipsa tenetur pro illius evictione. Nam Dominus tenetur pro evictione rei.

III. Quia iniquum est, Maritum inopem, vel impotentem exigere dotem, substinere onera alendi Uxorem, & filios: nec posse ab avarissima Muliere divite dotem petere.

793 IV. Quia bona Mariti, etiam non promissa, sunt hypothecata pro restituenda dote. Ergo etiam bona Uxoris: quia in correlativis eadem est ratio, & dispositio.

Ex quo patet: An Pater possit bona sua, & bona filiarum pro dote expressè hypothecare? Et respondetur, quod si sint tacite à lege hypothecata, non est necessum, ut hypothecentur expressè, licet possint hypothecari, filia minori consentiente.

L E M M A I X.

An pro expensis sint bona Mariti tacite hypothecata?

794 ESSE tacite hypothecata prædicta, voluit Garzia de expensis cap. 13. sine privilegio prælationis. Sed negat Gutt. p. 1. de juram. confirm. cap. 46. num. 6. Quia Jure tale privilegium non est expressum.

An pro alimentis præstandis Uxori bona Mariti sint tacite hypothecata?

795 Bona viri sunt hypothecata pro alimentis debitis Uxoris. Affirmant Gutt. sup. num. 5. ex Bart. in l. si cum dotem, §. si autem, num. 7. ubi Paul. de Castro num. 7. D. solut. matr. Gomez. in l. 51. Tauri, num. 58. ita ut si Mulier petat dotem tempore statuto à Jure, & differatur solutio, interim petat alimenta, dotis lucrum, & interesse, & habet hypothecam in bonis mariti, Covarr. 3. var. cap. 1. nu. 3. Menoch. lib. 1. conf. 1. num. 3. & 12.

Quæres. Quid faciendum, si Maritus tradat res Creditori; quæ fuerunt hypothecata pro dote Uxoris?

796 Si bona viri specialiter hypothecata pro dote, sint alienata, revocatur alienatio. Respondetur, Uxorem posse petere illa bona, & spoliare possessores per actionem hypothecariam, l. si cum venditor, 66. D. de evict. l. fin. §. etsi præfata, v. si verò creditore, C. de jur. delib. Quod si tertius possessor, timore, nè repetantur ab Uxore, alienet; tunc conveniri poterit, ita ac si actu possideret: quia censetur possidere, l. quod si, 23. l. 26. l. 28. D. de rei vindic. l. si fundus, 16. §. in vindicatione, D. de pign.

Sed si dolo non alienavit, tunc convenitur ille, qui possidet rem actu, cap. ex literis, de pign. l. 1. D. de distr. pign. Bart. in l. pupillus, D. quæ in fraud.

Si verò res dotalis, vel hypothecata pro dote, sit destructa, aut præscripta à possessore bonæ fidei, tunc datur actio contra illum primum Creditorem, qui in fraudem alienavit, & fuit in causa, ut mulier amitteret rem suam, Glos. ult. in l. 1. D. de distr. pign. Bart. Fulgos. & Salyc. putant, quod possit repeti à Creditore illa pars pretii, quæ excedit suum debitum, non verò, quæ non excedit: quia est contractus onerosus, l. mater, 3. ibi: Vendere jure non potuit; sed rem tuam à possessore vindicare, non oblato pretio poteris, C. de rei vind. Paul. de Cast. consil. 62. lib. 2. Faber in §. item si quis in fraudem, nu. 25. de act. quod Barb. etiam docet in l. 1. num. 19. D. sol. matr.

798 Sed si debetur species, quæ recuperari non possit à possessore; tunc pretium non potest repeti à Creditore: quia pretium habitum ex re hypothecata, non est hypothecatum, l. 1. D. distr. pign. l. quamvis, C. in quib. causis pign. l. idemque, 7. D. hypothecata qui pot. in pign. Bart. in l. qui in debitore, in fin. D. quæ in fraud. credit.

799 Ex quo sit, pro tali pretio non dari prælationem, licet tantum possit repeti lucrum habitum ex alienatione, l. si me, & Titium, 32. D. si cert. pet. Bart. in l. 1. D. de distr. pign. Vide Stracc. de mercatura,

tit. de decoctib. partic. ult. par. ult.

Possunt etiam Liberi virtute hypothecæ insisterè in bonis secundi Mariti, & in illis persistere jure retentionis, donec integra dos solvatur, Bald. in l. 1. in fin. C. de rei ux. act. & in l. penult. C. de non nu. pec. Bart. in l. si filia, D. sol. matrim. ubi nota jus retentionis transire ad singularem successorem, l. pretio, D. de distract. pign.

L E M M A X.

De Privilegio Prælationis.

II. Loco prælationis privilegium expendamus oportet. In quo maxime digladiantur Auctores, Nos in re distinctionum latebris involuta, ut securo tramite exitum, & introitum quæramus, separemus certa ab incertis.

I. Afferimus, dotem præferri hypothecis etiam expressis posterioribus. Nam dos istis præferretur; etiam si non esset privilegiata, per regulam 53. in 6. ibi: Cui licet, quod est plus, licet utique, quod est minus, & l. quoties, D. qui pot. l. si fundum, 4. C. eod. ubi Bart. Bald. Alber. & Salyc. Cyn. in d. l. assiduis.

II. Præferunt posterioribus privilegiatis. Quia dos est magis privilegiata, etiam supra Fiscum, l. 2. D. de jur. fisc. l. dotis tuæ, 9. ibi: Dotis tuæ potiore causam magis esse convenit, C. de jur. dot. Bart. Bald. Alber. & Salyc. in d. l. interdum, D. qui pot. Aff. dec. 306. Contra Molin. de primog. cap. 10. num. 23. qui vult, dotem non præferri mutuanti ob refectionem domus.

III. Certum est, quod si res dotalis existat; tunc, si illa res non sit dos vendita, Mulier in illa dote præferatur omnibus omnino Creditoribus anterioribus, & habentibus expressam hypothecam, & etiam præferatur impensis funerum. Nam tunc Mulier habet rei vindicationem; quæ actio præcedit omne debitum, patet ex l. ubi adhuc, 29. & in l. in rebus, 30. ibi: Omne habere post dissolut onem matrimonii prærogativam jubemus, C. de jur. dot. §. his igitur, Auth. ut ex actione instante dotis, l. si ventri, 8. ibi: Potiore eorum causam esse placuit. §. in bonis, D. de privil. cred.

Ratio insuper est: quia bona dotalia existentia non sunt bona Mariti. Ergo non possunt obligari à Marito. Nam nemo potest obligare bona aliena. Difficultas ergo maxima est, quando Maritus accipit dotem, & pro illa obligat omnia bona sua.

L E M M A XI.

An in bonis obligatis pro dote Uxor præferatur omnibus Creditoribus habentibus expressam hypothecam?

HÆc est illa celebris controversia, quæ torquet ingenia, & Foro est celebris; Communiter volunt, dotem non præferri Creditoribus anterioribus expressam habentibus hypothecam. Quæ opinio servatur in nostris Tribunalibus, habet multam æquitatem, & jure Hispano Castellæ est recepta, l. 33. tit. 13. part. 5. Cappella Tholos. decis. 28. * & nuper hinc Indè allegans eandem etiam probat D. Scoppa in Scholitis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 26. à num. 14. *

Alii intrepidè substinent oppositum; scilicet præferri omnibus Creditoribus anterioribus habentibus expressam hypothecam, Cyn. & Salyc. in d. l. assiduis, ubi Bellapert. Mainer. de pign. & hypoth. lib. 2. tit. 5. num. 6. Bologn. in l. 1. num. 68. ubi Barbof. p. 6. num. 5. D. sol. matr. Gomez. hinc num. 28. Ant. Fab. lib. 8. conject. cap. 11. Glos. in d. l. assiduis, v. Licet anteriores, Mysing. obser. 13. cent. 4. ubi refert, hanc sententiam practicatam in Camera Imperiali, quidquid dissentiat Covar. 1. variar. cap. 7. num. 1. Less. de just. lib. 2. cap. 15. dub. 4. num. 27.

Quæ ultima sententia oppidò nos placet. Illam probamus primò ex d. l. assiduis, 12. Ubi dos præferatur omnibus Creditoribus vatis privilegio anterioris temporis, quæ verba spectant hypothecis expressis anterioribus. D. hypotheca expressa anterior est vallata privilegio anterioritatis temporis. Unde in forma discuti.

800

801

Dos præferatur hypothecis expressis.

802

Et posterioribus privilegiatis.

803

804

In rebus dotalibus existentibus præferatur omnibus in distinctione per rei vindicationem.

805

Gizar. decis. 1.

806

Opinio affirmans recipitur.

807

Majus ne-
gari, aut di-
stingui ne-
quit sine po-
sitione prim.
cipii illius,
quod est in
consequētia.

Vallati privilegio anterioritatis temporis post-
ponatur doti.
Sed habentes expressam hypothecam antero-
rem, sunt vallati privilegio anterioritatis
temporis.

Ergo isti postponuntur Doti.

* Firmatur magis.

Illis hypothecis post l. assiduis præfertur dos, qui-
bus ante l. assiduis, non præferrebat. Sed tunc
non præferrebat habentibus expressam, & taci-
tam. Ergo nunc præfertur illis.

308

Lex, & ra-
tio simul
currunt.

Probatur II. Quia ratio, ne sceminæ indotatæ
remaneant, de qua in l. assiduis, C. qui pot. Cur-
rit etiam in hypotheca expressa anteriori. Ergo
utrobique debet currere eadem ratio legis, & dis-
positio l. assiduis, 12. C. qui pot. Nam ubi est ea-
dem ratio, est eadem legis dispositio, l. 1. D. de
fonte, cui consonat, quod taciti, & expressi eadem
est virtus, l. cum quid, 3. ibi: In ejusdem generis
eadem bonitate solvatur. D. si certum petat.

309

III. Probatur. Quia hypothecam esse expres-
sam, non est aliud, quam esse introductam ab ho-
mine; & esse tacitam, non esse introductam à le-
ge. Ergo, si dos præfertur hypothecæ tacitæ, præ-
fertur etiam hypothecæ expressæ anteriori.

310

Lex magis,
quam homo
vim habet.

Probo consequentiam: quia majorem vim habet
lex, quam homo particularis; & beneficium Prin-
cipis oportet esse mansurum. Ergo si legislator
tollit, etiam quod ipse dedit, multo magis tollit
etiam, quod dedit persona particularis.

311

Bonum cõ-
mune dotis
præfertur
hypothecæ
expressæ an-
teriori ad
boni parti-
culare.

IV. Probatur. Quia quod est ad bonum com-
mune, debet præcedere alteri, quod non est bonum
commune, Autb. Res quæ, C. comm. deleg. Sed hypo-
theca pro dote est ad bonum commune, l. 1. D.
sol. matr. l. 1. D. de ventre in poss. mitt. Ergo, dos
præfertur etiam hypothecis expressis ad bonum
particulare concessis. Confirmatur, bonum parti-
culare non tollit, nec impedit bonum commune.
Imò bonum particulare, si impediatur bonum com-
mune, debet à lege, cap. erit, dist. 4. Sed hypothe-
ca expressa particularis anterior impediret bonum
commune dotis conservandæ. Ergo tale privile-
gium debet à jure tolli.

Quod impe-
dit boni cõ-
mune debet
tollit.

312

Plenum &
perfectum
quodnam
sit.

V. Probatur. Quia in d. l. assiduis, nulla sit di-
stinctio. Ergo nec nos distinguere debemus, l. de
pretio, 10. D. de public. in rem action.

* Confirmatur ex d. l. assiduis, qua Imperator
declaravit, se velle doti consulere plenè perfectè.
Plenum autem est, cui nihil addi potest, D. August.
tr. 102. in Joann. ibi: Quando tantum erit, ut ali-
quid non sit addendum, procul dubio tunc erit ple-
num. Et perfectum est, cui nihil deest, Arist. 3.
metaphysicæ, ibi: Perfectum est, cui nihil deest,
Suarez lib. 1. de essentia Dei, cap. 8. Non autem
esset plenum, perfectum, sed semiplenum, semi-
perfectum privilegium; nisi expressis etiam hypo-
thecis præferretur, ut patet ex terminis.

313

In dubiis
favendum
doti.

VI. Probatur ex Auth. de equalitate dotis, §.
his consequens. Ubi præfertur dos privilegiatis
hypothecis, puta, concessis ad armandam navim.
Ergo multo magis præfertur hypothecis non pri-
vilegiatis.

314

In dubiis
favendum
doti.

VII. Probatur. Quia in dubiis favendum est
doti. Ergo, dos est præferenda hypothecis expres-
sis. Antecedens probatur ex l. in ambiguis, 7. ibi:
In ambiguis pro dote respondere melius est. D. de
jur. dot. Consequentiā est bona. Quia saltem du-
bium est, an dos præferatur hypothecæ expressæ.

315

VIII. Probatur. Jus privatum cedit publicæ
utilitati, l. 1. ibi: Cujus ob necessitates publicas
causam potiorē esse oportet. C. de condit. ex le-
ge, l. 1. C. de primo pilo, lib. 12. l. actiones, 66. §.
diximus, v. semper enim, D. pro sac. Sed hypothe-
ca expressa anterior est ad commodum privatum,
hypotheca vero dotis est ad commodum publicum.
Ergo illa cedit huic.

316

Nec refert, quod nolis Princeps tollere jus quæ-
situm tertio, l. fin. D. de pact. l. si post mortem, §.
fin. D. de contra tabul. l. si constante, 19. v. Exce-
ptio, C. de donat. ante nupt. In quo tanquam in
Tom. II. Lib. IV.

urgentissimo ratiocinio fundatur pars adversa.

Nam solvitur evidenter; Quia verum est Prin-
cipem sine causa non posse tollere jus quæsitum,
cum irrationabiliter non possit operari. At causa,
quæ sufficit ad tollendum jus quæsitum dispositio-
ne legis, sufficit etiam ad tollendum jus quæsi-
tum hominis dispositione.

Princeps
cum causa
tollit jus
quæsitum.

Sed ratio communis boni sufficit ad tollendum
jus quæsitum vi legis. Ergo sufficit etiam ad tol-
lendum jus quæsitum vi hominis per hypothecam
expressam.

Unde argui potest. Hypotheca tacita est magis
ad bonum commune, quam expressa. Ergo causa,
quæ tollit hypothecam tacitam, tollit expressam.

Etiam hy-
pothecæ ex-
pressa.

Antecedens probatur. Quia leges debent esse ad
bonum commune, c. erit, dist. 4.

Dices I. Lex non tollit jus alteri quæsitum, l.
fin. D. de pact. Sed hypotheca expressa est jus al-
teri quæsitum. Ergo lex non tollit hypothecam
expressam.

317

Respondetur. Distinguo majorem. Lex non
tollit jus alteri quæsitum, cum causa. Nego mayo-
rem. Sine causa. Concedo majorem; & concessa
minorē, negatur consequentiā. Quia ad bonum
commune est tale privilegium: ratione cujus lex
potuit tollere jus quæsitum virtute hypothecæ.

Etiam hy-
pothecæ ex-
pressa.

Dices II. Fiscus non præfertur hypothecæ an-
teriori expressæ, l. 1. C. de privileg. Fisc. l. 2. C. ex quib.
causis pign. l. si fundum, D. qui pot. in pign. Ergo,
nec dos. Probatur consequentiā. Fiscus, & dos
habent pares hypothecas, l. 2. C. de privileg. fisci.

318

Respondetur: Quod inter se quod ad aliqua sunt
pares hypothecæ; ita ut dos non procedat Fiscum,
nec Fiscus dotem; sed servetur regula, qui prior
in tempore, l. 1. & 2. C. de privileg. Fisci, l. si do se, qui prior
in tempore, D. de jur. dot. At concurrente cum aliis Cre-
ditoribus, dos Fiscus præfertur, Meter. lib. 2. de potior in
privileg. credit. tit. 5. num. 13.

319
Dos, & Fi-
scus inter
se, qui prior
in tempore,

Imò in dubio, quis sit prior? dos præfertur Fi-
sco: utpotè magis privilegiata, Bald. Novell. tit. In dubio
de dote, p. 9. privileg. 1. ex l. non puto, 10. D. de in dos præfer-
fisci. Et esse dotem magis privilegiatam, patet. tur Fisco.

In dubio
tur Fisco.

Quia dos saltem præfertur anteriori hypothecæ
tacitæ, non Fiscus, l. assiduis, 12. C. qui pot. in
pign. l. 1. C. rem alienam gerent. Unde putat Barbof.
p. 2. num. 22. legis 1. D. sol. matr. Fiscum non uti
suo privilegio adversus dotem. Nam magis privi-
legiatus facit cessare minus privilegiatum, l. ve-
ram, 12. §. fin. D. de minorib.

320
In dubio
tur Fisco.

Dices III. Obstat l. ubi adhuc, 29. D. de jur. dot.
ibi: Ita posse eam easdem res vendicare, & à cre-
ditoribus posterioribus, vel ab aliis, qui non potiora
jura legibus habere noscuntur. Ergo dos non præ-
fertur Creditoribus anterioribus, sed tantum po-
sterioribus.

320

Respondetur. Quod tex. in l. ubi adhuc, 29. cum
l. in verbis, 30. Cod. de jur. dot. est antiquatus, & augeat dotis
ante tex. in l. assiduis, Cod. qui pot. & per tex. in privilegio.
l. assiduis, sunt aucta privilegia dotis, ut ibi ait
Imperator, ut testatur Cronologia Costii, & Nu-
glunfanti in Simphonia juris, col. 3. pag. 62. & con-
stat ex d. l. assiduis, ibi: Reminiscentes, quod &
alias duas constitutiones fecimus.

L. assiduis
auget dotis
in privilegio.

Insuper pro nostra sententia facit. Per dotem
esse auctum patrimonium Mariti. Ergo non mi-
nus, si Mulier præferatur cæteris. Nam in hoc
fundatur Justinianus in §. aliud quoque, Auth. de
equalis. dot. collat. 7. ibi: Contrahentes cum viris,
& in d. l. assiduis, v. Oportebit enim.

321

L E M M A XII.

De privilegio prælationis: cui scilicet competat?
Ex eodem §. Fuerat.

V Isum est, Uxorem præferri Creditoribus an-
terioribus, meritò nunc videamus, cui com-
petat hæc prælatio: mulieri scilicet, filio, an ejus
hæredi?

322

Certum est, competere I. Mulieri, ut in nostro Uxor præ-
tex. §. fuerat, hoc tit. ibi: Cujus solius providentia fertur om-
hoc. introduximus, l. un. ibi: Mulieres in actione, nibus an-
§. de privileg. dot. rioribus.

H Scio

Scio tamen *Comof. in d. §. fuerat, num. 36.* velle, privilegium transire ad hæredes. Probat. Quia in dote adest stipulatio tacita, quæ transmittitur ad hæredes. Ergo etiam transmittitur prælatio.

Certum tamen debet esse, prælationem non transire ad hæredem. Probat. ex *Ausb. Ut exactione instante dote, collat. 7.* ubi dicitur, privilegium prælationis non competere Creditoribus mulieris, nec ejus hæredibus, & sic privilegium est personale, non reale, *d. §. fuerat, ibi: Cujus solius providentia.* Unde non transit cum dote.

Unde patet disparitas: quia *tex.* expressè ait, prælationem esse personalem, non verò stipulationem tacitam.

Privilegium prælationis transmittitur ad filium, *d. l. assiduis, Glos. in l. un. v. Ad hæredem, Cod. de privileg. dot. Barbos. in d. l. 1. p. 6. num. 14. D. sol. matr. Tex. clarus in Ausb. Ut exactione instante, col. 7. ibi: Non damus hoc privilegium hæredibus, aut creditoribus, sed solis filiis.* Et ita cum pluribus, etiam de communi attestantibus, novissimè probat *D. Scoppa in Schollis ad Controv. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 26. num. 33.*

Sed celebris nostris temporibus est controversia excitata à *Fabro.*

LEMMA XIII

An scilicet filius habeat privilegium prælationis contra omnes Creditores, an tantum contra Novercam?

Responderetur, filium habere prælationem contra Novercam, & contra omnes alios Creditores.

Probat. I. Habet privilegium prælationis contra Novercam. Ergo etiam contra omnes alios Creditores Antecedens patet ex *l. assiduis.* Consequentia probatur. Quia adest principium, si vinco vincentem te, multò fortius vinco te, *l. de accessioibus, 14. D. de diversis, & temp. præscript. ibi: Nam qui me potior est, cum ego te superaturus sum, multò magis adversus te obtinere debet.* Sed filius habet privilegium contra Novercam, quæ Noverca præfertur aliis Creditoribus. Ergo filius debet præferri etiam aliis Creditoribus: sicuti qui superat palmum, superat etiam semipalmum.

* Et est contradictio, filium præferri Novercæ, & non aliis Creditoribus, quibus Noverca præfertur. Nam præfertur Novercæ. Ergo, filius accipit matris dotem ante Novercam. Sed ante Novercam non est satisfactum aliis Creditoribus anterioribus. Ergo accipit dotem, antequam sit satisfactum aliis Creditoribus anterioribus. Et ita ebullic contradictio. Nam præfertur Novercæ, ut supponitur, non præfertur Novercæ: quia nequit præferri Novercæ; nisi præferatur aliis Creditoribus, quibus Noverca præfertur.

II. Probatur ex *tex. in d. l. assiduis, in fin.* ubi dicitur, quod filius habet simile privilegium, ac Mater. Sed Mater præfertur omnibus, *d. §. fuerat* Ergo etiam filius.

Negabis consequentiam. Ergo infero privilegium non est simile, sed diversum, quod est contra *tex. in d. l. assiduis.* Sicuti ergo valet, album A. est simile albo B. Sed album A. disgregat visum. Ergo & album B. Ità debet valere: Privilegium concessum filio est simile privilegio concessio Matri. Sed privilegium concessum Matri præfertur omnibus Creditoribus. Ergo etiam privilegium concessum filio, præfertur omnibus Creditoribus.

De similibus enim idem iudicium, *cap. inter cetera, de rescript. l. 1. §. jus autem, D. de just. & jure, l. 1. l. 2. D. locat. l. non possunt, D. de legib. l. leges, Cod. de legib. Et simile in Jure indicat dispositionem præcedenti similem, l. clemens, D. de hered. insti. l. 2. D. pro socio, Farinac. decis. 165. num. 3. Dambouder. in Enchiridion. partium, aut similibus.*

III. Probatur ex *d. l. assiduis, in cujus fine* habetur, quod privilegium concessum filio, sit ità;

ac si mater ipsa viveret. Sed si Mater viveret, præferretur omnibus. Ergo etiam filius præfertur omnibus. Si negabis consequentiam. Infero, ergo filius non habet illum privilegium, quod haberet, ità, ac si Mater viveret, quod est contra *tex.*

* IV. Probatur ex eadem *l. assiduis,* ubi conceditur filio privilegium prælationis, quod conceditur Novercæ. Noverca autem habet privilegium, ut præferatur omnibus Creditoribus. Ergo etiam filius. Noverca enim non habet privilegium, ut præferatur Novercæ; sed ut præferatur omnibus omnino Creditoribus. Ergo, si hoc privilegium conceditur filio; filius præfertur omnibus Creditoribus, non tantum Novercæ. Adeoque præfertur Novercæ, ex regula: *Qui prior in tempore;* ut in dicta *l. assiduis.* At aliis Creditoribus præfertur ex alia regula, de qua in eadem *l. assiduis,* & est, ut habeat privilegium, ità, ac si Mater viveret, & privilegium concessum Novercæ est, ut præferatur omnibus Creditoribus.

Objicit *Faber, tex. in §. fuerat, ibi: Cujus solius providentia,* & infert. Ergo privilegium est personale.

Resp. text. in d. §. fuerat, non correctum, sed extensum per *tex. in l. assiduis, & in Ausb. Ut exactione instante dote.* Nam in *§. fuerat,* tantum erat concessum foeminis. Et in *l. assiduis,* conceditur filio, ita ac erit concessum Matri.

Replicant. Jura correctoria non sunt extendenda ultra casum expressum. Sed *tex. in d. l. assiduis,* tantum loquitur de filiis resp. à Novercæ. Ergo non est extendendus ad filios respectu omnium Creditorum.

Resp. Nego minorem. Nam *tex. in d. l. assiduis;* expressè ait, filios gaudere privilegio Matris: & privilegium Matris est contra omnes. Ergo etiam privilegium filii est contra omnes Creditores. Quod si *tex.* nominavit Novercam, id fuit ad exprimendum casum magis dubitabilem. Nam licet filius præferretur omnibus Creditoribus anterioribus, adhuc poterat dubitari, an esset præferendus Novercæ? Nam magis dubitabile est: an filius præferatur Novercæ; quàm aliis Creditoribus; cum magis sit privilegiata hypotheca Novercæ, quàm aliorum Creditorum. Vide *tex. in Ausb. Ut exactione instante dote, collat. 7. Barbos. in l. 1. p. 6. num. 14. D. sol. matr.*

* Iterum insurgunt. In *l. assiduis,* tantum statuitur, ut filius primæ Uxoris præferatur Novercæ: nec dicitur, ut præferatur omnibus Creditoribus, quibus Mater tantum præferrebat in *§. fuerat.* Ergo non est expressum, præferri filium omnibus Creditoribus. Ergo debet restringi prælatio filiorum, ut Novercæ expressè, non autem cæteris Creditoribus præferatur: cum correctoria sint restringenda intra personas expressas, *l. precipimus, C. de appell.*

Resp. l. §. fuerat, extendi, non corrigi à *l. assiduis:* extendit enim prælationem concessam tantum Matri in *§. fuerat,* concedens illam etiam filiis ipsius.

Resp. II. Dat l. assiduis, esse correctorium, adhuc esse expressum in *d. l. assiduis,* præferri, non tantum Novercæ, cui ob sexus foeminei conditionem, magis intererat dotem conservari; sed etiam omnibus aliis Creditoribus, quibus sua Mater, & Noverca præferrebat. Et si petant, ubi id exprimitur in *l. assiduis,* in qua solum nominatur Noverca. *Resp. æquipollentibus verbis;* ibi exprimi tribus locis. I. ubi concedit filiis privilegium simile privilegio Matris. II. ubi asserit, filium habere privilegium ita, ac si Mater viveret. Quæ si viveret Noverca non posset esse; sed possunt esse alii Creditores: quibus præferretur. III. quando dat filiis primæ Uxoris privilegium prælationis, quod habet Noverca. Noverca enim habet privilegium, ut præferatur omnibus Creditoribus anterioribus, ut per se patet.

Solent hic plura agglomerare, quæ ad rem non faciunt, dicentes, *l. assiduis,* corrigere *§. fuerat.* Et

Et ita ac si mater viveret, & sic est ita, ac si non videret Noverca.

828

823 Non est hæres, & creditor.

824 Nisi sit filius.

825 Filius præfertur omnibus creditoribus non solum Novercæ.

826 Qui habet similem, non dissimile privilegium illi, quod est matri concessum.

827 Simile quid imponet.

829 Filius gaudet prælatione, ita ac si mater viveret, & sic ac si non adesset Noverca, & ideo erat magis dubitabile si Noverca filius præferretur.

830

831

Institutiones conditas ante l. assiduis . In quo à veritate deviant , & pugnancia asserunt .

Deviant à veritate . Quia Institutiones fuerunt promulgatæ 21. Decembris ; Et cum Codice fuit l. assiduis , promulgata 28. Decembris . A qua promulgatione leges vim accipiunt . Et patet ex data ipsarum legum cum Cod. & proæmio Institutionum .

Pugnancia asserunt . Nam si per ipsos , Institutiones conditæ sunt post Codicem ; jam per s. fuerat , posterio rem , in quo solius providentia sœminæ , non filiorum datur prælatio : correctæ fuisset l. assiduis , anterior , qua datur prælatio etiam filiis saltêm contra Novercam ; nec corrigeret s. fuerat . Unde corrigeret , & non corrigeret . Corrigeret , ut ipsi asserunt : quia posterior . Non corrigeret : quia lata ante Institutiones . *

Nota , quòd dos transit ad filios , juxtà text. in l. dos à patre , D. sol. matr. cum privilegio prælationis , & hoc etiam si filius non sit hæres matris Quia filiis conceditur prælatio , non hæredibus , d. Auth. Ut exactione instante dotis , collat. 7. ibi : Non damus hoc privilegium , aut hæredibus , aut creditoribus , sed solis filiis , * & ita notat D. Scoppa in Scholiis ad Controv. R. Merlin. cent. 1. cap. 26 n. 35. in fin.

Ex dictis fit , quòd dos secundi matrimonii non præferitur doti primi matrimonii , sed inter ipsas servatur regula : Qui prior , de reg. jur. in 6. Auth. Si quid , C. qui pot.

Similiter ex dictis fit , quòd inter dotem , & Fiscum currit regula : Qui prior in tempore . l. 2. C. de privilegio Fisci .

Ut de cœteris concernentibus dotem , aptior sit , & clarior sermo , rem ad causas reducamus , & I. ad causam effectivam . II. ad causam materiam . III. ad causam formalem . De causa finali nihil agendum . Deinde de effectu dotis , maxime de administratione . Tandem de restitutione dotis agemus .

L E M M A XIV.

De causa efficienti dotis .

Causa efficiens dotis est Persona , quæ dat dotem : & in hoc examinabimus duo . I. Qui possit . II. Qui teneatur dare dotem .

L E M M A XV.

Qui dotem constituere possit ?

Matrimonium sine dote dari , non potest regulariter ; nec dos sine matrimonio , c. aliter , c. nosrates , c. nullum , 30. q. 1. cum multæ , 20. C. de ante nupt. donat.

I. Omnes habentes plenam administrationem rerum suarum possunt dotare . Nam quilibet potest facere , quod est ad bonum commune : & constituere dotem est ad bonum commune , l. 1. ibi : Reip. interest . D. solut. matrim. Wesembec. in paratit. tit. de jure dot. n. 3.

De istis personis , quæ dotare possunt , modò distinctius agamus . Et sunt Uxor , Pater , Mater , & Avia , Extraneus , & Maritus .

Uxor potest seipsam dotare , l. nulla lege , 4. l. mulier , 28. D. & C. de jur. dot. ubi potest dare in dotem omnia bona sua , etiam sine infinnatione , l. ante divisionem , 16. l. si pater , 45. C. de jure dot. Abb. lib. 1. conf. 46. num. 2.

Potest etiam contracto matrimonio dotare Virum , vel dotem augere , l. si constante , 14. & l. fin. C. de ante nupt. donat. s. est , & aliud , Insti. de donat.

Non tamen tenetur se ipsam dotare , l. cum multæ , 20. C. de ante nupt. donat.

Imò , si matrimonium contrahat , non censetur dedisse omnia bona sua in dotem , sed tantùm censetur dedisse dotem congruam , Bart. in qu. 7. Paul. de Castro in Auth. præterea , C. unde vir. Gomez. l. 50. Tauri , n. 17. Bald. Fulgos. & Sal. in l. mulier bonæ , 72. D. de jur. dot. Nam non præsumitur velle gratis substituere onera matrimonii . & consequenter præsumitur velle dotem congruam : contra Fabrum d. l. nulla , qui vult dedisse omnia bona in dotem .

Tom. II. Lib. IV.

Q. I. An sit data 2. Viro , dos data 1. ?

R Esp. Quòd non , nisi exprimat , l. dotem , ibi : Non aliter converti in posterius matrimonium , dicendum est . l. 3. l. 6. D. de jur. dot. & consequenter tunc est assignanda dos congrua arbitrio boni viri ; juxta circumstantias patrimonii , & personarum , l. quæro , 61. ibi : Curator consensum ac commodare debet . D. de jur. dot. l. si filia . 41. D. de leg. 3. Paris. conf. 63. n. 50. lib. 2. Abb. conf. 11. n. 7. Mascard. concl. 570. num. 12. Cagnol. in l. 2. n. 200. C. de rescind. vend. Menoch. de arbitr. casu 149 n. 3. Mantie. de tacit. lib. 22. tit. 12. per Tex. in l. si cum ea , 30. C. de dot. promiss. ibi : Boni arbitrium . Et tex. in l. 1. C. eod. licet torserit ingenia , secundùm Munt. l. c. intelligitur , quando incertitudo certificari non potest , secundùm Onnat l. c. num. 23. & hoc favore dotis , l. quæro , 61. & l. cum post , 70. s. in dotem , D. de jur. dot.

Similiter hic nota , quòd illa bona censentur data in dotem , quæ Uxor tradidit Marito , l. quod autem , 42. D. de jur. dot. ubi Bart. Odof. Sal. & Fulg.

Q. II. An reintegretur dos , si matrimonium separatim per divortium reconqualescat ?

R Esp. Eadem dotem reintegrari , nisi aliud in reconciliatione exprimat , l. Divus Severus , 4. l. 33. l. 64. D. de jur. dot. l. si mulier , ibi : Et omnia in statu pristino manent , 20. & l. pen. D. solut. matrim.

L E M M A XVI.

De Patre .

EX filia se dotante , pergamus ad Patrem . Pater ex officio tenetur dotare filias , Ecclesiast. 7. num. 27. l. fin. C. de dot. promiss. ibi : Neque enim leges incognitæ sunt , quibus cautum est , omninò paternum esse officium dotem , vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie . l. neque mater , 20. D. de jur. dot. l. obligantur , 51. s. lege , D. de act. & oblig. l. qui liberos , 18. D. de rit. nupt. Et tenetur dare dotem , etiam si illam non promiserit , l. fin. C. de dotis promiss. & d. l. qui liberos , 19. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 64.

Et tenetur dotare , licet filia sit collocata absque mentione dotis . Nam dos non constituitur solum , ut mulier virum inveniat , ut putarunt Bart. in l. obligamur , n. 1. D. de act. Bald. Salyc. & Fulg. apud Bæz. de non meliorand. filiab. c. 5. n. 2. Sed etiam datur dos ad sustinenda onera matrimonii , c. substititèr , de usur. l. pro onerib. 20. C. de jur. dot. Et nè à Viro spernatur . Nam indotata facile despicietur , s. si quis itaque , v. si quis enim , Auth. de nupt. collat. 4. s. quem autem , Auth. quibus modis naturales efficitur . coll. 6.

II. Quia Pater tenetur ad duo . I. ad collocandam . II. ad dotandam filiam , l. qui liberos , 19. D. de ritu nupt. ibi : Coguntur in matrimonium collocare , & dotare . Glos. in d. l. obligamur , v. lege , Abb. in c. 1. num. 2. de despons. impub. Alex. vol. 2. conf. 139. num. 7. Ripa in l. 1. n. 56. D. sol. matrim. Sanchez. tom. 1. lib. 4. disp. 26. n. 4.

Similiter asserimus , Patrem debere dotare filiam , etiam divitem , l. fin. ibi : Sancimus , si nihil addendum existimaverit : Sed simpliciter dotem , vel ante nuptias donationem dederit , vel promiserit : ex sua liberalitate hoc fecisse intelligi , debito in sua figura remanente . Neque enim leges incognitæ sunt , quibus cautum est , omninò paternum esse officium dotem , vel ante nuptias donationum pro sua dare progenie , liberalitas itaque talis remaneat vera , & irrevocabilis : ut puro nomine liberalitas , & debitum suum sequantur fortunam . Ubi autem ex rebus tam suis , quàm maternis , vel aliis , quæ non acquiruntur , vel ex suis debitis dixerit se fecisse hujusmodi liberalitates : tunc si quidem penitus inopia tentus est , ex illis videtur rebus dotem , vel ante nuptias donationem esse datam , quæ ad filios , vel filias pertinent . Si verò & ipse substantiam idoneam possidet , in hoc casu , quasi de suo patrimonio dotem , & ante nuptias donationem dedisse intelligatur , & C. Cod. de dot. promiss.

H a In

832
Filius ut
filius, non ut
hæres, om-
nibus præ-
feratur cre-
ditoribus .

833

834
Ubi dos, ibi
matrimonium

Quilibet po-
test donare,
potest dota-
re.

835
Uxor seipsa

836
Censetur
tantùm do-
cem compe-
tentem de-
disse.

837
Dos dato
primo viro,
non est data
secundo, nisi
exprimat

838

839

840
Reintegrato
matrimonio
etiam dos
reintegra-
tur .

841
Pater tene-
tur dotare
filiam.

842
Etiam nu-
ptiam sine
dotis men-
tione.

Nè sperna-
tur .

843

844
Donat filia
divitem, nè
non datur
pro alimentis
sed prolegi-
tima .

In quo *tox.* I. Non obstat dici ex sua liberalitate. Nam hanc liberalitatem debitam esse, explicant sequentia verba: *Patorum esse officium, dotem pro sua dare progenie.* Quod autem ex officio quis debet facere, non est liberum, sed debitum. Sicut Judex, qui ex officio iustitiam facere debet. Et sic impropria liberalitas. II. Notanda sunt illa verba: *Ubi autem, &c. Et si verò.* Ubi, si est inops Pater, censetur dotare de bonis filiarum: Si verò dives, de bonis suis, etiam si dicat, se dotare de bonis, quæ ex filia habet quo ad usum fructum, de quibus in *princ. l. ibi: Quorum usus fructus solus apud patrem remanet, & ibi: Et suis debitis dixerit, se fecisse huiusmodi liberalitatem.* Et concluditur, Patre promittente dotem absolutè, censi ex suis, & filiarum dotasse bonis, nisi ex bonis suis tantum det in dotem. Ergò tenetur dotare filiam divitem: secus non ex suis, sed bonis filiarum censetur dotasse, *Bald. Ang. Alex. & alii apud Bacz. l. c. n. 5. Menoch. lib. 4. præf. 189. num. 68. contra Bart. in l. mulier, §. cum proponeretur, num. 3. D. ad S. C. Trebell.*

845
Officium necessitate debiti includit.

846

Affirma. *Theaur. lib. 3. for. q. 64. decisum referens. Patet ex l. ult. Cod. de dotis promissis.* Pater enim habens bona, ex suis bonis tenetur dotare; nec renunciatio lædens filiam enormitèr substatinetur.

847

Q. II. An teneatur dotare filiam nubentem, ipso invito?
In hoc ex duplici via procedendum. I. In filia nubente viro digno. II. In filia nubente indigno.

848

Si nubat digno; tenetur Pater illam dotare; Si nubat indigno; subdistingendum est; Vel nubit post annum vigesimum quintum, vel ante. Si post annum vigesimum quintum; tunc tenetur Pater illam dotare. Quia fecit id filia, ad quod Pater tenebatur, & sibi tribuat Pater, si fuerit in mora, ita ut nuperit indigno, *Auth. sed si post, Cod. de inoffic. testam. Ripa in l. 1. num. 57. D. solut. matr. Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 58. Francus in cap. un. §. porrò, num. 2. de despons. impub. in 6. Vide l. si filiam, 19. C. de inoffic. testam.*

Dotat filia nubentem ipso invito digno ante 29. & etiam indigno post 25. annum.

849

Si verò filia nubens indigno incio Patre sit minor 25. annorum tunc etiam teneri dotare, voluit *Imola in cap. accendens, num. 8. de procur. Jas. in d. Auth. sed si post, Lupus in c. per vestras, de donat. inter, notab. 3. §. 10 & 26. Molin. lib. 2. de primog. cap. 6. num. 8. At Jo: And. oppositum voluit in cap. accedens, in fin. de procur. Menoch. l. c. num. 60. Celsus consil. 38. num. 2. Manual. tom. 1. summa, cap. 14. num. 4. Covarr. 2. p. cap. 3. §. 8. num. 7. Et mihi hæc secunda sententia videtur æquitate consona. Nam dissonum rationi valde est, compellere Patrem, qui non fuit in mora ad dotandam filiam, quæ indigno, & turpi matrimonio lædat familiæ splendorem. Non enim Pater debet pati in extimatione, & in fortuna detrimentum sine culpa, *cap. sine culpa, de reg. jur. in 6. cap. 2. de consil. Et si Pater potest insurgere contra denigratorem decoris familiæ; cur non etiam contra filiam, illam privando dotè; si vita non possit.**

850
Pater, qui non est in mora, non tenetur dotare filiam indignè nubentem.

Sed difficultas est: *Quanta dos sit danda filiarum, quando à Patre non est promissa?*
Respondetur, dandam secundum vires substantiæ suæ, *Auth. Ut cum de appellatione cognosc. §. aliud quoque, in fin. l. si filia pater, 12. D. de leg. 3. l. quæro, 61. ibi: Modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritique statuendus est, quousque ratio patitur. D. de iure dot. cap. nullum, 30. q. 5.*

851
Dos non promissa est danda juxta vires, & qualitates personarum

Q. Quod matrimonium dicatur indignum?
Respondetur, quòd illud censetur indignum, ex quo sequitur dedecus secundum mores Civitatis, *l. si adulterium cum incestu, §. supram, ibi: Contumacia juris, & sanguinis contumelia, D. ad l. Jul. de adult. Bart. in l. cum ita, la 1. D. de cond. & demon. Bald. in l. si pater, Cod. de spons. Menoch. præsumpt. 39. num. 81.*

852

Matrimonium indignum ex contumacia patriæ.

Indignus est etiam Vir malemoratus, *l. sed ea, de sponsal. ibi: Indignum moribus, & turpem sponsum, l. nuptia. C. de nupt. ibi: Si pares sint genere, & moribus, Bald. in l. nec filium, C. de nupt.*

853

Indignus est etiam inæqualis in bonis fortunæ, *Menoch. præsumpt. 189. num. 85. Intelligas, nisi compensetur paupertas nobilitate.*

854

Jure indignus est, qui indiget dispensatione ob aliquod impedimentum, *Glos. in l. si rogatus, 20. §. matrimonii, v. matrimonii, ibi: Indignè assumetur, quod duci prohibetur, D. de manumiss. vind.*

Inæqualitate.

L E M M A XVII.

An possit Pater exhæredare filiam, nubentem ipso invito?

855

Respondetur, distinguendo: Si nubat indigno, & sit major vigesimo quinto anno, non potest illam exhæredare, *§. aliud quoque, in fin. ibi: Si verò usque ad 25. annorum ætatem pervenerit filia; & parentes dissulerint eam marito copulare, & forsitan ex hoc contingerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum marito se (libero tamen) conjugare; hoc ad ingratitude filiarum nolumus imputari. Auth. Ut cum de appellatione cognosc. & Auth. Sed si post, C. de inoff. testam. for nubens.* Si verò filia sit minor, eamque parentes velint collocare; ac filia repugnet, eligatque impuram vitam; tunc potest exhæredari, *d. §. aliud quoque capitulum, Glos. in cap. Quintavallis, v. Exhæredare, de iure jur. Hoff. in cap. 1. de despons. impub. ubi Abbas n. 5. Jo: Andr. num. 8. Paludan. in 4. dist. 28. q. 2. num. 33. Sotus in 4. dist. 29. qu. 1. artic. 4. ad quartum.*

Filia invitata non nubens invito patre.

Si verò, non filia, sed filius contrahat invitatus Parentibus matrimonium, aut inhonestè vivat, exhæredare illum non potest. Quia loquitur *tex. in d. §. aliud quoque, de foemina, non de masculo, Glos. in c. Quintavallis.*

856

Non filius.

L E M M A XVIII.

Mater, Frater, Extraneus.
Tertio Mater, & Avia possunt dotare, *l. avia, 6. ibi: Aviam tuam eorum, quæ pro filia in Quilibet dotem dederit, l. neque mater, l. res quas, 17. l. si rare potest, socius, 18. C. de iur. dos.*

857

Quarto Frater, & Extraneus, etiam mutus, re possit. surdus, cæcus, dotis nomine obligatur, *l. cum plures, 13. §. cum tutor, D. de adm. tut. l. mutus, 74. l. si extraneus, D. de iur. dos. Servus tamen incapax dominii non potest dotare, l. si serva, 40. D. de iur. dos. Secundo nec minor sine autoritate Curatoris. Nam donare non potest absque Judicis decreto, & hoc nec sufficit, *Bart. quest. 7. Roman. consil. 314. Aret. consil. 15. num. 32. Tusch. v. Dos, conclus. 720. nec minorum. 1. Cuman. consil. 112. Sed de hoc iterum.**

858

Non servus, nec minorum.

L E M M A XIX.

Qui teneantur dotare?
Pullulant ex dictis multa, quæ taciti præterire nequimus. Quæ ergò ebulliant difficultates ante conspectum ponamus. I. Pater tenetur dotare filiam nubentem non indigno, prout supra explicavimus, *l. 7. ibi: Ut in hoc casu aliqua virgo, & dotem, & de dote habeat actionem, l. qui liberos, 19. D. de ritu nuptiar. l. fin. §. utramque, ibi: Paternum esse officium dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie, C. de dotis promiss. Surd. de aliment. q. 1. Sylvest. v. Dos, n. 4.*

859

Et tenetur sua, non Uxoris invitæ, bona in dotem dare, *l. obligamus, 51. §. lege, D. de obligat. Et ratio colligi potest: quia tenetur alere filiam, cap. jus naturale, dist. 1. Ergò etiam tenetur dotare. Quia dos succedit loco alimentorum, secundum *Glos. in l. as, C. de præd. min. Bart. in l. fin. C. de dotis promiss. Vide tex. in l. profectitia, 5. D. de iure dot. Quæ ratio non placet. Nam dos datur ad onera matrimonii substatinenda; quæ non sunt tantum alimenta, licet transferatur onus alendi in generum; imò nec alimenta dantur, si aliunde habeat, *l. fin. D. de perit. hæredit. l. Nefennius, 36. D. de negot. gest.***

860

Ex suis non alterius bonis.

Pater etiam tenetur dotare filiam naturalem; *Bart. in l. fin. Cod. de his, quib. ut indign. Salic. in*

861

*in l. Marcius, §. duob. D. de leg. 1. ex c. 1. de cobra-
bit. Cler.*

862
Et potest
cogi.

Pater officio Judicis posset cogi ad dotandam
filiam, si esset in mora, *l. qui liberos, 19. ibi: Co-
guntur in matrimonium collocare, & dotare, D. de
ritu nupt. l. ultima, Cod. de dotis promiss. l. filium
emancipatum, C. de ritu nuptial.*

L E M M A XX.

In quibus bonis Pater censetur dotasse filiam.

863
Ex suis.

Pater habet bona sua Uxoris, & filiarum, & non
explicans ex quibus dotet, censetur dotasse ex
propriis, *l. fin. C. de dotis promiss. l. dedit dotem, 6.
D. de collat. honor. l. professitia, §. 1. Papinianus,
D. de jur. dot. Angel. in §. fuerat, Imola in l. 2. D.
solut. matrim. ubi Roman. num. 22. Alex. num. 17.
Jas. num. 24. Socc. num. 10. Rip. num. 90. Ratio est:
quia Pater debet satisfacere oneri dotanti, *d. l. pro-
fessitia, & d. l. fin.* Ergo ex propriis. Secus non
ipse, sed alius, cujus bona susciperet, onus senti-
ret. Vide *l. neque mater, 14. C. de jur. dot. ibi:
Neque Pater de bonis uxoris sue invita ullam
dandi habet facultatem.* * Et quæ notat D. Scoppa
loquens in Civitate Neapolis in Scholiis ad Contr.
for. R. Merlin. cent. 1. c. 56. num. 13.*

L E M M A XXI.

Mater quando teneatur dotare?

864
Non ma-
ter nisi pa-
tre inopè,
vel heredi-
ca.

Mater tenetur etiam dotare filiam, si Pater
sit impotens, *l. neque mater, 14. ibi: Nisi
ex magna probandi causa, C. de jur. dot. ubi Bald.
& Salyc. Surd. lib. 1. q. 14. num. 11. Cyn. & Bart.
in Auth. Res qua, C. commun. deleg. Alex. cons. 144.
num. 13. vol. 6. Jas. in l. 1. num. 18. D. sol. matr.
* & nuper D. Scoppa, qui dat alios ad Contr.
R. Merlin. cent. 1. cap. 56. sub num. 14.*

Si Mater sit hæretica, cogitur dotare filiam catho-
licam, ex *l. cognovimus, 20. §. sed ne videamus,
C. de hæret. ibi: Necessitatem imponimus talibus
Genitoribus, orthodoxos liberos secundum vim alere,
& omnia eis præstare, sed & dotes pro filiabus,
& nepotibus dare.*

Difficultas est: *An filius teneatur dotare Ma-
trem?*

865

Respondetur, difficultatem sitam esse in
eo. Quia filius tenetur alere Matrem, *l. 1. Cod. de
alend. libert. l. sed est, 28. §. consuluit, D. de petit.
hæred.*

Filius non
dotat ma-
trem.

Quibus non obstantibus, oppositum dicitur in *l. si
vincat, 3. C. de long. temp. præscript. l. si à matre, 13.
C. de jur. dot. l. si Tutor secundum, 13. §. in solven-
dis, D. de admin. Tut. l. 1. §. præterea, D. de Tut. &
ration. distrab. Nec valet argumentum de alimentis
ad dotem, ut patet ex dictis, *d. l. Tutor, §. in sol-
vendis, D. de admin. Tut.**

866

Accedit. Quod fœminæ novis maritis bona,
& res filiorum addicunt, *l. lex quæ Tutores, 22.
§. lex enim, Cod. de admin. Tut.* Ergo non debent
filii propriis facultatibus promovere secundas nu-
ptias.

L E M M A XXII.

An Frater teneatur dotare sororem?

867

Frater, deficientibus prædictis, tenetur dotare
sororem, secundum Panormit. in cap. perve-
nit, de arbit. Cyn. in l. 1. Cod. de Alend. lib. Bart.

Nec frater
sororem, nisi
ex bonis cõ-
munibus,
vel inopem.

& Bald. in l. quaesitum, D. ubi pupillus educ. debet.
Ripa in l. 1. n. 84. D. solut. matrim. Paulus tamen
respondet quaesitum in l. cum plures, 22. §. cum tutor,
D. de admin. tut. ubi dicit, à Tutore non esse dan-
dam dotem sorori pupilli ex alio patre natæ, & si
aliter illa nubere nequeat, undè inferri posset, Tu-
torem teneri dotare sororem pupilli natam ex eo-
dem patre; secus superfluere illa verba rex. So-
rori ex alio patre nata. Quod intelligit Gloss. ibi,
verb. Alio patre: scilicet dotandam filiam patris sui,
si patrimonium sit commune; secus non. Et id
probari potest: quia Mater non tenetur dotare
filiam, *d. l. neque mater.* Ergo multò minùs frater
tenetur dotare sororem, Bald. in d. l. fin. C. de dotis
promiss.

868

Quod si soror sit inops, tunc teneatur illam alere;
sicuti tenetur alere fratrem inopem, *l. qui filiam, 4.*

*D. ubi pupillus educari debet, & etiam tenetur do-
tare, l. 1. D. de Tut. & ration. distrab.*

Nota tamen hic l. quod si frater, & quolibet
alius dotans non stipuletur, sibi dotem restitui,
dos censetur donata, *l. un. §. accedit, C. de ret ux.
act.*

II. Si Pater in testamento relinquat dotem filiarum;
tunc interim est alenda à fratre, & illa alimenta
non computantur in dotem, *l. qui filium, 4. D. ubi
pupillus educari debet.*

869

Interim
alenda à
fratre.

III. Soror habens res indivisas cum fratre, potest
partem suam in dotem dare, *l. ante divisionem, 16.
C. de jur. dot.*

L E M M A XXIII.

An Tutores teneantur dotare pupillam?

Tutores, & Curatores, Fidejussores, non con-
sanguinei, aut amici, tenentur dotare Mino-
rem, & pupillam, *Surd. de ultim. lib. 1. q. 14. Covar. pupillam.
2. p. epis. c. 8. & 9.* Quia debent utilitèr administrare
res minorum, & utilitèr administrant dotando, *l.
Tutor, 22. D. de admin. Tut. l. cum post, §. dotis, D. de
jure dqs. Vide lib. 1. n. 510.*

870

Tutor dotat
pupillam.

L E M M A XXIV.

An Maritus possit dotare Uxorem?

Jam debemus explicare casus, in quibus Maritus
potest dotare suam Uxorem. Pro cujus clariori
enucleatione, constans debet esse, Virum non posse
constituere dotem suæ Uxori, constante matrimo-
nio, *l. si quis uxori, 60. ibi: Si quis uxori ea con-
ditione donavit, ut quod donavit, in dotem accipiat,
defuncto eo, donatio convalescit, D. de donat. inter
vir. & ux.* Ratio est: quia constituere dotem est do-
nare, quod prohibitum est inter Virum, & Uxorem,
*l. fin. §. si à socero, D. quæ in fraud. credit. Abb. in
cap. & si necesse, n. 2. de donat. int. vir. & uxor. ubi
Alex. de Nevo, n. 2. Propos. n. 1.*

871

Non mari-
tus.

Nec subsistit dotis constitutio facta ante matrimo-
nium; sed intuitu matrimonii: hoc est, ut ac-
quiratur constante matrimonio. Ratio est: quia
donatio inter sponsum est nulla, si referatur in tem-
pus matrimonii, *l. quod sponsæ, 4. Cod. de donat.
ante nupt. ibi: Quod sponsæ, ea lege donatur, ut
tunc dominium ejus adipiscatur; cum nuptiæ fue-
rint sequutæ, sine effectu est.* Et ratio horum est:
Quia idem est referri ad tempus inhabile, ac fieri
in tempore inhabili, *l. in tempus 62. D. de hæred.
inst. l. eum qui, D. de jurisd. omn. jud.*

872

Etiam ante
matrimo-
nium si fiat
sub condi-
tione ma-
trimonii.

* Dices l. Quod est ab bonum publicum, potest
fieri à Marito. Sed donatio Uxoris est ad bonum
publicum. Ergo à Marito dotari Uxor valet.

873

Resp. Dist. maj. Si non impediatur majus bonum.
Concedo maj. Si impediatur majus bonum. Nego
maj. Donatio autem Uxor: à Viro impedit majus
bonum commune consideratum à legibus prohiben-
tibus donationem inter Virum, & Uxorem.

Insuper Vir, vel vult dotare Divitem, vel Pau-
perem. Donatio divitis non est ad bonum com-
mune, cum habens propria non sit indotata. Et
donatio pauperis licet: quia est ob causam.

Hinc habes. Verum esse, non posse prohiberi
dotare, quando est ad bonum publicum; nè scilicet
Uxor sit indotata, *l. 1. D. solut. matrim.*

874

Dices. Obstat *l. inter eos, 28. D. de donat. inter
vir.* ubi subsistunt donationes ante nuptias.

Respondetur. Intelligi text. de donatione, quæ
non respicit tempus contracti Matrimonii, vel de
donatione ob causam, quæ tenet, prout *lib. 2. Gloss.
in l. quod sponsæ, 4. C. de donat. ante nupt. v. si-
ne effectu.*

875

Donatio dotis facta inter Conjuges, etiam per
interpositas personas, non valet, ut si Vir det ter-
tiam personæ, & illa tertia persona donet Uxori,
*l. si sponsus, 5. ibi: Quod inter ipsos, aut qui ad
eos pertinent, aut quod per interpositas personas
donationis causa agit, non valere, l. 3. §. videamus,
in fin. D. de donat. int.* Quia, qui per alium facit,
per se facere videtur, *l. 1. in princ. D. de eo, per
quem factum erit.*

Nec per in-
terpositam
personam.

Non solum donatio dotis non potest fieri inter
Conjuges; sed neque inter illas personas, quæ con-
tin.

876

Nec à con- tingunt Conjuges per patriam potestate in, l. 3. §. *sanguineis* videamus, ibi: *Prohibet sibi invicem donare: ut viri: nam putà, frater mariti, qui est in potestate soceri, D. de donat. int. vir.*

presumunt à viro facta.

Cæteri tamen contractus: ut vendere, permutare, possunt fieri inter Conjuges; dummodò justum pretium intercedat, l. si sponsus, ibi: *Enim verò, si cum animum vendendi haberet, ex pretio ei remiserit, venditionem quidem valere, D. de donat. inter.*

877

Potest dotare absolutè ante matrimonium.

Si Vir ante matrimonium absolutè dotet Uxorem, ità ut teneat donatio, etiam matrimonio non sequuto, validè dotat, l. 1. ibi: *Priori enim casu donatio non impeditur, & res, quæ in eam causam sunt dotis effecta, judicio de dote peti possunt, C. de donat. ante nupt.*

L E M M A XXV.

Casus, in quibus potest dotare Maritus suam Uxorem.

Sunt aliqui casus validæ donationis. I. Si Vir excedatur à sua Uxore, nobilitate, ætate, vel alia gravissima qualitate. Quia tunc constitutio dotis est veluti remuneratio beneficii, quo nobilis non dedignatur ignobili, & seni nubere, *Glos. in l. si voluntate, v. petentis, C. de dotis promiss. Bart. in l. divortio, num. 4. D. de verb. oblig. ubi Ang. Paul. & Alex. Abb. in cap. 8. num. 1. de adult. Molin. disp. 289. §. tertius, si fiat, contra Crotum in rubr. D. sol. matr. num. 62.*

878

Et in compensatione nobilitatis, &c.

Nec refert, Virum esse ditissimum. Nam adhuc potest dotare Uxorem nobilem: cum soluto matrimonio post Viri obitum, Uxor maneat deterioris conditionis; ex quo nupserit ignobili, *Jo. Lupus in rubr. de donat. §. 32. num. 9.*

879

Hæc tamen dotis donatio non est privilegiata, ut dos. Nam re vera non est dos: Cum non detur ex parte Uxoris viro, l. si inter virum, 21. C. de jur. dot. Covar. 2. p. cap. 3. §. 3. num. 4.

880

II. Casus est, si quis dotet Virginem, quam violavit, cap. 1. de adult.

Violationis.

III. Casus est, si Pontifex dispenseet cum duobus confanguineis, ad hoc, ut Vir dotet Uxorem pauperem. Nam tunc est causa onerosa.

IV. Si ex consuetudine Vir dotet Uxorem. Nam consuetudo derogat, & tollit leges, cap. fin. de consuet.

881

V. Si dos constitueretur à Viro Uxori ad conciliandòs animos utriusque partis: Est enim tunc bonum pacis conciliandæ, l. creditor, 60. §. 1. D. mandat.

L E M M A XXVI.

Si dos data sit à Patre filia Neapoli, & filia decedens sine liberis, disponat de medietate dotis, quid faciendum de alia medietate?

882

Mulier disponit de decima parte dotis habitæ à confanguineis de aliis pro libito.

EX Consuet. Si quæ moriens, tit. de muliere habente filios. Potest in ultima voluntate Mulier disponere de dotis decima parte, si dos sit habitæ ab Agnatis, Cognatis jure successioneis, vel titulo lucrativo; de aliis verò bonis aliunde habitis pro libito disponere potest, salvo subsidio bonorum debito filiis, ac parentibus: de quo videas *Ad dentes ibid. l. A. B. l. M.* Undè rectè quæritur: an aliæ partes redire debeant ad hæredes patris dotantis, vel ad sorores filia dotatæ utrinque conjunctas proximiores.

Et redire ad hæredes dotantis, decisum habuit apud Tassonum de antefat. v. 5. observat. 1. nu. 5. in fin.

L E M M A XXVII.

An Mater peregens ad secundas nuptias teneatur ex dote alere filios inopes primi matrimonii?

Cæteræ portiones redeunt ad hæredes dotantis.

884

Mater ex dote alit filios inopes.

Affirma juxtà qualitatem personarum, l. sed, est, 19. §. sufficienter, ibi: *Sufficienter alere, & vestire debet, D. de usufr. Covar. 2. resol. cap. 8. §. 6. num. 7.* Et hoc etiam lite pendente, l. si captiva, 27. §. de inofficioso, D. de inoff. test. Aff. decis. 152. num. 4. & etiam ultra triennium, l. si quis à liberis, 5. §. utrum autem tantum patrem, ibi:

Ergò & matrem cogemus, præsertim vulgò quæstos alere, nec non, & ipsos eam, D. de lib. agnos. Auth. si pater, C. divortio facto, liberi apud quem morari, §. illud, Auth. Ut matri, & avia, Bart. in l. alimenta, C. de neg. gest. Gamma decis. 304.

Onus alendi magis ad Matrem, quàm ad Fratrem spectat, *Surd. de alim. tit. 9. q. 10. nu. 2. Tusch. lit. A. concl. 277. num. 70. & d. l. si quis à liberis, Socin. conf. 161. vol. 2. col. 2.* Ergò ex dote etiam tenetur alere filios, quod est de jure naturæ, d. l. si quis, 5. v. *Ergò & matrem.* Sicuti tenetur filias dotare inopes, *Barthol. de Capua apud Tasson. sup. num. 62.*

Ex Consuet. Neap. tit. de alim. præstand. quæ incip. *Mulier de dotibus.* Mater non tenetur ex dote filios alere; nisi filii sint inopes, *Tasson. sup. Napod. ad d. consuet. mulier de dotib. num. 78.*

L E M M A XXVIII.

An in Regno frater possit dare in dotem feudum paternum sorori sine assensu Regis?

EX capitulo hujus Regni, & est Regis Caroli, feudum sine assensu Regis non potest dari in dotem; & non tenet datio doti prædictæ, *Aff. lib. 3. constit. rub. 23. de success. filiarum Comit. num. 40. ubi citat Andr.*

Soror nolens maritari, sed honestè vivere, potest dotem à fratre petere: quia dos de paraggio datur loco legitimæ sine onere; Nec debet magis privilegiari Matrimonium, quàm Virginitas, *Aff. l. c. num. 41. S. Thom. 2. 2. q. 157. art. 4.*

Si Soror est maritata sine dote; tunc frater non tenetur dare dotem de paraggio, sed legitimam, secundùm *Andr. apud Aff. num. 45.*

Si Frater dotet sororem ex bonis paternis; potest filia maritata petere paragium: id est legitimam, in bonis maternis, *Aff. l. c. num. 49. ubi refert ità pluries judicatum, etiam per sententiam Regis.*

Nota hic ex l. si pater, 7. C. de dot. promiss. quòd licet habeat bona materna; tamen, si Frater promittat dotem pro filia simpliciter, censetur de suo dotasse, & ibi dicitur, quòd si Pater dotavit de bonis paternis, & maternis, non taxata quantitate bonorum maternorum, videtur solùm dotasse de bonis paternis, datis etiam omnibus bonis maternis. * Ut etiam in graviori casu, à Senatu Sabaudia decisum tradit *Ant. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 6. de dotis promiss. definit. 7. num. 6. & definit. 10. num. 1. **

Hinc parentes, & fratres cum juramento faciunt renunciare bonis paternis, maternis, fraternis, &c. & jure petendi supplementum legitimæ, de quo in cap. quamvis, de pact. in 6. l. fin. C. de pact. l. qui supersistis, 93. D. de acq. hæred.

Dos de paraggio, ut constituatur, considerantur plura arbitrio propinquorum. I. Ut nubat pari marito, l. cum ita, 62. D. de condit. & demonstr. in fin. II. Considerantur facultates, & numerus filiorum, l. quæro, & l. filia, ubi *Bart. D. de legatis 3. Bald. in Auth. Res, quæ, C. com. deleg. III.* Ut non detur pro paraggio mihius quàm legitima; nisi immodica sint bona: taxatur enim tunc, ut nubat pari, *Aff. l. c. num. 51. Salic. in d. Auth. res quæ.* Frater tamen nunquam de suo conferre tenetur, *Alex. volum. 4. conf. 7. num. 11.*

Frater in Civitate Neapolitana tenetur non differre maritare, & dotare secundùm paragium, sororem post annum 16. completum; secus deinde, si minor restituitur ad dote, hoc est petit (successionem in bonis paternis, ità ac si esset masculus, *Consuet. Eas tandem solum autem, de success. ab intest. Aff. dec. 159. ubi dec. vorem. Ursil. 370. discutit, an minor frater restituitur? * Et d. 370. n. 1.* instar masculi habetur, tam quòd ad se, quàm quòd ad ejus descendentes, ut notabiliter ait *D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merit. cens. 1. cap. 49. num. 76. ** Soror tamen debet petere à fratre, ut illam colloquet; secus non dicitur masculiatæ, *Aff. dec. 370. dub. 2. Napod. in Consuet. Si qua mulier, v. Absque dimensione.*

In Regno tamen frater tantùm tenetur dotare

885

Etiam Nea poli, nisi sint ingrati, C. suct. in omnibus, tit. de aliment. præstand.

886

Feudum non datur in dotem sine assensu Regis.

887

Soror dotata quid renunciare debeat.

888

889

Quæ das de paraggio.

891

Minor restituitur ad dote tandem solum vorem. Ursil. 370. n. 1.

892

De paragio, ut decisum referat Affl. l. c. num. 69. Alex. conf. 20. col. 4. vol. 1.

L E M M A XXIX.

De causa materiali dotis.

Ex d. §. Fuerat.

893
Omnia in dotem dari possunt.

EX causa Effectiva transeat sermo ad Materialis causa dicitur quidquid datur pro dote. Et quidem omnia actualia, & futura, mobilia, se moventia, stabilia, & nomina debitorum possunt dari in dotem, l. si ex lapidicinis, 23. l. mater cum filia, 35. l. iure succursum, 6. l. tali facta, §. socer, 49. l. plerumque, 11. l. mancipia, 19. & l. 48. cum l. si ei, 26. l. cum pater, 38. l. mulier, 73. D. de jur. dot.

L E M M A XXX.

Apud quem sit dominium rerum dotalium?

HÆc gravissima, & Jurium contrarietate subtilissima concertatio hic exagitanda est.

In qua, ut procedamus distinctius, & securius; vobis aperienda sunt multa Jurium arcana, non omnibus resarata.

894

I. Si dos sit empta à Marito, tunc dotis dominium Marito competit. Et dos emitur a Marito, quando titulo emptionis bona æstimantur l. quoties res æstimata in dote dantur, Maritus dominium consequutus, summa velut pecunia debitor efficitur. §. l. cum dotem, 8. ubi Bart. C. de jur. dot. l. ex conventionione, in fin. 9. C. de pact.

895

Dos æstimata titulo venditionis est mariti.

Hinc certum est, dotem æstimatam titulo venditionis esse sub dominio Viri: ut sunt alie res à Viro emptæ, l. plerumque, 10. l. si res, 12. §. si mulier, l. quod si is, l. quoties, 16. ubi Dñus, ibi: Actio ex empto, re æstimata, datur, l. si mancipia, ibi: Partus ancillarum æstimati sunt mariti. l. æstimata, l. si æstimatis, D. solut. matr. Affl. decis. 83. num. 6. Tusch. v. Dos, conclus. 758. Bald. in l. si inter virum, 21. v. æstimata, C. de jur. dot. * & à Senatu Sabaudie decisum ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 7. de iure dot. defn. 43. in princip.

Si non appareat, quæ sit æstimatio, præsumitur illa, quæ inducit emptionem, secundum quosdam DD. arg. l. cum fundus, 3. D. locati.

896

Non verò æstimata ad sciendum valorem.

Sed oppositum rectius docet Covar. tom. 2. pract. q. cap. 28. num. 2. ex l. si inter virum, 21. C. de jur. dot. ubi dicitur, pretium videri annexum ad hoc, ut si species aliqua diminuat, tunc reposcantur pro rata valoris rei æstimatæ, l. æstimatis 31. D. solut. matr. Soc. lib. 1. conf. 56. & l. fin. D. de pact. In qua dote æstimata ad sciendum valorem, Maritus tenetur ex culpa levissima, non verò ex casu fortuito, si res dotalis pereat, Paul. de Cast. in d. l. æstimatis, num. 3. Salyc. in d. l. si inter virum.

897

Non venditur quando adest pactum, ut res restituatur.

In aliis dotibus tenetur Maritus ex lata, leviss. & dolo, non ex levissima, l. etiam, 19. §. 1. D. solut. matrim. l. penultim. 67. §. mancipia, D. cit. tit.

Dos æstimata non facit venditionem, quando adest pactum, ut res dotalis æstimatæ soluto matrimonio restituantur Uxori, d. l. si inter virum, 21. ibi: Si inter virum, & uxorem pactum sit interpositum, ut si matrimonium intra quinque annis forte tempora quoquo modo esset dissolutum species æstimatæ dote data pretiis, quibus æstimatæ sunt, redderentur, C. de jur. dot. & d. l. si æstimatis * probant DD. quos sequitur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 12. num. 28.

898

Secundò nec inducitur venditio ab æstimatione, si Maritus non sit solvendo, l. in rebus dotalib. C. de jur. dot. Nam non præsumitur dotem vendere Marito impotenti solvere pretium, * & ita de communi testatur D. Scoppa loc. cit. nu. 25. *

Similiter clausula, ut soluto matrimonio, res dotalis restituantur arbitrio Mariti, facit emptionem, l. plerumque, 11. D. de jur. dot. & d. l. si æstimatis.

Rursus, quando dos consistit in numero, pondere, & mensura, tunc soluto matrimonio, Vir tenetur ad æstimationem, l. res in dotem, 43. D. de jur. dot. Undè tales res censentur venditæ Viro, Glos. in l. æstimata, 52. D. solut. matrim.

Quando verò dos æstimatur ad sciendum valo-

rem: ut scilicet constet de traditione, & deterioratione, tunc, res dotalis non sunt sub dominio Mariti, l. si ego sepe, 10. §. planè, l. plerumque, 12. §. penult. l. cum post divortium, 70. §. in domum, D. de jur. dot. l. si inter virum, 21. C. cod. l. inter. est, D. de usufr. * & pluribus adductis Dom. Scoppa d. observat. 12. num. 18. *

III. Certum debet esse Virum habere administrationem cum usufructu dotis, Glos. in l. quamvis, 79. de jur. dot. Alex. in l. si constante, 25. §. si maritus, num. 3. D. sol. matr. Odofr. in l. in rebus, num. 2. C. de jur. dot.

IV. Ex dictis fit, dotem constantem in numero, pondere, & mensura: ut in vino, & tritico, esse sub dominio Viri. Nam Vir tenetur restituere res similis qualitatis, l. res in dotem, 43. ibi: Et quandoque soluto matrim. ejusdem generis, & qualitatis alias restituat, D. de iure dot. l. 21. tit. 11. partita. 4. Molina disp. 426.

L E M M A XXXI.

Quid de aliis rebus dotalibus extantibus?

Distinguas dominium in se, à dominio quò ad effectus dominii: ut rem administrare, custodire, tueri, fructus colligere, consumere, pro dote, & fructibus agere, excipere in iudicio, & extra.

Quò ad effectus dominii. Affirma, Virum esse Dominum. Ipse enim omnes ferè effectus dominii dotis habet, & Dominus dicitur Juris subtilitate separantis effectus dominii à causa dominii in se, l. in rebus, 30. D. de iure dot. Ita Vir, non Uxor habet reivindicationem; quæ actio nascitur ex dominio, & datur Domino, l. doce ancillam, C. de rei vindic.

In se verò directum dominium dotis, & rerum dotalium extantium. Affirma esse Uxoris, cum Castrenf. in l. si constante, §. nihil commune, D. de iure dot. & lib. 5. miscellan. cap. 4. Cassan. ad Con. suet. Burgun. rub. 1. cap. 4. Ign. in l. 1. §. si vir, D. dotalis extant. Syllan. Pinnell. lib. 1. p. 3. num. 12. in l. 1. C. de tantis. bonis matern. Wessemb. in parastil. de fundo dotali. Contra Bart. & Glos. in l. quamvis, 78. D. de jur. dot. Alex. in l. si constante, 25. §. si maritus, D. solut. matrim.

Probatur l. ex l. in rebus, 30. C. de jur. dot. ibi: Naturaliter in eis permanferit dominium, ubi dicitur, res dotalis re vera esse Uxoris; sed legum subtilitate esse mariti. Quæ legum subtilitas non abstulit dominium ab Uxore, & ubi dicitur.

Facit etiam l. si inter virum, 21. C. de iure dot. ubi dos inæstimata est sub periculo Uxoris.

II. Probatur ex l. quamvis, 75. ibi: Quamvis in bonis mariti sit dos, mulieris tamen est. D. de jur. dot. ubi dicitur esse in bonis Mariti; sed esse Uxoris; sicuti aliud est in bonis suo, ac esse suum, & aliud est esse in hæreditate: ut est pignus aliud est esse hæreditarium. Ita dos est in bonis Mariti; sed non est Mariti, secus verba text. esse contraria, Et illa verba, quæ sequuntur: ibi: Quamvis apud maritum dominium sit, interpretanda sunt juris subtilitate, quò ad effectus dominii, non quò ad causam, ex d. l. 30. C. de jur. dot.

III. Probatur ex l. si constante, 24. §. si maritus, D. sol. matrim. ibi: Servitia, quæ in propriis vocantur rebus culpando est. Ubi servos dotalis vocat alienos. Facit l. cum post divortium, 70. §. in dogen dotem, num. 6. Partum ancillarum dote est portionem, & sic Dos non est Mariti.

IV. Nervosè probatur: quia periculum rei dotalis est Uxoris, l. plerumque, 11. l. cum post divortium, 70. §. cum res, D. de jur. dot. l. si inter virum, 21. C. de jur. dot. l. Maritus, 50. l. 52. D. sol. matr. Ergò Uxor est domina dote. Nam res domino perit.

V. Probatur: quia Uxor habet rei vindicationem in certis casibus, Ansb. Ut ex actione instante dote. Quæ Domino competit, l. si ventris, 8. §. in bonis, D. de privil. credit.

VI. Patet: quia titulus, contractus dotalis non est translatus dominii: Adedque dote in causa dominium habere nequit. Et societas, cum non sit

900

901

Est Mariti Dos in numero considerans.

902

Maritus est dominus dote quo ad effectus dominii.

903

Uxor est Domina re dotalis extantibus.

904

905

Partus ancillarum dote vocat portionem, & sic Dos non est Mariti.

906

fit omnium bonorum, non transfert dominium.

Dices I: Obstat l. doce ancillam, q. C. de rei vind. ubi Uxor non habet rei vindicationem respectu dotis. Ergo non est domina.

907

Vir juris subtilitate. Uxor autem ve vera est Domina Dotis.

Resp. Ibi Virum vindicare dotem nomine Uxor. Nam Vir, non Uxor in iudicio agere potest. Distinguo igitur antecedens, Uxor non habet rei vindicationem: hoc est, ipsa non potest per seipsam in iudicio comparere. Concedo. Non potest per Virum. Nego antecedens. Sufficit autem Domino; ut per alium possit agere, Pinell. lib. 1. p. 3. cap. 13. Molina disp. 426. num. 3. Quod vero Uxor in iudicio comparere nequeat; imò nec contrahere de rebus suis sine licentia Viri, patet ex l. quamvis, 78. D. de jur. dot. l. cum multi, C. de donat. Bald. in l. ad exactionem, in fin. Cod. de dotis promiss. Bart. in l. cui bonis, l. 13. D. de verb. oblig.

Urgetis II. l. dotis fructum, 8. ibi: Fiant autem res Mariti, si constante matrimonio in dotem datur, D. de jur. dot.

908

Resp. I. ex dictis, bona dotalia esse Mariti juris subtilitate, quò ad effectus dominii, non veritate, ut ait l. in rebus, 30. C. de jur. dot. & idem dicas ad l. cum post divortium, §. in domum, ibi: Viri dominium factum videtur, & ad l. quamvis, 78. de jur. dot.

909

Vir habet aliquos effectus dotum, ratio ne quorum Dominus denominatur.

II. Respondemus, nos concedere Viro quosdam effectus dominii, ut est rerum vindicatio, administratio, dispositio, collectio, fructuum, & consumptio, l. dotis fructum, 8. D. de jur. dot. l. si cum dotem, §. fin autem, D. sol. matr. Re vera tamen dominium est Uxor, d. l. in rebus, 30. cuius periculo dos perit, & cui evictio competit, d. l. plerumque, 11. l. non dubitatur, C. de evict. l. ex empto, 11. D. de act. empti, l. habere licere, 57. D. de evict.

III. Instabis. Contractus dotis est contractus societatis, ut docuimus. At ex vi societatis dominium rei transit in confocios. Ergo Maritus habet etiam dotis dominium.

910

Societas red dit communi dominii commixtione sortis, vel voluntate partium.

Respondetur. Contractum societatis recipere dominii translationem, quando uterque confert, ratione commixtionis sortis, vel tali animo, ut transferatur in dominium. Quod non est in dote, ubi unus confert.

L E M M A XXXII.

De causa Formali Dotis.

Ex eodem §. Fuerat.

911

Paeta sunt Dotis forma

Forma contractus dotalis est dispositio includens omnia pacta, & conventiones omnes, quas in illo contractu apponuntur. Nam contractus recipit formam ex voluntate Contrahentium, l. in conveniendis, 32. D. de verb. oblig. ibi: In conventionalibus stipulationibus contractus formam Contrahentes dant. Et consequenter acta dotalia inspicienda sunt, ad dignoscendam formam. Nam sequimur, quod actum est, l. cum, qui, 41. D. de verb. oblig. l. 23. D. de reg. jur. l. ob res, 20. D. de pact. donatib.

912

Dos potest constitui. I. Re, si incipiat à traditione. II. Etenim, si ex voluntate partium suspendatur obligatio usque ad instrumentum dotale. III. Verbis, si expressè stipulatio intercedat. IV. Consensu expresso, verbis, vel verbis, l. Divus Severus, 4. D. de jur. dot. ubi tacite dos integrari potest signo aliquo, l. mutus, 37. D. eod. Nec mirum: quia matrimonium etiam nutu celebrari potest.

A partibus vel lege apposita.

Sed si nihil actum sit in pactis dotalibus; tunc intelliguntur ea, quæ ex vi legis naturaliter insunt actui, ante, in, & post matrimonium, l. ex empto, 11. D. de act. empti.

L E M M A XXXIII.

Que intelligantur in pactis dotalibus?

913

I. Intelligitur stipulatio, d. l. un. C. de rei ux. p. latione, d. l. un. §. Et ut plenius, l. in rebus, 30. C. de jur. dot. III. Intelligitur conditio, si matrimonium sequatur, l. dotis, 3. l. 22. l. 23. l. 64. l. dotis, 69. D. de jur. dot. l. item quia, 4. D. de pact.

Bald. lib. 5. conf. 486. Jaf. in l. item quia, notab. A lege se per subintelligitur, si matrimonii verum sequatur. 4. D. de pact. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genituro, num. 4. D. de cond. & demonstr. Tusch. v. Dos, conclus. 721. num. 8.

Ex quo tertio requisito fit. I. ut in matrimonio putativo non sit verè dos, & Maritus fructus reputare tenetur, l. incesta, 52. ibi: Incesta nuptia, neque dotem habent, D. de rit. nupt. l. interest, 3. D. de privil. cred. l. fin. §. sicut, C. de donat. ant. nupt. Uxor tamen pro illa dote habet privilegia, ita ac si matrimonium fuisset contractum, si bona fide contraxit; & hoc non quia sit vera dos; sed favore innocentis Mulieris, Gomez. in l. 50. Tauri, num. 56.

Non putativa, l. dotis appellatio. D. de jur. dot.

II. Fit matrimonio nondum contracto, non posse agi pro dote, l. promittendo, 41. ibi: Si nuptia sequuta non fuerint, ex stipulatu agi non potest, l. licet, 44. l. dotis fructum, 8. D. de jure dotium.

914 Sine matrimonio non datur actio de Dote.

III. Intelligitur pactum, ut dos solvatur statim, ac potest commodè, l. cum qui Kalendis, 41. §. quoties, D. de verb. oblig.

IV. Ut evicta dote sine culpa Viri, sit constituenda alia dos ex parte Uxor.

V. Ut expensæ necessariæ compensentur.

VI. Ut non alienentur, sed custodiantur res dotales, exceptis servis dotalibus, quos Maritus favore libertatis manumittere potest, l. est dotis, 3. ubi Bald. Salyc. Glos. D. de jure dot.

915

VII. Ut fructus pro oneribus consumantur, l. pro oneribus, 20. C. de jur. dot.

VIII. Ut soluto matrimonio dos Uxori, vel ejus hæredi restituatur. De quo hic uberius infra.

L E M M A XXXIV.

Que pacta apponi non possunt?

I. Pacta omnia contra bonos mores nequeunt apponi, l. illud, 5. D. de pact. putà, si apponatur pactum, nè invicem fidem servent; nè ob res furtivas agant. Nam pacta darent anam ad delinquendum.

916 Rejiciuntur à dote omnia pacta contra bonos mores.

II. Valet pactum, ut Uxor alat familiam dote. Nam tunc per Uxorem Maritus censetur sustinere onera, l. 4. D. de pact. dot. l. si quis, 22. D. de donat. inter. l. mutus, 78. D. de jur. dot.

III. Non potest poni pactum, ut dos à Marito non petatur, l. si Pater dotem, 12. D. de pact. dot. Nam tunc Mulier maneret indotata contra bonos mores civiles, l. si convenerit, 4. & l. filii, D. eod.

Ut nè Dos petatur.

Sicuti, nec valet pactum, nec dos exigatur, l. fin. v. Si Pater filia, ibi: Et pactus est, nè invito eam solveret, nihil ab eo exigendum, D. de pact. dot. Nam obligatio non potest remitti voluntatem ejus, qui obligatur, l. 8. D. de verb. oblig. Pro non dicto enim est id, ad quod dandum cogi nequeas, l. 17. l. centesimis, in fin. l. à Titio, 108. §. nulla, D. de verb. oblig. Ratio à priori est: quia implicat contradictionem, obligari, & pro libito posse non solvere: cum obligatio sit juris vinculum, quo necessitate adstringitur.

917

IV. Non potest apponi pactum: ut petatur minus, quàm est dos. Nam esset contra favorem dotis. Nec potest fieri pactum, ut plus petatur: quia esset donatio inter Virum, & Uxorem, d. l. si pater, 12. & l. illud, 5. D. de pact. dot.

918 Rejiciuntur pacta, que dotem damificant.

V. Non valet pactum: nè impensæ necessariæ factæ in dotem compensentur. Nam donatio est prohibita inter Conjuges, d. l. illud, 5. in fin. Alimenta tamen Uxori data repeti nequeant, l. fructus pradiorum, 2. C. de pact. conv. Non tamen ex dote possunt solvi debita. Nam dos diminueretur, l. ob res, 20. D. de pact. dot.

919

VI. Nec pactum de futura successione: ut scilicet soluto matrimonio, bona uxoris sint bona mariti. Nam esset pactum captandæ mortis, l. hereditas, 5. C. de pact. convent. ubi Bald. & Salyc.

920

VII. Nec pactum, quo deterior redditur conditio Mulieris: putà, ut dos tardius reddatur, l. cum dos, ibi: Paciscendo filiam conditionem Patris deteriorem facere non posse, l. Attilianus, 17. D. de pact. dot.

Potest pactum, scilicet dos sit in periculo Uxor. l. 1. D. de pact. dot.

VII. Nec

VIII. Nec pactum, ne Vir teneatur dolo, & lata culpa pro dote, l. in rebus, 7. D. de jur. dot. l. Pomponius, 6. D. de pact. dotal.

921

IX. Nec pactum, ut fructus augeant dotem. Nam esset donatio, l. si convenerit, 4. la. 2. D. de pact. dot.

X. Tandem omnia pacta, quæ lædunt privilegia dotis, & ejus valorem, sunt nulla. Nam interest bono communi, Mulieres non esse indotatas, l. 2. ibi: Reip. interest, mulieres dotes suas salvas habere, D. de jure dot.

L E M M A XXXV.

Pacta, quæ valent?

I. Pactum: ut mortua Uxore dos profectitia Marito maneat, l. si convenerit, 6. & l. 12. C. de pact. conv. l. si convenerit, 2. ubi Bald. & l. si ita, 9. D. eod. Nam non derogat doti mulieris, quæ mortua supponitur.

922

II. Pacta dotalia possunt fieri etiam contracto matrimonio, l. 1. ibi: Pacisci post nuptias, etiam si nihil ante convenerit, licet, l. si pater, 12. l. ob res, 20. C. de pact. dotal.

Pacta dotalia valent etiam post matrimonium.

III. Valet pactum, ut mortua filia dos profectitia ad Nepotes transeat, l. pater pro filia, 7. ibi: Nepotibus pactus restitui licet actionem, Cod. de pact. convent.

IV. Valet pactum, ut fructus ultimi anni sint Uxoribus, l. si inter, 31. ibi: Ut extremi anni matrimonii fructus percepti mulieris lucro fiant, hujusmodi pactum valet, D. de pact. dot.

V. Si Extraneus doret: quia non tenetur. Potest doti adjicere ante, non post, quæcumque pacta inscia fœmina; sed postquam dedit, requiritur consensus dotatæ, l. cum dos, 7. & l. 20. D. de pact. dot.

923

L E M M A XXXVI.

Quosnam effectus Dos producat?

Post Dotis causas, ad ejus plenioram cognitionem, dotis effectus examini supponamus.

924

Multi sunt Effectus. I. Est obligatio naturalis, & civilis ex contractu dotali, l. quæcumque, 10. l. in omnibus, 56. ff. de oblig. & act. l. inter stipulantem, 83. §. si scilicet, ff. de verb. oblig.

Dotis effectus.

II. Est actio, quæ ex obligatione confurgit. Quæ actio est quadruplex. I. Pro socio: cum dos sit contractus societatis, cap. societas, 27. q. 2. c. 2. de donat. inter.

925

III. Actio ex stipulatu, l. unica, ubi Odofr. Cyn. Bald. Alberic. Barr. & Salyc. Cod. de rei uxor. act. §. fuerat, hoc tit.

IV. Est actio hypothecaria, d. l. un.

V. Est exceptio: ut sc. non auferatur, si dos sit soluta.

VI. Est periculum, & commodum, de quo periculo queri potest.

L E M M A XXXVII.

An spectet ad Virum periculum rei dotalis?

Afirma, si ejus dolo, vel culpa etiam levi pereat, l. in rebus, 18. ibi: Virum præstare oportet tam dolum, quam culpam, quia causam suam dotem accipit, ff. de jure dot. Ubi debet Maritus exhibere illam diligentiam in rebus dotis, quam in suis adhiberet, l. contractus, 23. ff. de reg. jur.

Ex dolo, & culpa levi periculū dotis spectat ad Virum.

927

Si verò res dotales casu fortuito peream, Uxori pereunt in illis casibus, in quibus dos non est sub dominio Viri. Nam res, si culpa alterius desit, Domino perit, & crescit, l. plerumque, 11. §. si præditi inæstimatis aliquid accesserit, hoc ad commodum Mulieris pertinet; si aliquid decesserit Mulieris damnum est, ff. de jur. dot. l. quoties, 5. C. de jur. dot. l. si æstimatis, 51. ff. sol. matr. l. cum dotem, 10. ibi: Quis enim dubitet, æstimationem Mulieri deberi, cum periculo suo res deteriores fiant, vel augmenta lucro suo recipiantur, C. de jur. dot. Alex. conf. 146. Soccin. conf. 56. Tusch. v. dos, conclus. 758. num. 15.

Ex casu fortuito spectat ad Uxorem.

Alii Effectus Dotis.

VII. Effectus est traditio, possessio, & administratio rerum dotalium; prout supra Tom. II. Lib. IV.

928

diximus, & sic habet interdicta possessoria, & potest usucapere, l. 1. ff. pro dote. Intelligas, si habeat in dote rem alienam bona fide: nam potest tunc illam præscribere lapsu temporis.

Pro dote dantur Viro interdicta possessoria.

VIII. Si dos non solvatur Viro statuto tempore, tunc non solvens tenetur ad interesse lucris cessantis, & damni emergentis, l. 1. & 3. ibi: Si res vendita non traditur, in id quod interest, agit. §. si per venditionem, ff. de act. empt.

929 Interesse.

IX. Reivindicatio dotis, quam quis prosequitur in judicio adversus quemlibet possessorem, l. doce ancillam, 9. ibi: De qua supplicans dotalem fuisse in notione Præsidis: quo patefacto, dubium non erit, vendicari ab Uxore tua nequivisse, C. de rei vind. Intelligas, si dos erat dotalis, & Dotantis. Nam si non erat Dotantis, & auferatur à vero Domino, tunc Maritus habet regressum contra Dotantem pro dotis æstimatione.

930 Reivindicatio.

De Evictione Dotis.

X. Effectus est Evictio, quæ definitur: Est Jus, quæ spoliatus à Judice regreditur contra illum, à quo rem habuit titulo oneroso, ut indemnis servetur. Et datur pro dote. Nam si Tertius auferat res dotales à Marito in legitimo judicio; tunc Maritus habet regressum adversum Dotantem: ut loco rei dotalis evictæ: hoc est ablatae in judicio; det aliam æquæ bonam. Nam evictio datur pro quolibet oneroso contractu, l. sciendum, 52. l. si mancipium, 34. l. pro emptore, 49. ff. de evict. l. non dubitatur, 6. ibi: Re evicta ex empto actionem competere, Cod. de evict. Tunc autem dos dicitur evicta, cum à Marito ablata est, & habere liceat, 57. ff. de evict.

931 Evictio.

Requiritur tamen I. ad evictionem pro dote, ut dos non sit evicta culpa possidentis, vel ablata à fure, vel injustè à Judice per sententiam scienter, vel ignorantèr latam. Nam tunc proceditur contra Judicem, qui sententiam dedit, l. si per imprudentiam, 51. ibi: Si per imprudentiam Judicis, aut errorem, emptor rei victus est, negamus auctoris damnum esse debere, l. hoc jure, 27. l. si cum venditor, 66. ff. de evict.

932

II. Requiritur ad evictionem, ut Maritus scienter rem alienam non receperit in dotem.

933

III. Ne cum Actore spontè transigat, vel compromittat, l. si dictum, 56. §. si compromiserit, ibi: Et contra me data fuerit sententia, nulla mihi de evictione actio danda est adversus venditorem, ff. de evict.

Quæ requiruntur, ut detur evictio.

IV. Ut pro viribus rem defendat, probando, excipiendo, appellando.

934

V. Ut denunciât principali litem, ad hoc ut causam defendat, & debet denunciare tempore, quo potest defendere: sc. ante litis contestationem, vel ante sententiam, l. si rem, quam, 29. §. 2. l. emptori, 37. l. si fundo, 43. l. si idem, 55. l. Eremnius, 63. ff. de evict. l. emptor fundi, 8. ibi: Emptor fundi, nisi auctor, aut heredi ejus denunciaverit, evicta prædio, neque ex stipulatu, neque ex empto actionem contra venditorem, vel fidejussorem ejus habet, C. eod.

Non tamen Vir tenetur defendere dotem, si Dotans notoriè injustitiam fecit. Nam cooperaretur Dotantis injustitiæ.

Per hanc evictionem petitur I. capitale, vel æstimatio, l. non dubitant, 6. Cod. de evict. l. ex empto, 11. ff. de action. emp.

935

II. Petitur omne interesse, l. Eremnius, 65. l. ex mille jugeribus, 6. l. evicta, 70. ff. de evict. l. non dubitatur, C. de evict.

Petitur omne damnum, & interesse.

Tertiò Auctor condemnabitur ad duplum, in quo duplo continetur simplicium, si de hoc actum sit, l. emptori, 37. ff. de evict. ibi: Emptori duplum promitti à venditore oportet. Ex hoc in præeam traditionis rei alienæ, l. evicta, 16. l. si in, 60. l. si fundo, 53. l. cum fundo, 48. ff. de evict. Quod tantum servatur in venditione servi, & rei valde pretiosæ, l. emptori, 37. & l. 2. ff. de evict.

936

DE EXACTIONE DOTIS.

LEMM A XXXVIII.

An Uxor agere possit pro dote, invito Marito?

937 Agit pro dote Uxor soluta...

N Ega, nam Maritus tantum agit, l. cum pater, 30. & l. 27. ff. de jur. dot. Sed soluto matrimonio...

LEMM A XXXIX.

An Vir non exigens dotem, teneatur Mulieri ad interesse.

938

Vir tenetur facere expensas pro conservatione, & recuperatione dotis, etiam a fure, & tenetur dotem exigere a Dotantibus, & non exigens...

Vir debet exigere dotem...

Non tamen tenetur ex aequitate exigere dotem a Patre, & Matre suae Uxoribus, l. 16. ff. sol. matr. Nam illos debet habere loco Parentum...

939

Non tamen cogit Patrem miseris, Viri periculo non esse...

Nota, dotium promissores teneri in quantum facere possunt, d. l. si extraneus, 33. ibi: Eos, qui ex liberalitate conveniuntur...

940

Dotantes tenentur in quantum commodè possunt.

LEMM A XL.

An Vir, non potens exigere dotem promissam, possit expellere, vel non alere Uxorem?

P Osse expellere, patet ex l. fin. C. ad Vell. ibi: Mulierem fieri indotatam, & sic a Viro forsitan repelli, & distrabi matrimonium, c. per vestras, 7. de donat. inter, ubi Abb. Gl. in Auth. de non eligente...

941

Maritus non alit Uxorē, non esse rejicienda alia bona contractus, licet dos si nequeat deficiat, & putat insuper alendam esse a Viro...

Quod ultimum mihi placet, si Uxor aliunde non habeat, undè se alat: Nam tunc ex charitate Maritus tenetur succurrere Uxori inopi; sicuti & eam ex propriis sepellire, si deficiant alia bona Uxoribus, l. sicut, 48. ff. de operis libert. l. in rebus, §. possint, ff. de ac. rer. motar. l. quod in uxore, ff. de neg. gest. Bart. in l. si constante, q. 6. num. 10. ff. sol. matr.

LEMM A XLI.

An, dote non soluta, possit Vir exigere interesse contracto matrimonio?

942

Vir pro dote tenetur...

R Esp. Quod, si propriis sumptibus aliat, potest petere interesse lucri cessantis, & damni emergentis, l. in insulam, 42. §. usuras, ff. solut. non soluta de usur. ubi Gloss. v. Usura, l. Pater, 17. ff. de doli excepti. l. si pro dote, 2. ibi: Si pro dote promissa...

943

Ubi constituantur usurae tertiae partis censuimae: hoc est, quatuor pro centum, pro mora dotis restituendae, l. cum quidam, 31. C. de

jur. dot. Paul. Imol. Roman. Alex. in l. in insulam, 41. ff. sol. matr.

Hinc fit, posse pacisci pro certo lucro: puta, decem pro centenario, si dos non sit soluta, Molin. disp. 321. §. dubium, Covarr. 3. var. cap. 1. n. 3. Dec. in d. c. salubriter.

944

Potest Maritus fructus pignoris sibi retinere, donec solvatur dos, ubi cap. salubriter, 16. ibi: Sanè generum ad fructus possessionum, quae sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligatae, computandos in sortem non credimus compellendos, de usur. ubi Abb. And. Hostiens. Innoc. Barr. in d. l. insulam, D. sol. matrim. l. creditor, 60. §. inter, D. mand. l. fin. D. de doli excepti. l. curabit, D. de ac. empt. l. socium qui, 61. D. pro soc. ibi: Cum ea pecunia ipse usus sit, usuras quoque prestare debere, Labeo ait, cap. conquestus, 8. de usur. Bald. in l. vult, §. praeterea, col. 2. C. de jur. dot. Major. in 4. dist. 15. qu. 31. Cajet. 2. 2. q. 78. art. 2. Covarr. 3. var. cap. 2. num. 3. Qui fructus pro tempore dotis non solutae dantur, ut justum pretium, & stipendium, pro oneribus matrimonii, d. cap. salubriter, ibi: Frequentèr fructus dotis non sufficiant ad onera matrimonii subsistenda.

443

Et retinet fructus pignoris.

946

DE ADMINISTRATIONE RERUM DOTALIU, ET ALIARUM.

LEMM A XLII.

An administratio rerum dotalium, & aliarum spectet ad Virum?

C Um Vir sit caput Uxoribus, ad Eph. 5. num. 23. Eique domineatur, Gen. 3. num. 16. ad Colos. 3. num. 18. 1. ad Corinth. 11. n. 3. Consequentèr Viro competit rerum administratio, c. dilecta filia, 12. de major. & obed. cap. nova quaedam, 10. de penit. & remis.

Vir administrat bona dotalia.

947

Accedit. Foeminas non posse contendere in judicio, l. foeminae, 2. ibi: Foeminae ab omnibus officiis civilibus remotae sunt, D. de reg. jur. Hinc meritò nec administrare possunt bona dotalia, l. cum Praetor, 12. §. fin. D. de judic. l. 1. D. de jur. dot.

948

III. Patet. Quia Maritus substat onera matrimonii. Ergò etiam debet administrare dotem. Quia dos debet esse, ubi sunt onera matrimonii. l. si is qui, 56. ibi: Dos esse debet, ubi onera matrimonii sunt, l. si Pater, 79. ibi: Quia nisi matrimonii oneribus serviat, dos nulla est, D. de jur. dot.

Qui substat onera matrimonii.

949

Viro tamen consentiente, potest Uxor administrare dotem, l. si pater, 12. §. ex patris, l. quidam, 22. C. de pact. dot. D. Thom. 2. 2. q. 32. art. 8. Molin. disp. 254.

Uxor consensu Viri administrat dotem.

Alia bona, quae Vir non administrat.

B Ona paraphernalia Vir non administrat, nisi liberè Uxori hoc placeat, l. ubi adhuc, 29. C. de paraphernalia jur. dot. l. hac lege decernimus, 8. ibi: Ut Vir is rebus, quas extra dotem Mulier habet, quas Graeci Parapherna dicunt, nullam Uxore prohibente habeat communionem, Cod. de pactis convener. Jure tamen Castellae Vir administrat, l. 5. tit. 9. lib. 5. recop.

Et paraphernalia etiam sine consensu.

550

Sed quid de Bonis Castrensisibus?

Jure communi idem dicamus oportet, quod de paraphernali dictum est; licet congruum sit, Uxorem administrationem Viro concedere. Quia Vir est caput Mulieris, sicuti Christus est Caput Ecclesiae, ad Ephes. 5. num. 23. Sed Christus habet omnem potestatem, & administrationem in Ecclesia. Ergò Vir in bonis Uxoribus.

951

Contractus non sunt ab Uxore sine licentia Viri.

E X dictis fit, contractus ab Uxore celebratos sine licentia Viri esse nullos, l. quomvis, 78. D. de jur. dot. l. cum multi, C. de donat. in vir. & ser. curabit ux. l. 2. D. de reg. jur. Bald. in l. ad exactionem, in fine c. c. fin. C. de dot. promiss. Bar. in l. cui bonis, 13. D. Viri. de verb. oblig. Paul. cons. 584. Sicuti etiam contractus pupilli sine autoritate Tutoris sunt nulli, l. pupillus, 5. §. pupillus, ibi: Pupillus vendendo sine Tutoris autoritate non obligatur, sed nec emendos, l. obligari, 9. D. de autb. Tut. ibi: Obligari ex con-

952

Uxor nulli curabit ux. l. 2. D. de reg. jur. Bald. in l. ad exactionem, in fine c. c. fin. C. de dot. promiss. Bar. in l. cui bonis, 13. D. Viri. de verb. oblig. Paul. cons. 584. Sicuti etiam contractus pupilli sine autoritate Tutoris sunt nulli, l. pupillus, 5. §. pupillus, ibi: Pupillus vendendo sine Tutoris autoritate non obligatur, sed nec emendos, l. obligari, 9. D. de autb. Tut. ibi: Obligari ex con-

contractu pupillus sine auctoritate Tutoris non potest. Bal. in l. fin. C. de legib. l. 1. C. unde vir, l. turpia, ff. de leg. 1.

953 Probatur. Quia ubi non est caput, ibi non est consensus. Sed Vir est caput Uxoris, d. l. quamvis, 78. cap. Adam, c. hac imago, 73. q. 5. c. quod Deo, 32. q. 2. l. 12. tit. 23. part. 1. Ergo sine Viro non adest consensus.

954 Hinc fit, Uxorem sine consensu Viri hereditatem adire non posse: Quia nequit se obligare ex contractu, vel quasi contractu sine licentia Viri.

Sine consensu Sed hereditatem adeundo, quasi contrahit, l. ex su Viri nec maleficus, ver. heres quoque, D. de ad. & oblig. hereditate Ergo nequit adire hereditatem sine Viro. Licet cessante periculo damni: ut fit per inventarium possit sine consensu adire, Jure Hispano, l. Tauri, 34.

955 Sufficit tamen ad validitatem contractus consensus tacitus: puta, si Maritus sit praesens, & taceat, vel ratum postea habeat, l. Titius, 39. D. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Bart. in l. cum pater, §. libertis, D. de leg. 2. l. si quis mihi bona, 25. §. jussum, D. de acq. hered.

Nota tamen, Mulierem posse non in praedictum, sed in sui commodum pacisci, l. de die, 14. D. de pact. dotal. ibi: Ne mulieris deterior conditio fiat.

956 Contractus facti à Muliere, Viro absente, sunt adeo nulli, ut nec juramento firmentur, Bart. in l. si quis pro eo, D. de fidejuss. Cifuentes in l. 60 Tauri, §. 1. Ratio est, quia esset in damnum Mariti, & juramentum in damnum tertii non obligat, c. quamvis pactum, de pact. in 6. c. cum contingat, de jur. juran. ibi: Mulieres ipse servare debent hujusmodi juramenta sine vi, & dolo sponte praestita: cum in alterius praedjudicium non recedunt.

957 Et observabile est, quod tenet Onn. l. c. num. 65. Mulierem nec naturaliter ex contractu obligari sine licentia Viri. Quia non censetur habere consensus, ex quo consensu nascitur naturalis obligatio, l. Sciebam, 96. §. naturalis, D. de solut.

Ex dictis fit, Uxorem sine auctoritate Viri in Judicium Civile vocari non posse, l. in jus vocari, 2. v. vel ea, quae nubit, ibi: Praeterea in jus vocari non debet, qui Uxorem ducit, aut ea, quae nubit. D. de in jus voc. Nec potest contra aliquem in Judicio flag, l. 2. D. de reg. jur. l. 55. Tauri.

958 Fit etiam, donare non posse bona, quae non administrat, §. Tb. 2. 2. q. 32. art. 8. Pulud. in 4. diff. 15. q. 3. art. 6. concl. 2. Navar. c. 17. num. 154. l. si pro dium, 23. C. de jur. dot. l. si quis à libertis, §. si quis ex bis, D. de lib. agnos.

959 Potest tamen Mulier facere omnia, quae aliae ejusdem conditionis faciunt. Nam tunc Vir irrationabiliter esset invitus, §. Tb. in 4. diff. 15. qu. 2. art. 5. q. 2. Dec. cons. 301. n. 4. Jas. in auct. Ingressu, n. 6. C. de Sacros. Eccles. Novar. cap. 17. num. 153. Sylv. & Ang. v. Eleemosyna, Mol. disp. 274. v. Hoc ita constituto.

L E M M A XLIII.

An, absente Viro, Uxor administret res dotalis?

960 A ffrma si periculum sit in mora, l. aufertur, 46. §. qui compensatum, D. de jur. Fisci, l. Lattinus, 9. D. qui sine manumiss. ad libert. perven.

Abiit Viro Uxor administrat de licentia Judicis. Est Judicis arbitrium tempus absentiae; ratione cujus possit concedere Uxori administrationem. Nam Jure non est definitum, l. 1. ibi: Cum dicitur tempus nec adjicit diem: sine dubio offendit, esse in Jus dicens potestatem, quem diem praescribit. D. de jur. delib. l. omnium, 27. D. de procur. l. si quis instituitur, 23. D. de hered. instit. l. de die, 8. D. qui fati §. cog.

Ob longum tempus, etiam si periculum non sit in mora, potest Judex Uxori administrationem concedere, Onn. tom. 2. de contract. disp. 40. n. 53.

* An Vidua, stantibus filiis primi matrimonii, possit inter vivos liberè alienare res mobiles dotalis in Civitate Neap.

A ffrma Franck. dec. 435. n. 13. 26. 35. & decis. 607. n. 2. v. item quia, Napod. in Consuet. Mulier, de dotibus, v. de fructibus, & in Consuet. si qua mulier, v. relinquere, v. possit ergo, ubi Freccia in postilla. Intelligas, nisi id faciat in fraudem Consuetudinis, vel dotalia dissipet, Franck. d. dec. 455. n. 26. Napod. l. c. & in Consuet. si quis, vel si qua, v. sed pater, & in Consuet. Et si Testator, ver. disponere.

Dixi Res mobiles. Nam res dotalis stabiles cum causa legitima inter vivos administrando alienant.

Pater. Quia Consuetudo prohibet Mulieri disponere de dote. Ergo non prohibet alienare inter vivos; sed tantum in ultima voluntate. Nam verbum disponere, ultimas voluntates exprimit, Affl. dec. 370. ubi Ursil. n. 6. Capp. dec. 85. Franck. dec. 431. n. 35. & dec. 607. n. 2. Napodan. in Consuet. & si Testator, v. disponere, & in Consuet. si mulier, marito disponente.

L E M M A XLIV.

An Maritus possit alienare res dotalis?

I nter praecipua administrationis munera est alienatio, quae significat omnem actum translative dominii, l. 1. ibi: Est autem alienatio omnis actus, per quem dominium transfertur, C. de fund. dot. Ut est Donatio, Venditio, Permutatio, Emphyteusis, c. nulli licet, ibi: Alienationis autem, verbum continet condonationem, donationem, venditionem, permutationem; & emphyteusis perpetuum contractum, de reb. Eccl. Ideo videamus: An maritus possit alienare dotem tantum, sine decessu Judicis.

Non posse, patet ex l. 1. 3. 4. 5. 12. 13. 16. D. de fund. dot. l. un. §. cum sen, C. de rei ux. act. l. fin. D. de jur. dot. l. fin. C. de reb. alien. non alien.

Ratio est. Quia dominium dotis non est apud Maritum, d. l. un. §. sed non res. Ergo non potest illum in alium transferre, l. fin. C. de reb. alien. non alienari. Et hoc factum fuit, ne Uxores remaneant indotatae contra bonum commune, l. 2. ibi: Republica invidet mulieres dotes suas habere, propter quas probe possunt, D. de jur. dot. Et ne filii nati tunc damnum patiantur; Bartol. in l. si constanti, num. 52. D. sol. matr. Villal. in Exar. comm. opin. lit. B. num. 59.

Et hoc etiam consentiente Uxore, ne fragilitate in repentinam ducatur inopiam; l. si praedictum, 23. C. de jur. dot. l. ante. §. & cum lex, ibi: Nec consentiente muliere, maritus possit: ne fragilitate naturae suae in repentinam deducatur inopiam. C. de rei ux. act. Licet olim Jure DD. consentiente Uxore, dos potuerit alienari, l. ita; 26. D. de jur. dot. Tusch. v. dor. consil. 759. num. 29. Imò nec Uxor consentiente Marito potest dotem alienare, l. praedictum, 23. C. de jur. dot. ubi addit. 29. D. ibid.

Quoddictum est de dote, dicas de donatione propter nuptias, & sponsalitia largiente, aut bene donationem, §. l. 29. C. de jur. dot. Auct. sibi à me, C. ad Velh. Onn. disp. 40. n. 47.

Potest tamen maritus alienare quaecumque Jura constanti matrimonio: quia sunt fructus dotis consumendi pro oneribus matrimonii, l. dotti fructus, 8. ibi: Dotis fructus ad matrimonium pertinere debent, aequitas suggerit, D. de jur. dot. l. pro oneribus, 20. C. eod. Non tamen potest, nisi moderatè donare fructus. Nam sunt dati pro oneribus matrimonii, d. l. 20. Bal. cons. 235. lib. 3. Covarr. 3. var. cap. 3. Navar. in man. c. 17. n. 155. Mol. de primog. lib. 2. c. 10. num. 66. Contrà Gem. in l. 53. Tauri, num. 73. Barza de decima Tutoris, c. 27. num. 28. qui voluit, posse fructus etiam consumere pro malis usibus.

Sed non video, quomodo in praedictum familiam possit res dotalis Maritus impunè malè perdere: Cum sint datae pro oneribus matrimonii: & socius, ut est Vir, nequit res societatis alienare, in dendo, l. aded, c. 6. §. pen. D. pro socio, l. si is cum quo,

961 Vidua potest res dotalis mobiles alienare inter vivos.

962 Verbum disponere ad ultimas voluntates pertinet.

963 Nomine alienationis venit quilibet contractus translative dominii.

964 Vir nequit alienare dotem.

965 Nec Uxor consensu Mariti.

966

967 Alienat omne fructus.

968 Pro oneribus matrimonii subministrandis, l. 20. C. de jur. dot.

quo, 20. D. comm. divid. ibi: Quidquid enim in re communi culpa socii amissum est, eo iudicio continetur. l. cum duobus, §. d. d. d. D. pro socio.

EMMA XLV.

Quos contractus in re dotali Maritus facere non potest.

969 Prohibita alienatione, sunt prohibiti. I. Omnes contractus lucrativi: ut est dotio, acceptilatio, c. nulli liceat, de reb. Eccl. non alien. II. Omnes contractus onerosi, in quibus dominium transferatur: ut venditio, permutatio, cambium fundi dotalis, d. c. nulli liceat, & l. fin. C. de reb. alien. non alien. Bald. in l. 2. ubi Glosa, C. de usucap. pro emp. l. 1. D. de fund. dot. III. Non potest dare fundam dotalem in feudum, vel in emphyteusim, d. c. nulli liceat, & d. l. fin. ibi: Similique modo, & servitutes minime imponi, nec emphyteusicos contractus. IV. Nec potest in fundo dotali servitutem imponere, l. sed nec, 6. ibi: Sed nec libertas servitutis urbana prædii dotalis debet competere, ne per hoc deterior conditio prædit fiat, D. de fund. dot. l. si maritus, 7. D. eod. V. Nec locare ad longum tempus, c. vestra, de locat. VI. Fundus dotalis obligari, aut censuari nequit, l. lex Julia, 4. D. de fund. dot. l. fin. C. de reb. alien. non alienan.

Dos nequit alienari.

970 Nec in ea potest servitus census, aut obligatio constitui.

* An Maritus, sine interventu Uxoris, possit extinguere, revocare censum dotalem in beneficium debitoris.

971 A firma, si alienatio, extinctio sit necessaria scilicet facta vi anterioris pacti de retrovendendo, vel vi naturæ census redimibilis, &c. And. de col. retrov. 99. n. 10. Parlador. lib. 2. p. 2. c. ult. §. 17. n. 4. Cencius de cens. q. 164. n. 22. Contra Felicianum lib. 4. de censib. c. 16. n. 6. Thorun. tom. 2. comp. v. maritus, Lucam ad Gratian. c. 985. n. 3. requirentes consensum Uxoris.

Patet ex l. 1. ubi Bart. ff. de fundo dotal. & ratio est: quia talis administratio spectat ad Virum, & alienationi extinctivæ census necessaria nequit Mulier dissentire, nec dissensu impedire.

Casus, in quibus alienatio dotis tenet?

972 I. Servi dotalis possunt à Marito manumitti soluta æstimatione, non aliter: & hoc favore libertatis, l. est dotis, 3. ubi Bart. Bald. & Salp. C. de jur. dot. l. veterum, 24. C. ad Vell. l. dotalium servum, 62. D. solut. matr. ibi: Dotalium servum vir, invita Uxore, manumittit.

II. Potest Vir, vel Uxor dotis suam communem ex rebus in matrimonio acquisitis, l. si dotare, 12. C. ad Vell. l. cum Uxor, 87. ff. de jur. dot.

973 Pro debitis tamen contractis constante matrimonio, dos non alienatur; Borr. decis. 244. n. 4. Cassen. ad Consuet. Burg. rub. 4. §. 9. n. 8.

An verò in conscientia teneatur creditoribus pro rata solvere debita facta pro alimentis Uxoris, si maritus est non solvendo?

Affirmat Bart. in l. bis solis, ff. de cond. indob. de Platon in l. uxorem, C. de Decur. lib. 10. Rom. sing. 212. caut. 272. Lupus de donat. §. 66. n. 9. Castens. cons. 435. n. 3.

974 Pro alimentis non alienatur.

Oppositum firmat Dec. conf. 260. Covar. in epit. 2. p. cap. 7. §. 1. n. 2. Gama dec. 366. num. 6. Barbos. in l. si constante, num. 51. ff. solut. matr. Ratio: quia ad nihil deservirent privilegia, si ex dote solvenda essent debita constante matrimonio contracta.

975 Alienatur pro debitis ante matrimonium.

Sed pro debito Uxoris contracto ante matrimonium, dos potest alienari. Nam Mulier dat in dotem, quod habet, & re alieno deducto, cum det in dotem bona sua, quæ non dicuntur propria, nisi deducto ære alieno, l. Mulier bona, 73. ff. de jur. dot. l. mutus, §. 1. & l. fin. ff. de in dot. l. ult. C. de fund. dot. Glos. in l. Titia, 63. ff. de jur. dot. Capoc. decis. 228. n. 3. Et hic est tertius casus.

* Sed an ad solvendum debitum Fisco ob pœnam delicti Uxoris dos alienari possit?

976

Nega Thezaur. 4. for. 9. 3. nam Maritus dominio dotis, saltem quò ad effectum, nequit pri-

Sed, si hæres statim velit restituere, tunc cessat onus alendi. Similiter si transeat ad secundas nuptias: nam tunc à secundo Marito alii debet, Cyn. in l. fin. C. de bon. mater. Covar. de sponsal. par. 2. cap. 3. §. 9. Surd. de alim. tit. 1. q. 44.

1071

Quando cesset onus alendi Vi. duam.

III. Si dos extaneo, non Mulieri, restituatur, extraneus non debet alere, Surd. l. c. Bart. in l. de divisione, in fin. D. sol. matr. IV. Hæredes Mulieris non petunt alimenta ab hæredibus Mariti, Paul. & Jaf. in l. divortio, 8. D. sol. matr.

1072

Si Mulier non petat talia alimenta ab hæredibus Mariti, posse petere elapso anno, dixit Dec. d. l. de alimentis. Oppositum dixit Alex. ibid. Thesaur. decis. 44. Nam alimenta præterita nulla habent privilegium, l. de his, 6. D. de transf. Franch. decis. 203.

1073

Mulier tamen habens alimenta ab hæredibus Mariti, tenetur laborare domi ipsorum, si comode, & honestè possit ibi habitare; quòd si non possit, deducit, quod ex operibus acquirere poterat, arg. l. sicut, 48. D. de alim. leg. Bart. in l. divortio, Aret. hic.

Mulier petens alimenta, ubi laborare tenetur.

Nota hic, quòd quando alimenta debentur ex dispositione legis, tunc alimenta accipiens tenetur laborare domi præstantis alimenta; Si verò sint debita dispositione Testatoris, non tenetur laborare, neque operas, obsequiaque præstaret, l. si-beris, 18. §. 1. D. de alim. leg. imò alimenta debita ex lege debentur domi alimentantis; sed debita ex voluntate testatoris, præstantur aliundè, l. 4. §. fin. D. de alim. & cib. leg.

1074

Diligenter hic nota, Opera alia esse Officialia, seu obsequialia, alia artificialia. Illa consistunt in obsequio: ut est comitari. Ista consistunt in artificio, ut filare, &c. Alc. in l. sciendum, §. item, D. de verb. sign. Coras. in l. admonendi, D. de jur. juran. Et in dubio opera censentur obsequialia. Opera obsequialia cedi non possunt, Artificialia: cedi possunt, etiam invito eo, qui tenetur illa præstare, arg. l. opera, 9. D. de oper. libert.

1075
Et quæ opera præstare debeat

Mulier debet præstare hæredibus Mariti obsequialia, si fructus dotis sufficiant pro alimentis, & si non sufficiant, etiam artificialia, si talis sit Mulieris conditio, Abb. in cap. literas, num. 38. de rest. spol. Gl. in l. sicut, D. de op. libert. Bald. in l. assiduis, C. qui pot.

Quæ obsequialia præstare hæredibus Vidua.

* Quid habeat ultra dotem Vidua relicta à Marito Domina, Usufructuaria, Patrona?

I. Accipit dotem cum accessoriis, & aliis suis bonis, Franc. Marcus p. 1. qu. 819. Perog. de fideicom. art. 33. q. 41. Thesaur. 1. for. q. 54. n. 7.

1077

II. Si Testator reliquit filios; tunc vi ly Usufructuaria, Domina, Patrona, Mater vidua tantum alimenta, victum, vestitum accipit, non de manu hæredis, sed propria autoritate cum accipiat, ut Domina, Bulgarus in Auth. hoc locum, C. de 2. nupt. Bart. in l. Titia, D. de leg. 2. & alii plures, ex quibus puthrè illustrat D. Scoppa in scholiis ad controuv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 3.

Uxor relicta usufructuaria, quando alimenta solum consequitur.

Et deinde, mortuis liberis, habet integrum usum fructum, etiam si Testator reliquerit; Dummodo cum filiis commoretur: nam conditio impossibilis rejicitur, retenta dispositione ultimæ voluntatis, Thesaur. l. c. num. 2.

III. Si Testator careat filiis, usufructus bonorum integer debetur, DD. cit. Videbis Menoch. lib. præsumpt. 139. 140. Surd. de alim. tit. 2. q. 15. Peguer. dec. 103. Vivianus dec. 24. Crassum §. legatum, qu. 24.

Videndum tamen: An hoc legatum compensetur cum dote, debito necessario? Et An filiis possint deducere legitimam oneris impatientem? Ac vide alios casus, quos declarat D. Scoppa ubi sup. d. r. 3. gum seq.

L E M M A LXVI.

Vidua an debeantur Usuræ à tempore mora? Sumimus hic usuram pro eo, quod debetur ex fructibus, & interesse lucri cessantis, & damni emergentis; Et dicimus, elapso anno Mulieri deberi,

1078

Soluto ma-
trimonio Vi-
dua petit
dotis inte-
resse.

bert, l. unic. §. ex actio, ibi: Ad tertiam partem cen-
tesimam, C. de rei ux. act. l. 71. §. sancimus, C. de jur.
dot. l. quastus, 8. ubi Bald. D. pro soc. Nam elapso
anno hæres Mariti est in mora, & merito tenetur
ad interesse, l. mora, 32. §. in bona fidei, ibi: In
bona fidei contractibus ex mora usurae debentur, D.
de usur. l. jurabit, §. C. de act. empt. Menoch. lib. 1.
conf. 7. n. 12. * & nuper probat D. Scoppa in scholitis
ad contro. R. Merlin. cent. 2. c. 92. n. 7.

1099

Et hoc procedit, tam si inops, quam si dives sit
Vidua, ut à Senatu Sabaudia pronunciatum testa-
tur Am. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 8. de rei uxor.
act. defm. 11. quem sequitur D. Scoppa l. c. & usura
centesima est unum pro centum singulis mensibus,
undè tertiam centesimam sunt quatuor pro centenariis,
ut in materia de usuris.

Que sit usu-
ra ceteris.

DOTIS JUDEX, ET ACTIONES.

L E M M A LXVII.

Ubi, & coram quo Judice dos sit exigenda?

1080

Possum partes in hoc sibi legem dicere in instru-
mento dotali, l. i. C. & D. de pact. c. 1. de sponsab.
Dec. conf. 2. 5. & l. pactum, 10. C. de pact.

Sed quid, si hoc actum non sit? I. Mobilia sunt
reddenda, ubi reperiuntur, si sint in loco, in quo
perpetuò erant mansura, Bald. lib. 3. conf. 341. Dec.
conf. 472. Salyc. in l. cunctos populos, n. 4. C. de sum.
Trin. Alex. lib. 4. conf. 16. n. 2. ex l. factio, 19. §. rerum,
D. de hered. insti.

1081

II. Jura: ut census, redditus, pensiones, em-
phyteuticæ, ubi sunt, Clem. Exivi, de Paradiso,
§. cumque annui, l. fin. C. ubi in rem actio, Alex. lib. 7.
conf. 15. Rub. conf. 136. Annui enim redditus inter
immobilia computantur, d. Clem. Exivi, & in l. si
quis inquilinos, 115. D. de leg. 1. & l. jubemus, 14.
C. de sacrosanct. Eccles. Et restituuntur ubi sunt: ut
de stabilibus statutum est.

L E M M A LXVIII.

Judex in causa dotis.

1082
Dotis verò
est Judex
domicilii
Viri.

Judex generaliter est ille, in cujus loco est con-
tractus factus, l. si fundus, 6. D. de evict. l. 1. D.
de usufr. leg. At in dote est ille, in cujus loco
est domicilium. Viti tempore contractus dotalis,
lexigere dotem, ibi: Exigere dotem mulier debet
illic, ubi Maritus domicilium habuit, ubi Bart.
Bald. Ang. & Paul. D. de jud.

Sed difficultas est: Quis Judex, Ecclesiasticus,
an laicus de dote cognoscat?

1083

Item de dote spectare ad Judicem Ecclesiasti-
cum: quia accessoria Matrimonio est, voluit
Card. in c. fin. num. 2. q. pen. ubi Anan. num. 2. de
adult. ex cap. de prudentia, 3. ibi: Qui de matri-
monio principaliter cognovistis, & de dote, qua est
causa incidens, accessoria cognoscere valuistis. De
donat. inter vir. Quod intelligit, si agatur de di-
vortio coram Judice Ecclesiastico. Nam tunc lis
de dote, tanquam accessoria competit eidem Ju-
dici; sicuti eidem competit causa de adulterio in
ordine ad divortium, c. tua, §. de procur. c. 1. ut
lite non contest. Nam agitur de dissolvendis viribus
matrimonii, D. Tb. in 4. dist. 35. q. unic. art. 3. ad 5.
Clar. in §. fin. qu. 37. num. 3. Licet Dec. conf. 312.
num. 2. putet, causam esse mixti fori, si agatur de
divortio, & amissione dotis, quod placuit Afflic.
lib. 2. confit. rub. 11. §. 2. si non sit lis de viribus
matrimonii, * Sed vide, quæ novissime declarat
D. Scoppa in scholitis ad contro. Reg. Merlin. cent. 2.
cap. 93. à num. 6. cum seq. *

Dotis causa
an mixti
fori.

1084

Sed certum est, Judicem esse laicum, quando
agitur de restituenda dote sola, Gl. in d. c. de pru-
dentia, v. accessoria, Felin. in c. Ecclesia, num. 58.
de confit. Quod idem dicas si agatur de alimentis,
Molin. lib. 2. de primog. c. 15. num. 76. Licet non
desint, qui dicant, esse mixti fori, Innoc. in d. cap.
de prudentia, 3. num. unic. ubi Abb. num. 8. Alex. de
Nevo num. 9. Card. in c. ex literis, num. 8. oppos. 5.
de pign.

Est laicus
si agatur de
sola dote re-
stituenda.

1085

Similiter quodam pœnam sanguinis imponendam
ob adulterium; laicus est competens. Nam Ec-
clesiasticus talem pœnam non imponit, c. senten-
Tom. II. Lib. IV.

tiam sanguinis, ibi. Sententiam sanguinis nullus
Clericus dicet, aut proferat. ne Clerici, vel Mona-
chi. Quod alias pœnas censetur mixti fori, & da-
tur locus præventioni. Nam injuria est Sacramen-
to facta, & in l. quamvis, 19. C. ad l. Jul. de adul-
terio. Adulteri dicuntur sacrilegi. Atqui sacrilegium est
mixti fori, c. cum sit, ibi: Ut malefactores suos, qui
sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum tu-
tores, possint sub quo maluerint Judicis convenire.
De foro compet. Abb. in c. sua n. 6. de procur.

Vel quodam
sanguinis ob
adulterium.

L E M M A LXIX.

De Actionibus, quibus dos repetitur soluto
matrimonio?

Ex eodem §. Fuerat.

Vidimus Ubi, & quando? Videamus Quibus
Actionibus dos repetatur? Nam Jus omnes
intendit nervos, ut dos Mulieri salva sine tergi-
versatione, & calumnia reddatur: Cum dos soluto
matrimonio etiam retineat nomen, & privilegia
dotis, Bald. in l. 1. D. sol. matr. Mant. de sac. lib. 12.
tit. 30. num. 7.

1086
Datur doti
actio.

Hinc multis est vallata actionibus. I. Est Rei-
vindicationis. II. Rei uxoris actio. III. Ex stipu-
latu. IV. Hypothecaria. V. Furtiva pro rebus
dotalibus amotis. VI. In solidum, vel in quantum
facere potest. De quibus distinctius.

I. Actio, Reivindicacionis datur, si res dotis
extent, l. in rebus, 30. C. de jur. dot. ibi: Mulierem
in his vindicandis omnem habere post dissolutum
matrimonium prærogativam jubemus, & neminem
creditorum mariti, qui anteriores sunt, posse sibi
potiorem causam per hypothecam vindicare, cum
eadem res, & ab initio Uxoris fuerint, & natura-
liter in ejus permanserint dominio. Et infra: Vo-
luntus itaque eam in rem actionem: idest reivindi-
cationem, in hujusmodi rebus, quasi propriis habe-
re, & hypothecariam omnibus anteriorem posside-
re, ut per utramque viam et plenissime consulatur.
Hic text. ubi Bald. Odofr. Cyn. Alber. Ang. Bart.
Salyc.

1087
Reivindi-
cationis.

Et Uxor per rei vindicationem suam repetit.
Nec creditores Mariti possunt petere satisfactio-
nem in rebus Uxoris, Auth. Ut exactione instan-
te dotis, §. his igitur, coll. 7. ibi: Purè unum-
quemque quod suum esse habere, nullo indigens
privilegio.

1088

II. Actio rei uxoris præcis viguit, nostris jam
obsoleta temporibus; dabatur Uxori ad dotem re-
cuperandam; & commutata jam in actione ex sti-
pulatione, ejusdem vi, & effectibus gaudet, Text. in
§. fuerat, & in l. unic. C. de rei ux. act. ibi: Rei ux-
oris igitur actione sublata, sancimus, omnes dotes
proux ex stipulatione actionem emigi.

1089
Rei uxoris.

III. Actio ex stipulatione, datur Uxori pro repe-
tenda dote, d. l. unic. ubi Odofr. Cyn. Bald. Alber.
Salyc. text. hic in §. fuerat, Covar. 1. var. cap. 7. Ex
qua actione ex stipulatione præfertur alii creditoribus,
l. ubi adhuc, 29. C. de jur. dot. l. 2. §. fin. 3. & 4. D.
de privileg. credit. Quæ actio datur contra Mari-
tum, & ejusque hæredes, d. l. un. §. & ut plenius, ibi:
Maneat inviolatum transmissionis jus ad successo-
res. Anton. Gom. in l. 53. Tauri, num. 45. l. assiduis,
§. idem, ubi Gl. & Bart. Cod. qui pot. Mol. disp. 438.
§. Uxori.

1090
Ex stipula-
tione.

IV. Est actio hypothecaria. Nam omnia bona
Mariti sunt hypothecata pro dote à se recepta,
d. l. assiduis, §. ad hæc, c. ex literis; & de pignor.
tex. in §. fuerat, Dec. conf. 321. l. un. §. & ut plenius,
ibi: Damus ex utraque parte hypothecam. C. de rei
ux. act.

1091

Quæres: An pro dote, Maritus possit dare fide-
jussorem?

Resp: Adeo doti per hypothecam cautum; cum
major sit cautio in re, quam in personam: ut Jure
prohibitum sit Marito dare fidejussorem pro dote
solvenda soluto matrimonio, l. 1. & 2. ubi Bald. &
Salyc. C. ne fidei dotis dentur, ubi in l. sancimus, 2. marito cre-
dicitur: Sancimus, nullas esse satisfactiones pro dote
exigenda, vel à Marito, vel à Patre ejus, vel ab bona dota-
omnibus, qui dotem suscipiunt. Et ratio est: quia lia.

1092
Que enim
vitam sine
fidejussore,
marito cre-
ditur non
dedit, cur non
exigenda, vel à
Patre ejus, vel ab
bona dota-
omnibus, qui
dotem suscipiunt.

K 2 si Mu-

An pro repetenda doto contra maritum detur actio in solidum?

Ex §. Item si debitoribus, infra hoc tit.

Quid clamitent nonnulli, placuit hic, ubi de dote tractamus, omnia enucleare, quæ in isto tit. dispersæ tractantur.

1101

Jure Communi datur Actio contra maritum in quantum commodè facere potest, l. maritus, la 2. 54. l. maritum, 12. l. 36. ibi: In id, quod facere potest Fisco, maritus condemnandus est, D. sol. matr. Qui restituit dotem, deducto ne egeat, ne à statu cadat, non verò ut pompatie vivat, l. un. §. cum autem, C. de rei ux. ad. ibi: Maritum in quantum facere potest condemnari, exploratum est (si non doto malo suam diminuerit substantiam:) cautione videlicet, ab eo exigenda, quòd si ad meliorem fortunam devenierit, etiam quod minus persolverit, hoc restituere procuret, ubi Bald. Bart. Alber. Salyc. & Odofr. l. 18. C. sol. matr. l. ult. tit. 11. p. 4.

1102

Pro dote restituenda Vir convenitur deducendo ne egeat.

Huic privilegio Maritus non potest renunciare: quia esset contra bonos mores, reverentiam scilicet debitam Marito, & Socero, l. alia, 14. §. elegantèr, ibi: Nam contra bonos mores id pactum esse, melius est dicere: quia contra receptam reverentiam, quæ maritis exhibenda est, idonea appareat, ubi Bart. & in l. maritum, pen. D. sol. matrim. & licet congrua sustentatio sit, non deducto ære alieno, nulla tamen modo de re dotali satisfaciendum est Creditoribus. Nam Uxor, non Creditoribus, sed Marito ex gratitudine, & pietate tenetur. Vide tex. in l. inter eos, 19. ff. de re jud.

1103

Cui privilegio maritus nequit renunciare.

Hoc privilegium non transit ad hæredes; sed tantum datur Marito respectu Uxoris, Uxori respectu Mariti, Socero respectu utriusque Soceri, l. socer 1. l. rei judicata, §. fin. ibi: Socero quoque, cum quo Nurus de dote agit, idem honore habetur, ut in id damnatur, quod facere potest, ff. sol. matr. l. sicut, 21. ff. de re jud. Gomez. l. 53. Tauri, n. 49. Rebell. l. 7. q. 9. sup. Molin. disp. 444.

1104

Non transit ad hæredes.

Sed filii ejusdem matrimonii hæredes Patris, nec conventurunt, nisi in quantum facere possunt, l. etiam, 19. ibi: Etiam filios mulieris, qui Patri hæredes extiterunt, in id quod facere possunt, condemnandos, Labo ait, ff. solus. matrim. Gom. Rebell. Mol. l. c.

1105

Nisi sint filii.

Sed, si Uxor sit inops, cessat privilegium, ne conveniatur Maritus super id, quod facere potest, Bart. Bald. Alex. apud Covarr. in reg. possessor, 2. p. §. 2. n. 4. in fin. Barbof. in l. maritum, ubi Bart. & Glof. ff. sol. matr.

Uxore inope Vir convenitur in solidum pro dote.

Observa tamen, quòd si res dotales extent, vel fuerunt emptæ à Marito, tunc Maritus convenitur ab Uxore in solidum, l. Nesennius, 41. §. fundum, ff. de re jud. ubi Bart. l. in rebus, 30. C. de jur. dot. Gom. l. 53. Tauri, n. 49. Platea in §. item si, de dot.

1106

Et etiam de Consuetud. Neapol.

Jure Consuetudinis hujus Civitatis, Maritus convenitur semper in solidum, Consuet. ubi dos est, tit. de jur. dot. Nisi filius dotem à Patre exigat, quem tamen convenit, ut commodè potest. Nam Jure naturæ filius debet alere Patrem, cui Juri, ista Consuetudine nequit præjudicari, §. sed naturalis, Inst. de Jure natur. gent. & civil. Napod. in d. Consuet. v. facere potest.

Hanc Consuetudinem esse contra bonos mores, volunt quidam ex l. alta, 15. §. elegantèr, ibi: Nam que contra bonos mores id pactum esse, melius est dicere, D. sol. matr. Quia egenti succurrendum est, c. ex parte, 10. de consuet. Et est honor Uxoris, Maritum non egere.

1107

Sed Nos tuemur Consuetudinis honestatem, & rigorem. Quia ejus timore Vir profusè non vivit; ut viveret, si spe posset foveri, ex bonis Uxoris commodam vitam ducere posse, victu, vestitu, juxta propriam conditionem, quæ omnia veniunt nomine alimentorum, l. cum alimenta, 22. l. legatis, 6. ibi: Legatis alimentis, cibaria, & vestitus, & habitatio debetur, D. de aliment. & cibar. leg. Guid. Pap. decis. 439.

1108

Contra Socerum verò Maritus agit pro dote; deducendo.

1109

Mulier se etiam Viro creditit; cur fidejussorem exiget, vel à Marito, vel ab illo, qui dotem dedit. Et ratio assignatur in text. quia possent esse causæ discordiæ, odii, & impedirentur matrimonia, Gom. in l. 53. Tauri, num. 26. Gutt. de juram. confr. p. 1. c. 21. num. 1. & 13. & Anton. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 14. ne fidejuss. dot. dens. defn. 1. qui ita à Senatu Sabaudia probatum ait. Idque etiam interveniente juramento, tanquam contra leges præstito, secundùm Bart. in l. si quis pro eo, 6. D. de fidejuss. ex l. non dubium, 5. C. de leg. l. si quis inquisitios, 112. §. fin. D. de leg. 1. Licet fidejussione junctam obligare, communis sit receptum, Covarr. in c. quamvis pactum, 2. p. §. 2. n. 9. Ludov. decis. Perus. 57. Serapbin. de priv. jur. privil. 69. quos sequitur Ant. Faber d. tit. 14. defn. 4. num. 3. in alleg. attestans, sic à Senatu receptum in ead. defn. 4. num. 3.

1093

1094

Quid si fidejussio sit jurata?

1095

Quando admittitur fidejussor.

Verumtamen puto, posse exigi fidejussorem. I. Si dos detur ante matrimonium, l. Titio centum, §. Titio genero, v. Sed cum ante nuptias, ibi: Sed cum ante nuptias: quia purum legatum est, peti potest: cautio Mulieri pecuniam reddi necessaria erit, ubi Bart. D. de cond. & dem. II. Si Maritus vergat ad inopiam, c. per vestras, 8. de donat. inter vir. & ux. III. Si dos restituenda sit extraneo dotanti. IV. Si fidejussor sit hæres Mariti: Nam dotem videtur recipere, Gom. l. c. num. 26. Molin. disp. 425. §. à Marito. V. Fidejussio præstari debet, rem salvam fore Mulieri; si Maritus exigit pecuniam non dotalem: & hoc, ne Mulier invita consentiat in illarum rerum consumptionem, l. penult. ff. de furt. & à Senatu Sabaudia decisum tenetur Anton. Faber ubi supr. defn. 2.

Sed rursus quæres: An Vir possit exigere fidejussorem pro dote exigenda à promittente?

1096

Fidejussor pro dote Vir exigere potest.

Affirma, l. profectitia, 5. §. si Pater, D. de jur. dot. ubi Bald. l. generalitèr, 25. ibi: Cum dotis causa aliquid exprimitur, fidejussor eo nomine datus, tenetur, C. ad Vell. Et hoc factum est: tum quia Uxor dat se Viro; tum etiam, ut dos sit salva, Covarr. in c. quamvis pactum, 2. p. §. 2. n. 9. Bald. Novell. de dote, privil. 21. n. 5.

V. Est actio furtiva pro rebus dotalibus amotis, de qua videamus.

An, & quæ Conjugibus competat pro rebus ablatis actio?

1097

Matrimonio constate Vir non convenitur actio furtiva, quæ infamata, nec rerum amotarum, quæ est pœnalis; sed in factu pro restitutione.

Triplex actio considerari potest. I. Furtiva. II. Rerum amotarum. III. In factum.

Constante matrimonio, quamvis fiat furtum, l. 25. D. de act. rer. amot. non datur actio furtiva, sed datur actio de damno in factum, quæ honestior est, l. 2. ibi: Constante autem matrimonio neutri eorum, neque pœnalis, neque famosa actio competit; sed pro damno in factum datur actio, ubi Salyc. & Bald. C. rer. amot. Quæ actio in factum non infamat, ut infamaret actio furtiva, nec datur ad pœnam, sed, ut restituatur ablatum, vel ejus æstimatio, Wesemb. in paratit. hoc tit. n. 5. ex l. Marcellus, 11. D. de rerum amot.

1098

Imò actio furtiva, & rerum amotarum, nec datur contra socerum, l. 6. §. 1. ibi: Socerum, ob res divortii causa amotas, furti agere non posse, D. cit. tit. l. 16. D. sol. matr.

1099

Facto divortio, vel soluto matrimonio, datur actio rerum amotarum pœnalis, l. 2. C. rer. amot. l. 1. ibi: Rerum amotarum judicium singulare introductum est adversus eam, quæ uxor fuit, & l. verum, 29. D. de act. rer. amot. pro rebus constante matrimonio amotis, l. 3. D. cit. tit.

1100

Nec datur actio furtiva, quæ infamat, l. contra nurum, 6. §. item cum, D. rer. amot. & l. 25. D. eod. l. 3. C. eod.

Ante matrimonium, & sponsalia datur actio furtiva, DD. in d. tit. D. & C. rer. amot.

deducto ne egeat etiam Neapoli, l. ex diverso, D. sol. matr. l. non tantum, in fin. D. de re jud. Glos. in d. Consuet. Ubi dos, lit. A. licet oppositum habes decisum apud Affl. dec. 222.

1110
Pro antefatu tu conveni- tur deducto ne egeat.

Pro Antefatu vero non convenitur supra quam facere potest. Nam dicta Consuet. Ubi Dos, est correctoria Juris Communis: & sic non extendenda de Dote, de qua loquitur ad Antefatum, de quo non loquitur, arg. l. un. C. de inoff. dotib. decisum refert Salernus ad d. Consuet. lit. D.

Plura de alimentis præstandis videas in Consuet. sub tit. de alim. præst. cum ibi notatis.

DOTIS DIVISIO.

Postquam visum est de Dotis essentia, atque proprietatibus, operæ pretium me facturum spero, si summis labiis tactas, vobis uberius exponam Dotis species, & I.

De Dote profectitia, & adventitia.

1111
Dos profectitia, adventitia.

Dos profectitia est illa, quæ exit ex patrimonio Patris. Adventitia est, quæ venit aliunde, vel ex patrimonio Matris, l. profectitia, 5. D. de jur. dot. Auth. Quod locum, C. de coll. Quod si dos sit, partim ex Paternis, partim ex Maternis, tunc est profectitia, & adventitia, d. l. profectitia, 5. §. si filius familias, Grav. cons. 84. n. 14.

De Dote æstimata, & non æstimata.

1112

Æstimata est, quando quantitas promittitur in dotem: puta mille; & pro mille datur fundus.

Æstimata, inæstimata.

Hæc æstimatio potest esse I. ut sciatur valor. II. ut dos censetur vendita Marito, l. si cum dotem, 10. C. de jur. dot. l. æstimatis, 51. & l. 52. D. sol. matr. l. quoties, 5. & l. cum dotem, 8. ubi Bart. C. de jur. dot. l. ex conventionem, in fin. 9. C. de pact. l. si inter virum, C. de jur. dot. l. interest, D. de usufr.

1113

Quando dos est æstimata ad faciendam emptionem, Marito crescit, decrescit, perit, l. un. §. cumque ex stipulatu, in fin. ibi: Æstimatarum rerum martus. quasi emptor, & commodum sentiat, & dispendium subeat, & periculum expedet. C. de rei ux. act. l. plerumque, 11. D. de jur. dot. ubi videas: Quantum interit dotem esse æstimatam.

1114

In dubio: An dos sit æstimata ad venditionem celebrandam? recurritur ad conjecturas, l. si inter virum, 21. C. de jur. dot. l. plerumque, 11. §. penult. l. cum post, 70. §. cum res, D. cit. tit.

1115
Quomodo præsumatur æstimata, vel inæstimata.

Si vero omnis desit conjectura: tunc pronuncian- dum, æstimationem factam esse ad sciendum valore rei dotalis. Nam hoc est utilis Uxori propter rei vindicationem; quæ ei in re sua competit, pro qua dotali re, omnibus omnino Creditoribus præferretur, l. in rebus, 30. C. de jur. dot. & in ambiguis pro dote respondendum, decidit l. in ambiguis, 71. D. de jur. dot. l. fin. C. de dot. prom. & ita docet Covarr. tom. 2. præf. cap. 28. num. 2. & d. l. si inter virum, 21. C. de jur. dot.

1116

Hinc non præsumitur venditio dotis. I. Si æstimatione facta sit contracto jam matrimonio; sed præsumitur ad sciendum valorem. Nam, si præsumeretur venditio, esset facta novatio dotis, ex non vendita in venditam. Quod nequit dici. Nam novatio non intelligitur, nisi expressè de ea constet, l. fin. C. de novat.

1117

Confirmatur. Quia res dotalis alienari nequit, l. un. §. & cum lex, C. de rei ux. act. Ergo, non potest præsumi alienata, & vendita. Viro per æstimationem.

II. Nec præsumitur venditio, si adsit pactum, ut dos æstimata, eadem tradatur soluro matrimonio, d. l. si inter, 21. C. de jur. dot. l. æstimatis, 51. D. sol. matr.

III. Si Maritus sit impotens ad solvendum, non præsumitur venditio, l. in rebus, 30. ibi: Sive æstimata, sive inæstimata sint, &c. C. de jur. dot.

Pactum, ut restitatur arbitrio Viro factis emptionem dotis æstimatæ.

Sed, si adjiciatur pactum, ut dos æstimata reddatur arbitrio Mariti; censetur facta venditio; l. plerumque, 11. in fin. D. de jur. dot. Nam eo ipso, ac potest retinere rem dotalem, est illius Dominus, & Emptor.

Dos inæstimata dicitur illa, quæ est promissa sine aliqua æstimatione: ut do tibi fundum A, in dotem. De qua in l. fin. & toto tit. C. de dot. promiss. ibi: Si pater dotem pro filia simpliciter dederit.

1118

Quando dos est inæstimata, periculum spectat ad Uxorem; non vero quando est æstimata, & perit culpa saltè leviter Mariti, l. si inter Virum, C. de jur. dot. l. æstimata, 52. D. solut. matr.

1119

Hinc solvitur difficilis, text. in l. Mavia, 50. D. solut. matr. ubi Uxor tradidit inter alia pro dote, nomen debitoris in decem, cujus periculum ad Uxorem spectabat: & tamen nomen debitoris semper datur ut æstimatum, l. 2. C. de act. & oblig. ibi: Ad similitudinem ejus, qui nomen emerit, dari oportere, semper rescriptum est. Ergo, dos æstimata quod ad periculum etiam spectat ad Uxorem.

1120

Respondet Bart. ibid. in d. l. Mavia; nomen debitoris datum inæstimatum. Nobis placet in d. l. Mavia, periculum ad Virum non spectare, sed ad Uxorem. Quia ibi Vir non potuit exigere nomen debitoris: ut patet ex verbis text. quia, nec potuit. Undè mirum non est, si ad nihil tenetur Vir, qui dotem non potuit exigere, nec fuit in culpa. Non enim debet puniri, qui culpa caret. Et res æstimata etiam titulo venditionis debet tradi Emptori, vel esse exigibilis: secus Uxor venditrix venderet rem, quæ nequit emptoris Viri esse, quod injuriam est: sicut, velle pretium fundi dotalis, Evidet, evidens iniquitas esset, ut ait text. d. l. Mavia, §. fundus, l. quoties, 5. C. de jur. dot. l. non dubitatur, 6. C. de evict.

Maritus ad tenetur pro dote, quanto non potuit exigere, etiam si sit æstimata ad venditionem.

1121

Nota hic, Mulierem in æstimatione dotis, ratione venditionis, læsam ultra dimidium, habere remedium l. 2. C. de res. ind. vend. l. jure succursum, 6. §. fin. & l. si res æstimata, 13. §. si mulier, D. de jur. dot.

De Dote confessata tantum, & confessata & tradita.

Dos confessata, & tradita est, quæ re ipsa data est, l. 2. D. sol. matr.

1122

Confessata tantum est, si Maritus nullam recepit dotem, de qua in C. de dot. cau. non nu. vigore cujus confessionis Uxor non potest dotem petere; nisi probet, re vera dedisse, l. 1. & 2. C. de dote cau. non nu.

Confessata dos est, si Maritus fatetur se recepisse dotem, quam non recepit.

1123

Exceptio dotis non numeratæ opponitur intra annum continuum à morte Mariti, si matrimonium duravit per biennium: si usque ad decennium, infra tres menses: & deinde non auditur, Auth. quod locum, C. cod. Sed de hoc dictum est sup.

De Dote congrua, vel inofficiosa.

Dos congrua est, quæ premititur à Patre filia, secundum qualitatem personæ, & patrimonii; l. cum post divortium, 70. §. si in domum absentis, ibi: Dotis enim qualitas pro modo facultatum patris, & dignitate Mariti constituitur potest, D. de jur. dot.

1124

Quæ dos sit congrua.

Et si nou est promissa dos, constituitur à Judice consideratis facultatibus Patris, Mulieris; numero Filiorum, ære alieno, atque Mariti conditione, l. quæro, 61. ibi: Modus ex facultatibus, & dignitate Mulieris, Mariti que statuendus est, quousque ratio patitur, D. de jur. dot. Auth. Res, quæ, C. comm. deleg. argum. Auth. Undè si parens, C. de inoff. testam. & Authent. novissima, C. cod. ubi in dividenda legitima inspicitur numerus personarum; ita ut revocetur dos data in fraudem Creditorum, l. si successione, C. de revoc. bis, quæ in fraud.

1125

Revocatur dos data in fraudem creditorum.

Si dos sit data à Patre minus legitima, Filia agit pro supplemento, Grammat. dec. 101. Isern. in Const. In aliquibus, ex l. quoniam in prioribus, 32. C. de inoff. testam. ubi legitima, gravamen: ut est diminutio, non recipit. Vide Menoch. de arbitr. ca. su 149.

1126

Diminuto patrimonio, etiam diminuitur dos, secundum Paul. de Cast. in l. in ratione, 30. l. alias, 21. D. ad l. Falc. facit tot. in Auth. sed quomodo dos, C. de rei ux. act. ubi diminui potest dos filia; fecundò

Decrescit dos patrimonio dimi- nuto.

eundo nubentis, si substantia Patris decrescat. Hoc tamen in praxi non servatur: sicuti nec crescit dos, aucto Patrimonio Patris, Boer. decis. 62. Bald. in l. si successione, 2. C. de revoc. bis, quæ in fraud.

An verò Dos computetur in legitima?

1127 Ab intestato, non ex testamento dos computatur.

Diximus sup. num. . . Videas l. un. §. quo à nobis, C. de rei ux. act. ubi Patre ab intestato computatur, non ex testamento, nisi Pater dixerit. Nec desinas videre, quæ nuper congerit D. Scoppa in Scholiis ad controu. forens. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 13.

Qua dos sit inofficiosa.

Dos inofficiosa dicitur illa, quæ datur Filie in præjudicium dotis, vel legitimæ aliorum filiorum. Et ista revocatur juxta ratam legitimæ: sicut revocatur testamentum inofficiosum, l. un. C. de inoffic. dot. Quæ quærela non datur filio, vivente Patre Franch. dec. 17. & 170.

An autem talis querela competat fratribus constante matrimonio sororis dotatae?

1128

Competere, decisum refert Gramm. cujus contrarium videas apud Franch. dec. 1000.

Matrimonio constante in-teratur querela dotis inofficiosa.

Nobis placet prima sententia: Quia secus filii graverentur in legitima, contra l. quoniam in prioribus, 30. C. de inoffic. testam. Non enim statim possent exigere legitimam; nec justè conqueri potest Maritus, cui dos immodica non debetur; Ergò, sicuti Creditor tenetur restituere indebitum solutum, ità etiam Maritus, & facit l. pupillus Patri, 24. D. quæ in fraud. ubi, solutum uni ex Creditoribus per gratificationem, revocatur pro rata ad beneficium aliorum Creditorum.

Dices. Obstat l. si fraudator, 25. §. si à socero, D. quæ in fraud. ubi dicitur, dotem non revocari constante matrimonio, si Maritus ignoravit alienationem factam in fraudem Creditorum.

1129

Resp. Id currere, quando dos est debita, nec est in præjudicium legitimæ aliorum filiorum, quibus liquidò statim legitima debetur. Quod non currit in aliis Creditoribus, qui, si Maritus participet in fraudem, etiam durante matrimonio, possunt revocare dotem, l. fin. §. si à socero, D. quæ in fraud. Non tamen præsumitur Maritus scire æs alienum; & sic non præsumitur in fraudem Creditorum, dotem recipere. At in re nostra semper supponitur, Maritum scire patrimonii valorem, & numerum filiorum, & participare in fraudem, cum ei sit nota multitudo filiorum.

De Dote Receptitia, & Caduca.

1131 Dos recepti. 31a.

Receptitia est, quæ ab Extraneo datur; qui non repetit dotem, soluto matrimonio, nisi hoc stipuletur, l. un. §. accedit, ibi: In presenti autem non sic esse volumus; sed si non specialitèr extraneus dotem dando in suam personam, dotem stipulatus sit, vel pactum fecerit, tunc præsumatur Mulierem ipsam stipulationem fecisse; ut et dos ex hujusmodi casu accedat, C. de rei ux. act. Extraneus hic intelligitur omnis, qui dotandam personam in potestate non habet, d. l. un. §. extraneum autem, cit. tit. ibi: Extraneum autem intelligimus, omnem, citrà Parentem per virilem sexum ascendentem, & in potestate dotandam personam non habentem.

1132 Dos caduca.

Dos caduca dicitur, quando ob delictum Mulieris Fisco applicatur, l. si quis, 38. §. fin. D. de ritu nupt.

De Dote de Paragio.

1133

Dos de paragio est, quæ debetur filiabus exclusis à successione: ut in nostro Regno, in quo Masculi excludunt feminas, Const. Regni, In aliquibus, ubi And. Brun. tract. Stantibus masculis, q. 69. Et ad servandam æqualitatem, sicuti Fœminis est consultum pro paragio, ita Masculis per feudum.

1134 Dos de paragio.

Dos de paragio subrogata est, veluti loco legitimæ, Bart. in l. semper, D. de inoff. test. Andr. l. c. v. Quid si pater, Napod. in Consuet. Si moriatur, n. 56. tit. de success. ab intest. Maricond. ad Napodan. in Consuet. Et si Testator, Franch. dec. 54. Aff. decis. 262. Reg. de Pont. cons. 65. * & plene D. Scoppa in Scholiis ad controuers. Reg. Merlin. centur. 2. cap. 13.

Nam tunc dos succedit loco legitimæ, quando filia dotata est exclusa à successione, nec aliud petere potest. Sed ita est in filia, quæ habuit dotem de paragio. Ergò. Major patet. Nam dos illa, si non esse loca legitimæ, adhuc filia posset, præter dotem, petere legitimam; quæ, cum sit debita Jure naturæ, Auth. de triente, & semisse, tolli Jure positivo nequit. Et ità hanc sententiam docet Caspr. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 8. D. de cond. & demonst. Alex. cons. 13. num. 12. lib. 3. Cappe. dec. 176. n. 8. Ex quo fit, dotem de paragio deberi deducto ære alieno, l. Papinianus, 8. §. quarta, ibi: Quarta autem accipietur: scilicet deducto ære alieno, & funeris impensa, D. de inoff. testam. And. l. c. Bald. in l. fin. C. de dotis promiss. Franch. decis. 61.

1135 Quando sit loco legitima.

Et in hoc, paragium convenit cum legitima. Disconvenit autem l. Quia potest esse plusquam legitima, usque ad portionem virilem, vel etiam minus, quam legitima, attento ut pari nubat juxta conditionem sui status, & mariti. Et hoc nò dos sit valde excessiva: ut si ex amplissimis feudis deberet deduci, Gram. dec. 101. num. 63. & decis. 57. de Curt. resol. feud. c. 2. num. 44. & 46. Disconvenit II. à legitima: Quia legitima debetur post mortem, l. cum quaritur, 6. Cod. de inoff. testam. Dos verò debetur vivente Patre, qui etiam cogi potest, ut filiam dotet, l. fin. C. de dotis promiss. ibi: Nec enim incognita sunt leges, quibus cautum est, paternum esse officium filias dotare. * Cum aliis cumulatis à D. Scoppa d. cap. 13. n. 1.

1136 In quo à legitima disconveniat.

Dos de paragio ergò est, quæ datur consideratis facultatibus, & circumstantiis personarum, l. quæro, 61. l. cum post, 70. §. in domum, v. dotis enim quantitas pro modo facultatum Patris, & dignitate mariti constitui potest, D. de jur. dot. De qua Dote quærimus l.

1137 Quid sit paragio?

Quibus debeatur?

Omibus Fœminis debetur, exclusis per Masculos, Constitut. In aliquibus, & consequenter non exclusæ per Masculos: ut, si Masculus non possit succedere, non petere paragium. Idem dicas de spuris, & naturalibus, quæ non succedant in feudis, cap. 1. §. naturales, si de feudo defun.

1138 Debetur exclusis per masculos nò naturalium, & spuris.

Dotata à Marito adhuc potest petere paragium, Franch. decis. 119. & paragium debetur etiam ingressæ Monasterium, vel domi manere innuptæ volenti, Andr. in dict. Const. In aliquibus, Napod. in Consuet. Si moriatur, Franch. decis. 44. * cum aliis, quæ tradit D. Scoppa in Scholiis ad controu. forens. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 3. n. 34. & seq. *

Regula. In non nupta paragium potest ascendere ad virilem, & excedere legitimam; in nupta est tantum legitima, Cumia in l. si aliquem, v. Sed quanto, fol. 313. de Curie res. feud. c. 2. n. 66. Sed clariùs.

1139

Quando Frater dotat Sororem, paragium non est minus legitima, Franch. dec. 559. & 618. Aff. in Const. In aliquibus, num. 36. Socc. vol. 2. cons. 263. Pistor. lib. 2. q. 37. num. 20. Nam donec filia nubat, frater habet lucrum omnium bonorum, unde non mirum, si pinguiorem juxta valorem legitimæ dec Sorori portionem.

Et quando non sit legitima.

Secùs si dotetur à Patre, vel à Matre, qui non tenetur in vitam dare legitimam. Ideoque possunt minus dare: cum privent se fructibus rei datæ in dotem, de Amic. in cap. 1. de bis, qui feud. dar. poss. Quod viget etiam in Magnatibus, qui Sorores dotant, Cappe. ad Napod. in consuet. Si moriatur, v. Eas autem, litera C.

1140

Sed an auctis substantiis, sit augenda dos congrua, jam data tempore matrimonii.

NEga. Gramm. decis. 101. num. 63. & decis. 56. Dec. cons. 276. Aff. in cons. Fratribus, Jaf. in l. novissima, C. de inoff. testam. Boer. decis. 65. de Penna in l. fin. Cod. quan. & quib. quarta pars deb. Nam fructus dotis interim percepti ex re dotali datur à Patre, debent compensari. Cum illi fructus essent Patris: & si Patre vivente percipiuntur à filia, & computantur in portionem.

1141 Dos non augetur, aucto Patris patrimonio.

L E M M A LXXII.

Ex quibus bonis debeatur Paragium ?

1142 **D**ebetur ex corpore feudi, quoad æstimationem, non quoad divisionem ipsius feudi, de Ex feudi Ann. conf. 75. de Curte l. c. num. 49. In quo paragium æstimatione differt à vita, & militia debita secundogenitis ex debetur par- fructibus feudi. ratiū, vita, Feudum non est obligatum pro paragio; sed pro & militia actione datur conditio ex lege constit. In aliquibus, ex fructibus quæ est actio personalis; Nec intentatur, nisi in subli- feudi. dium contra tertios possessores feudi Affl. in d. const. In aliquibus, & decis. 162. Tapp. decis. 48. num. 3. Mofes. ad consuet. p. 4. q. 12. in addit. tom. 2. Gram- mat. decis. 19. Grav. conf. 109. Boer. dec. 145. Theod. alleg. 7. num. 22. Thor. in comp. decis. 2. v. Tertii pos- sessoris, Gallupp. p. 4. methodi c. 3. n. 64. in fin.

L E M M A LXXIII.
Quo tempore petatur Paragium ?

1143 **L**icet statim, mortuo Patre, ad instar legitimæ, Paragium debeatur, non exigitur, nisi in ætate nubili, debetur in datis interim alimentis, Add. ad consuet. Si moria- gitate nubili. tur. Vide Franch. decis. 44. & 87. de Curt. ubi sup. 63.

L E M M A LXXIV.
An etiam in linea transversali debeatur Paragium ?

1144 **P**aragium à transversalibus non debetur: quia isti legitimam solvere non tenentur, Candet. l. c. fol. 32. 6. v. Nodosa quæstio. Si Paragium detur in compensationem exclusio- nis transversalium, qui Jure communi ad feudum admittebantur, tunc paragium debetur, Petr. de Greg. tract. de dote de parag. q. 23. In Regno debetur; nam etiam Masculis trans- versalibus datur Vita, & militia, à qua valet ad dotem argumentum, Franch. decis. 61. de Curt. resol. feud. p. 2. n. 63. Paragium debetur in omni feudo, Paterno, Ma- terno, Antiquo, Novo, Hæreditario, Ex provi- dentia, Franch. decis. 169. Minad. in d. const. in ali- quibus.

L E M M A LXXV.
An Fœmina proximior Masculo habeat Paragium ?

1145 **N**on habet; sed succedit in feudum, exclusis etiam aliis fœminis ætate minoribus ejusdem gradus, ex consuet. Ut de successione. Quæ constitutio non currit in burgenfaticis, in quibus soror in ca- pillis non excludit maritatum, & dotatam, quam excludit in feudis, etiam si sit minor, * secundum tradita à DD. quos sequitur D. Scoppa in Scholits ad contrav. Reg. Merl. cent. 1. cap. 3. num. 6. * Sed major maritata succedit in burgenfaticis, collata dote, Affl. in d. constit. de Curte l. c. n. 71.

L E M M A LXXVI.
Quando Maritata succedit in feudis.

1146 **S**uccedit I. si non sit dotata, Ifern. in constit. In aliquibus. II. Dotata ex bonis Patris succedit in Materno; & dotata ex bonis Matris, in feudo Paterno succedit. Dotata ex propriis, succedit in Paterno, & Materno, exclusa existente in capillis, Bald. in l. mater, C. de jur. dot.

1147 **R**egula est, ut excludatur tantum à bonis dotan- tis, & habitis õnis maritandi: ut est Pater, & Frater, Patris successor, Andr. in consuet. Ut de suc- cessionibus, Affl. in c. 1. de natura success. feudal. Dec. consil. 279. decisum apud de Curt. cap. 2. resol. fed. num. 78. * & DD. apud D. Scoppa ubi supra d. num. 6.

Dotata ex- cludit Fisci. Maritata, dotata, aliis deficientibus, excludit Fiscum à successione feudi, Bart. de Capua in con- sil. Regni, Ut de successioneibus.

DE HYPOTHECATIS FEUDALIBUS PRO DOTE.

1148 **F**eudalia Viri sunt hypothecata pro recepta dote Uxoris Neapolitanæ, Pragm. 2. incip. Item supplicatio, de feudis, ubi Rovit. Reverter. decis. 229. ubi de Marinis num. 1. & nupèr D. Scop- pa in Schol. ad contr. R. Merl. cent. 2. c. 60. n. 9.

Non tamen sunt obligata feudalia Fidejussoris assensus pro dote, Ifern. in c. Imperialem, de prohibita feudi assensus pro alien. per Frider. Camer. in cap. Imperialem, de sitis dote- Ponte, de potest. Proregis tit. 6. num. 14. Contrà de bus mulieris Marin. ad Revert. dec. 229. à num. 4. quem sequitur Neapolita- D. Scoppa ubi supra cap. 58. num. 28. ante fin. Nam narum in requiritur assensus, ut feudalia hypothecentur; qui feudalibus inveniunt concessus in bonis Viri, non in feudalibus bonis Fidejussoris, ad quæ non extenditur: cum sic stricti Juris, de Marin. lib. 1. c. 28. num. 10. Gratia enim concessi assensus, cujus verba refert Revert. decis. 470. ubi de Marin. num. 1. exprimit bona feu- dalia Viri nubentis Neapolitanæ, non de aliis.

Bona feudalia, dotantium sunt hypothecata pro dote promissa, ex Gratiis concessis, & usū Tribu- naliū, ut junctis Aulis decisum testatur Franch. in addit. relata in Pragm. 3. de feud.

An feudalia nubentis Neapolitana fœminæ illegitima sint hypothecata.

1149 **N**Ega, Reverter. dec. 249. ubi de Marin. num. 1. & decis. 46. Anna in constit. Divæ memoriæ, num. 240. Franch. dec. 452. Quia fœminæ nomen pro legitima supponit, nisi addito dicto fœminæ etiam illegitima.

An assensus Regis concessus obligandi feuda, pro antephatō Viri carentis, successore, profic?

1150 **N**Egat, post Ifern. de Marinis ad Revert. ob- serv. 470. num. 2. Si verò successore non ca- reat, hypothecata esse in nupta Neapolitana feu- dalia pro antephatō, ait de Marin. l. c. n. 4.

An feudum sit hypothecatum etiam pro dote, ut monachetur?

1151 **N**Ega. Nam stricti Juris assensus est pro dote in matrimonio carnali; in quo est specialis ratio, ne defectu dotis, inopia præmatur matri- monio dissoluto; quæ cessat in professione indissolubili.

An dictus assensus ex Gratia proficit pro hypotheca in feudo, currat etiam in subfeudis.

1152 **N**Ega. Freccia de subfeudis lib. 2. qu. 4. deci- sum referens, Rosa in præl. feudor. lectio- ne 10. num. 9. non enim assensus restringendus ad feudum expressum, potest extendi ad subfeudum non expressum. Maximè, quia Gratia fuit petita à Civitate, quæ de subfeudis à Baronibus dari con- suctis, non cogitabat; nec nomine feudorum sub- feuda ventunt.

Sed non in subfeudis.

DE ANTEPHATO.

Antephatum debetur Mulieri pro ejus vita post mortem Viri, & dicitur Antephatum: hoc est ante mortem. Habet privilegia dotis, de Pont. decis. 24. num. 10.

Cur Antephatum.

L E M M A LXXVII.
Quantitas Antephati.

1153 **E**st taxata in Pragm. Ducis Oñanz. Sic. I. Si dos est ducatorum ad quatuor millia, & infra. Antephatum est tertia pars dotis: & donativum sunt octo aurei pro centenario.

1153

II. Si dos ascendat ad decem millia; Antepha- tum sunt 25. pro quolibet centenario; At donati- vum sunt 100 pro centenario.

Ejus quan- titas.

III. Si dos ascendat ad 20. millia. Antephatum sunt 20. Et donativum quinque pro centenario.

IV. Si dos ascendat ad triginta millia. Antephatum est quindecim. Et donativum quatuor pro centenario.

V. Si dos excedat triginta millia, Antepha- tum, & donativum est, ut conveniri potest: dum- modò antephatum non excedat quindecim, & do- nativum quatuor pro centenario.

1154

Hæc in Virginibus nuptis: At in Viduis est me- dietas, dictarum summarum.

Antephatū in Viduis est medietas illius; quod datur virgi- nibus, spe- rat tantum quoad usum.

Antephatum quodam utrumfructum tantum spe- stat ad Uxorem; qua mortua; redit ad hæredes Marii, undè exivit, sive sint filii, sive non.

Est tantum quoad usum.

Munera, vulgò, li lazzi, e spingole, quæ pro- mittuntur Uxori à Viro constante matrimonio, non Viro mortuo.

non Viro mortuo.

non possunt peti, matrimonio soluto; nisi pro ultimo anno, quando moritur Vir, si hæredes Viri illius anni non habeant solutionis scripturam, ut constat ex *dis. Pragm.*

1155 Antephatum in Regno etiam dicitur tertiaria, sive dotarium, *Const. Regni. Patre Reorum.* Appellatur etiam Antiferia: hoc est contra dotem, & alibi diversimodè, prout cujusque Regionis consuetudo invaluit, constat *D. Scoppa in Scholits ad contror. R. Merlin. cent. 2. cap. 14. num. 1.* Sicuti autem constante matrimonio, Maritus recipit fructus dotis: sic, matrimonio soluto, Uxor recipit usufructum antephati, *Gabr. de matrim. tit. de donat. propter nuptias, num. 9. tom. 9. tract. Et Antephatum esse ad instar donationis propter nuptias, voluit Fontanell. de pact. nup. tom. 1. claus. 4. glos. 1. Masfr. dec. 212. Rov. ad prag. 1 num. 159. de rjt. abus. & sic currit in antephatò, quod in donatione propter nuptias, Tasson. de antephat. vers. 4. obser. 4. num. 6.*

Antephatum est subrogatum loco donationis propter nuptias.

L E M M A LXXVIII.

Qui tenentur promittere Antephatum?

Pater tenetur dare antephatum pro Filio, *Masfrill. decis. 46. in fin.* Et censetur promittere de suo, non de patrimonio filii, *l. fin. ibi: Si quidem nihil addendum existimaverit, sed simpliciter dotem, vel ante nuptias donationem dederit, vel promiserit ex sua liberalitate hoc fecisse intelligit, debito in sua figura remanente, C. de dot. promiss.* Et, mortua Uxore, redit ad hæreditatem Patris, non ad hæreditatem Filii; si hæres non sit, decisum apud *Tasson. ubi supr. num. 19. Afflic. dec. 314. & 317.*

1156 Pater dat filio antephatum.

Si Filius, Patre præsentè, constituat antephatum; Pater tenetur quoad legitimam, *Bartholom. de Capua apud Tasson. l. c. Grill. fing. 114. Masfr. decis. 46. in fin.* Sed non teneri Patrem, si taceat, videas decisum apud *Thor. vol. 4. compen. dec. var. antephatum.*

Potest peti, licet non sit constitutum antephatum.

Si antephatum non sit constitutum, non potest peti, secundum *Afflic. decis. 242.* * & alios quos sequitur *D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 47. sub num. 23.* * Sed *Ursill. ad Afflic. ibid. num. 2.* docet oppositum, *Boer. decis. 22.* Et *Neapol. adest Consuet. Dos, & quarta, de jure quarta,* ubi dos, & quarta non petitur sine instrumento dotali.

L E M M A LXXIX.

An Antephatum possit exequi in bonis subjectis fideicommissis?

1158 Alienatur fideicommissum ascendentium pro dote.

Adest *Autb. res quæ, ibi: Sed si liberis portio legitima non sufficit ad dotis, sive propter nuptias donationis obligacionem, permittitur res prædictas in eam causam alienare, vel obligare pro modo honestati personarum congruo, Cod. com. deleg. Quæ vult pro solutione dotis posse alienari bona subjecta fideicommissis; Quam non procedere in fideicommissis facto in contractu, docet *Gl. in l. nulla, Cod. de jur. dot. ubi Cyn. Bald. & Salyc. Alex. in l. filiusfamil. §. divi, num. 10. Jaf. num. 32. Crot. num. 58. D. de leg. 1. Facit text. in l. est dotis actio, ubi Bart. & Bald. C. de jur. dot. l. si socius, ubi Ang. D. si cert. pet. Vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. n. 186. Rot. decis. 249. n. 3. p. 1. in noviss. Boer. dec. 129. n. 5.**

Quid si factum sit in contractu.

Nec obstat *l. fin. C. de reb. alienis non alien.* ubi parificatur alienatio ex testamento, & ex contractu. Nam, ut rectè *Peregrin. de fideicom. art. 42. n. 58. p. Contra tamen, hæc parificatio est tantum quoad nomen; & de facto, multæ sunt differentie inter alienationem ex testamento, & inter vivos. Accedit rationem finalem illius *Autb. esse ex præsumpta mente testatoris, volentis consulere descendibus, quas volunt nuptiis conservare familiam ab ipsis incæptam, quæ cessat in pacto, Boer. l. c. v. sed quando.**

Bald. ait, d. Aut. non habere locum in testamento Matris, & consentit Ang. ibid. num. 2. Similiter nec currere in fideicommissis facto à transversalibus, qui non tenentur dotare, vult *Molin. de primog. lib. 4. c. 16. num. 2. & 6. Nam text. d.*

Autb. loquitur de linea recta, in qua debetur legitima:

Hinc ad quæsitum dicas, antephatum non deberi ex fideicommissis, ex quo nec debetur dos. * Sed tunc disposita in *d. Autb. esse disposita pro antecedentibus, concomitantibus; subsequentibus dotem, & dari consuetis, ut sunt etiam Antephatum, localia, Expensæ necessariæ, sine quibus decenter non nuberet. Suadetur natura accessorii sequentis principale, Saufel. dec. 199. num. 9. Alex. vol. 5. conf. 22. num. 2. Rolan. à Valle vol. 7. conf. 19. num. 7. Dec. in c. 1. n. 97. de consuet. in lectur. Afflic. dec. 315. num. 8. **

L E M M A LXXX.

An Antephatum debeat, Dote non soluta?

N Ega. Et si pars dotis non sit soluta, pars antephati non debetur, *§. fin. ibi: Non est justum omnino, Mulierem non dantem dotem Marito, ante nuptialem accipere donationem; sin autem non totam dedit dotem, & ipsa pro tanto exigat donationem, in quantum dedit dotem. Autb. de non eligendo secundo nubentes, c. Regn. Mulier dotarium.*

1160 An pro antephatu alienari possit.

1161 Dote non soluta antephatum non debetur.

Si Fratres interpellati non solvant dotem promissam; ipsi tenentur solvere antephatum Sorori, *Grammat. dec. 97. decisum apud Tasson. l. c. num. 47. Autb. Sed quæ nihil, C. de pact. conv.*

1162

Si pactum sit, ut dos certis temporibus restituatur; & Vir decedat ante diem solutionis, vel sit negligens in exigendo, solvit antephatum, *Afflic. dec. 333. Guid. Papa decis. 563. Gram. dec. 67. Ric. collect. 87. Gaill. lib. 2. observ. 79. ex §. illud quoque, ibi: Ita, vel si voluerit dare, & percepturus ex studio recusaverit perceptionem, damus ei ante nuptialis donationis, matrimonio soluto, petitionem. Autb. Ut primæ, & secundæ dot.*

Vir negligens exigere dotem, solvit antephatum.

Dote ergò non soluta, antephatum non debetur; si Vir in gratiam Uxoris dilationem concessit, *Afflic. decis. 242. Masfrill. decis. 73. num. 12. Contra Napod. in Consuet. Mulier. Patet ex §. fin. Autb. ut exactione instant. ubi non debetur dotatio propter nuptias, si dos non solvatur ob dilaciones.*

1163

Forjudicato Viro; vel vergente ad inopiam, debetur antephatum, *Franch. decis. 689. num. 5. Masfrill. decis. 283. Innoc. in c. 7. de donat. inter vir. & ux. * & nuper expendit D. Scoppa in Scholits ad Controver. for. Reg. Merlin. centur. 1. cap. 52. sub num. 10. * Sicuti quando Uxor expellitur à Viro, Napod. in Consuetud. Quartam autem, v. Post mortem naturalem, vel civilem. De jure quarta, Masfrill. decis. 285. num. 26. Afflic. in Const. pæna carere, notab. 1. arg. l. ubi adhuc, 29. Cod. de jur. dot. * Vel facta sit inter Conjuges thori separatio, ex traditis à Galeota tom. 2. contror. 61. & 62. & & probant alii, quos sequitur *D. Scoppa ubi sup. cent. 2. cap. 93. num. 13. in fin. ***

1164 Antephatum debetur Uxori Viro forjudicato.

Antephatum solutum Uxori Viri rebellis, mortua Uxore, redit ad Fiscum, non ad filios rebellis, *Ursill. ad Afflic. dec. 226. in fin.*

Si matrimonium non sit consummatum, Mulier lucratur medietatem antephati ob oscula, *Franch. dec. 503. Gam. dec. Lusit. 124.* Nisi per Mulierem iteriter, quin cognosceretur: nam tunc nihil Mulier obtinebit, *Napod. in d. Consuet. Quartam autem, num. 32.*

1165 Debetur medietas antephati matrimonio non consummato si sine osculo.

Pro antephatò Muller non habet prælationem, *de Pont. conf. 8. num. 8. volum. 1.* Et in dubio, an sit ante? præsumitur ante creditores, *Napod. l. c. num. 55.*

Nullo matrimonio, antephatum non debetur, decisum apud *Lanar. conf. 86.*

1166

Constante matrimonio, potest peti, ut antephatum constituatur, *Afflic. decis. 61. oppositum videtur docere Grammat. decis. 97. Ricc. coll. 87. in fin.*

Antephatò ex mora non soluto; Uxori deberi interesse ad 3. pro centenariò, docet *Gramm. dec. 65. Franch. dec. 217. contra Afflic. decis. 291. * attento etiam Jure Consuetudinario Civitatis Neapolis, ut ex aliis nuper probat D. Scoppa in Scho*

1167 Ex antephatò debetur 3. pro centenariò.

Scholius ad Controv. for. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 16. nam. 4. & seq. * Et hæc de antepthato, pergamus ad alia accessoria.

DE ARRIS NUPTIALIBUS.

UT de rebus datis in matrimonio sit plenior cognitio, Arras etiam ad examen revocamus. Communiter, idem est Arra, ac pignus. Definitur. Est contractus, quo paciscentes obligantur, non recedere a pacto sub pœna amittendi pignus, l. contractus, 17. C. de fide instr. Licet Jure Hispano sumantur pro sponsalitia largitate, & donatione inter nuptias.

L E M M A L X X I.

An in contractu Matrimonii possit apponi pœna? Arræ censentur ad instar pœnæ; merito videndum est: An pœna possit apponi in matrimonio?

Prohiberi, probant Jura in cap. gemma, ibi: Cum itaque libera matrimonia esse debeant; & ided talis stipulatio, propter pœnæ interpositionem, sit merito improbanda. De spons. l. Titia, 134. in fin. Ibi: Quia inhonestum visum est, vinculo pœnæ matrimonia adstringi, sive futura, sive jam contracta, ubi Bart. num. 1. Imola num. 4. Jaf. num. 12. Alc. num. 10. D. de verb. oblig. lib. 2. Sed multi DD. de quibus Canon. Instit. intelligunt dicta Jura de pœna solvenda ab illo, qui justè recedit, non verò de pœna solvenda ab illo, qui injustè recedit.

Nam, si pœna potest apponi à Judice; cur non à parte contrà injustè recedentem. Isti tamen text. etiam in sententiam illorum, qui volunt irritam promissionem, non cogunt, ut restituatur acceptum; & consequenter ante sententiam potest quis arram retinere, ut patet in ludo.

Similiter pœnam firmari juramento, docent multi, ut est Alex. de Mevo in d. c. Gemma. n. 10. Corn. cons. 294. Fortunius de ultimo fine, illat 10. num. 359. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 28. num. 15. Contrà Bart. in l. si quis, 6. D. de fidejussorib. num. 2. Sanch. lib. 1. disp. 32. num. 20. Quia juramentum, non in dispendium salutis propriæ, nec præjudiciale alteri, servandum est, cap. quamvis, ibi: Si tamen juramentum, non vi, nec dolo præstitum firmatum fuerit, ab eadem omninò servari debet; cum non vergat in æternæ salutis dispendium, nec redundet in alterius detrimentum. De pactis in 6. cap. cum contingat de jure juran. Auth. Sacramenta puberum, C. si adversus vendit.

Secundò, quia d. l. Titia, ubi prohibetur pœna apponi, non est de aliquo contrà bonos mores naturales: nec juramentum tollere libertatem requisitam: nec pœna est inhonesta Jure Naturæ: quidquid sit Jure Civili, d. l. Titia, Onn. tom. 2. disp. 34. num. 18. qui putat utramque sententiam probabilem; sed Merenda lib. 1. cap. 1. putat, contractum Jure Civili nullum, juramento non validari: quia non est æquum, juramentum validare, quod sanctiones Civiles invalidant, l. non dubium, C. de legib.

Pœna apposita est nulla, si dicatur, promitto tibi centum, si contraxeris matrimonium, l. si ita stipulatus fuero, 97. §. si tibi nupsero; decem dare spondes; causa cognita, denegandam actionem puto, D. de verb. oblig. ubi Bart. Covar. 4. decretal. 2. p. c. 3. num. 1. Intelligas, nisi velit compensare nobilitatem Uxoris; vel constituere donationem propter nuptias, l. si constante, 19. C. de donat. ante nuptias.

Potest tamen aliquid legari, vel donari puellæ, si Francisco nupserit, vel ut illi nubat, l. Titio, §. 1. l. cum ita legatum, D. de cond. & demonstr. l. 1. Ibi: Cum Avum maternum, ea conditione filiam tuam instituisse proponas; Si Antylli filio nupseris; non prius cum heredem existere, quam conditioni paruerit. C. de instit. & substit. Abb. & Anchar. in d. cap. gemma, num. 9.

Debetur legatum relictum, si alteri nubat, si ille alius non vult, l. 2. C. de condit. instit. l. in te. Tom. II. Lib. IV.

flamento, la 2. C. de cond. & demonstr. Menoch. lib. 4. pres. 183. num. 25.

III. Licet apponere arras, & pœnas sponsalibus, amittendas à fractore sponsalium, l. arris, & l. fin. ubi Bald. num. 4. C. de spons. Sicuti potest apponi Fidejussor, & pignus, Card. & Abb. in d. c. gemma, Sanch. lib. 1. disp. 38. l. 1. tit. 11. partita 4.

Nec hoc repugnat dictis: scilicet pœnam non posse apponi matrimonio, d. cap. gemma, d. l. Titia, 134. D. de verb. obligat. Nam aliud est, non obligatum aliunde, pœna adstringi ad contrahendum matrimonium. Aliud obligatum ratione sponsalium magis constringi cautione pignoris, arræ, pœnæ: Cum Jus naturale illud obliget, stare promissis. Quæ naturalis obligatio, Juris positivi, & pœnarum munimine magis roborari potest, l. arris, & l. fin. C. de sponsal. Velasc. tom. 1. cons. 2. n. 1. Jaf. in d. l. Titia, num. 22. * & ad hæc vide alia, quæ nuper illustrat D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. cent. 2. cap. 45.

DE SPONSALITIA LARGITATE.

Sponsalitia largitas est contractus, quo sit donatio inter sponsos de presenti, vel futuro gratis ad ornamenta, & mundanum muliebre efformandum. Authen. Eò decursum, ibi: Eò decursum est, ut sponsalitia largitas specialis sit contractus, nec insinuationem desideret; etiam si ab alio detur, licet in Viri personam donatio fiat, quatenus ipse in hunc contractum conscribat, hoc quantum ad mulierem, C. de donat. ante nuptias. Undè breviter definitur. Est donatio ornamentorum lucranda, osculo, vel copula maritali. Onn. tom. 2. disp. 33. n. 9. Per ly, lucranda, differt à donatione propter nuptias, quam Uxor non lucratur, nec datur ad ornamenta; sed ad onera matrimonii sustinenda. Differt ab arra, quæ est in pœnam, & medieta-tem osculo, totum copula lucratur Uxor, Onn. l. c. num. 10. Mattien. lib. 5. recop. tit. 2. in rub. n. 1. Mol. disp. 290. Gom. lib. 5. Tau. num. 2.

Quæ ergò mittit sponsus sponsæ, & è conversò: ut monilia, gemmæ, inauris, torques, mundus, muliebris gratis, appellatur sponsalitia largitas; & habet conditionem tacitè, si nuptiæ sequantur, l. ibi: Cum veterum sententiam displiceat, quòd donationis in sponsam, nuptiis quoque non secutis, decrevit valere. Etiam ea, quæ largiendi animo inter sponsos, & sponsas jure celebrantur, redegit ad hujusmodi conditiones jubemus, ut sive affinitatis cocundæ causa, sive non ita, vel in potestate patris degentes, vel ullo modo proprii juris constituti, tanquam futuri causa matrimonii, aliquid sibi ipsi, vel consensu parentum mutuò largiantur, C. de donat. ante nupt. Licet olim fuerit absoluta donatio, l. 2. l. si filia, 10. l. si tibi, 11. C. de donat. ante nupt. Gom. l. 52. Tauri, num. 2. quæ donatio non est inter conjuges prohibita, quin non simplex.

Requisita ad validitatem hujus donationis.

I. Requiritur, ut præcedat sponsalia: secùs esset, vel simplex donatio, vel flagitii irritamentum l. si in rebus, l. si à sponso, 161. C. de ante nupt. donat.

II. Requiritur traditio rei, l. 1. ibi: Multum interest, si ea, quæ donat Vir futurus, tradiderit Uxori, & postea in dotem acceperit, 2. & 3. C. de donat. ante nupt.

III. Ut sequatur validum matrimonium, l. cum veterum, 15. & l. 16. C. cit. tit.

IV. Ut sequatur osculum, vel copula, modo explicato, l. si à sponso, 16. ibi: Osculo verò non interveniente, sive sponsus, sive sponsa obierit, totum infirmari donationem, & donatori sponso, vel hæredibus ejus restitui, ubi Bald. Salyc. Gl. Cyn. D. de donat. ante nuptias, Mol. disp. 290. §. quando autem.

Vestis, & alia data post matrimonium, si sint res quotidianæ, censentur donatæ, & morte confirmatur donatio: si verò sint prætiosæ, & festivæ, censentur commodatæ ad usum; & repeti possunt, soluto matrimonio, l. hoc legatum, 43. D. deleg. 3. ubi vestes paratæ Uxori, legantur alteri à Viro, & consequenter non censentur donatæ Uxori, l. mor-

L

1175

1176

1177 Sponsalitia largitas quid sit.

1178

In quo differat ab arris & donatione propter nuptias.

1179

Continet conditionem, si matrimonium sequatur.

1180

Quas exigit qualitates.

1181

1182

Quæ vestes à Viro præstæ restituendæ et sint soluto matrimonio

1183
 Quid in datis à Cōsanguineis Viri.

1184
 Compensatio est exceptio ipso jure tollens intentionem Actoris.

1185
 Quid compensat, solvit.

1186
 Quid sit cōpensatio.

1187
 Est duplex Voluntaria, & Necessaria.

1188
 Qui petit, quod restitueret, dolo facere videtur.

1183
 Quid in datis à Cōsanguineis Viri.

1184
 Compensatio est exceptio ipso jure tollens intentionem Actoris.

1185
 Quid compensat, solvit.

1186
 Quid sit cōpensatio.

1187
 Est duplex Voluntaria, & Necessaria.

1188
 Qui petit, quod restitueret, dolo facere videtur.

Et eodem modo dicas de rebus, & vestibus à Consanguineis Viri datis Uxori: Nam censentur donatæ Marito; & per Maritum applicatæ Uxori, l. si quid earum, 45. D. de leg. 3. Bart. in l. 1. §. neque castrense, D. de coll. bon. Bald. in l. omnimodò, 3. §. nec imputari, num. 4. C. de inoff. test. Salic. in l. filia cuius, 18. num. 19. C. fam. etc. Alex. in l. sed si plures, §. per substitutos, D. de vulg. * Vide quæ ad hoc ex aliis recentioribus tractat D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 118.

DE COMPENSATIONIBUS.

Ex §. bonæ fidei Judicis.

L E M M A LXXXII.

Quid sit Compensatio?

CUM sit dictum de Dote, quæ est Actio bonæ fidei; agit hic Imperator de Compensationibus; quas vult ipso jure locum habere in contractibus bonæ fidei, & stricti juris; licet primitus admitterentur tantum in iudiciis bonæ fidei. Hinc Reus conventus potest opponere Actori exceptionem compensationis, si quid solvere ei Actor teneatur, l. ult. ibi: Ita tamen compensationes obijci jubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit, & non multis ambagibus innodata; sed possit Judici facilem exitum sui præstare: satis enim miserabile est, post multa fortè, variaque certamina; cum res jam fuerit approbata, tunc ex altera parte, qua jam penè convicta est, opponi compensationem jam certo, & indubitato debito, & moratoris, ambagibus spem condemnationis excludi, C. de compens. Nam eo modo solvere dicitur, l. amplius, 15. ibi: Nam, & si quis adversus petentem compensatur, deductione ut usus sit, rectè dictum est, petiisse eam videri, & stipulationem commissam. D. rem ratam haberi, l. permittavit, D. de lib. causa, l. si debitor, 4. D. qui pot. in pign.

Definitur, est Debiti, & crediti liquidi inter se contributio, l. 1. ibi: Compensatio est debiti, & crediti invicem inter se contributio. D. de compens.

Dixi liquidi: Nam liquidi ad illiquidum non est compensatio, l. fin. C. eod. cum æqualitatem liquidum cum illiquidum non habeat; sicuti nec certum cum dubio, c. ad nostram, ubi Abb. de jure jur. Aff. dec. 381. * & hoc nuper exornat D. Scoppa in scholiis ad controu. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 24. num. 12. & 13.

L E M M A LXXXIII.

Quotuplex sit Compensatio?

Compensatio est duplex: una Voluntaria: altera Necessaria. Voluntaria perficitur partium consensu; & appellatur etiam Extrajudicialis, d. l. 1. Necessaria fit mandato Judicis, etiam Creditore invito, l. idem, 3. & l. fin. C. de compens. Et hoc propter æquitatem: Nam dolo ille facere videtur, qui petit, quod restituere tenetur, l. dolo facit, 8. ibi: Dolo facit, qui petit, quod redditu- rus est. D. de doli mali, metusque excep. Ad quid enim petere, quod illicò restituendum est, l. ideo, 3. ibi: Idem compensatio necessaria est: quia interest dolo facere nostra potius non solvere, quam solum repetere. D. de compens. Nec est iniquum in alio, quod in se æquum crederet, l. 1. D. quod quisque juris.

L E M M A LXXXIV.

Qui Compensationem petat?

Compensatio potest peti ab omnibus illis, qui invicem sunt creditores, & debitoras: Nam

tunc possunt debitum cum credito compensare, l. Contra Fidei. C. de compens. Debent tamen suis temporibus, scum etiam & suis circumstantiis compensationem opponere. potest compensatio, ibi: Qui compensationem opponit Fisco, intra duos menses debitum sibi docere debet. D. de jure fisci. Potestque opponi etiam à Procuratore, cui detur actio ad repetendum. Nam, qui potest agere, potest excipere, l. inuitus, §. cui damus, ibi: Cui damus actionem, eidem exceptionem competere, multò magis, quis dixerit. D. de regulis juris.

Et Fideiussor potest opponere exceptionem compensationis. Nam exceptiones Principales competunt Fideiussori, l. verum, 4. & l. si quid, 5. ibi: Si quid à fideiussore petatur, æquissimum est eligere fideiussorem, quod ipsi, an quod reo debetur? curatore. pensare malit. D. eod.

Materia compensationis.

EX causa efficiente ad materialem transcamus: scilicet ad res, in quibus potest fieri compensatio.

Certum I. est, debitum cum credito liquido compensari, l. fin. C. de compens. Liquidum verò dicitur, quod statim debetur, & in eodem loco, l. pe- cuniam certo loco, 15. D. de compens. vel max liquida- dari poterit, Aff. dec. 163. & 381. ubi Urfill. Alex. lib. 2. conf. 166. num. 5. in fin. Immodò liquidum dicitur, quod intrà quindecim dies est solvendum, Ricc. in pract. p. 2. var. resol. 120. num. 1. Alc. lib. 8. conf. 57. num. 9.

II. Delicta paria compensationem tollunt, l. Vi- ra, atque Uxore, 40. ibi: Paria enim delicta. tua compensationem dissolvuntur. D. sol. matr.

Difficultas est: An res, qua compensantur, debeant esse ejusdem rationis?

Invito debitore non potest una species cum altera compensari, l. quod in diem, 7. §. si rationem, D. de compens. Sic vinum non potest compensari nummis, l. si convenerit, 4. D. de pign. aff. l. si ex pecunia, D. de rei vind. l. si non sortem, 26. §. si centum, D. de cond. indeb. Ferret. hic, Sylv. 2. 2. q. 63. ar. 2. queritur 1. concl. 7. causa 5. l. si ambo, 14. §. quoties, D. de compens. Lugo de just. tom. 1. disp. 16. sect. 5. num. 91.

Sed Valer. in diff. utriusq. for. v. Compensatio, diff. 3. num. 2. ait, id currere in foro fori, non in interno, in quo diversa compensantur, Mol. de just. disp. 49. num. 5. Unde infamia, pecunia compensatur; si infamiam nolit restituere famam, secundum Less. lib. 2. c. 11. dub. 25. in fine.

Jura ergò, quæ volunt, compensationem fieri in rebus ejusdem rationis, & ordinis, currunt in iudicio, l. quod in diem, 6. §. si rationem, D. eod. Sed silent in voluntaria, & occulta compensatione, DD. cit. Omos. hic num. 55. * Ut etiam in ultimis voluntatibus, ex his, quæ cumulat D. Scoppa in Scholiis ad Controu. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 44. num. 14.

L E M M A LXXXV.

An in Deposito currat Compensatio?

NEgant Jura, l. penult. C. de posit. ubi statim depositum est reddendum; ita ut, nec cum alio deposito compensari valeat. Nec Depositarius potest cessare à restitutione depositi; licet impediatur à tertio creditore deponentis, d. l. penult. potest tamen fieri pactum, ut fiat talis compensatio, d. l. penult. l. Lucius, 24. l. 25. §. fin. D. de pos. c. bona fides, 2. de de pos. Et hoc in favorem depositi ob magnam fidem, qua Depositario creditur, Ang. hic in fin. Sylv. 2. 2. q. 62. ar. 8. Covarr. in c. quamvis pactum, §. 4. num. 9. Vide l. si hominem, 6. §. quoties, D. de pos.

Sec rectè id procedere in foro tantum externo docuit Navar. de rest. lib. 3. cap. 2. num. 389. Tanner. 2. 2. dist. 4. §. 6. dub. 14. num. 406. & 411. Less. l. c. Nulla enim injuria fit Deponenti; si aliter debitum recuperari non possit: tunc enim jure, & titulo defensionis potest retinere depositum. Nam qui-

quilibet habet ius recuperandi bona sua, l. 3. C. de iust. & iure.

1197

Nec obstat, nec posse tunc debitorem iuari possessione: nec posse compensari cum præiudicio anteriorum Creditorum. Nam saltém, si nullum sit præiudicium Creditorum, cessat hæc ratio Lugonis tom. 1. de iust. disp. 16. section. 60. num. 126.

L E M M A LXXXVI. An in Commodato detur Compensatio?

1198 Quid in Commodato.

Nega, l. fin. ibi: Prætextu debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur. Cod. commod. ubi non est neganda restitutio commodati prætextu debiti.

1199

Sed oppositum asseritur in text. nostro, in quo tantum excipitur depositum; unde ad tex. l. fin. respondet Cujac. apud Godefr. l. fin. Ly commodati debere legi commendati: scilicet depositati; Et ita tollit Juris antynomiam. Rectius dicas tex. in l. fin. currere de debito illiquido, quod nequit compensari cum commodato, quod est debitum liquidum.

L E M M A LXXXVII.

An ex Obsequiis gratuitis possit fieri Compensatio?

1200

Compensationem voluntariam posse fieri ex obsequiis gratuitis: pura, si donans, ignorasset, se ad illud teneri ex Iustitia. Et tunc posse dicere, se velle compensare id, quod donavit cum debito ex Iustitia, docet Roderiq. in summ. p. 2. c. 19. concl. 2. Trullenb. tom. 2. Dec. lib. 7. cap. 4. dub. 5. num. 10. Navarr. de rest. lib. 3. cap. 1. num. 376. Macad. tom. 1. lib. 2. p. 3. tract. 23. docum. 5. nu. 5. contra Sanch. lib. 1. Dec. cap. 13. num. 11. Qui docent, etiam quem posse compensare cum debitis ex Charitate, & gratitudine, Sor. lib. 3. de iust. q. 3. art. 3. Fagund. tom. 1. Dec. lib. 7. c. 3. l. 2. Ratio est: quia etiam Pauper in necessitate gravissima potest capere, quod ei ex Charitate debetur. Ergo potest retinere datum, ut compenset cum debito sibi ex Charitate. Nam quilibet præsumitur velle tollere magis debitum ex Iustitia, quam donare; Et interrogatus, prudenter sic respondit scilicet se velle tollere onus solvendi ex Iustitia, quod est majus. Facit l. 1. v. Equissimum enim visum est, creditorem ita agere, rem debitoris, ut suam ageret, l. ceterum, 3. ibi: In duriolem causam semper videatur sibi debere accepto ferre. D. de solut. Ex quibus constat semper in duriolem causam præsumi solutionem factam. Durior autem est debitum ex Iustitia, quam ex liberalitate, aut gratitudine. Hæc enim præsumitur rationalis voluntas: cum nemo præsumatur velle projicere bona sua, l. cum de indebito, 25. ibi: Qui enim solvit, nunquam ita resupinus est, ut facile suas pecunias jactet, & indebitas effundat. D. de probat.

L E M M A LXXXVIII.

An quis possit sibi retinere titulo Compensationis rem, quam suus Debitor alteri donat?

1204

Affirma. Si nondum sit acceptata donatio à Donatario. Ratio est: quia donatio nondum acceptata adhuc est sub dominio Donantis. Adedque Creditor debitoris donantis rem compensatione accipit, utens jure suo in recuperandis bonis, & nulli facit injuriam, Vasq. opus. de restit. c. 5. §. 1. dub. 8. num. 45.

1203 Compensatio. & solutio præsumitur in duriolem causam: nisi compensatio solutio est, l. 4. §. soluisse, D. de re jud.

Lugo de Iust. tom. 1. disp. 16. sect. 6. num. 112. putat, compensationem fieri posse etiam ex re data, & missa alteri in solutionem debiti. Quia licet procurare suum commodum magis, quam commodum aliorum creditorum.

1205

Si quis habeat apud se rem debitoris, non posse uti compensatione in præiudicium aliorum creditorum anteriorum, vult Lugo de iust. tom. 1. disp. 16. sect. 6. num. 126.

Sed oppositum tenent Mecadus tom. 1. lib. 2. par. 3. tract. 23. docum. 5. num. 9. Diana p. 7. tract. 10. resol. 19.

Potest quis retinere titulo compensatiois rem debitoris alteri missam.

L E M M A LXXXIX.

An qui juratur solvere, possit uti compensatione?

Negant Hostien. Imol. Cosset. quos sequitur Gutier. de juram. p. 3. cap. 6. num. 7. ex l. si cum filio, D. de compens. ubi compensatio est ficta solutio.

1206

Jurans se solvere, potest uti compensatione.

Oppositum docet Sanch. tom. 1. decis. lib. 3. cap. 17. num. 15. ex l. 4. §. soluisse, D. de re jud. quia compensatio, licet ficta solutio, verè liberat ab ære alieno.

1207

Adde, juramentum solutionis, intelligi, ut satisfiat Creditori; & compensatione satisfiat, Bald. Bart. Curhan. Plat. & alii apud Covar. de pactis, p. 1. §. 4. num. 9. Sà v. Juramentum, num. 20.

L E M M A XC.

In quibus rebus non liceat Compensatio?

1208

Colligi ex dictis possunt multa, in quibus compensatio excluditur, saltém in foro fori. Modò adnectenda sunt alia. I. in causa Spolii non datur compensatio: hoc est. Spolians non potest retinere pro suo debito spoliatum, l. fin. C. de compens. Nam spoliatus ante omnia est restituendus, licet spoliatus esset dominus rei spoliatae; Et hoc in odium illorum, qui spoliant, cap. fin. de ord. cognit. Ità ut etiam Prædo restituatur, c. in literis, 3. ibi: Quia prædo etiam est secundum rigorem Juris restituendus. de restit. spoliat. l. si quis, 7. C. ad l. Jul. de vi publ.

Cessat compensatio in spolio.

II. Non datur compensatio in tributis, & decimis contra Fiscum, l. si ea, 7. C. de compens. l. fin. l. idem, 12. D. eod. l. aufertur, §. qui compensationem, D. de jur. fisci.

1209

In tributis.

III. Contra Sacerdotem petentem decimas non datur compensatio, secundum Gl. in cap. decime, 68. v. Tributa, 16. q. 1. Jas. hic num. 14. Rom. sing. 254. * & alios, quos sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 100. num. 20. * Ratio est: quia sunt tributa, in quibus compensatio cessat, l. 3. C. de compens. Ita ut, nec appellans pro retinendis decimis audiatur, c. tua, 26. ibi: Nec decimas, qua tributa sunt egentium animarum, præsumunt detinere. de decim.

1210

Decimis.

IV. Adversus illum, qui agit pro alimentis, non datur compensatio, nisi fortè alimenta sint præterita. Nam venter dilationem non patitur, l. in ea, 3. ubi DD. C. de compens.

1211

Alimentis de præsentis.

L E M M A XCI.

Cui competat electio in debito compensando?

Quando ex pluribus causis, quis est debitor potest eligere, quam velit compensatione tollere, l. quod Labeo, 13. D. de compens. Et hoc etiam si debitum sit litigiosum, dummodo cum alio litigioso velit compensare, l. in compensatio, 8. ibi: In compensationem etiam id deducitur, quo nomine cum alio litigioso contestata est, D. cum litigioso de compens. Alex. vol. 2. cons. 12. Non tamen potest compensare Neapoli rem debitam Roma, l. 2. §. idem Julianus, 7. D. de eo quod certo loc. Nam interit rem solvi hic, & non alibi.

1212

Compensatio litigiosa.

L E M M A XCII.

Quando possit apponi Compensatio?

Compensatio potest opponi etiam post sententiam, quæ transit in rem judicatam, l. Neofennius, 41. §. fin. D. de re jud. Salg. in l. 2. D. eod. Nam exceptio, quæ non impugnat sententiam, potest post illam opponi, d. l. Neofennius, 41. Aff. dec. 121. num. 3.

1213

Hæc exceptio compensationis, ubi primum est opposita à Reo, extinguit actionem Actoris, l. 3. D. de compens. Aff. l. c. Si pars neget debitum, non potest deinde compensationem opponere, si debitum probetur, l. nemo, 44. ibi: Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam in alia defensione uti; nisi lex impediatur. D. de reg. jur.

1214

Compensatio potest opponi etiam post sententiam.

Pars debet opponere exceptionem compensationis, l. 2. ibi: Unusquisque creditorem, eundemque debitorem petentem submovet, si paratus est compensare. D. de compens. Soc. jun. cons. 24. nu. 26. vol. 3. Et quamvis tex. noster dicat ipso jure in-

1215

colligi, subnectas parte opponente, *Surd. dec. 191. num. 15. Gald. Papa decis. 221. Franchis decis. 53. num. 2. ** & Senatus Sabaudiz firmavit, ut inquit *Ant. Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 23. de compensat. defn. 3. num. 9. & defn. 4. quem sequitur, alios addens, D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 24. num. 12. **

Compensationem opponens debitum fatetur, *Cyn. Bald. & Salye. in l. exceptio, C. de compens.* Nam opponens compensationem, vult debitum extinguere. Ergo, debitum adest; secus esset ante compensationem extinctum.

De forma Compensationis.

IN forma compensationis requiritur, ut servetur æqualitas inter debitum, & creditum; Et ut liquidum cum liquido, illiquidum cum illiquido, litigiosum cum litigioso, delictum cum delicto, compensetur, *l. fin. C. eod. Affl. decis. 381.*

Requisita ad compensationem, quæ in forma compensationis servari debent, sunt ex dictis. I. Ut debitum sit moraliter certum modo explicato. II. Ut compensans accipiat tantum, quod sibi debetur. III. Ut debitum sit actu, non potentia. Sed si creditor careat spe recuperandi suum creditum, tempore præfixo, potest tunc ante tempus compensare, modò temporis dilationem temperat, relaxando partem crediti, *Tanner. 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 14. num. 406. Lugo de just. tom. 1. disp. 16. sect. 5. num. 93.* IV. Ut admoneat debitorem, ne bis solvat. V. Ut per Judicem recuperare non possit: Nam potens per Judicem, peccaret usurpatione jurisdictionis, si propria autoritate compensationem faceret, secundum DD. quos sequitur *Hurtad. de just. disp. 13. diff. 6.* Sed ego non video, quam jurisdictionem habeat Judex ad has compensationes occultas, qui tantum est constitutus ad fovendam publicam quietem: atque adeo puto, hanc conditionem non requiri, si ex compensatione non oriatur turbatio Reipublicæ, non scandalum, & hoc quamvis facile Judex possit adiri. Nam semper expensæ requiruntur: quas nunquam repetet, in quibus, ne damnificetur, jus habet. Et hujus sententiæ est *Malter. 2. 2. tract. 4. cap. 1. dub. 6. Valer. in differ. v. Compensatio, diff. 3. num. 2. Villal. tom. 2. Decal. lib. 7. cap. 7. dub. 50. num. 4.* qui ait, quod si testes desint, & Debitor sit potens, vel Judex nolit condemnare, aut requirantur Expensæ, Molestiæ, Amisio benevolentiæ, vel favoris; tunc occultè compensare, nullum est peccatum; Nec est mortale, licet possit per Judicem compensare.

DE ACTIONIBUS ARBITRARIIS.

Ex §. Præterea quasdam.

L E M M A X C I I I.

Quid, & quæ sint Actiones Arbitrariæ?

Actio Arbitraria est, in qua Judex procedit secundum æquitatem, *tex. hic*, & potest definiri. Actio arbitraria, est Jus prosequendi aliquid, juxta discretam Judicis æquitatem, non juxta rigorosam partis petitionem. *l. 2. & 3. D. de eo quod cert. loco, ubi in l. 2. dicitur, actionem arbitrariam continere utilitatem Actoris, & Rei. Nam quandoque pro Actore, quandoque pro Reo pronunciat Judex, d. l. 2. ibi: Arbitraria Actio utriusque utilitatem continet, tam Actoris, quam Rei.*

Actiones ergo Arbitrariæ dicuntur, in quibus Judex non procedit secundum naturam actionis stricti juris; sed ex aliquo contingenti procedit ex bono, & æquo. Ut melius discurras, cognoscere tibi est necessum, dari Officium Judicis Nobile, & Mercenarium. Nobile actioni non servit, & sine actione exerceri potest: ut quando Minores petunt restitutionem in integrum ex Judicis officio, *l. qui per collusionem, §. 1. ibi: Cum hæc non sunt in obligatione, sed officio Judicis præstantur. §. 1. D. de act. empt.* Mercenarium actioni servit, & sine actione non datur. Vide *Glos. in l. 4. C. de DD. in cap. fin. de offic. Judic.*

Quæ autem Actiones sint arbitrariæ? videas in nostro text.

L E M M A X C I V.

Quot modis Actio possit fieri arbitraria?

Quandoque Actiones etiam stricti juris fiunt arbitrarie ex aliquo contingenti. Et tunc etiam distinguuntur ab Actionibus bonæ fidei.

Nam in bonæ fidei Judex arbitratur ex natura actionum, & sic ejus arbitrium est Mercenarium. At in Actione stricti juris non arbitratur ex natura actionum; sed ex aliquo accidenti, ratione cuius Judex debet procedere ex bono, & æquo.

Hoc accidens ex quatuor causis potest nasci. I. à loco. II. ratione pænæ. III. ratione interrogantis factæ à Judice. IV. ratione jussu Judicis per restituenda. I. Ratione loci Actio fit arbitraria, quoad interesse; si Debitor alibi solvat, ubi non est constitutum; tunc enim pro illo interesse, Judex habet æquum arbitrium, *l. si hæres, 6. ibi Si hæres à Testatore jussus sit certo loco quid dare, arbitraria actio competit, cum l. seq. D. de eo quod cert. loc.*

II. Ratione pænæ imponendæ Actio fit arbitraria, ut si Judex præcipiat inferenti metum, restitutionem rei obtentæ per metum; tunc si Reus nolit obedire, condemnatur in quadruplum, *l. cum exceptione, §. 14. §. in hac actione, ibi: Quia non statim quadrupli est actio; sed si res non restituatur, D. de met. cau. quam pœnam potest restituere, si Actor nolit pœnam, l. arbitrio, 19. Ideò autem, D. de dolo.*

Judex habet magnum arbitrium, quando ex iudiciis debet devenire ad condemnationem, vel ad absolutionem, vel ad torturam: ut quotidie criminalibus Subsellis audiri dicit *Favinc. in pract. crim. tom. 2. de ind. & tort. q. 37. num. 192. ex l. 3. §. ejusdem quoque, D. de test. l. de minore, 10. §. plurimum, D. de quest. Bald. lib. 1. cons. 91. num. 6. Mascard. lib. 1. de probat. q. 15. & lib. 3. concl. 2345. num. 16.*

Judicis tamen arbitrium non est voluntarium, & liberum; sed ligatur bonitate, & æquitate, *Pal. in pract. cri. v. Suffocavit uxorem, nu. 25. Burf. vol. 3. cons. 316. num. 16. ex l. 1. ibi: Ut legem non offendat. D. de usur. c. cum autem, dist. 22. c. judicet, 3. q. 7. Felin. in c. quoniam frequenter, §. pœrò, num. 14. ut lite non conti. & luculenter novissimè inquit D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. R. Merlin. cent. 1. c. 66. num. 3. & 4.*

III. Propter interrogationem Actio fit arbitraria: puta, si Judex interroget Dominum: an velit in Actione noxali refarcire damnum illatum à Servo? an potius velit dare Servum, qui damnum intulit? Si Dominus dicat, se velle dare Servum, & deinde non det; confurgit Judicis arbitrium, ut possit damnare, Dominum servi ad totam summam.

III. Propter jussum fit Arbitraria: Ut si Judex jubeat aliquid restituere, & Reus nolit; tunc agitur, ut Actor possit implorare officium Judicis, ad hoc, ut condemnet Reum, non solum ad restitutionem principalis; sed etiam, ut secundum æquitatem cogat ad solvendum interesse lacri cessantis, & damni emergentis, *l. qui restituere, 68. ibi: Qui restituere jussus Judicis non parerit, contendens non posse restituere, siquidem habet rem, manu militari officio Judicis ab eo possessio transfertur, & fructuum dumtaxat, omnisq; causæ nomine condemnatio fit. D. de rei vind.*

Ex quo omnis Actio realis, personalis, mixta, in qua aliquid est restituendum, fit arbitraria, si non fiat restitutio Judice præcipiente; in quantum Judex, tunc pro arbitratu potest Actori deferre juramentum in litem, de valore rei, fructibus, affectionibus, damnis & interesse, *l. qui restituere, 68. in fin. ibi: Is quantum adversarius in litem sine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus est. D. de rei vind.* Quæ regula currit etiam in *Calvisiana*, seu *Faviana*, quæ est Actio data Patrono adversus eumentem bona à Liberto, alic-

1214
Compensationem opponens fatetur debetur.

1219

1216

Requisita ad compensationem.

1217

1218

An liceat propria auctoritate, si in summ. tom. 2. tract. 17. dub. 23. nu. 7. Trullench. tom. 2. Decal. lib. 7. cap. 7. dub. 50. num. 4. qui ait, quod si testes desint, & Debitor sit potens, vel Judex nolit condemnare, aut requirantur Expensæ, Molestiæ, Amisio benevolentiæ, vel favoris; tunc occultè compensare, nullum est peccatum; Nec est mortale, licet possit per Judicem compensare.

1221

1222
Ubi Judex arbitratur.

1223
Actio fit arbitraria.

I. à loco.

II.

1224

1225

II. à pœna
In qua magnum est Judicis arbitrium.

1226

1227
III. Ratione interrogantis Judicis.

1228

IV. Ratione jussu Judicis.

1229

Si est aliquid restituendum, semper est arbitraria, sive est familiaris, sive est communis, &c.

DE SENTENTIÆ CERTITUDINE.

alienata in fraudem Patroni : qui Emptor, nisi restituat, condemnabitur ad solvendum interese, prout Patronus juraverit in litem, l. tenetur, 5. D. si quid in fraud. patr.

DE CERTITUDINE SENTENTIÆ JUDICIS, ET LIBELLI.

Ex §. Curare autem.

Licet Judex in Arbitrariis ab initio certam materiam non habeat, de qua possit ferrè sententiam; sed habeat latitudinem prudentis arbitrii; tamen curare debet pro viribus, ut de certa quantitate sententiam proferat, *ten. hic. Curare autem debet Judex, ut omnino quantum possibile sit et, vna pecunia, vel rei sententiam ferat. Et in l. hęc sententia, 3. & 4. C. de sentent. quæ sine cert. quant. Et Judex potest incertitudinem suæ sententiæ explicare ante executionem, si sit Ordinarius, non verò si sit Delegatus, l. ab executione, 4. ubi Bart. D. de appell.*

Non solum sententia Judicis debet esse certa; sed etiam libellus, l. 1. D. de ed. l. si in rem, 8. ibi: Si in rem aliquis agat, debet designare rem, & verum totam, an partem, & quosam petat. D. de rei vind. §. ad excludendas, Auth. de litig. coll. 9. Non tamen per hoc corruit *ten. noster*, qui videtur incertas petitiones admittere: Nam sunt tria genera actionum, Universalium, Generalium, Particularium. Actio Universalis est, qua petitur jus aliquod universale: ut est hæreditas; quæ comprehendit totum defuncti patrimonium, l. hæreditas, 63. ibi: Hæreditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuerat, D. de reg. jur. Universales sunt quatuor. I. Petitio hæreditatis. II. Actio Familie exciscundæ. III. Actio ex testamento data pro fideicommissis ex S. C. Trebelliano restituendo. IV. Actio in empto pro hæreditate emptæ. Omnes enim de hæreditate agunt, quæ est Jus Universale, l. nihil aliud, D. de verbor. signif. ad quarum similitudinem alias aglutinat, Bart. in l. 1. D. de edem. Ita ut semper sit universalis actio, quæ petit Universalitatem, sive Juris: ut hæreditas, sive facti: ut peto Ecclesiam, Castrum cum pertinentiis suis, Peculium, &c. *Innoc. in cap. conquærentes, de off. Ordin.*

Generalis est, qua non petitur Jus Universum; sed petitur aliquod, quod ex se continet plura capitula, licet non sint omnia bona defuncti, quæ ad fihum fortasse non pervenerunt: ut Actio negotiorum gestorum: Tutelæ, quæ continet administrationem vini, fundi, &c. *Innoc. in cap. conquærentes, de off. Ordin.*

Particularis Actio est, quæ non continet plura ex se, licet possit continere: ut petitio rei emptæ, *Gl. & Abb. in c. 2. de lib. obl. Quibus delibatis: Actiones Generales, & Universales sunt quidem in particulari incertæ, sed non generaliter, & Universaliter: nec necessum exprimere: peto hanc rem; sed in Universalibus sufficit petere hæreditatem: quia hæres sum. In Generalibus satis est expressio causæ, & facti: ut peto restitutionem administrationis tutelæ, à te gestis. Sic petitio hæreditatis tenet, rebus non narratis, quæ tamen in executione debent certificari, l. si quo tempore, D. de per. hered. Abb. in c. 2. de libell. obl. In Generalibus Actionibus declaratio lite contestata debet fieri ante sententiam, l. licet, C. de judic. l. si vi, D. de de cond. & demon. Ita in petitione tutelæ, petitur reddi computum administrationis tutelæ, non specificatis rebus contentis sub tutela; quæ tamen ante sententiam debent certificari, *Abb. in d. c. 2. l. licet, 2. ibi: Si species, de qua agit, C. de jud. Cur autem non in Universalibus, sed in Generalibus, ante sententiam sint res exprimendæ. Ratio disparitatis est: quia in Universalibus Judex declarat jus Actoris: sc. esse hæredem, & restitutio Judicis officio fit, l. 4. D. de per. hered. Ac in Generali Reus condemnatur ad restituendum, hoc, vel illud, in quo deliquit. Adeoque debet constare id, de quo ferenda est sententia condemnatoria, *Bart. in l. 1. D. de edem. Abb. l. c. num. 22.***

Cur diversa actio Universalis à Generali.

In Particularibus Actionibus requiritur certitudo sufficiens ad indagandam rem, & qualitatem: ut peto Terram A. tantam Auri massam, l. 1. §. si quis argentum, D. de depos. l. si quis intra, C. de bonis proscript. l. si in rem, 6. D. de rei vind. Per quæ patet. Qui libellus, & quando sententia debeat certa continere? *cap. ei, qui, §. diffinitiva, 2. q. 6.*

Dictis tamen non opponitur. Actionem proponi posset alternativè, ut sit, quando quis tenetur reddere unam, aut alteram rem, bovem, vel equum, l. ubi autem non apparet, 75. §. qui illud, ibi: Qui illud, aut illud stipulatur, veluti decem, vel bovem, sicutum. D. de verb. oblig. Vel si petatur res, aut ejus æstimatio, l. 1. D. de act. empt. l. si servum, 91. §. fin. D. de verb. obligat. Nam licet alternativa ista sit incerta, l. Prætor edixit, 7. §. quod autem, D. de injur. l. veteribus, 39. D. de pact. l. certam, 6. ibi: A quo incertum confiteatur: veluti si corpus sit confessus, sed & si sicutum, vel fundum dare se oportet, D. de conf. tamen non nocet: quia oritur ex voluntate testatoris, vel paciscentis, potestque certificari per Judicem cogentem ad determinationem; si qui tenetur, nolit eligere, l. non quocumque, 84. §. fin. l. cum res, 49. §. sed est, D. deleg. 1. l. cum quidam, 4. C. de verb. signif.

Ubi rectè monemus, Actorem teneri determinare, quod ex alternativis velit, si ad ipsum spectet electio: si verò spectet ad Reum; tunc pendente judicio, Reus eliget, quod dare intendit, l. ubi autem, 75. §. quod illud, aut illud, D. de verb. oblig. l. plerumque, 11. §. fin. ibi: Nam, & cum illa, aut illa res promittitur, Rei electio est, utrum præstet. D. de jur. dot. l. non utique, 3. D. de eo quod cert. loc.

Nota hic, in contractibus in dubio electionem esse debitoris, d. l. non utique, §. fin. & d. l. plerumque, 11. & l. cum quidam, 4. C. de verb. signif. In ultimis voluntatibus electionem spectare ad legatarium, l. Eucto, 23. ibi: Potest Legatarius, vel fundum vindicare, vel fructum; D. de leg. 2. l. in testamentis, 12. D. reg. jur.

Quando libellus est incertus, tenet processus, nisi excipitur, *Glos. in l. fin. in fin. C. de ann. except.* Tamen debet declarari, Judice, vel parte exigente. Nam de re incerta, sententia non fertur, l. idem, *Pomponius scribit, 5. §. fin. ibi: Nec appareat, de quo actum sit, Pomponius dicit, nullam fieri condemnationem, D. de rei vind. cap. cum Bertoldus, 18. de sent. & re jud.*

In criminalibus, accusatio de omnibus delictis non valet, l. libellorum, 3. ubi Bart. D. de accus. l. Prætor edixit, 7. de injur.

Quid in Regno?

In Regno ex Pragm. quæ incipit, *Dispendia litium, de ord. judic. & ex cap. detestantes*, in judiciis proceditur de plano, sola facti veritate inspecta, nec requiruntur in libello sophisticæ solemnitates; sed tantum illæ, quæ sunt de substantia libellorum, & respiciuntur rei veritatem; ita ut Actor se clarè explicet, & Reus se possit faciliter defendere, *Carav. ad Rit. M. C. sup. cap. detestantes, n. 20. Pragm. 1. quæ incipit, Dispendia, Anchar. conf. 383. Muscatell. in præf. civil. p. 1. gl. petitur, num. 4. & 3. p. gl. obscuris, n. 1. ait, hodie contra libellum admitti exceptionem obscuritatis: cui exceptioni possunt partes renunciare, ex l. fin. C. de ann. except. ibi: Spontè recipit Reus de sua justitia confessus. Et si Pars admittat libellum obscurum; signum est ipsam intelligere, quod ibi continetur, & facta lite contestatione, amplius opponi nequit obscuritatis exceptio, *Bald. in cap. exceptionem, C. de probat.* Nisi talis sit, ut impediatur Judicis sententiam. Nam tunc adhuc ante sententiam opponi potest.*

DE SENTENTIA JUDICIS.

Ex eodem §. Curare.

Sententia est Judicialis definitio finem controversiæ imponens condemnando, vel absolvendo. Est triplex: Definitiva, Interlocutoria, & Habens quosdam vim sit sententia.

1238

1239

Quid in actione alternativa.

1240

1241

Electio cuius sit.

1242

Id currit regulariter.

1243

Libellus incertus.

1244

1245

Obscuritas opponitur in Regno.

1246

Quid, & vim sit sententia.

vim definitivæ. Definitiva terminat principalem quæstionem, condemnando, vel absolvendo, l. 1. D. de jud. l. 1. C. eod. cap. Præses, 2. q. 6.

1247

Interloquutoria terminat negotium incidens, vel emergens inter principium, & finem litis: ut sunt sententiæ circa exceptiones dilatorias, & articulos incidentes, cap. significantibus, 38. de offic. deleg. l. pen. C. de reb. cred.

Quæ habet vim definitivæ.

Habens vim definitivæ est, quæ parit damnum irreparabile. Ut defensionis exceptio, parit damnum, quod reparari nequit, si vera non est. Cum homicida condemnatur, & absolvatur, si vera est defensio.

1248
Fertur ore proprio.

Sententia est ferenda proprio ore Judicis, l. 1. C. de sent. cap. ad nostram, ibi: Sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, de consuet. Nisi Judex sit Illustris, qui potest per alium recitare, §. Sancimus, Auth. ut ab illustri, & qui sup. coll. 5.

1249

Sententia facta à Judice non suo est nulla, cap. in primis, 7. 2. q. 1. l. fin. ibi: Nè quemquam litigatorum sententia, non à suo Judice dicta, constringat, C. si à non compet. Jud. cap. at si Clerici, 4. de judic. ibi: Sicut enim sententia à non suo Judice lata non tenet.

Servato ordine juris.

Sententia prætermissio ordine judiciario est nulla: scilicet omiſſis defensionibus, litis contestatione, l. 4. C. de sententiis, ibi: Prolatam à Præside sententiam contra solitum judiciorum ordinem, auctoritatem rei judicatæ non obtinere, certum est. §. se debunt, Auth. de jud.

1250

Jure Communi intrà biennium in Criminali: & triennium in Civili, ferenda est sententia, l. propterandum, 11. ibi: Cum criminales quasdam causas jam nostra lex biennio conclusit, C. de judic. cap. penul. ibi: Asserentes instantiam prædictam per discursum trienni perisse. De Judic.

In loco publico.

Sententia debet ferri in loco, in quo Jus dici consuevit, l. pen. D. de just. & jur. l. cum sententiam, 6. C. de interloc. omn. Judic.

1251

Sententia fertur in principali, si litem contestatus est, secus in procuratorem.

Si causa contestata sit per Procuratorem, vel Syndicum, sententia concipienda est in ejus personam, cap. olim causam, 20. de censib. l. 1. ibi: Non videtur nobis rationem habere sententia prædecessoris tui: cum cognovisset inter petentem, & procuratorem, non procuratorem, sed ipsam dominam litem condemnavit, cujus persona in judicio non fuerit. C. de sent. & interloc. c. querelam, 25. de elect.

1252

Vel contra utramque.

Si verò Dominus litem saltem contestatus sit, sententia formatur in Domini personam, licet postea dederit procuratorem, l. libero, 32. D. de neg. gest. cap. ex literis, 6. de transact. Sed tutius in utrumque sit condemnatio, l. nihil arbitratur, 20. C. de procur. In Criminalibus semper fertur condemnatio in personam Domini, l. fin. C. de jur. jurand.

DE CERTITUDINE SENTENTIÆ.

Ex eodem §. Curare.

1253
Sententia debet esse de re certa.

Judex pro viribus debet in sententia explicare determinatam quantitatem, tit. C. de sent. quæ sine cert. quant. Et si quantitas est incerta, sententia est nulla, nec exequenda, l. 3. C. cit. tit. Ut si Judex dicat: Solvas quantitatem omnem debitam cum suis usuris. Vel solvas, quod accepisti, l. 3. & 4. ibi: Hæc sententia, quæ bona fide accepisti, solve, cum incertum esset, quod accepisset, quantumque ab eo peteretur, præsertim cum ipse, qui extra ordinem judicabat, interlocutus sit; dotem datam, quo repetetur, non liquidam esse: judicati auctoritate non nititur. C. cit. tit. Nam iterum Reus diceret ad minimum teneri. Et denuò litigandum esset.

1254

Certificari potest ex actis.

Sententia incerta ex pluralitate nominum non tenet, Bald. in l. tempus, §. quotus, D. de hered. instit.

Si Judex dicat: Solvas quantitatem deductam in actis, vel in instrumento contentam, tenet sententia.

Nam potest quantitas certificari per acta, per instrumentum, tit. C. de senten. quæ sine, l. in sententiis, 59. l. ait Prætor, §. si Judex, ibi: Si Judex aliquem sic condemnet, ut quod habet ex testamento, vel codicillis Mevii, restitueret Titio: sic accipiendum est, quasi quantitatem nominaverit, quæ testamento, vel codicillis relicta est. D. de re jud. & tunc semper certificatur per acta; vel aliundè ante executionem, cap. auditis, 8. de procur.

Judex potest Grammaticam, non sensum sententiæ corrigere, l. quod bene, D. de Judic. cap. in literis, 9. de offic. deleg. cap. quod bene, 60. 6. q. fin. Nam post sententiam amplius non est Judex illius causæ, l. Judex postea quam, 55. ibi: Judex postea quam semel dixit sententiam, Judex esse desinit, D. de re jud. Et ratio assignatur in d. cap. in literis, 9. ibi: Quia semel est officio suo functus.

Potest etiam Judex ordinarius interpretari, & declarare sententiam, l. ab exequutore, 4. D. de appell. l. actorum, 46. ibi: Actorum verba, emendare, non est prohibitorium, non est perseverante; non est prohibitorium, raro suam D. de re jud. & declarare est nihil de novo addere, l. hæredes, 21. §. si quid, D. de testam. Et potest etiam emendare sententiam à se latam, nisi sic appellatum, volunt quidam. Quia semper habet jurisdictionem, l. 4. C. quom. & quan. Jud. Sententia tamen interloquutoria ab eodem potest revocari. Quia in tota causa non desinit esse Judex, l. quod jussit, 14. ibi: Quod jussit, & vetuit Prætor, contrario imperio tollere, & remittere potest. D. de re jud. Felician. in cap. qualiter, 17. de confit. & nuper D. Scoppa ad contrav. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 23. n. 24. in fin.

DE PENA PLUS PETENTIUM.

Ex §. Si quis agens.

Actum est de petitione Actoris. Videamus nunc, quomodo puniatur, si plus petat.

Ex quatuor Capitibus quis plus petere potest. I. Re. II. Tempore. III. Loco. IV. Causa.

Re: Ut si quis petat majorem sumam: puta mille, quando debentur centum.

Tempore: Ut si petat ante præfixum tempus, vel ante adventum conditionis.

Loco: Si petat Romæ, quod est solvendum Neapoli §. loco plus, hoc tit. ibi: Loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco sibi dari stipulatus est, alio loco petit.

Causa: Ut si petat debitum ex duplici causa; vel debitum sit ex alternativa ad electionem debitoris, & ipse petat ex una causa: tunc enim tollit à Reo libertatem electionis, §. hinc autem, hoc tit.

Pœna olim erat, ut amitteret causam absque spe restitutionis in integrum, nisi fuisset Minor 25. ann. deceptus ex simplicitate, vel ignorantia, §. si quis agens, hoc tit. ibi: Si quis agens in intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertinet: à causa cadebat. At hodie non amittit causam, l. bonum, 41. §. si sub conditione, D. de edil. edict. l. pecunia, 36. D. si cert. pet. Sed punitur plus petens tempore, duplicatione temporis. Ita ut teneatur expectare tantum temporis post tempus præfixum; quantum fuit tempus, in quo citius petiit, & interim non currunt usuræ, §. Sed hodie, infra de except. lun. C. de plus petition.

Qui petit plus ratione rei, punitur in tripulum. Unde petens plus decem, solvit triginta, §. tripli sup. hoc tit. Butr. in cap. 2. de libell. oblat. ceteri solvunt expensas. Vide ad hæc, Ant. Fabrum in suo Cod. lib. 3. tit. 9. de plus petit. defn. 1. n. 7. in all. & alios, quos sequitur D. Scoppa in Scholiiis ad contrav. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 22. n. 3. *

Repetens debitum jam solutum, punitur pœna extraordinaria crimine stellionatus, l. si fidejussor, 29. §. in omnibus autem, ibi: Ipse autem stellionatus crimine propter suam calliditatem plebetur. D. mandat. l. 2. & 3. D. de crimina. stellion. Et stellionatus est crimen sine titulo, sive sunt multa crimina simpli, d. l. stellionatus, 3. ibi: Ubisumque ijtur

1158

1256

Ordinarius potest declarare sententiam.

1259

1258

Quot modis plus petatur

1259

1260

Pœna plus petentis.

Plus petens tempore, punitur duplicatione.

1261

Repetens debitum et solutum, punitur extraordinariè.

1262

tur titulus Criminis deficit, illic stellationum ob-
jectionibus, D. de crimin. stellation.

L E M M A XCV.

An petens minus repetat residuum?

Ex §. si minus?

1263
Minus petens
petit res-
duum.

Repetit, *tex. hic*, & in l. si quidem, 24. C. de
transact. Nemo enim presumitur vell
donare res suas, l. 25. D. de probat. Presumeretur
tamen donare, si diceret: peto tantum quinque,
Bart. in l. si cum dos, 8. D. de ad. rev. amot.

Nota, quod qui petit unum pro alio, vel ex cau-
sa alia per errorem, potest corrigere errorem, *tex.*
hic in §. si quis, & in l. edita, 3. ibi: *Edita actio*
speciem future lites demonstrat, quam emendari,
vel mutari licet, prout edicti perpetui monet aucto-
ritas. C. de eden. l. 9. C. de lib. cau.

1264
Libellus
non emen-
datur post
lites conte-
stationem.

Libellus tamen potest emendari ante, non post
litem contestatam, l. si maritus, 15. §. prescriptio-
nes, l. denunciaste, 17. §. quid tamen, D. ad l. Juliam
de adul. Potest tamen in obscuris declarari etiam
lite contestata, l. actorum, 46. D. de re jud.

Plus addi non potest in libello, l. non potest, 23.
ibi: *Non potest videri in iudicium venisse id, quod*
post iudicium acceptum accidit. D. de jud.

1265

Actor petens mille, potest etiam lite contesta-
ta, petere centum. Nam expedit lites diminui,
l. quidam estimaverunt, 21. ibi: *Cum ad officium*
ejus pertineat lites diminueri, D. si cert. pet.

Libellus mutari non potest post contestationem,
d. l. edita, 3. ubi *Gl. v. emendari, c. significantibus,*
2. de lib. obl. & hoc etiam si in libello apponatur
clausula (salvo jure addendi) *Gl. in c. inter dile-*
ctos, 14. v. Salvo, de fide instr. Nam Jus vult non
mutari libellum, d. l. edita, 3. Et protestatio con-
tra Jus non operatur, c. cum M. Ferrariensis, 9. de
confit.

1266
Licet va-
riatio, que
non mutat
libelli sub-
stantiam.

Mutatio, si substantiam non variet libelli, po-
test fieri usque ad sententiam: puta, si quis petat
damnum illatum a servo; potest addere, an sit
factum sciente, an ignorante Domino? l. Prætor,
2. §. decem, D. de vi bonor. l. in delictis, 4. §. si de-
tracta, ibi: *In ipso autem iudicio si voluerit, &*
scientiam domini arguere, non est prohibendus,
D. de nox. actual.

DE CUMULATIONE ACTIONUM.

1267
Actiones
plures quæ
do possunt in
eodem libel-
lo cumulari.

Cumulatio est unius actionis cum alia coadu-
natio, Bart. in d. l. edita, 3. num. 13. ubi *Dec.*
num. 58. In eodem libello, plures actiones cumu-
lari possunt, l. si idem cum eodem, 11. D. de jurisd.
omn. Nam hoc est expediens ad finiendas lites,
l. propterandum, C. de jud. Intelligas, nisi una actio
opponatur alteri, ut inquirunt DD. quos sequitur
D. Poppa ad Controv. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 80.
num. 4. Nam allegans contraria in eodem iudicio,
non est audiendus, l. 1. ibi: *Neque enim æquitas*
patitur, ut & criminis causam persequaris; & bona
fidei contractum impleri possules, C. de furtis.

DE CUMULATIONE ACTIONIS
CIVILIS, ET CRIMINALIS.

1268
Actiones
non contra-
rie cumula-
tur.

Diximus, cumulationem posse fieri, quando
actiones non sunt contrariæ, debemus hoc
exemplo explicare. Et est; quando quis peteret
fundum jure proprietatis, & servitutem in fundo;
istæ duæ actiones sunt contrariæ: Quia nemo po-
test habere servitutem in suo fundo; & ided quan-
do petit fundum jure proprietatis, non potest pe-
tere servitutem in illo fundo. Vide l. fundum, 16.
D. de except. & l. 2. D. si serv. vind.

1269

Nunc Actio civilis, & criminalis, vel cumula-
tur in eodem libello, vel coram eodem Judice ex
diversis libellis.

Non Crimi-
nalis, & Ci-
vilit.

1. Regula, *Nequit cumulari Actio Civilis, &*
Criminalis, nec è converso, l. 2. §. hoc edito, D. de
vi bonor. rapt. l. ex morte, 3. C. ad l. Aquil. l. inter-
dictum, 4. C. de public. jud.

1270

Possunt tamen in eodem libello plures Actiones
Civiles, & Criminales contra diversas personas
intentari, *Bellapert. in l. 1. vol. pen. C. quando civit.*

act. crim. præjud. Cuns. in d. l. edita, num. 174.

Semper, ac una præjudicat alteri, facit illam
cessare, l. 1. C. de appel. l. quoniam, 26. C. ad l. Jul.
de adult. Sic, Causa falsitatis testis facit superse-
dere criminalem principalem, quando inducitur à
Reo contra testes: quia est illi præjudicialis, arg.
l. 1. C. si ex falsis instr.

1271

In S. C. fuit practicum, ut causa criminalis
faciat superfedere civilem, non quoad processum,
sed quoad sententiam, *Affl. dec. 103. Capyc. dec. 25.*
n. 1. Gramm. dec. 60. n. 23. in fin. Clar. §. fin. q. 2. n. 4.
v. Sed quæro numquid.

1272

Si quis diù post civilem contra ipsum intentatam,
intentet criminalem, non superfedetur in
civili. Quia presumitur calumnia, ex l. 2. §. si
quis, D. si quis caut. l. cum postulassem, 44. D. de
judicat. inf. *Affl. dec. 229. num. 2. Capyc. l. c. num. 5.*
Gramm. l. c. num. 24. Et dicitur negligens, qui pro-
ponit criminalem post conclusum in causa civili,
Affl. dec. 103. Similiter criminalis in genere
possessorii non facit superfedere civilem, *Capyc.*
dec. 25. num. 26. & hoc, licet adsit Pragmatica,
quod producens falsos testes causam perdat; vigo-
re cujus aliàs fuit decretum, per accusationem
falsitatis testium, non procedendum in causa pos-
sessorii. Sed non superfedendum habet *tex. in c. item*
cum quis, ibi: *Item cum quis dicit, se de possessio-*
ne violenter ejectum, vel adversarium clam posses-
sionem intrasse: & adversarius ei crimen obicit,
ut eum à sua intentione repellat: non occurrit no-
bis, quod illius objectio admitti debeat, vel prin-
cipalis causa propter hoc executio retardari, de
restitut. spol. l. si maritus, 10. Cod. de donat. inter.

1273
Criminalis
Civili præ-
judicat.

Nisi spoliato obiiciatur crimen excommunicatio-
nis, hæresis, simoniæ, læsæ Majestatis. Ista enim
inficiunt possessionem, & reddunt spoliatum inha-
bilem ad agendum, *Abb. in d. cap. item cum quibus,*
num. 9.

1274

Si causa Civilis, & Criminalis introducta sit
coram diversis Judicibus; Judex in Criminali po-
test inhibere parti, ut interea à Civili desistat,
Farin. in pract. crim. num. 103.

1275
Quid si sint
diversi Ju-
dices actio-
nis civilis,
& crimina-
lis.

Nota hic ex *Bart. in l. edita, num. 16. C. de eden.*
Regulam universalem: *Posita actione criminali in-*
ter Actorem, & Reum, omnis alia causa flet, etiam
ex diversa origine. Quia luminare majus extinguit
luminare minus. Et causa criminalis est major
causa civili, l. fin. C. de ord. judic. ibi: Major enim
quæstio minorem causam ad se trahit. D. de jud.
ubi Curt. jun. num. 187. Contra Dec. in d. l. edita,
num. 67.

DE ACTIONIBUS INSOLIDUM.

Ex §. Sunt præterea.

Actio insolidum est, per quam petitur totum
debitum. Merito postquam actum est de
illo, qui petit minus, videamus de illo, qui petit
totum, licet Reus, non totum, sed ex æquitate
solvat in quantum facere potest: hoc est deducendo
ne eget. Sicque ei relinquuntur alimenta, l. in con-
demnatione, 134. D. de reg. jur. Et nomine alimen-
torum, juxta dignitatem personæ veniunt habita-
tiones, vestes, & victus, l. legatis alimentis, 6. ibi:
Legatis alimentis, cibaria, & vestitus, & habita-
rio debentur, D. de alim. & cib. l. verbo victus, 43.
D. de verb. sign. Merito nunc videamus. Ex quibus
causis Actor minus consequatur? Inter quas vulga-
rem locum habet.

1276
Quid sit
actio insoli-
dum.

CESSIO BONORUM.

L E M M A XCVI.

Quid sit, & cur introducta?

Ex §. fin.

Quando quis non habet privilegium, ut sol-
vat in quantum facere potest, tunc cessio bono-
rum liberatur. Cessio autem bonorum
est Actus, quo Debitor solvendo imposit, cedit Cre-
ditoribus bona, ut carceres, & molestias evitet.
Idque factum, ne Debitores sine Creditoris emo-
lumento carceribus detenti marcescant.

1278
Cessio bono-
rum quid sit.

Olim

1279
Prisca immanitas contra Debitores indicatur.

Olim enim à Creditoribus, propria autoritate, in vincula conjiciebantur Debitores, Cujac. lib. 3. observat. cap. 39. * atque tradebantur tortoribus, serviebant Creditoribus; à quibus etiam flagellabantur unà cum filiis, Livius decade 1. lib. 2. & 6. Dionys. Alicarnes. lib. 6. histor. Et longè imitior Lex XII. Tabularum, cujus verba apud Gellium lib. 20. c. 1. volens etiam vinciri compedibus ponderis 15. data illis per diem libra farri; Et tandem vendebant, vel necabant divisio corpore Debitoris. Deinde mitius fustigabantur, & cædebantur plumbatis fustibus: ut etiam servabant Judæi, Romanis legibus adstricti, indicatque parabola Christi Domini de remittendis debitis. A quibus plumbatis ictibus liberavit illos Constantinus, ex l. 4. l. 7. C. Theod. de exact. & lata etiam fuit Lex Petilia, ut ex Aurborib. apud D. Scoppa, qui dat alios hac de re tractantes, ad dec. Gratian. observ. 141. à num. 1. *

1280
Cessio bonorum cur introduca.

Ad quam asperitatem temperandam introducta cessione bonorum, l. 1. ibi: In eo enim tantummodò hoc beneficium eis prodest, ne judicati detrudantur in carcerem, C. qui bon. ced. poss. Menoch. lib. 2. de arbit. cas. 183. In qua cessione bonorum, nullus exigitur ritus, nulla solemnitas, l. ultim. D. de cess. bonor. l. in omni, 6. ibi: In omni cessione bonorum ex qualibet causa faciendâ, scrupulositate priorum legum explosa, professio sola quærenda est, C. qui bon. ced. poss. Harprecht. bîc §. ult. num. 3.

LEMMA XCVII.

In quibus currat Cessio bonorum?

1281
In quibus debitis curvat.

Dicas, currere in contractibus, & quasi, & in debitis civilibus, Harprecht. l. c. §. 40. num. 6. Zaf. bîc. Et hoc etiam si civilis pœna sit ex actione injuriarum, Thes. decis. 182. num. 1. & 3. Narra conf. 361. lib. 2. Boer. decis. 148. num. 8. Clar. §. fin. q. 59. Suar. recept. lit. C. num. 45. Ursill. ad Afflic. decis. 378. num. 2. Intelligas quando pœna applicatur parti ratione interesse, non ratione pœnæ, secundum Thes. decis. 182. num. 4. & 7. Maul. de cess. bon. tit. 7. Nam in delictis currit regula: Qui non habet in are, luat in corpore, ne impunitate Orbis intumescat delictis, l. fin. D. de in jus voc. l. 1. D. de pactis.

Qui non gaudeant beneficio Cessionis bonorum.

1282
Qui sua culpa factus est impotens.

Non-gaudet ille, qui sua culpa factus est impotens ad solvendum, Boer. dec. 349. n. 8. Thes. decis. 26. num. 5. Jaf. bîc, Imol. in cap. Odoardus, de solut. ex Novella 135. & ex l. quilibet, 4. C. de Decurton. lib. 10. Farin. in pract. crim. qu. 26. num. 26. & ex l. fin. §. fin. D. que in fraud.

1283

Sed Hunnius thesi 4. dicit, istum gaudere beneficio cessionis: Quia leges indistinctè loquuntur. Et in Novella 135. cap. 1. Justinianus vult, illos, qui sine sua culpa sunt facti impotentes, non teneri cedere; sed sufficere, si jurent se non habere in bonis. Ergò cessio bonorum currit etiam in illis, qui culpa sua, sunt impotentes ad solvendum. Et mihi placet: Quia cessio bonorum pœnalis est satis ad puniendam culpam. Et hoc maximè in locis, ubi cessio est ignominiosa: ut est in Gallia, Roma, Neapoli, ob quam cessionem ignominiosam excusantur isti à restitutione. Nam ignominia illa succedit loco solutionis debiti, Hunn. in Encyclop. juris, p. 2. tit. 27. cap. 3. num. 8. Tusch. tom. 1. concl. 217. num. 4. Menoch. de arbit. casu 138. num. 28. Gl. in cap. sicut dignum, §. eos insuper, de homic.

LEMMA XCVIII.

An Cedens bonis in conscientia debeat restituere, si ad meliorem fortunam venerit?

1285
Nec restituit, si ad uberiorè fortunam de venerit.

NEga. Si cedat cum ignominia. Nam ignominia succedit loco solutionis, ad quam non poterat adstringi à Creditoribus, qui egenti debitori succurrere tenebantur, & non addere afflictionem afflicto, Maulius tr. de cess. bonor. tit. 6. num. 6. Mechadus tom. 1. lib. 2. p. 3. tract. de docum. 6. num. 3. Et Jura in oppositum in l. cum, & filii fa-

miltas, 7. ibi: Si quid postea eis pinguius accesserit, hoc iterum usque ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo avelli, C. qui bon. ced. & in l. fin. C. de cess. bonor. & in l. qui bonis, 6. D. de cess. bon. & in §. fin. hoc tit. ubi tenetur restituere, si quis deveniat ad pinguiorem fortunam, quæ Senatus Sabaudicæ probavit, ut ait Anton. Faber in suo Cod. lib. 7. tit. 31. qui bonis ceder. poss. def. 3. num. 5. Intelliguntur, quando cessio est facta sine ignominia. Et hoc etiam in foro conscientie, Malder. de just. tract. 4. cap. 7. dub. 3. Quidquid contraxerit Amic. tom. 5. disp. 41. dub. 6. n. 24. Trullen. tom. 2. Decal. lib. 7. cap. 15. dub. 5. num. 4. & Covarr. 2. var. cap. 1. num. 6.

An non conficiens Inventarium possit bonis cedere?

I. Cedens bonis juxta Normam Juris Communis non tenetur restituere: nisi in quantum facere potest, si deveniat ad pinguiorem fortunam, contractu, de bon. aut. Jud. poss. Gaspar Hurtad. de just. disp. 9. diff. 3. Malder. l. c. Molin. disp. 592.

II. Hæres non conficiens inventarium, potest cedere bonis, secundum Hunn. disp. 24. thesi 4. & in l. ult. §. 14. C. de jur. delib. Novella 1. c. 2. §. 2. Sicuti enim defunctus, ita & hæres potest bonis cedere. Nam hæreditas transit cum suis juribus, l. hæredem, 60. ibi: Hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat. l. hæreditas, 63. D. de reg. jur. Contrà Brun. de cess. bon. q. 4. Squill. de privil. cred. c. 10. num. 43. ubi ait, Clericum adeuntem hæreditatem non habere beneficium cap. Odoardus, 3. de solut.

An Ecclesia, Minor, &c. possit cedere bonis.

III. Bonis cedit Ecclesia, Universitas, Minor, &c. l. penul. C. eod. & possunt bonis cedere, non obstante, quòd Creditores velint dare dilationes, l. fin. C. eod. Franck. decis. 161. quòd si nolit cedere, & velit gaudere induciis; deinde amplius cedere non potest, l. fin. ubi Gl. v. inducias, C. eod.

An Cessio Principalis profit Fidejussori?

IV. Cessio bonorum, quæ liberat principalem, non liberat fidejussorem, secundum Lug. Cessio principalis tom. 1. disp. 21. sect. 3. num. 39. Nam fidejussores dantur, ut solvant deficientibus principalibus, liberat fidejussorem. ibi: Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo Creditor experietur, defenditur per exceptionem, si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fidejussoribus non datur. De replicat. l. hæres, 22. §. quod si stipulator, D. de fidejuss. Coler. de process. exeq. p. 1. cap. 6. num. 113. Hunn. in Encyclop. p. 2. tit. 27. c. 3. n. 5. Sed oppositum docuit Tusch. tom. 1. conclus. 219. num. 3. Guid. Pap. decis. 211.

An Decoctus possit iterum cedere bonis?

V. Decocti, vulgò falliti, qui semel bonis cesserunt, non possunt denuò bonis cedere, Zaf. in l. qui cedit, num. 7. D. de cess. bonor. Boer. decis. 215. num. 6. & decis. 346. num. 3.

An possit cedere bonis, qui se obligavit ad Carceres?

Qui se obligavit ad Carcerem in eventu solutionis non factæ, Tapat. in epit. decis. 281. tit. de cess. bonor. cap. 5. Sed Coler. de process. exeq. p. 1. cap. 6. num. 121. dicit oppositum: scil. nec cum juramento posse Debitorem se obligare ad Carcerem. Et Covarr. 2. var. cap. 1. Menoch. de arbit. casu 183. num. 18. putant, nec cum juramento posse renunciare beneficio cessionis bonorum, ut etiam dicunt Thes. decis. 36. n. 4. Cappell. Tholos. decis. 67. * & Anton. Faber, qui ita à Senatu Sabaudicæ decifum testatur, in suo Cod. lib. 7. tit. 31. qui bonor. ceder. poss. def. 8. & communiter receptum ait D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 141. num. 22. * Ità ut nec sit petenda absolutio à juramento, Guid. Pap. decis. 211. Nemo enim se obligare potest ad carcerem, quæ est species servitutis, l. liber homo, 13. ibi: Quoniam dominus membrorum suorum nemo videtur, D. ad l. Aquil. Hunn. encycloped. juris, p. 2. tit. 27. cap. 2. num. 5.

1286
Nisi cedat bonis sine ignominia.

1287
Juxta juris communitatem formam.

1288

Non conficiens inventarium bonis cedit.

1289
Etiam si sit Ecclesia, Civitas, minor.

1290
Cessio principalis liberat fidejussorem.

1291
Decocti bonis non cedunt.

1292
Nemo se obligare potest ad Carcerem.

An

An Occultans bona gaudeat cessione bonorum?

L E M M A XCIX.

Qui non conveniantur insolidum?

Ex §. Sunt præterea, usque ad finem.

Sunt personæ, quæ conveniuntur in quantum facere possunt, & solvunt residuum, si deveniant ad pinguiorem statum, de quo cautionem præstant. Et sunt.

1301
Deducto ne egeat convenitur.

I. Filius, & Servus, qui non conveniunt Patrem, & Dominum in solidum, *Tex. hic. Nec Pater enim alii ex contractu istorum conveniunt Patrem, & Dominum, nisi pro rata peculii, Tex. hic, ibi: Si re filium, & verò minus inveniatur. Eatenus condemnat Judex, quatenus in peculio sit, l. sunt qui, l. Patronus, l. inter eos, §. Sed est in parte, D. de re jud. & sic tenetur facere ne ille egeat.*

II. Socius præcipue omnium bonorum, l. verum, §. 1. D. pro socio, l. sunt qui, ubi *Gl. v. Accipiendus, D. de re jud. Intelligas, nisi neget se socium, vel dolose agat, l. sed hæc, §. quod autem, D. de re jud.*

Fidejussor verò, & hæres socii convenitur insolidum, *d. l. verum.*
III. Patronus à liberto convenitur deducto ne egeat, l. veterum, D. pro socio, l. patronus, D. de re jud.

1302
Pater enim re converso, & sic tenetur facere ne ille egeat.

IV. Clericus, *cap. Odoardus, de solut. Genuens. in praxi num. 1. Ricc. p. 2. decis. 20. num. 2.*

V. Donans à Donatario, l. inter eos, §. bis quoque, ff. de re jud. l. ne liberalitate, 50. D. eod.

Undè Donatarius contra Donantem nequit liquidare instrumentum, l. qui ex donat. D. de donat. l. Divus Pius, D. de reg. jur. l. inter eos, §. is quoque, D. de re jud. l. si extraneus, D. de jur. dot. Staiban. cent. 2. resol. 103. num. 123. Carleval. tom. 2. de jud. dispul. 30. num. 16. decisum apud Petram ritu 166. num. 89. in fin.

1303
Patronus.
Clericus donatarius.

VI. Fidejussor illius, qui tenetur in quantum commodè potest. Intelligas, si principalis compareat, suscipiatque in se iudicium, opponendo dictam exceptionem, l. idemque, §. generaliter, in fin. D. mand. Secus eisset, si principalis in se non susciperet iudicium, l. Nefennius, & l. si fidejussor, ubi *Bart. num. 1. D. de re judic. ubi Alberic. verb. Sed ad hoc.*

1304
Fidejussor.

VII. Miles in expeditione convenitur in quantum commodè potest, l. item miles, D. de re jud. *Genuens. in praxi cap. 3. num. 1.*

1305
Miles.

VIII. Socer à Genero pro dote conventus constante matrimonio, solvit, deducto ne egeat, l. sed hoc ita, D. de re jud. Quod non procedit, matrimonio soluto, l. sicut autem, §. sed an, l. sed hoc ita, ubi *Bart. D. de re jud.*

1306
Socer.

IX. Filii ejusdem matrimonii hæredes Patris conventi pro restituenda dote, solvunt quantum commodè possunt, l. etiam, D. solut. matr. *Bart. in l. si cum procuratore, num. 3. D. de re jud. Quod non currit in hærede non suo, & in filio alterius matrimonii, l. si fidejussor, §. si maritus, ubi *Glos. verb. Heredi, D. de re jud.**

1307
Miles.

X. Uxor à Marito, & Maritus ab Uxore conventus ex quovis contractu, l. non tantum, D. de re jud.

XI. Maritus conventus ab Uxore pro dote, l. non tantum, l. sicut, l. patronus, l. fidejussor, §. si maritus, D. de re jud. l. maritus, D. de sol. matr. *text. hic in §. item si dote.*

1308
Maritus pro dote.

Quod cessat I. Si Maritus dolo se reddat impotentem, l. verum, §. tempus, D. pro socio, l. etiam, §. licet, D. solut. matr. l. unica, §. cum autem, C. de rei uxor. act. Quod currit etiam in aliis privilegiatis, d. l. verum, §. quod autem.

II. Si Maritus sit ingratus, vel sit insidiatus vitæ Uxoris, *Rota decis. 231. n. 11. in recens. §. aliud quoque capitulum, §. si verò contingerit, v. Jussum autem, Auth. Ut cum de appellat. cognosc.*

1309

III. Si Uxor sit æque pauper, *Franch. decis. 489.*

IV. Hæres Mariti convenitur in solidum, l. sciendum, l. Nefennius, v. Et sicut, D. de re jud.

1310

V. In Civitate Neap. ut dictum est supra num. 1106.

1293
Occultans bona nõ gaudet cessione.

VII. Qui occultavit bona, non gaudet cessione bonorum, *Gust. de juram. confirmat. p. 1. cap. 16. num. 24. Gom. 2. var. cap. 11. num. 52. Gl. in l. 1. C. qui bon. ced. Figius p. 1. qu. 35. num. 66. ubi ait, bona debere indicari cum juramento, Zaf. in l. qui cedit, num. 5. D. de cefs. bonor. ita ut sibi nec alimenta in conscientia retinere possit, Lug. tom. 2. de just. disp. 21. sect. 3. num. 42.*

1294
Nisi retineat ob alimenta.

Sed oppositum rectius docet *Mecad. tom. 1. lib. 1. p. 3. tr. 23. docum. 6. num. 4. Trullen. tom. 2. lib. 7. cap. 15. dub. 5. num. 1.* Nam quis ob gravem extremam necessitatem potest sibi retinere, & differre solutionem debiti; potest ergò occultare necessaria ad sustentationem, *Amicus tom. 5. de just. qu. 41. dub. 6. num. 26. Hurtad. de justit. disput. 9. diff. 3.*

An Negans debitum, convinctus, cedere bonis possit?

1295

Nega. Nisi debitum ex justis rationibus negaverit. Vel nisi ante sententiam se debitorem fateatur, l. qui cedit, 8. D. de cefs. bonor. *Afflic. dec. 379. & à Senatu Sabaudia probatum ait Ant. Faber in suo Cod. lib. 7. tit. 31. defn. 2. num. 1. & judicio condemnatus etiam potest cedere bonis, si ex justis rationibus iudicio contendit, l. 2. D. qui bonis cedit. Parlad. 2. quotid. cap. fin. p. 5. §. 7. num. 7. Trentactiq. var. tit. de solut. resol. 27. num. 18.*

An cedens sine ignominia bonis, debeat cautionem dare de solvendo residuo, si ad pinguiorem fortunam venerit?

1296
Cedens bonis sine ignominia, restituit, si veniat ad meliorem fortunam.

Affirma, §. fin. ibi: Cum eo quoque, qui creditoribus suis bonis cedit, si postea aliquid acquirerit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere potest, creditores experiuntur, hoc tit. *Boer. decis. 296. num. 1. Et deficientibus fidejussoribus, sufficit cautio juratoria, Ludov. decis. 63. num. 8. p. 2. Nam admittuntur ad juramentum, qui carent fidejussore, Auth. generaliter, ibi: Aus si fidejussorem dare non valet, super isdem juratoriam exponat cautionem, C. de Episcop. & Cler. §. si verò tamen, Auth. Ut nulli iudicium, Hunn. ad Treutlerum, vol. postb. disp. 24. thes. 4.*

An Depositarius fruatur cessione bonorum.

1297

VIII. Depositarius non gaudet beneficio cessionis, nec *cap. Odoardus, 3. de solut. Nec habet inducias, l. 1. C. de positi. Ant. Faber in suo C. lib. 1. tit. 9. de precib. Imper. offert. defn. 20. n. 12. Franch. dec. 151. Surd. dec. 323. num. 7.*

An Debitor alimentorum habeat cessionem, & inducias?

1298

IX. Debitori alimentorum non conceduntur dilationes, nec contra petitiones opificum, & mercenariorum, ut dicunt *Anton. Faber dict. defn. 20. num. 8. & de Passer. de priv. script. lib. 3. q. 5. num. 4.*

1298
Jus Regni.

Neapoli. ex *Prag. 3. de cefs. bonor.* per quam cedens bonis, debet confiteri in actis debitam quantitatem, & dare notam omnium bonorum, citatis Creditoribus, in die, qua regitur Curia; ubi publicatur voce Præconis nomen volentis bonis cedere: citatis, ac auditis Creditoribus. Nam repellitur à cessione bonorum, qui in fraudem Creditorum aliquid facit, l. penult. D. de cefs. bonor. l. fin. §. fin. D. qui in fraud. credit. l. 134. §. 1. D. de reg. jur. *Boer. decis. 215. Et dilapidans ignominiosè bona sua à cessione excluditur, Gratian. cap. 480. Genuens. in prax. cap. 3. num. 6. Ascendit deinde supra lapidem constitutum ante M. C. & ibi alta voce dicit se cedere bonis. Ex Prag. 2. non admittitur cefsio bonorum facta pro debitis contractis infra annum à die decreti, in quo conceditur cefsio. Ex Prag. fin. cedentes bonis non sunt molestandi, Et ex Prag. 4. debent illi, qui bonis cedunt, in pileo gerere signum viridis coloris in modum crucis.*

1299
Qui à cessione bonorum excludantur.

1300

1311

Tandem ex §. Compensationes, ibi: Compensationes quoque oppositæ plerumque efficiunt, ut minus quicque consequatur, quam ei debeatur, hoc tit. Opponens ergo compensationem non solvit solidum, sicuti nec cedens bonis, test. hinc in fin. De quo nos supra.

QUOD CUM EO,

Qui in aliena potestate est, negotium actum esse dicitur.

T I T . V I I .

1312

Specialius de quibusdam Actionibus videamus: scilicet de Actione, quæ datur contra Dominum ex contractu servi, contra Patrem ex contractu filii, & contra alios ex contractu eorum, qui deputantur ad negotiandum. Quæ sunt. I. De peculio. II. Quod Jussu. III. Exercitoria. IV. Infitoria. V. Tributaria. VI. De in rem Verso. De I. dictum est, de reliquis hic, &c.

L E M M A I .

De Actione Quod jussu.

Ex §. si igitur.

1313

Actione Quod jussu definitur, est Actio personalis prætoria, qua media, agimus adversus Patrem, vel Dominum, qui jubet filium, vel servum contrahere, l. 1. D. quod jussu, ibi: Merito jussu Domini, vel Patris, insolidum adversus eum judicium datur. Nam quodammodo cum eo contrahitur, qui jubet.

Jussus dicitur, quando quis à Patre, vel Domino accipit præceptum aliquid faciendi. Et potest fieri coram testibus, per nuncium, per epistolam, per solam subscriptionem, per tacitum consensum: puta, si exponat filium suum negotiis. Censetur enim tunc approbare suum filium pro negotio, ad quod illum exposuit, l. 1. §. jussu, ibi: Jussu autem accipiendum est, sive Testator quis, sive per epistolam, sive verbis, aut per nuncium, sive specialiter in uno contractu jusserit, & §. firatum, ff. quod jussu, Alciat. in l. filius paciscendo, 23. Cod. de pact.

Quid sit jussus.

1314

Ratihabitio æquipollet mandato.

Jussus etiam datur per ratihabitionem, d. l. 1. §. firatum, ibi: Si ratum habuerit quis, quod servus ejus gessit, vel filius, quod jussu actio in eum datur, & l. hoc jure, 195. §. 1. ff. de regul. jur.

1315

Qui ex jussu non obligatur.

Habes in d. l. 1. §. Sed etsi mandaverit, quod ad hoc, jussui æquiparari mandatum, ibi: Sed etsi mandaverit Pater, Dominusve, videtur jussisse. Nota hic, Dominum non obligari ex jussu, quando ipse non potest obligari per se ipsum: puta, si sit pupillus, & jubeat Servum contrahere sine auctoritate Tutoris, d. l. 1. §. si pupillus, ibi: Si pupillus dominus jusserit, usque non tenebitur, nisi Tutore auctore jussit.

1316

Filius potest fidejube.

Si filius, vel servus excedit jussu, Pater, vel Dominus, quod ad excessum, non obligatur, l. Dominum, 3. ff. quod jussu, l. si servus, 6. C. quod cum eo, qui in alien. potest.

Si filiusfam. fidejubeat pro alio (quod potest, si sit major 25. anno, l. nulla res, ibi: Nulla res prohibet, filiosfam. si pro aliis majores 25. annis fidejusserint, actione competenti adversus eos teneri. C. cit. tit.) Pater non obligatur in solidum; sed pro rata peculii, juxta terminos d. l. nulla res, 5.

1317

Actione quod jussu utilis, & directa.

Actione Quod jussu est duplex: una directa, altera utilis. Directa datur adversus Patrem, & Dominum jubentem. Utilis datur contra bonæ fidei possessorem, qui jussit Servo, quem possidebat bona fide, ut contraheret. Et datur etiam contra Maritum, qui jussit Uxori, ut contraheret, Fab. & DD. hic.

1318

Dices. Obstat l. dominum per servum, 12. Cod. quod cum eo, ubi Dominus non potest per sententiam obligari.

Resp. ex Glos. ibidem, v. Non posse, d. l. Dominum, 12. locum habere de Jure Civili, non de Jure Prætorio, & concordat tex. noster, ibi: Prætor, & Ang. hic, n. 2.

1319 Quæ sit actio exercitoria.

Actione Exercitoria datur contra Dominum constituentem pro Governatore navis servum. Tunc enim servus ille dicitur Exercitor navis.

Si talis servus damnificet bona inuenta in navim à Viatoribus, vel alia ex causa, Dominus tenetur insolidum pro omni damno dato; ex contractibus servi Exercitoris, l. 1. ff. de exercit. act. Intelligas, si Dominus consentiat dicto, ut merces à servo trajiciantur navi; secus tantum convenitur de peculio, l. 1. §. si, qui, verb. sed si sciente, ff. de exercit. act.

1320

Actione Exercitoria datur quoties quis contrahit cum navis Proposito pro re concernente navis utilitatem, non ex alia causa, d. l. 1. §. non autem, & §. magistrum.

L E M M A I I I .

De actione Infitoria.

Ex eodem §.

1321 Hinc, si Uxor negotietur ex licentia saltim tacta Viri, ut si proponatur officio Cauponæ, Tabernæ, Vir convenitur, & gesta tenent, §. Magistrum, l. 2. v. Ceterum, D. de serv. act. Bart. in l. cum pater, §. libertis; D. de leg. 2.

Infitoria Actio confurgit, quando Dominus proponit suum servum officio tabernæ, vel alterius negotii, pro contractibus celebratis spectantibus ad illa negotia, l. 3. & 5. ff. de instit. act.

In istis Dominus convenitur insolidum, licet servus peculio careat, tit. ff. de instit. act.

Actione Exercitoria, & Infitoria datur etiam contra proponentes liberum hominem, alienum servum Navi, vel Tabernæ, negotiisve ex ratione tex. nostri §. eadem. Nam alios proponens videtur cavere, pro illorum gestis, ne Contrahentes decipiantur.

L E M M A I V .

De Actione Tributaria.

Ex §. Introduxit.

Potest aliquando servus negotiari ex peculio ei dato à Domino, & tunc Negotiatores cum servo habent Actionem Tributariam, l. 1. §. licet, ff. de Tribut. act.

Dicitur hæc Actio Tributaria, quia tribuitur pars peculii Creditoribus, cum quibus filius, vel servus ex peculio negotiatur, l. 5. §. 2. ff. hoc tit.

Ex vi hujus Actionis Tributariæ, Creditores unà cum Domino dividunt peculium pro rata crediti, & possunt cogere Dominum invitum reddere partem eis debitam, l. 1. ff. de Tribut. act.

Hinc definitur: Est actio personalis prætoria adversus Dominum, vel Patrem ex contractu Filii, vel Servi, ut dividatur peculium pro rata crediti. d. l. 1. 3. 4. 5. D. de Tribut. act.

Ad hanc actionem exigitur I. ut Servus negotietur Domino sciente, d. l. 1. ibi: Si sciverit. Nam si Dominus esset ignorans, non hæc, sed actio de peculio, vel de in rem verso daretur, §. præterea, inf. hoc tit.

Exigitur II. Ut Filius sit in potestate Patris, d. l. 1. §. potestatis. III. Ut negotiatio sit ex peculio. Nam in illa peculii parte datur, qua servus negotia exercet, l. pen. ff. eod.

Hæc Actio est perpetua contra hæredes, l. illud quoque, 7. §. sicujus, §. fin. D. eod. Et mortuo Servo, vel Filiosfamilias, adhuc tenetur Dominus, ejusque successor, l. quia, 8. & l. 9. ff. eod. Estque rei persequutoria, d. l. 8.

1326 Est perpetua.

L E M M A V .

Actione de in rem verso.

Ex §. Præterea.

1327 Quid sit actio de in rem verso.

Actione de in rem verso datur in solidum contra Dominum, vel Patrem pro re à Filiosfam. vel Servo acquisita, & versa in utilitate Patris, vel Domini, l. 1. & l. 5. §. quod servus, ibi: Necessariam, vel utilem. D. de in rem vers. l. & qui servo, 7. §. fin. C. cum eo, qui in alien.

Dicitur versum in utilitatem, si vertatur in illa re, in qua à Domino res esset consumpta, etiam sine utilitate: ut si servus emerit unguenta, vel odores ad funus spectantes, l. & ideò, 7. §. illud plene, l. 3. §. sed si mutus, D. eod.

Actione de in rem verso datur contra Dominum, & Pa-

Contra quæ & Patremfam. insolidum, quasi fuisset cum ipsis contractum, l. 1. D. eod.

1328

Quid sit verit in utilitatem.

II. Requiritur, ut res sit versa in utilitatem Patris, vel Domini, d. l. quod si, 3. §. in rem autem, Sufficit tamen si Filius, vel Servus voluerit vertere rem in utilitatem Patrisfam. vel Domini, licet deinde res casu fortuito non convertatur: puta, si frumentum mutuatum ob alimenta Patris ab hostibus sit captum, vel corruptum, d. l. 3. §. Unde rectius, & §. fin.

1329

Differt hæc actio ab actione de peculio: quia hæc est perpetua simpliciter, l. 1. ibi: De in rem verso. Actio verò de peculio est perpetua, durante dominica, & patria potestate; ea verò soluta, est annalis, anno utili, l. 1. D. quando de pecul. actio annalis fit.

1330 Quasi in sententia.

Nota hic ex §. cæterum, omnes istas actiones: Quod jussu, Exercitoria, Infitoria, De peculio, concurrere simul Actione de in rem verso. Sed utilius est uti primis tribus, in quibus est facilius probatio, quam in duabus sequentibus. Cum in actione de in rem verso, sit probandum, rem versam in utilitatem, & in actione de peculio, sit probandum, quod servus habeat peculium, ejusque sit probanda quantitas.

Ex §. bis quoque actio de peculio, & tributoria, & de in rem verso, possunt concurrere; sed utilius quis tributoriaaget: quia in illa non deducitur, quod Domino debetur.

Nota, quod licet plures actiones competant, una electa, ad aliam redire Actor, nisi deceptus, nequit, l. sed est, 4 §. fin. D. quod cum eo qui; * & esse regulam Juris perpetuam, ait D. Scoppa in Scholite ad contrav. for. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 80. n. 4.

L E M M A VI.

De Senatus-Consulto Macedoniano.

Ex §. penult.

1331

DE hoc Macedoniano diximus multa in lib. 3. Hic paucis delibatis, ulteriora petamus.

Cui detur Macedonia.

Macedoniano sunt tuti filii fam. eorumque Patres, Fidejussores, Mandatores. kaur non teneantur restituere mutuam, etsi deinde filii emancipatione fruantur, vel Parentes sint mortui, l. 1. §. l. l. sed est, 9. §. non solum, D. ad Maced.

1332

Idemque fatendum est, si durante fictione postliminii, filius mutuam recipiat, Patre jam capto ab hostibus. Nam interea denegatur actio, d. l. 1. §. si pendeat.

Nomine pecuniæ intelligitur quælibet res, quæ mutuari potest: puta, si quis accipiat frumentum, in fraudem Macedoniani, ut scil. illo distracto, utatur pecunia, l. sed Julianus, 9. §. vultus donationem, D. ad Maced.

DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

T I T. VIII.

Dixerat quomodo conveniatur quis ex contractu illius, quem in potestate habet: ad ipsorum delicta se modò deflectit oratio. Noxalis est, quæ oritur ex Noxa: hoc est, ex damno facto à servo.

1333

Ratione hujus Noxæ convenitur Dominus: ut det servum delinquentem, vel damni estimationem, pro noxa l. 1. D. de Noxalib. actio. Hinc si servus occidat dat servum, decem servos; sufficit, si Dominus det servum, vel estimationem flagitiosum; si Dominus ignoravit delictum; si verò non ignoravit, & potens non prohibuit, con- venit illati, & venit insolidum, l. 2. §. is non prohibuit, D. de no- conventur xal. act. l. in omnibus, 3. l. in delictis, 4. D. eod. l. si insolidum, si servi, 24. C. eod.

sciens potes non probavit damnum.

Actio Noxalis transit in possessorem servi. Ita ut bona fide emens servum, qui alium occidit, conveniatur etiam pro Noxa; ut teneatur, dare servum, vel damni in estimationem, l. si plurimum, 5. §. diffinitiva autem, l. 4. §. si extraneus, l. noxalis, 7. D. eodem.

1334

Actio noxalis sequitur tempore delicti, l. noxalis, 7. D. eod.

possessionem servi.

Nota tamen, quod si servus datus pro Noxa se ipsum redimat, reddit sub potestate prioris Domini. Tom. II. Lib. IV.

pl. tex. hic, ibi: Nec minus in perpetuum.

Definitur: Actio Noxalis est data adversus Dominum, ut det Servum damnificantem, vel damni illati estimationem, l. 1. D. hoc tit.

1335 Quid sit actio noxalis

Actio Noxalis est duplex: una Civilis, altera Prætoria. Civilis descendit à lege 12. Tabularum, Prætoria à Prætoribus: ut actio furti manifesti, vi bonorum raptorum, injuriæ illatæ à servo, tex. hic in §. sunt autem.

Q. Quot modis possit agi ex delicto servi?

R Esp. Duplitér. I. Criminalitér. II. Civilitér per Actionem Noxalem. Criminalis ob crimen publicum, qua criminalitér Reus punitur, datur directè contra servum, l. si servus, §. sanè si criminis, C. hoc tit. l. 1. §. si servus, D. de his, qui decip. l. si criminis, D. ad l. Jul. de vi.

1336

Civilis est Actio Noxalis, quæ non datur contra servum. Quia est pecuniaria, à servili conditione inexigibili, l. itaque, 12. D. de furt. §. fin. hoc tit. l. apud, 21. C. de furt.

1337

Ex §. si servus, si homo liber faciat damnum, & deinde evadat servus, Dominus tenetur de Noxa, & Domino alienante servum damnificantem ex dolo, adhuc datur actio de Noxa; ut possit conveniri dictus Dominus, & possessor, l. bonæ fidei, l. fidere. electio, 26. §. fitis quem, D. de noxal. act.

Censetur enim possessor, qui dolo definit possidere.

Ex §. si servus, non potest nasci actio inter Servum, & Dominum. Nec Servo manumisso, Dominus potest agere contra illum, tex. hic, & in l. 1. C. eod. Nam quæ ab initio non valent, tractu temporis valere nequeunt, l. quod ab initio, D. de reg. jur. c. non firmatur, D. de reg. jur. in 6.

1338

Dominus non tenetur suscipere iudicium noxale; sed potest derelinquere servum indefensum: & tunc Actor acquirit jus in servum, l. non solum, 29. D. hoc tit.

Ex §. fin. Jure prisco, Pater conveniebatur pro delicto filii: sed hodie tantum filius §. si filius, ibi: Juliano placuit, in Patrem nullam esse actionem; delicto filii sed cum ipso filio agendum esse, sup. De obligationibus, quæ ex quasi maleficio nascuntur.

1339

Pater ex delicto filii non convenitur.

SI QUATRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

T I T. IX.

per totum.

Cum non tantum Homines, sed etiam Animantia damnificent; postquam visum est de primo, videamus de altero. Pauperies est quodlibet damnum factum sine injuria ab Animante, l. 1. D. si quatrupes pauper fecisse dic.

1340

Pauperies est damnum.

Definitur: Est actio personalis civilis descendens ex l. 12. Tabul. data adversus Dominum Animantis; ut det Animal, vel ejus estimationem, d. l. 1. ibi: Actio ex l. duodecim Tabularum descendit, quæ lex voluit, aut dari, quod nocuit: id est, id animal, quod noxiam commisit; aut estimationem noxiæ offerre.

Si nocumentum factum sit homini libero; tunc habetur ratio impensarum pro cura, l. ex hac, 3. ff. hoc tit. Si ex pauperie culpabili liber homo moriatur; tunc Dominus solvit ducentos ducatos, l. qua vulgò, 42. ff. de edil. edict.

1341

Si Animantia depopulentur hortum, Dominus negligens tenetur ad omne damnum ex l. Aquilia; nec liberatur dando quatrupedem. Sed si absque ejus negligentia, id eveniat; tunc solum tenetur in quantum factus est locupletior, vel sunt meliorata Animantia ex pascuis, Mysing. hic, per multa Jura.

1342

Quid si animantia damnificent.

Cum autem Dominus quatrupedis teneatur: Fit hinc 1. ut si pereat dominium, nemo teneatur: puta, fugiat, Dominus; si fugiat Leo, qui damnificavit, ita ut recuperari nequeat: tunc enim definit habere dominium, §. res ejus depavonum quoque, de ver. divis. Etiam cessat hæc actio, si animal moriatur, l. 1. §. cum etiam, ff. hoc tit.

1343

Si animal fugiat, Dominus minus amittit res ejus depavonum ad nihil tenetur.

II. Cum hæc Actio sequatur Animal nocivum; intentatur contra Dominum, qui habet Animal tempore, quo lis inchoatur, d. §. & cum etiam.

M 2

Si

Si Dominus neget Animal esse suum, & convineatur de mendacio, punitur infolidum, *l. 1. §. si communi plurium, ff. hoc tit.*

Si Fera intelligata damnum faciat, non datur hæc actio, sed Stimulator debet damnum reficere, *d. l. 1. §. sed si canis.*

1344 **Quotuplex** est Actio hæc. I. *Directa*, & ex verbis legis, quando quadrupes damnificat, *d. l. 1. II. Utilis*, & datur ex mente legis, quando damnificat Bipes, Reptile, *l. hæc actio, 4. D. eod.*

Nemo tenet animal nocivum in via etiam ligatum. Ex §. *Cæterum, hoc tit.* Nemo potest tenere Canem, Verrem, Ursum, Leonem, Lupum in via; si inde damnum patiantur interficientes, *l. hinc, 40. l. 41. ff. de edil. edict.* Et Domini puniuntur in duplum damni illati; sed si occidatur liber homo, puniuntur in ducentum solidos, *l. quæ vulgò, 42. ff. eod.*

* *An liceat Domino damnum passo retinere Animantia damnificantia?*

1345 **N**Ega, *l. quamvis, 40.* ibi: Pecus alienum in agro suo deprehensum; non jure quis includit, *ff. ad l. Aquil.*

Et in Regno, sub pœna furti nequit detineri; sed est consignandum animal damnificans Officiali loci, ubi damnificatum est, ex *Constit. incip. Pervenit animalia, rub. 36.* ubi *Isern. & Afflic. & Constit. Animalia, rub. 37.* ubi *Afflic. Manson. de causis executiv. ampliat. 26. n. 25.*

DE HIS, PER QUOS AGERE POSSUMUS.

T I T. X.

1346 **J**ure XII. Tabularum tantum quis pro se agere poterat, pro Populo, pro Libertate, pro Tuscia, *Tex. hic*, ubi videas. Sed hodie in omni causa, & actione potest quis agere per alium: puta, per Procuratorem, Curatorem, Tutorem, & personam conjunctam, *tex. hic*. De quibus aliqua.

DE PROCURATORE.

L E M M A I.

Quid sit, ejus ætas, & sciencia?

1347 **P**rocurator, qui aliena negotia ex mandato Domini administrat, *l. 1. ff. de procur.* Potest dari ad unam, & ad omnes res, & lites. Et potest fieri coram, per Nuncium, per Epistolam. Et absens; si absens sit certa persona, & ratum habeat, *l. 2. ff. eod.* Potest dari ad litem futuram, in diem, sub conditione, *l. item, 3. ff. eod.* & in perpetuum, *l. 4. ff. eod.*

1348 **Filiusfam.** legitimæ ætatis Procurator esse potest, *c. generaliter, §. 1. de probat. in 6. & tex. in l. fin. §. ult. C. de bonis, quæ lib.* ubi dividitur dici oppositum, si non adsit Patris consensus intelligitur, quando procura filii damnificaret Patrem.

Filiusfam. potest etiam constituere Procuratorem in Castrensi, vel quasi, *l. filiusfam. 8. D. de procur.*

1349 **Satisest**, si Procurator habeat peritiam, seu modum respondendi de facto, secundum stylum Curie. Et non potest sine rationabili causa necessitari ad suscipiendam procuram, *l. invitus, 17. C. de procur.*

L E M M A II.

Quando requiratur mandatum.

1350 **S**i Procurator alieno nomine in Judicium venit, debet habere mandatum, de quo constare debet in actis, secus acta sunt nulla, *Abb. in cap. cum olim. il primo, de officio Delegati, ex l. exigendi, 12. §. 1. C. de procurat.*

Et si excedat fines mandati, nulliter agit, *l. si procurator, C. de procur. l. transactionis, C. de transact.* Et mandatum generale non se extendit ad speciale: puta, ad donandum, de istis videat *Glof. in l. Pomponius, D. de procur. in princ.*

1351 **Persona** conjuncta non indiget tali mandato, quando agit pro conjuncto: ut si Maritus defendat bona Uxoris, *l. Maritus, 21. C. de procur.* debet tamen satisfacere de rato, *d. l. Maritus.*

Idem dicas de Libertis, Parentibus, Fratribus,

Affinibus, Libertis, *l. sed hæc, D. eod. l. exigendi, 12. C. eod.*

In Procuratorio exprimenda sunt: nomen Eligentis, Electi, causa, ad quam eligitur, & quod eligens, approbet gesta procuratoris.

L E M M A III.

Quando revocari possit Procurator?

1353 **P**rocurator constitutus ante contestationem litem, revocari potest ad libitum partis; sed non lite contestata, *l. ante litem, 16. D. de procur.* Videas tamen novem alia Jura sequentia, in quibus etiam lite contestata revocatur, cum *l. procuratoribus, 22. C. eod.*

L E M M A IV.

In qua causa non requiratur Procurator?

1354 **I**n Civilibus quilibet potest agere, & se defendere per procuratorem, *d. l. exigendi, 12. §. sanè.* In Criminalibus unusquisque debet se accusare, vel se defendere, *cap. Episcopus, 5. q. 3. l. pen. §. ad crimen, D. de publ. jud. & in Rit. M. C. 108.* ubi *Carav. num. 1.* ait etiam in Criminalibus posse comparere per procuratorem. I. Si pœna imponenda esset infra relegationem. II. Possit Universitatis nomine Syndicus comparere, *Constit. Regn. Generalia jura, ubi Affl. III.* Mulier conjugata, accusat per procuratorem, *d. Constit. Generalia jura.* IV. In Persona Illustri ex actione injuriarum, *l. fin. C. de injur. Capoll. conf. crim. 50.*

Jure *Ritus M. C. 269.* in quibuscumque causis non licet ex parte citati opponere aliquid per procuratorem. Tu in contingentia videas omnino *Ritum 269. 508. & Caravitam ibi.*

Tutor, & Curator ex propria persona non potest constituere procuratorem pro re Pupilli, vel Minoris: quia non est Dominus. Potest tamen constituere actorem. Pupillus vero autoritate Tutoris potest constituere procuratorem, *l. neque Tutores, 11. C. eodem.*

Postquam Tutor litem contestatus est, potest dare procuratorem, *d. l. neque, 11. §. ipsi etiam tutores.*

Syndicus est procurator Universitatis, *cap. unic. de Syndic.* Qui Jure Regni non potest constituere procuratorem, vel actorem, *Prag. 1. & 2. de procur.*

DE SATISDATIONIBUS.

T I T. XI.

L E M M A I.

Quid sit, & quotuplex.

1356 **S**atisfactio est asecuratio alicujus rei per idoneos fidejussores facta, *l. 1. D. qui satisf. cog.*

Satisfactio differt à cautione. Nam cautio est nomen generis complectens sub se omnem securitatem, *DD. in tit. D. de satisf. sive sit simplex: ut est nuda promissio: sive plena: ut est fidejussio: sive plenior: ut est fidejussio cum pignore, l. sanctimus, 3. C. de verb. signif.*

Cautio alia *Necessaria*, alia *Voluntaria*. *Necessaria* pendet à lege, vel à Jure: ut cautio de reficiendis expensis. *Voluntaria* pendet à voluntate partium, *l. si fidejussio, 7. §. si necessaria, & l. 8. D. qui satisf. cog.*

Solet etiam accedere Juramentum; & dicitur *Cautio juratoria, l. quoties, 17. C. de dignit. lib. 12.* quam cautionem præstant Scholares, sicuti Personæ illustres, quæ non tenentur ad satisfaciendum, *d. l. quoties, & l. fin. in fin. C. de privileg. scholar. lib. 12.*

Satisfactio est duplex. I. *Judicialis*. II. *Extra-judicialis*. Hæc præstat extra-judicium: prima in judicio; quæ est quadruplex. I. *de reficiendis expensis* in casu succumbentis. II. *de in judicio fitti*: hoc est, quod non fugiat à judicio. III. *Judicatum solvi*: hoc est, quod solvet, si à Jure judicatum fuerit, *tit. DD. judicatum solvi. IV. de ratio, sive rem ratam haberi.* De quibus *DD. in tit. de fidejuss.*

Si quis non recipiat bonum fidejessorem potest conveniri de incuria, *l. si vero, 5. §. qui pro re, D. qui*

qui *satisd. cog.* Et qui vitiosè *satisdat*, ita est, ac si non *satisdedit*, *l. quoties*, 6. *D. cit. tit.* Atque si persona *satis* non dedit, potest res mobilis, de qua litigatur, sequestrari, *l. si fidejussor*, 7. *S. fin. D. cit. tit.*

L E M M A II.
Quid hodie in satisfactionibus.
Ex princip. hujus Textus?

1361 **P**risci *satisdare* tenebantur de *Judicatum solvi*, sive reali, sive personali actione agebant. Reus verò tenebatur *satisdare*; si conveniebatur actione reali nomine alieno; non si conveniebatur nomine proprio; in personali verò actione contra Reum tenebatur *satisdare*. *Text. hic.*

1362 **R**eus non dat cautionem *Judicatum solvi*. Jure novo, Reus, nisi adfit causa rationabilis, non tenetur *satisdare* *Judicatum solvi*, sive reali, sive personali actione conveniatur. *Text. hic*, & in *tit. DD. qui satisd. cog.* Debet tamen jure cavere juramento, vel nuda promissione. Et pro qualitate personæ *satisdare*, quod perseverabit in judicio usque ad finem, *Text. hic*, & in *Auth. generaliter*, C. de *Episc. & Cler.* ubi sufficit cautio juratoria in persona habente bona immobilia. Vide *Text. in S. si quis autem*, *Auth. de sanctiss. Episc. collat. 9.* ubi personæ privilegiatæ nudè promittunt.

Cautio juratoria adinventata est in subsidium cautionis fidejussoriæ, *Glossa hic*, * hoc est deficiente fidejussore, ut tradit *Ant. Faber in suo Cod. lib. 2. tit. 39. de satisdand. defn. 9. num. 4. in all.*

L E M M A III.
Satisfatio de Rato.
Ex S. Si autem.

1363 **I**n dubio de mandato procuratoris, Procurator tenetur *satisdare* de Rato: hoc est, quod Principalis ratum habebit à se gesta, *Text. hic*, & in *l. 1. C. de procurat.* Et hoc ne pars contraria fatigetur, si principalis deinde nolit stare gestis à tali procuratore, *l. exigendi*, 12. *C. de procurat. l. non solum*, 39. *S. 1. l. 33. S. ait Prætor*, *D. de procurat.*

1364 Quæ cautio est necessaria, si certè non demonstratur mandatum, *Bart. in l. non solum*, 39. *S. qui alieno*, *D. de procurat. l. un. C. de satisdando.*

Si certum sit mandatum, non requiritur satisfatio de Rato, *l. si procuratorem*, 65. *D. de procurat.*

Si certum sit non habere mandatum, neque cum satisfatione admittitur, *l. si pupilli*, *S. fin. D. ne neg. gest. l. sed*, & *hæc*, *l. Pomponius*, 40. *S. in his autem*, *D. de procurat.*

1365 Procurator Rei, licet constet de mandato, debet *satisdare* *Judicatum solvi*, *S. penult. hoc tit.*

Eodem modo discurras de aliis personis: puta, de Tutore, Curatore, &c. qui administrant alienam litem: ut sunt Governatores Hospitalium, ubi educuntur pupilli. Isti enim debent cavere rem ratam haberi, *l. qui fundum*, 7. *D. pro emptore.*

Non datur à Domino. In illis autem casibus, in quibus isti censentur Domini, *satis* non dant, *l. qui fundum*, 7. *D. pro emptore.* Sicuti nec Dominus *satisdare* tenetur: ut Administrator datus à lege, qui est veluti Dominus, *l. interdum*, *S. tutelam*, *D. de furtis.*

1366 Pater, si agat de dote filix, debet cavere filiam rem ratam habituram, *d. l. non solum*, 39. *S. quæritur*, *v. si de dote*, *D. de procurat.*

L E M M A IV.
Satisfatio Judicatum solvi.
Ex S. Si verò aliquis.

1367 **P**rocurator Rei debet *satisdare* de *Judicatum solvi*, licet constet eum habere mandatum, *Text. hic*, & in *l. qui proprio*, 46. *S. qui alium*, & *l. minor*, 51. *D. de procurat.*

Qui *satisdat* *Judicatum solvi*. In stipulatione *Judicatum solvi*, potest rem *Judicatum solvi*, statim dies cedit. Exactio tamen differtur in tempus Reo indultum ad solvendum, *l. 1. D. Judicatum solvi.*

1368 Procurator electus à Reo debet cavere. I. quod solvetur id, in quo Reus condemnabitur. II. quod in judicio sistat. III. quod defendat Reum. IV. Debet cavere de dolo malo: scilicet malè non defensorum, *l. Judicatum solvi*, 6. *D. de Jud. solvi.* Quæ cautione data, Reus, & ejus hæredes tenen-

tur solvere *Judicatum solvi*, lis finita fit In vita Rei. Sequitur morte, non tenetur de *Judicatum solvi*: cum sit onus personale. Reo non solvente, tenetur fidejussor, nisi sit appellatum à sententia. Nam per appellationem cessat fidejussor, nec solvit id, in quo Reus fuit condemnatus, *Faber hic.*

Ex *S. Si verò*, quilibet potest defendere absentem, etiam sine mandato; sed debet cavere *Judicatum solvi*. Ratio est *ex textu*, quia nemo est idoneus defensor rei alienæ sine satisfatione.

Absens autem non dicitur, qui est in ædificiis continentibus, *l. præsens*, *D. de procur. l. & ideò*, *D. ibid.* Tandem dicitur in *textu* quod in istis cautionibus, statur usui judiciorum, *S. fin. hoc tit.*

L E M M A V.

De Satisfatione Principalium Personarum.

1369 **P**incipales sunt Actor, & Reus, qui aliquando debent in judicio *satisdare*.

Actor I. priusquam Judici tradat libellum, debet *satisdare* se perseveraturum usque ad finem litis per se, vel per alium, & si apparebit litem injustè motam; tunc solvet Reo decimam partem litis in libello comprehensæ. Quæ cautio potest remitti, ex consensu utriusque partis, *Authen. generaliter*, C. de *Episc. & Cler.*

II. Debet etiam Actor dare cautionem Reo, se intra duos menses litem contestaturum. Et si id non fecerit, omne damnum in duplum refarciat, juxta terminos *Authen. libellum*, C. de *litis contest.*

Istæ cautiones hodiè non sunt in usu, *Specul. 10. 2. par. 1. rubr. de satisd. num. 1. in fine.*

Reus I. debet, recepto libello, *satisdare*, se perseveraturum usque in finem litis, *S. sed hodie*, *hoc tit. cap. differatur*, 3. q. 3. *l. Senatus*, *D. de off. Præsid.*

II. Debet cavere de re exhibenda, *d. l. Senatus*, & *l. si fidejussor*, *S. fin. D. qui satisd. cog.*

L E M M A VI.
De aliis satisfactionibus.

1373 **S**unt alia genera satisfationum. I. si fiat sequestratio rei mobilis, de qua litigatur; quando res esset apud suspectam personam, debet talis Persona *satisdare* de re custodienda, & restituenda ei, cui à Judice concedetur, *l. si fidejussor*, *ff. qui satisd. cogant.*

II. Debet cavere de damno infecto, qui habet domum minantem ruinas alteri, *satisdat* de satisfaciendo, si damnum eveniet, *l. dies*, & *l. Prætor ait*, *ff. de damno infecto.* Alios casus videas apud *Speculat. l. c. in cap. res quoque.*

DE PERPETUIS, ET TEMPORANEIS ACTIONIBUS.

T I T. XII.

1375 **V**isum est de Satisfatione in actionibus, videamus de Actionum divisione.

Recolenda est hic Actionum divisio in *Civilem* à lege Civili, in *Prætoriam* à lege Prætoria introductam.

Civiles Actiones reales, & personales quondam erant perpetuæ. Hodiè durant 30. vel 40. annis. *Text. hic*: quo sensu dici possunt perpetuæ, *tit. Cod. de præscript. 30. vel 40. ann. l. sicut in rem*, 3. & *l. cum notissimi*, C. cit. *tit. l. 2. Cod. de const. pecun. ubi Actiones personales præscribuntur per 30. annos*, *l. 1. S. ad hæc*, C. de *ann. excep. Dec. conf. 322. Aff. dec. 13. num. 2. Tiraq. de retr. prox. S. 1. gl. 10. num. 10. Vito. dec. 507. nu. 11. Zas. in l. sciendum*, num. 31. *ff. de verb. oblig. Vasq. Illust. cap. 65. num. 4.*

Actiones Reales proprietariæ durant per triginta annos, hypothecariæ quatragesima, *l. cum notissimi*, ubi *Bart. & Bald. C. de præscript. 30. vel 40. ann.*

Actiones Prætorix regularitèr durant per annum utilem, *l. 1. S. annus*, *ff. de vi*, & *vi armata*: Ut sunt actiones pœnales, rei persecutorix, actio de dolo; exceptis actionibus furti manifesti, servi corrupti, & arborum furtim cæsarum, *l. hæc actio*,

actio, ff. de arbor. furtim caeserum, l. 53. ff. de ser-
vo corrup. quæ sunt perpetuæ; sicuti est etiam pos-
fessoria hæreditatis petitio, & fideicommissaria
hæreditatis petitio, & tit. ff. de fideicomm. hæred.
petit. Glos. & DD. hic.

L E M M A I.

Quando Actiones dentur contra hæredes?
Ex §. non autem omnes.

1377 **M**ortuo delinquente, regulariter delictum ex-
tinguitur quoad pœnam corporalem, *Tex. hic*, & in l. defunctis, 4. C. si Reus, vel Accusator
mortuus fuerit; ubi excipitur ille, qui mortem sibi
dedit. Pœnæ enim suam debent tenere authorem,
l. sancimus, 22. C. de pœnis, l. ultim. ff. ad l. Jul.
Majest. Non ergo dantur actiones pœnales contra
hæredem delinquentis, *Tex. hic*.

1378 Convenit tamen Actio non solum Damnifica-
to; sed etiam ejus hæredi.

Nisi lis sit contestata. Actio pœnalis, contestata lite cum principalibus,
transit pro, & contra hæredes, *Tex. hic*, &
in l. injuriarum, 13. ff. de injur. l. ult. C. si de deli-
cto defun. l. omnes, 139. ff. de reg. jur. Nam per con-
testationem litis, quasi contrahitur, l. 3. §. idem. ff.
de pecul. & in hæredem quasi contractus transit, l.
ex contractibus, 14. l. ex depositi, 12. ff. de obligat.
l. si pœna, 20. ff. de pœn.

1379 Ab hæredibus tamen exigitur id, quod ex deli-
cto defuncti, vel ex ejusdem bonis ad eum perve-
nit, *Tex. hic*, & in l. hæredem, ff. de calum. Inju-
sta enim lucra ab hæredibus extorquentur, l. r. in
fin. ff. de eo, per quem.

1380 Actio pœnalis descendens ex contractu: ut si
contractus sit dolosus, transit cum ipso contractu
ad hæredem, l. Lucius, 47. ff. de action. empt. l. de-
positi, 12. l. ex contract. 49. ff. de oblig.

Capitalia verò Judicia ad hæredem non tran-
seunt, etiam lite contestata, l. ex Judiciorum, 20.
delicta ad ff. de accus. l. 1. 2. & 3. C. si Reus, vel Accusator.
hæredem non Excepto crimine lætæ Majestatis, l. ult. ff. ad l.
Jul. Majest. & exceptis aliis, de quibus alibi.

Mortuo Accusatore intra 30. dies, alius potest
resumere accusationem in terminis, in quibus in-
venitur. Deinde verò non potest, sed debet de no-
vo accusare, l. libellorum, 3. §. fin. C. de accusat.

1381 Ex §. fin. quando Reus satisfacit Actori quoad
omnia, absolvitur, l. si potest, 8. ff. quis caution.
Si verò Reus non inveniat Actorem, cui solvat,
tunc mandato Judicis potest facere depositum in
publico Banco, l. si reus paratus, 73. ff. de procur.
in fin. Francb. dec. 227. Bart. in l. jusjurandum,
ff. de jure jur. & Reus, qui satisfacit, absolvitur
simpliciter, Glos. hic.

1382 Potest Pars solvere, invita Comparte: Nam,
Quædo quis solvit invi-
to creditore expedit lites finire, l. hoc edito, 5. ff. de public. &
vestig. Et casus, in quibus, parte invita, quis re-
cedit à contractu, videas apud Glos. in l. sicut, 5. ff.
de act. & oblig.

Adversarius non cogitur admittere partem so-
lutionis, l. tutor, 41. §. Lucius, ff. de usur. l. obsi-
gnatione, C. de solut. cujus rei restrictionem habes
apud Glos. in l. quidam, 21. v. ad accipiendum, ff.
si cert. petat.

DE EXCEPTIONIBUS.

T I T. XIII.

EX Actionibus, quæ Actori, dessectit se sermo
ad Exceptiones, quæ Reo competunt.

Quid sit Exceptio?

1383 **E**st Defensio opposita à Reo coràm Judice,
contra litem notam, vel movendam.

Dicitur Defensio. Quia tendit ad tuendum se,
& sua, l. defensiones, 11. l. si quidem, l. si quis,
C. de except. l. 2. l. penult. ff. de excep. Et est loco
generis. Cætera sunt Differentiæ.

Dicitur coràm Judice contra litem notam; vel
movendam. Motam, si jam in Judicio sit vocatus.
Movendam, si præveniat litem ab alio movenda:
vel jactante litem se moturum, l. diffamari, f. C.
de ingen. manum.

Datur Defensio, Exceptio, Replicatio, Præjudi-
cium, Præscriptio.

1384 Defensio est genus, & continet omne remedium
facti, & juris, quo quis se tueri potest, l. defensio-
nis, 7. Cod. de jur. fisc. lib. 10. cap. dilecto filio, 6. de genus.
sentent. excomm. in 6.

Exceptio sumitur pro exclusione intentionis Acto-
ris quoad rem, quoad modum in judicio propositæ,
l. 2. ff. de excep. Et ut Actio, ita Exceptio tantum
prodest utenti, Marcell. Fortunatus v. de veritate,
p. 1. num. 249. in fin. Et quis potest habere exceptio-
nem, non actionem: ut ex obligatione naturali tan-
tum oritur exceptio. Quia exceptio habens vim
defensionis, est Juris naturalis, sequens naturalem
obligationem. Non verò actio, quæ est Juris Civi-
lis, l. jurisgentium, 7 §. sed cum, ff. de pact.

1385 Replicatio est, quæ datur adversus exceptionem:
ut si Reus dicat, se solvisse, & Actor replicet,
male solvisse alteri. Replicationi resistit Dupli-
catio. Contra Duplicationem insurgit Triplica-
tio. Et Triplicationem Quadruplicatio opponitur;
multiplicanturque nomina usque ad finem litis,
d. l. 2.

1386 Præjudicium hic sumi potest pro specie exceptio-
nis, quæ dicitur præjudicialis: quia, ejus judicium
præcedit alia: ut si filius petat hæreditatem, eique
opponatur, non esse filium. Hæc exceptio est præ-
judicialis. Et probanda ante ingressum litis ab ex-
cipiente, l. generaliter, 12. ff. hoc tit.

1387 Præscriptio est etiam exceptio excludens actio-
nem præscriptam, l. sicut, 2. de præscript. 30. vel 40.

L E M M A I.

An Tutus aliqua Exceptione, possit implorare
officium Judicis decernens, eam sibi
competere?

1388 **A**ffirma. Ita videmus etiam contra liquidum
instrumentum dari præventionem, & diffama-
tum contra diffamantem agere, l. diffamari, 5. petere, ut
C. de ingen. manum. l. si contendat, 29. ff. de fidejuss. Judex decla-
t. 2. C. ne filius pro patre, ibi: Ne contra Juris au-
thoritatem ab eo, qui patrem vestrum ad munus ci-
petere. ali-
vide devocaverit, inquietemini, Præses Provinciæ
providebit, Afflic. dec. 664. Capyc. dec. 18. Anchar.
decis. Pedem. 151. Boer. decis. 255. Gaill. lib. 1. obs. 9.
& 10. de Marin. 2. quotid. cap. 6. n. 1. & cap. 45. n. 50.
Ille verò, qui cogitur, agere, cedendo jura, libe-
ratur, Glos. in l. Julianus, §. penult. ff. de act. empt.
Francb. decis. 354. n. 4. Fusar. de fideicommiss. q. 607.
num. 7. Intrigl. cent. 3. q. 33. num. 7.

1389 Dices. Nemo invitus cogitur agere, l. Divi fra-
tres, 19. ff. de accusat. l. un. ibi: Invitus agere, vel
accusare nemo cogatur. C. Ut nemo invitus agere.

Respondetur. Jura dicta currere; nulla urgen-
te causa pro Reo, d. l. diffamari, 5. Cod. de ingen.
manum.

1390 Hinc si Uxor suspicetur, Creditores Mariti in-
vasuros bona dotalia, potest implorare officium Ju-
dicis, quo Creditoribus inhibetur, ne illa bona ve-
xent, l. si pater, 3. C. qui bon. ced.

II. Potest cogi Creditor ad probandum, quod
jactatur. III. Creditor potest agere ad hoc, ut re-
novetur instrumentum vetustate consumptum, cap. tur instru-
mentum ve-
nustate com-
sumptum.

IV. hærede dissipante fideicommissum; Fideicom-
missarius potest instare pro cautione de confervan-
do, & restituendo fideicommissum, l. 1. & fin. ff. ut
legat. & fideicommiss. non caus.

L E M M A II.

Quotuplex sit Exceptio?

Ex §. appellatur autem.

1391 **T**riplex. Preemptoria, Dilatoria, Mixta, l. 2.
§. 1. ibi: Solemus dicere, quasdam exceptio-
nes esse Dilatorias, quasdam Preemptorias, ff. de
except.

Preemptoria tendit ad destruendam intentionem
Actoris: ut exceptio solutionis. Perempto-
ria.

Dilatoria retardat obtineri intentata, d. l. 2. §. ult.
ut

Dilatoria. ut exceptio legitimacionis: suspecti Judicis, l. ult. ff. de except. cap. si quis Episcoporum, 2. §. exceptio, 3 qu. 6.

1392
Mixta.

Mixta participat ex Peremptoria, & Dilatoria. Talis est Excommunicatio. Quæ est Dilatoria: quia non extinguit creditum Excommunicati; sed retardat illius exactionem, donec absolvatur. Est Peremptoria, in quantum reddit Electionem, Collocationem beneficij nullam, cap. venerabilem, 34. de elect. cap. ult. de Cler. excom. min. Et opponi valet etiam post sententiam, cap. pia, 1. §. ult. ibi: Si post rem judicatam talis exceptio proponatur, executionem impedit. De except. in 6. Ità Exceptio, Ne teneatur, nisi deducto, ne egeat, est perpetua, si semper egebit: est temporalis, si deveniat ad meliorem fortunam. Exceptio Excussionis, Cedendarum, est dilatoria pendente excussione, cessione actionum: est peremptoria, si nolit alter cedere actiones; vel excussa bona satis Creditori sint.

Quotuplex sit Exceptio Peremptoria?

1393
Peremptoria duplex.

DUplex. I. Litis finita. II. Requirens altiore indaginem. Requirens altiore indaginem est, turbida discutienda, ut constet, an competat? quod Judicis arbitrio remissum, ex pluribus ait D. Scoppa in Scholiis ad contrav. for. R. Merlin. centur. 1. cap. 96. n. 3. Et hæc non impedit ingressum litis; sed reservatur discutienda, cum de meritis causæ; ac decernitur: ut procedatur ad ulteriora, & de exceptione opposita, habeatur ratio, quæ de Jure habenda erit in discussione causæ, ut per DD. quos plenè sequitur D. Scoppa d. cap. 96. num. 2. & comprobatur in cent. 2. cap. 2. num. 4.

Quotuplex sit Dilatoria.

1394

DUplex. I. Impediens. II. Non impediens litis ingressum. Impediens litis ingressum facit, ne possit in incipere: ut exceptio incompetentiæ fori: suspecti Judicis. Qua opposita, Judex nequit se ingerere. Et quævis exceptio impediens litis ingressum est præjudicialis: quia de ea ferendum judicium ante alias causas, etiam principales, l. per majorem, 54. ff. de judic. Caranza de partu cap. 2. §. 2. num. 22. vers. quæ sanè.

1395

Non impediens litis ingressum est, quando Judex potest de exceptione cognoscere: an competat excipienti? Ravard. lib. 1. de præjudiciis, cap. 1. 2. l. si quis à liberis, §. solent, ibi: Præjudicio certare possit, D. de liber. agnosc. l. fundi, 18. l. fundum, 16. D. de except.

Quando dilatoria opponitur.

Exceptio Dilatoria aliquando declinat judicium. Et tunc opponitur à Reo ante contestationem, nè consentiat in Judicem, cap. Monasterium, 10. ibi: Quas etiam tanquam dilatorias, ante litis congressum opponere debuissent, de sent. & re jud. l. fin. C. de except. Nisi confurgat lite ccepta, vel tunc in notitiam veniat, cap. insinuante, 25. de off. Jud. Deleg. l. non distinguemus, 37. §. cum quidam, D. de arbit. cap. Pastoralis, ibi: Nisi fortè aliqua de novo sibi competens exorta fuerit, vel is, qui voluerit eam opponere, fidem faciat juramento, se postmodum ad illius notitiam pervenisse. De except.

1396

1397
Contra forum, & Judicem ceteras præcedit.

Declinatoria Judicii, opponitur I. Contrà Judicem. II. Contrà Rescriptum. III. Contrà Imperantem Rescriptum. Quæ declinatoria judicii est proponenda ante omnes alias exceptiones; nec videatur Judicem approbare, cap. quoniam contra, 11. ubi Gl. v. Exceptiones, de probat.

1398

Deinde etiam ante contestationem litis, cæteræ dilatoriæ opponuntur, l. fin. ibi: Præscriptiones fori in principio litis à litigatoribus opponendas esse, legum decrevit autoritas, C. de except. l. ita demum, 19. C. de procurator. l. sancimus, 13. in fin. Cod. de judic. Ant. Faber in suo C. lib. 3. tit. 12. de jurisd. omn. Jud. de fin. 3. num. 3. in alleg. cum aliis, quos, sic perbellè probans, sequitur D. Scoppa in Scholiis ad Contrav. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 81. num. 13.

Proposita Exceptione Dilatoria, litis contestatio impeditur, l. exceptionem, C. cod. cap. Pastoralis, 4. de except.

Non debet ergò prius opponere Exceptionem, contra personam Actoris, quam contra personam Judicis, & competentiam fori, l. fin. C. si à non compet. Jud. l. nemo, 4. C. de jurisd. omn. Jud. l. est suscepterit, 52. D. de judic. Secùs Judicem approbaret, ut competentem pro cognoscendis aliis exceptionibus, Bart. in l. præscriptiones fori, 13. C. de except. v. Quæro, & in l. quidam consulebat, v. Quæro quando debet, D. de re jud.

1399

Si quis dicat, post contestationem ei innotuisse Exceptionem, quæ ab initio competebat, debet jurare ita esse, cap. Pastoralis, 4. ubi Dec. num. 36. de except. Caph. conf. 703. n. 10. Muscatell. in pract. civil. p. 4. Gl. term. num. 7. Tiraquell. de penis tempor. in præfat. à num. 25.

Q. I. Quomodo sint opponendæ Exceptiones?

1400
Dilatoria etiam opponitur, quædo innotescunt.

Respondetur opponendas in particulari, nec posse dici: Oppono omnes Exceptiones dilatorias, & peremptorias. l. exceptionem, 19. Cod. de probat. l. sed est quis, §. quæsitum, ibi: Ego puto, conventionem istam ita valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sunt. D. si quis caution.

1401
Qualitèr opponuntur.

Q. II. Quibus Exceptionibus intelligatur, generali renunciatione, renunciatum?

Respondetur, non censi renunciatum illis, quas Renuncians ignoravit sibi competere, l. Mater, 19. D. de inoffic. testam. l. tres fratres, 35. D. de pactis, Et sic, non in genere, sed in specie, exceptionibus renunciandum, l. sed & si quis, 4. §. quæsitum, D. si quis caut.

1402
Exceptionibus in specie renunciandu.

Q. III. An Judex possit cogere Reum, ut simul omnes opponat?

Respondetur posse, nè lites protrahatur, licet omnibus propositis, de dilatoriis Judicis, & Fori prius inquirendum sit, cap. cum causam, 37. cap. significaverunt, 36. de testib. l. 3. C. de except. rei jud. l. nonnumquam, 52. D. de judic.

1403
Judex potest cogere, ut omnes simul opponantur.

Q. IV. Qua pœna puniatur Advocatus, proponens exceptionem post contestationem litis?

Respondetur repelli, ab advocando, & puniri in una libra auri, l. pen. ibi: Unius libræ auri condemnatione mulsetur, C. de except.

1404

Q. V. Quando dilatoria locum non habeant?

Respondetur I. in causis summariis. II. quando proceditur de plano, sola facti veritate inspecta; nisi illicò offeratur probatio exceptionis. Nam nulla rejicitur exceptio, quæ illicò probatur, l. si is à quo, 3. ubi Bart. D. ut in poss. legat. de Marin. tom. 1. cap. 191. num. 14. Rit. M. C. 166. ubi Carav. num. 46. Roman. conf. 144. num. 6. III. quando causæ sunt accelerandæ, aut periculum est in mora, Dambouder. in pract. civil. cap. 166. num. 3. ubi Thaudenus lit. F. Menoch. 2. præsumpt. 47 num. 5.

1405
Quando dilatoria cessant.

Quæ statim probatur, nunquam cessat.

Sed singulas Exceptiones dilatorias tangamus.

DE EXCEPTIONE DECLINATORIA FORI.

HÆc Exceptio opponitur, quoties Forus est incompetentens, & cum sit dilatoria, debet opponi ab initio, l. exceptionem, 19. C. de probat. Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 12. de jurisd. omn. Jud. de fin. 3. n. 3. in alleg. Quæ exceptione apposita, ad ulteriora non progreditur Judex, Bald. in Margarita, v. Judex, Masrill. decis. 124. Et hæc debet expressè opponi, & determinari an competat? cap. ex parte, il 2. de judic. Rovit. ad prag. 4. de ordin. judic. n. 15. Dec. conf. 107. Et opponenda est, Reo præsentè, ex Rit. M. C. V. 230. & communiter receptum dicunt DD. quos sequitur D. Scoppa in Scholiis ad contrav. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 48. num. 8. *

1406
Fori exceptio cognoscitur ante omnes.

Quot autem modis quis habeat forum? reponit Gallupp. p. 3. cap. 6. sc. Ratione Originis, Contractus, Rei sitæ, Domicilii, Beneficij. cap. fin. ibi: Licet ratione debiti, seu contractus, aut domicilii, sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, de for. compet. Et in Regno forus domicilii attenditur, prag.

Forus do- *pragm. querula, tit. Ubi de delicto quis deb. conu.*
micilii at- Et si multiplex habeat domicilium, statur domi-
tenditur. cilio Originis, l. qui originem, ibi: *Et qui originem*
ab Urbe Romana habent, si alio loco domicilium con-
stituerint, munera ejus substinere debent, D. de
muner. & honor.
Nā sunt duo
vincula.

1407 **Etiam Nea-** Et nota, Uxorem sequi domicilium Viri, etiam
politana Vi- si sit Neapolitana, *Franch. dec. 416. qui dec. 363.*
dua, retinet cum *Capyc. dec. 76.* putat, Viduam retinere forum
forum Viri. Viri mortui, ex *Bart. in l. filii, §. Vidua, ff. ad mu-*
*nicip. ** & dicunt alii plures, ex quibus latē probat
*D. Scoppa ubi supr. cap. 94. **

1408 **Illud etiam** notabis, Neapolitanos trahere, &
 & non trahi extrā forum Civitatis Neapolis,
*Franch. dec. 416. ** ex Juribus Municipalibus, quæ
 adducit *D. Scoppa ubi sup. cap. 17. n. 20. & cap. 99.*
num. 1. ubi plenē de hoc scribit, dans ampliatio-
 nem ad Cafalia eidem Civitati subjacentia * Et
 Neapolitanus est, qui nascitur, vel propriam do-
 mum sufficientem ad habitandum in Civitate habet,
pragm. 1. de privil. Neapol. Paschal. de virib.
patr. potest. cap. 2. n. 32. p. 3.

L E M M A III.

Quando denegetur remissio?

1409 **I**N multis casibus denegatur Exceptio fori. Et I.
 si fiat in fraudem. II. si incidenter, quis conveniatur
 pro interesse, etiam si sit Clericus, *Affl. decisif.*
580. n. 7. Sanfel. dec. 90. n. 24.

Reus prote- Et opponens exceptionem contra Judicem, &
statur in quo alias dilatorias, debet protestari, se non consentire
libet actu se in Judicem, nisi constiterit esse competentem;
non consen- quod debet facere in quolibet actu; alias censetur
tere in Judi- recessisse à protestatione, *Rota recen. dec. 91. n. 11.*
cem. *p. 6. Marches. de commiss. p. 2. c. 2. n. 46.*

DE EXCEPTIONE EXHIBITIONIS SCRIPTURÆ.

1410 **H**Æc etiam est dilatoria; qua pars petit produ-
Exhibentur ctionem scripturarum in libello notatam,
scripturæ o- l. 1. §. *Edenda, ibi: Edenda sunt omnia, que quis*
riginales. *apud Judicem editurus est, ff. de edond.* Nisi dolo-
Merlin. cent. 1. cap. 88. n. 10. sè talis exhibitio petatur, *Minad. dec. 1. n. 6.* Et est
Pratus exhibenda scriptura originalis, l. 2. ibi: *Non ex*
ad Muscat. *indice, & exemplo alicujus scripturæ; sed ex authentico*
Gl. r. spon- *conveniendus est, ff. de fid. instrum.* Licet admi-
dendum, in *nitatur exemplum factum ab illo, qui fecit origi-*
fn. *nalem, l. unum testamentum, 24. ff. de testam. Gratian. cap. 577. n. 25.* Semper tamen creditur scripturis
 reasumptis in M. C. etiam parte non citata,
Affl. constit. Cum Universis, notab. 5.

Nota etiam, tradendam esse copiam, non acta
 originalia, *Pratus ad Muscatell. glos. respondendum, in fin. Merlin. in cent. 1. controver. 88. n. 10.*

DE EXCEPTIONE LEGITIMATIONIS PERSONÆ.

1411 **H**Æc numeratur inter dilatorias, & in litis
Quid sit exordio opponitur, nam opposita legitima-
legitimat tione impeditur litis ingressus, ut de praxi testatur
personæ. *D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 105. n. 7.*

Legitimat *io personæ est, quando quis ostendit, se*
 esse hæredem. Quæ legitimat *io est necessaria,*
 nè nulliter procedatur, l. si queramus, 3. ff. de testam. l. ignorat, 9. ibi: *Non temere ad accusationem esse admittendam, nisi prius matrem se esse probaverit, C. qui accus. non poss. Buratt. dec. 98. num. 2. Greg. dec. 223. n. 3. Boer. dec. 171. n. 19.*

1412 **Parte non** opponente legitimationem personæ,
Non oppos- acta valent, *Bald. in l. non ignorat, 9. n. 2. C. qui*
ta legitima- *accus. non poss. Rota dec. 307. num. 7. p. 1. recent.*
one acta *Greg. dec. 88. n. 1. ex l. quidam referunt, ff. de jur. dot. Franch. dec. 506.* Opposita ergo legitimatione
valent. personarum, debet quis probare se talem esse, ut
 dicit; undē debet probare se hæredem, tutorem,
 procuratorem, Fidei Baptismi, præambuli, mandati.
 Nam illi qualitatē innititur iudicium, l. non
 ignorat, 9. C. qui accus. non poss. l. si queramus, 3.
 ff. de testam. *Carav. rit. 19. quest. 3.*

8413 **Nemine opponente,** Judex ex officio cogit par-
 tem ad legitimandum, *Boer. loc. cit. n. 19. Rota loco*

cit. Et potest cogere etiam post litem contestatam, Ritus 294. Constit. Regn. Exceptione filiationis, Deficiente Tutore, & Agnato, Creditor petit legitimari personam pupilli, vel minoris; datione Curatoris ad lites, l. ait Prætor, v. Et idē, ibi: Et idē si minor conveniat debitorem; adhibere debet Curatorem, ut et solvatur pecunia, ff. de minor. Urfill. ad Affl. dec. 286. n. 1. Buratt. dec. 524. n. 8. Vide lib. 1. n. 715. & 738.

DE EXCEPTIONE CAUTIONIS EXPENSARUM.

1414 **R**Eponitur ista inter dilatorias, qua opposita
 ad ulteriora non progreditur, *pragm. 1. de expens. Auth. generalis, ibi: Et si convictus fuerit injuste movisse litem, expensarum, sumptuumque nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensę pulsato restituat. C. de Episc. & Cler.*

DE EXCEPTIONE EXCUSSIONIS.

EXcussio est perquisitio bonorum debitoris.
 Est Dilatoria in quantum: nam non negat; sed remoratur debiti solutionem. Et opposita, ad ulteriora progredi nequit, *Affl. dec. 378. n. 6. Guid. Pap. dec. 570.* Opponenda ante litis contestationem, l. fin. 6. de except. *Borrell. in summ. tit. 48. de except. n. 139. ** Et à Senatu Sabaudicę probatum, inquit *Ant. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 24. de except. defn. 1. n. 3.*

Competit I. in omnibus actionibus in subsidium datis adversus tertium possessorem, *Cervall comm. 9. 3. n. 23.* II. competit tertio possessori contra priorem Creditorem hypothecarium generalem, & specialem: ut sc. Creditor antiquior excutiat bona specialiter obligata, l. 2. C. de pignor. Licet verum sit hanc exceptionem cessare, si adsit clausula (*Ut generi per speciem non derogetur, & è contra Anchar. dec. 159. Franch. dec. 5. Putcus dec. 38. ** & à Senatu Sabaudicę admissum, scribit *Ant. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 6. de pignor. defn. 8. n. 3.* quem laudat *D. Scoppa ad decisif. Gratian. observ. 25. n. 25. ** Vide *sup. num. 429. 430. 431. 449. & num. 450. & 451.* ubi discussimus: *An hæc Exceptio corrumpatur, si in contractibus adsit clausula (Constitutus, & præcaris) vigore cujus, potest directe, Creditor agere adversus bona possessa à tertio. Quod dicitur Judicium assistentiæ, & intentatur in discussio principali, pragm. 1. de assist. Affl. dec. 139. num. 6.* Et ita Practici in libello explicant clausulam *Constitutus*, alias obstat contra hypothecam, Exceptio excussionis. Fidejussori etiam competit excussio principalis debitoris, *Auth. præsentem, C. de fidejussor. de quo diximus lib. 3.*

Sunt multæ aliæ Exceptiones Dilatoriæ, quæ usu addiscuntur: ut quæ opponitur contra Judicem suspectum, Testes, Actuarios, & Executores suspectos, de quibus infra.

DE EXCEPTIONIBUS PEREMPTORIIS.

1419 **A**D sunt multæ Exceptiones, quæ perimunt intentionem Actoris. Et istæ, si liquidò constant, sunt *litis finitæ.* Nam impediunt ingressum litis: Si obscurè sint requirentes altiore cognitionem, non sunt *litis finitæ;* sed lis contestatur, & reservatur ad merita causæ: ut Exceptio *Præscriptionis, Compensationis,* quæ semper sunt involutæ difficultatibus, ob requisita ad illas, ut currant, *Menoch. lib. 2. cent. 1. de arbitr. caus. 19. Viv. decisif. 107. num. 15. ** & ita à Senatu Sabaudicę decisum testatur *Anton. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 24. de except. defn. 5.*

Eo ipso ergo, ac Exceptio aliqua peremptoria non est liquida, non impeditur litis contestatio; sed reservatur ad merita causæ, cum clausula (*De ea habetur ratio, prout de Jure erit habenda*) *Sanfel. decisif. 88. Borrell. in summ. decisif. tit. 48. de except. 108. num. 1. Ann. sing. 605.* Quæ reservatio ad merita causæ durat usque ad conclusionem in causa. * Nam est discutienda antequam decernatur, esse

Judex ex officio cogit ad legitimandum.

Quæ sit exceptio expensarum.

Quæ sit excussio.

Cui competit.

1417

1418

Competit fidejussori.

1419

Alique peremptorie litis finitæ, atque reservatę ad merita causæ.

1420

esse in causa conclusum, *Sanfel. dec. 88. Ann. alleg. 409. num. 27.*

L E M M A I V.

Quomodo opponatur Peremptoria?

1421
Non probans peremptoriam succumbit.

CAveat Reus, ne sua exceptione firmet Actoris intentionem; ut esset, si Actori petenti mille, opponeret exceptionem compensationis, prescriptionis, solutionis, pacti de non petendo. Nam eo ipso fatetur, se esse debitorem, & si ipse non probet solutionem, pactum de non petendo, prescriptionem, compensationem, succumbit, *Bart. in l. non utique, ff. de except.* Et melius est negare debitum: nam re vera non est debitor, qui solvit, qui prescriptit, &c. dicendo: *Non sum debitoris quod si ipse probaverit, me aliquo titulo debitorem ex nunc pro tunc, oppono omnes exceptiones peremptorias in forma, & in specie compensationis, prescriptionis, &c. Ifern. de usib. feud. cap. 1. col. fin. ver. Si exceptio.*

1422

Quod vero exceptione solutionis quis debitum fateatur, patet ex *l. siquidem, 9. C. de except.* *Marcus decif. 842. num. 1.* Idem de compensatione ait *Bald. in l. cum Papinianus, n. 8. C. de sent. omv. Jud. Dambaud in pract. civil. cap. 13. n. 8.*

DE EXCEPTIONE PRÆSCRIPTIONIS.

1423
Exceptio prescriptio- nis in Regno viget.

EXceptio ista est peremptoria, *l. exceptiones, 3. ff. de except. Guid. dec. 416. num. 13.* Et si clara sit, liti ingressum, claudit, *Sanfel. dec. 88. n. 4. tom. 1.* Et vim habet etiam Jure feudali, *Constit. Regn. consuetudinem pravam, Galeat. contrav. cap. 4. num. 24.* Et in Regno est in viridi observantia, *Prat. ad Muscatell. §. in hac gl. in fin. 4. p. gl. & similia, §. Sed pulchra, post Ant. Amat. cons. 96. num. 20. & 26.* Quotidie enim circumducuntur citationes, instantiæ cadunt, liquidationes instrumentorum corruunt, temporis lapsu. Quod si quandoque rejecta fuit; id ortum habuit; quia tunc prescriptio erat destituta Canonice, & legitimis requisitis, de quibus *lib. 2. tit. de prescript.* Et ita intelligendus est *Rovit. cons. 40. num. 14. Ursil. ad Aff. dec. 13. n. 9. & dec. 329.* prout ipsi, post *Amat. satisfacit D. Scoppa in Scholiis ad contrav. R. Merlin. cent. 1. cap. 44. num. 24.*

DE EXCEPTIONE NON NUMERATÆ PECUNIÆ.

1424
Exceptio non numeratæ pecuniæ non currit in confessione pænes acta, vel geminata.

Ista Exceptio habet vim peremptoriæ, & potest opponi adversus contractum mutui infra biennium, *Anchar. decif. 134. num. 1.* non vero post, ut à Senatu Sabaudia decifum inquit *Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 22. de non numer. pecun. defn. 4. in princ.* Quæ Exceptio non currit; si confessio sit facta in actis coram Judice, vel sit geminata, *Aff. dec. 107. Dec. in l. singularia, D. si cert. pet.*

Vel si coram se Tabellio dicat pecuniam numeratam.

In aliis contractibus potest opponi infra 30. dies, *Aff. dec. 105. num. 2.* & alii plures, quos sequitur *D. Scoppa ad decif. Gratian. observ. 164. num. 2.* Excluditur Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis; si Tabellio dicat in instrumento, coram se, & testibus pecuniam numeratam, *Abb. in cap. cum P. num. 11. de fide instrum. Vi. de lib. 3. num. 1171.* quem locum ad hoc sequitur *D. Scoppa d. observ. 164. num. 11.*

DE EXCEPTIONE REI JUDICATÆ.

1425
Exceptio rei judicatæ est peremptoria.

EXceptio rei judicatæ est peremptoria pro eo, quo sententia transivit in rem judicatam, & partis adversæ. Ita ut opposita retardet litis ingressum, & probata destruat intentionem, *l. fundum, l. fundi, D. eod. Francb. dec. 289. num. 4. Anna alleg. 48. num. 24.*

Quando desur.

Res autem judicata dicitur sententia, à qua non fuit appellatum intra tempus à jure statutum, *l. penult. D. de reg. jur. l. 4. D. de stat. bom.* Quæ res judicata subintrat, si deseratur appellatio, *Francb. dec. 179. Verall. dec. 93. par. 3.* & Res judicata tantum currit circa causam, & personas in ea comprehensas, *l. demum, C. de appell. l. cum queritur, D. de Tom. II. Lib. IV.*

re jud. l. & eadem, §. 1. D. except. rei jud. * Ant. Fab. in suo Cod. lib. 7. tit. 22. quib. res judic. defn. 4. n. 3. in alleg. Nec potest ex uno judicio in partem valere, & in partem non valere, *l. in hoc judicio, 28. D. famil. erisc. cum aliis apud D. Scoppa in Scholiis ad contrav. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 21. num. 9. in fin.*

DE EXCEPTIONE JURAMENTI.

REvocatur inter peremptorias perjurii Exceptio; qua opposita, sistit se lis, *Bart. in l. cum queritur, num. 3. D. de judicat. sol.* Et in poenam perjurii, privatur actione, *Cavalc. dec. 9. num. 21. Menoch. vol. 1. cons. 24. num. 28. cap. dilecti, de except. Rota dec. 97. num. 8. p. 2. divers. Greg. dec. 94. num. 2.* Debet opponi, secus creditur renunciata; & ea opposita processus ad ulteriora est nullus, *Buratt. dec. 151. num. 3. Rota divers. dec. 19. num. 5. p. 1.* Potest opponi usque ad sententiam, *Cocc. dec. 268. n. 5.* Et repellitur in causa, in qua est perjurus, non alia, *Rota dec. 97. n. 10. p. 2. divers. Bald. in l. 2. num. 93. de jure jur.*

1426
Exceptio perjurii.

Semper potest opponi in causa, in qua est perjurus, non in alia.

Admittitur perjurus I. si sit reus necessarius, *cap. dilecti, de except. Greg. dec. 64. num. 4.* II. admittitur, si absolutionem obtineat à juramento, *Farinac. de falsis, q. 160. num. 182.* & absolutio à juramento, multiplicato juramento, debet esse multiplex, *Mantua dec. 267. num. 8. Gram. dec. 99. num. 12.* Et debet concedi ex justa causa, *Mantua l. c. num. 9.* Juramentum cum sit personalissimum, extinguitur extincta persona, *l. generaliter, C. de jure jur. & hæredem, non ligat, Guid. dec. 240. num. 5. Innoc. in cap. veritatis, de jure jur. in fin.* Et hoc etiam si quis jurat pro se, & hærede, *Aff. dec. 385. num. 8. Capyc. dec. 75.* Alia videas apud *Meipsum in addit. ad Gallup. p. 2. cap. 12.*

1427

Juramentum non ligat hæredem.

Exceptio rei non traditæ, perimit actionem, *de Marin. cap. 101. num. 15. lib. 1. Bellon. decif. Janua, 190. num. 6. Borrell. p. 1. sum. dec. tit. 48. de except. num. 104.* Sicut etiam impedit instrumenti liquidationem, *Borrell. part. 2. tit. 19. num. 152. de instrum. liquid.*

1428
Exceptio rei non traditæ.

Exceptio Doli, Vis, Metus, probata, sistit, & extinguit actionem Actoris, & etiam instrumenti Guarantigiati executionem, *Canar. q. 12. in fin. Thorus p. 1. comp. v. Instrumentum, §. 26.*

Doli metus.

DE EXCEPTIONE OBREPTIONIS, SUBREPTIONIS DEFECTUS INTENTIONIS.

Est peremptoria: Nam reddit nulla Rescripta, nullas dispensationes, &c. *Theaur. 1. for. q. 4. num. 1. & 2.*

1429

Opponitur exceptio subreptionis, obreptionis contra Rescripta, Gratias, Concessiones, Dispensationes, Brevia, Bullas, & probata, nulla declarantur.

Obreptio est, si falsum fuit narratum; Subreptio, si Veritas non fuit narrata in Impetratione, supplicatione; qua narrata, non fuisset concessa Gratia, &c. tunc Impetrata nulla sunt, *c. 1. c. 2. de rescript. & Judex cui presentatur, cogno. cit. de subreptione, obreptione rescripti, l. jubemus, 10. C. de sacros. Eccl. l. ult. c. si contra jus, vel publ. util. Anzen. de sacra formæ col. 9. tit. 24. novell. 152.*

1430

Ita I. Subreptitium est Rescriptum secundum, non facta mentione primi, *c. 1. de rescript. cap. ex literis, de off. deleg. Menoch. de arb. casu 48.*

II. Subreptitium est Rescriptum, in quo non exprimitur, si adit litis pendentia, *Rota dec. 6. de rescript. in novis.*

1431

III. Nec tenet Rescriptum gratiæ non expresso, aliam gratiam delicti obtinuisse, *Clar. §. fin. q. 59. num. 10.* Cum is tamen, quæ ad materiam inquit *D. Scoppa in Scholiis ad contrav. R. Merlin. cent. 2. cap. 15. & 87.*

Exceptio Defectus intentionis Concedentis, est peremptoria: nam sine intentione, hoc est, sine consensu libero Concedentis, concessio: quævis nulla est talis est obtentus impetratus, falsa informatione, improba importunitate petentis, *Abb. in cap.*

cap. causam, quæ de testib. & cap. cum nostra, n. 9. de concess. praben. Seraphin. dec. 398. Gregor. decis. 164. Barbof. clausul. 79. num. 47.

1432

Qui defectus Intentionis ob falsam informationem opponi valet, etiam si Concedens: putà, Papa, dicat, non posse opponi, *Rota par. 2. recen. dec. 664. Seraph. dec. 398. & dec. 965. num. 11.*

Undè nulla etiam est Excommunicatio, etiam breve latum habens defectum intentionis, *Sacc. conf. 20. num. 25. Suar. alleg. 13. num. 6.*

Etsatis est ad nullitatem excommunicationis, alterius actus defectus intentionis dubius, *Dec. in cap. si quando, num. 10. ibi: Dubitatur de mente de rescript. Quia effectus certus à causa certa producitur; & ut ex causa certa est effectus; ita ex causa dubia effectus dubius, & in dubiis standum pro libertate, quæ est in certa possessione ante dubium. Cum autem Voluntas, Consensus, Mens, Intentio Superioris sit causa validi actus concessionis, Excommunicationis, debet certè existere, ut Dispensatio, Rescriptum, Excommunicatio habeant esse, & operentur aliquid.*

DE EXCEPTIONIBUS CONTRA EXECUTIONEM SENTENTIÆ.

1433

Quando opponatur exceptio modo rans exceptionem sententia.

Quævis Exceptio, quæ sententiam non tollit; sed moderat, potest opponi post sententiam, intra 30. dies ab intimatione sententiæ, *Tbor. in compen. 2. Executio sententiæ, Prag. 28. Comitibus Lecepio modo. Nisi fuerit præfixus terminus ante contestationem ad illas opponendas, Trentacinq. 2. var. tit. de Exceptionem resolut. 1. Gratian. 3. for. cap. 495. Neapoli tamen per Exceptiones istas non impeditur executio, si opponantur post 30. dies, à die notificationis sententiæ, si pars, quæ instat pro executione, det cautionem de restituendo, si sententia retractetur, Prag. 4. cap. 25. de dilat. Hodiern. ad Surd. dec. 332. num. 8.*

1434

Exceptio inventarii nõ confecti.

Multæ in executionem sententiæ opponuntur Exceptiones, quarum I. Est *Exceptio inventarii*, quæ competit hæredi; nõ donec perficiatur, molestetur, *l. final. C. de jur. delib. Capyc. Latro decis. 115. n. 15. Pratus obser. 13. num. 3. Gratian. cap. 495. Caroc. de rem. contra sentent. except. 68. Valasc. decis. 87. Surd. dec. 332. Mastrill. decis. 24. Franch. dec. 323. * & ita esse à DD. communiter receptum, pluribus aliis adductis, ait D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 48. num. 4. * Nisi fuerit elapsus terminus præfixus ad illud conficiendum, Boer. dec. 54. n. 3. Surd. dec. 322. num. 2. Felin. in cap. Pastoralis, 4. num. 22. de Except.*

1435

Bonoru in- sufficientia. Castr. in l. cum fideicommissum, 7. D. de confes. tut. aut quod hæres.

Executione sententiæ urgente, potest opponi *Bonoru in- norum insufficientia*, *Mastrill. decis. 24. num. 6. in fin. sufficientia. Castr. in l. cum fideicommissum, 7. D. de confes. tut. aut quod hæres.*

Et opposita inventarii infecti exceptione, nõ deveniri ad sequestrum, voluit *Pratus lib. 2. cap. 35. num. 28. Galeot. tom. 1. controv. cap. 63. n. 35. Quod intelligerem, nisi hæres malè oleret, & rerum consumptio, vel occultatio timeretur: tunc enim sequestro consulitur hæredi; & non conjiciuntur Creditores in discrimen amittendi jus proprium.*

1436

Exceptio solutionis.

II. Est *Solutionis Exceptio*, *Rocc. tom. 1. resp. 15. Illicè probata per scripturas authenticas, & partitas Banchi, Mercatoris, &c. sive totius, sive residui debiti sint, Mascard. de probat. concl. 1319. num. 2. Gratian. cap. 581. num. 1. Escobar de ratioc. admin. cap. 37. num. 3. Staiban. cont. 1. resol. 3. num. 31. Rocc. tom. 1. num. 28. n. 71. de litt. camb. Et etiam per testes, Ritu 175. ex l. cum de in debito, D. de probat. Franc. dec. 278. num. 1. Nisi adsit pactum, ut solutio, non testibus; sed tantum scriptura probari possit, *Ursill. ad Affl. dec. 398. num. 4. Franch. dec. 361. Sanfel. dec. 185. num. 6. Hodiern. ad Surd. dec. 277. num. 8. Marotta lib. 1. discept. cap. 34. de Marin. ad Revert. dec. 435. Contrà de Ponce conf. 36. num. 16. vol. 1. Rovit. prag. 1. num. 16. de loc. & condu. Viv. p. 2. opin. 573. Peregr. dec. 146. num. 3. negantes tale pactum valere. Sed non video, cur rebus suis partes nequeant talem legem ponere, contra l. in re**

An possit pacisci, nõ solutio probetur per testes.

mandata, C. mand. Cum nullo Jure inhibeaturo tale pactum. Fateor tamen, testes istos facere probationem; si ab hæredibus pacti insciis sit facta solutio; vel Judicis officio sint recepti, Affl. in const. Instru- mentorum robur, n. 32. v. Nec obstat id, Tbor. voto 84. num. 44. p. 1.

Quæ solutionis Exceptio non admittitur adversus tres conformes sententias, timore calumniæ, *Felin. in cap. cum ex parte, num. 16. de offic. deleg. Socc. jun. vol. 1. conf. 46. num. 20. Gratian. decis. 18. num. 17. Bero conf. 189. num. 12. lib. 3. Magon. decis. Florent. 94. lib. 8.*

III. Est *Compensatio*, cui cum juramento non sit renunciatum, *Affl. dec. 121. num. 5. Franch. decis. 527. Petra ad Capyc. dec. 167. num. 5. Petra ad Ratum 166. num. 185. in fin. Sessa dec. 88. n. 3. Surd. dec. 292. qui docent, impedire executionem sententiæ; sicuti illam impedit solutio, l. si debitor, D. qui pot. in pign. Vide sup. num. 1185.*

IV. *Exceptio Novæ conventionis inita* inter partes, *l. 2. §. si ex conventionione, D. de re jud. Manric. de tacit. tit. 5. num. 35. Gualter. 2. p. & 3. p. princ. rubr. 3. num. 15. * Quæ locum habet in quolibet iudicio, & in qualibet illius parte, etiam post sententiam, ut tradit D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. part. 1. §. 39. num. 4. * Sed nova Conventio debet expressè probari, l. fin. C. de novat. Felin. in cap. ex parte, de off. Jud. deleg. * & opponenda cum requisitis adductis ab eodem D. Scoppa loc. cit. num. 7.*

V. *Exceptio Cedendarum*, qua Fidejussor obligatus non solvit, nisi cessis actionibus à Creditore, *l. Modestinus, D. de solut. l. 1. §. non solum, D. de tutel. & ration. Dec. conf. 27. num. 1. Marfil. singul. 7. Franch. decis. 406. & 662. Surd. decis. 356. num. 10. Affl. dec. 143. Cæpoll. caut. 257. Nisi huic Exceptio- ni sit renunciatum, vel generali clausula: ut Renun- cio omni legis auxilio, secundum Ursill ad Affl. dec. 182. num. 12. Socc. vol. 2. num. 200. Capyc. decis. 87. num. 10. Jaf. in l. de bis, de transact. Vel speciali renunciatione, secundum Romanum conf. 472. Dec. conf. 27. & 446. Alex. vol. 6. conf. 196. Tiraquell. tamen in l. si unquam, num. 117. Cod. de revoc. donat. sentit cum Affl. dec. 182. si renunciatio sit jurata.*

VI. *Exceptio Deducto nõ egeat*, executionem impedit, nisi in specie ei renunciatur, *Franch. dec. 164. & 181. Giurba dec. 43. Muta dec. 44. Tbor. in compen. v. Filisfam. renuncians in specie, Rovit. prag. 1. num. 23. ad Maced. Et hæc competit filiofam. non obstante renunciatione. Ità decisum junctis Aulis testatur de Amato conf. 51. Et placet. Nam Jure Naturæ egenti succurrendum. Ergo nõ molestandus, nisi deducto nõ egeat.*

VII. Est *Exceptio Meliorationis*, quæ impedit executionem, donec satisfiat, *l. est in area, D. de condit. indeb. l. in fundo, D. de reivindic. Franch. decis. 112. num. 1. Ludov. decis. Perus. 71. num. 1. Capyc. dec. 17. num. 7. Peregr. de fideicomm. par. 3. art. 50. num. 80. * probatum à Senatu Sabaudia refert Ant. Faber in suo C. lib. 7. tit. 20. de execut. rei judic. def. 2. & pluribus aliis adductis, pro communi sequitur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 225. num. 2. Sed, si meliorationes sunt dubiæ, præstita cautione de illis restituendis; sententia executioni madatur, *Cavaler. dec. 28. num. 6. Puteus dec. 471. lib. 2. Ricc. collect. 140.**

VIII. Im-

Fructus percepti post sententiam compensantur cum ipsis meliorationibus, *l. sumptus, l. emptæ, D. de rei vind. Franch. decis. 705. & 527. num. 12. Affl. dec. 87. Capyc. decis. 197. Rov prag. 24. n. 41. de feud. Alex. vol. 6. conf. 154. De istis meliorationibus, videasup. num. 120. ad 127. & præcipue num. 126.*

1437

1438

Exceptio solutionis nõ datur cõtra tres sententias conformes, nisi tuc innotescat scripturis de novo reper-

1439

Novæ conventionis.

1440

Cedendaru.

1441

Exceptio deducta nõ egeat.

1442

1443

Exceptio Meliorationis.

1444

1445 VIII. Impeditur executio *Tertio comparante*, de cuius interesse agitur, ut Creditor anterior. Praxi tamen servat, ut præstita cautione de restituendo, si, &c. exequatur sententia, l. is à quo, D. de reivindic. Aff. dec. 13. & 235. *Franch. decis. 289. num. 2. Ludovif. dec. 26. Amat. lib. 2. resol. 84. n. 26. Caval. dec. 10. Felin. in c. veniens il 2. de testib.*

1446 IX. Exceptio *Vellejani*, impedit executionem, etiam instrumenti, *Staib. forens. cent. 1. resol. 42. Thor. 2. p. v. Mulier, & Voro 97. num. 4. p. 1. de Mar. rin. lib. 2. cap. 236. * & nuper D. Scoppa in Scholiis ad contro. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 55. num. 2. * Neap. ut renunciat Mulier Vellejano, requiritur dispensatio à Collaterali Consilio, Franch. dec. 623. num. 26. Ponte conf. 40. vol. 1. & de potest. Proreg. tit. 12. rub. de decret. Collat. Conc. Thorus in suppl. v. Mulier, Rocc. lib. 1. resp. 4. num. 2. Hodiern. ad Surd. dec. 86. quos citat, & sequitur Petra ad Rit. M. C. 165. num. 201. ex Pragm. 1. ad Vell.*

1447 X. Exceptio *Macedoniani* impedit executionem etiam instrumenti, *Franch. decis. 181. num. 5. l. 2. C. quod cum eo; & debet probari emancipatio, ut corruat talis exceptio, quæ emancipatio debet fieri, filio præsentem, l. jubemus, s. C. de emanc. liber. Narbon. de et. anno 7. q. 34. n. 3. Lara in comp. Vita hom. cap. 16. n. 33. Urfill. ad Aff. dec. 183. num. 9. Petra ad Rit. M. C. 166. num. 199.*

1448 XI. Restitutio *in integrum* impeditur executio sententiæ contra privilegiatum injustè læsum, l. si causa cognita, C. de transf. l. 1. C. de integ. restit. l. Marcellus, D. de rei jud. Aff. dec. 356. n. 4. *Franch. dec. 702. num. 1. * & alii quos sequitur D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 172. num. 4. * At restitutione in integrum, non impeditur executio tertie conformis duabus præcedentibus sententiis, licet adhuc concedatur restitutio in integrum contra ipsas, l. minor autem, s. denique, D. de minor. Clement. 1. de re jud. Capell. Tholof. dec. 34. Covarr. pract. c. 25. n. 7. Alex. in l. 4. s. Condemnatum, D. de re jud. * & rejectis contrariis probat D. Scoppa ubi supr. obser. 18. num. 51. **

1449 XII. Opposita *Nullitate*, retardatur executio sententiæ, l. 4. s. condemnatum, D. de re jud. l. 1. C. quando provoc. non est necess. Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. Prax. resp. crim. 34. num. 23. *Capyc. Latr. dec. 69. num. 25. Anna in c. 1. num. 244. de Vassall. decr. ap. etat. Gramm. conf. civil. 43. num. 2. & si prohibitum sit nullitates opponi; adhuc nullitas notoria opponi valet, Viv. opin. 816. Amatus dec. 33. * Sed plura copulativè requiruntur, quæ indicat D. Scoppa ad Sarn. prax. civil. part. 2. pag. 624. n. 36. cum seq.*

1450 Nota tamen, in S. R. C. non proponi nullitates sine deposito; ita ut infra mille, sint 12. sup. mille 60. pro pœna Fisco solvenda, si nullitas non subsistat, Prag. s. 5. *quam plurimum, de off. S. R. C. Sed hodiè est 24. & 90. ut observat Gallup. p. 3. cap. 6. num. 10. Quod depositum non fit à paupere, & in aliis causis Nobilitatis, &c. Sanfel. dec. 69. num. 2. lib. 1. & D. Scoppa loc. cit. num. 41. Quod, si ante discussionem nullitatum, proponentem pœniteat, recuperat depositum, Anna loc. cit. num. 249. Ifern. in cap. 1. v. Pœnam. Quæ sint regalia, Gallup. l. c. n. 11. Quod depositum, nec requiritur, si sententia sit nulla ex defectu jurisdictionis; sed fit, si sit nulla contra Jus, Scripturam Authenticam, Stylum, Curia, Acta præsentata, Cavaler. decis. 111. num. 1. Balb. dec. 166. Guid. dec. 142. Aff. dec. 96. num. 1. Gallup. l. c. num. 14. & 16.*

1451 XIII. *Cessio bonorum*, impedit executionem sententiæ, Aff. dec. 396. nisi cedens usas fuerit quinquennali dilatione. l. fin. C. qui hon. ced. l. quortes, C. de precib. Imperat. offeren. Aff. dec. 378. & hoc ita, ut nulla sit renunciatio etiam jurata cessionis, Gramm. decis. 212. Thes. decis. 36. Vide supra num. 1280.

1452 XIV. Executio *apellatione suspensiva* impeditur, l. 1. in fin. D. ad Turpill. l. Herennius, D. de evict. impedit s. l. demum, C. de appell. Dixi *Suspensiva*. Nam *Desentia Exe. voluntiva*, non impedit executionem, *Franch. Tom. II. Lib. IV.*

decis. 347. Ricc. collectan. 168.
1453 XV. *Exceptione Excommunicationis*, impeditur executio, c. *exceptionem, de except. cap. quia nonnulli, de except. cap. intelleximus, de jud.* Si tamen excommunicatus conveniatur, debet per alium respondere, *cap. si verè, de sent. excomm.* Et si non inveniatur, qui fidelitèr suum negotium exercent, non est compellendus constituere procuratorem, c. *quærelam, de procurat.*

1454 Excommunicatus potest excipere, & appellare & facere omnia, quæ conducunt ad suam defensionem, *cap. cum inter priorem, s. de except.* Ex hoc, nè Justitia offendatur; non ut Excommunicatus releveretur. Et lex non potest aliquid præcipere, cum læsione Justitiæ. Ergo, non potest præcipere, nè Excommunicatus se defendat, *d. cap. cum inter priorem.*

DE EXCEPTIONIBUS PRÆJUDICIALIBUS.

1455 *Præjudiciales* dicimus illas, quæ oppositæ sunt causam: de qua sententia ferenda est: & in istis auditur Reus ante Actorem, l. *Præses, C. ad Flaviam, de plag. Bald. in l. peremptorias, n. 17. D. sent. rescind. non poss.* Nam præjudicialis causa est discutienda ante omnia, adeoque ante alias ejus judicium terminandum, &c. l. *fundi, l. fundum, D. de except. Anchar. conf. 62. num. 1. Aff. dec. 219. num. 1.*

Talis est l. *Exceptio declinatoria fori*, quæ præcognoscenda est. Nam ab illa Judex sumit validè judicandi principium.

Hæc Declinatoria, si opponatur simul cum aliis, censetur primo loco opposita, neglecto ordine scripturæ, l. *talem, D. de hæred. instit. cap. causam, de rescrip. Abb. in cap. exceptionem, de except.* Consultius tamen prius contra Judicem; deindè aliæ cum protestatione, quatenus constabit Judicem esse competentem, opponendæ sunt, *Bart. in l. quidam consulebant, num. 11. D. de re jud.*

1457 Nota, subsistere processum, nisi interrumpatur, appellatione interjecta ab ulteriori processu. Nam non appellando consentit, *Rodulph in praxi. Judic. cap. 7. num. 49.*

Si incidat quæstio rei spiritualis in judicium civile, remittitur definienda ad Ecclesiasticum, quiescente interim sæculari judicio, *cap. tuam, 3. de ord. cognit. Mynsing. cent. 1. observ. 100.*

1458 II. *Procuratorum Discordia*, præjudicialis est, qua non fedata, ad ulteriora Judex non procedit.

III. *Dicas idem De Exceptione legitimationsis personæ Actoris.* *Marant. p. 4. diff. 29. num. 16.* *Legitimationis personæ.*

EXCEPTIONES CONTRA PROCURATOREM.

1459 *Contra Procuratorem* excipitur I. si sit *Excommunicatus*, *cap. post cessionem, de probat. cap. prudentia, de off. Deleg.* II. Si sit *Minor 25. ann. adversus l. minor, D. de procur. l. exigendi, C. eod.* III. Si sit *Mulier, l. 3. s. 1. D. de negot. gest. l. neque feminam, rem. D. de procurat.* Licet possit esse procuratrix pro se, pro consanguineo in causa tutelæ filiorum, l. *qui absente, l. feminas, C. de procur. l. fin. C. quando mulier tutelæ off. cap. ex parte, de appell.* IV. Si sit *Monachus, sine licentiâ Superioris, tit. Ne Clerici vel Monachi. V. Si sit in Sacris, vel Beneficiatus, cap. 1. & 2. Ne Clerici, vel Monachi, s. Deo amabiles, Auth. de Sanctiss. Episcop.* Nisi sit procurator pro Conjunctis, aut miserabilibus personis, aut pro Ecclesia, *cap. 1. & fin. de postul. VI. Si sit Parabolanus, aut Miles armatæ militie, l. neque femina, D. de procur. l. Militem, C. eod.* VII. Si *Excedat fines mandati, l. procurator, C. eod. tit. VIII. Si Careat speciali mandato, ubi exigitur, l. illud, 23. D. de minor. l. non solum, 39. s. final. D. de procur.*

EXCEPTIONES CONTRA ADVOCATUM.

1460 *Contra Advocatum* excipitur, si sit *Surdus, Adversus Cæcus, Mutus, Minor 17. annor. l. 1. D. de Advocatum. postul.*

posul. II. Si sit *Hæreticus, Infidelis, Excommunicatus, l. nemo, C. de posul. cap. excommunicatus, §. credentes, de hæret. cap. exceptione, de except.* III. Si sit *Infamis infamia juris, §. in hoc tit. l. quas prohibet, D. de posul.* IV. Si sit *Domesticus, vel Familiaris Judicis, cap. ex infnuatione, de appell.* V. Si fuerit *Judex, vel Assessor in eadem causa, l. quisquis, C. de posul. l. fin. C. de assessor. VI. Si non juret, se fovere bonam causam, l. rem non navam, C. de judic.*

EXCEPTIONES CONTRA ACTOREM, ET REUM.

1461 **Adversus Actorem.** **S**i sit *Excommunicatus, Apostata. II. Si sit Pupillus, vel Minor sine Curatore, tit. C. qui legit. person. habeant.* III. Si sit *Furiosus, Prodigus, Mutus, si ei sit interdicta honorum administratio.* IV. Si sit *Infamis, Criminosus, Exul, Banditus, perpetuè carceri mancipatus, l. si is, qui reus, §. D. de pub. jud.*

1462 **Exceptiones contra Reum sunt potiùs replicationes datæ contra Exceptionem Rei, l. 2. D. de excep. l. non except. Et licet, C. de pact.**

EXCEPTIONES CONTRA EXECUTIONEM.

1463 **Adversus Executorè.** **R**eus excipit contra Executionem. I. Si *Executor sit inhabilis, vel excedat.* II. Si non fuit citatus juridicè. III. Si contra ipsum non sit directa commissio. IV. Si excedat mandatum, vel commissionem, *Muscattell. præc. civil. gl. 2. v. veniens, num. 15. in fin. Bursat. consil. 309. num. 10.* Et quando ob excessum resisti possit *Executori?* videas *Bper. decis. 8.* ut in *Exequutore sine mandato exequire, dictum à Senatu Sabaudia, tradit Anton. Faber in suo Cod. lib. 2. tit. 11. de eo quod met. caus. definit. 3. num. 10.* V. Si nolit dare copiam commissionis, vel executionis, *Dambouder. l. c. cap. 127. num. 2.*

DE EXCEPTIONE RENUNCIATIONIS.

1465 **Renunciatio impedit litis regressu.** **R**enunciatio est, quando quis dicit, se liti renunciare; & tunc si rursus vult liti incumbere, ei obstat *Exceptio Renunciationis.* Nam, absurdum est, aliquem redire ad illa, quæ renunciavit, *l. si quis iurjurandum, 11. ubi Glos. v. putavit, D. de reb. cred. cap. quam periculosum, 7. q. 1. l. quæritur, 14. §. si venditor, D. de edil. edil. l. si maritus, 15. §. si negaverit, D. de adul. l. 1. §. qui semel noluit, D. de success. ed. Ofasc. dec. 144. num. 6.* Actio enim semel extincta non reviviscit, *l. qui res, 98. §. aream, D. de solut. l. inter stipulationem, 83. §. Sacram, D. de verb. oblig.* Et hoc etiam si extrà judicium liti renunciat, etiam parte absente, *l. 4. ubi Bald. num. 4. Dec. num. 6. Alex. num. 6. C. de pact. licet Jaf. exigat præsentiam, & acceptationem partis in d. l. postquam liti, 4. num. 1.* Sed acceptationem sola præsentia induci, vult *Sicard. ibid. n. 14.*

1466 **Actio extincta non reviviscit.** **Præsens** Quia præsens censetur acceptare ad commodum proprium, *l. qui patitur, D. de mand. ex qua inquit D. Scoppa in Scholiis ad controuv. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 58. sub num. 2. probans num. 15. id præsertim procedere in judiciis.*

L E M M A V.

Quomodo Reus se defendendo, istis uti possit Exceptionibus?

1467 **R**eus tenetur ad tria. I. *Manifestare veritatem juridicè interrogatus?* Et juridicè dicitur procedi, si ve procedat via specialis inquisitionis, infamia præcedente, probato delicto, saltem uno teste; vel per viam accusationis, delicto semiplenè probato. II. Tenetur *Obedire Judici juridicè interroganti, ad Rom. 13.* III. Injulte gravatus, *Seipsum defendere potest.* I. Excipiendo contra libellum. II. De corpore delicti. III. Excipiendo contra Judicem. IV. Excipiendo contra testes. V. Excipiendo contra processum. VI. Excipiendo contra propriam confessionem. VII. Excipiendo contra sententiam. VIII. Se defendit contra crimen pro-

batum. IX. Se defendit per appellationem. X. Se defendit contra Actorem, contra Advocatum, contra Procuratorem, contra Scribas. Et ut ista uberiùs expendamus sic.

EXCEPTIO CONTRA LIBELLUM.

Sed quid, si præscriptio opponatur contra Ecclesiam, vel Locum Pium.

Tunc non currit præscriptio, nisi quadraginta annorum, §. pro temporalibus autem præscriptionibus decem, & viginti, & triginta annorum, sacrosanctis Ecclesiis, & aliis universis Venerabilibus locis solam quadraginta annorum præscriptionem opponi præcipimus: hoc ipso servando, & in exactione legatorum, & hereditatum, que ad Pias causas relicta sunt. Auth. de Eccles. tit. coll. 9. cum aliis, & quibus tradit D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 15. num. 38.

An id currat in præscriptione rerum mobilium?

Affirma. Nam licet triennio usucapiatur dominium; tamen hypotheca illius rei non est extincta favore Creditorum; cum possit quis acquirere dominium rei alteri hypothecatae, l. usucapio, C. de pignor. adeoque tunc possessor cum titulo præscribit contra hypothecam per decem annos inter præsentem, viginti inter absentes, *Glossa* in l. diversos, 1. v. incumbunt, in fin. C. si adversus creditor.

An possit opponi Excussio principalis contra intentantem Salvianum Interdictum?

Nega, Pacific. refens DD. & decisiones, de Salviano interd. in spec. 2. cap. 2. num. 40. & vide alia, que cumulat D. Scoppa ad dec. Grat. observ. 25.*

LEMMA XIV.

De Constituto, & Precario.

Per Constitutum fictè traditur possessio, quando quis constituit se possidere nomine alterius, l. quod meo, 18. ibi: Quod meo nomine possideo, possum, & alieno nomine possidere, D. de acq. poss.

Differt Constitutum à Precario. Nam Precarium est, quod utendum concedimus precibus petentis, & non transfert possessionem naturalem in accipientem rem, l. & habet, 15. §. cum quis, D. de precar. Bari. in l. interdum, num. 1. D. de acq. poss.

1553

Jus offerendi quando præscribitur.

1554

1555

1556

1557

1558

Constitutum, & precarium, tractationem fictè in illum pro quo constituit se possidere.

Con-

1558 *Constitutam* transfert possessionem in illum, pro quo quis constituit se possidere, *Bart. in d.l. interdium, num. 1.* Intelligas, si res, quam constituit se possidere, sit certa, *l. & habet, 11. § cum qui, D. de precar.* Nam rei incertæ dominium, & possessio transferri nequit, *l. 3. § incerta, ibi: Incertam partem rei nemo potest possidere. Ubi Bart. D. de acq. poss.*

LEMMA XV. *Effectus Constituti.*

1559 **F**ecunda satis est Constituti clausula, & producit I. Veram translationem possessionis, vel quasi in illum, pro quo quis constituit se possidere, *l. interdium, 21. l. quod meo, 18. D. de acq. poss. Alex. lib. 2. conf. 82. num. 7. Castr. conf. 10. num. 3. lib. 1. Buratt. decis. 133. num. 3. * & alii, quos sequitur D. Scoppa ad Controv. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 19. num. 5. in fin. * etiam si titulus non sit habilis, Rota p. 1. divers. dec. 549. num. 8.*

1560 Transfertur ergo vera naturalis, & civilis possessio, remanente tantum detentione apud Constituentem se possidere nomine alterius, *l. quod meo, 18. ubi Bart. num. 3. D. de acq. poss. Castr. conf. 10. n. 3. lib. 1. Alex. lib. 2. conf. 82. num. 7. Buratt. decis. 145. num. 2. Cavalier. dec. 128. n. 6.*

1561 **H.** Si materia sit capax, operatur Translationem domini, etiam in Infantem ex stipulatione Notarii, *Seraph. decis. 471. num. 8. Durand. decis. 84. n. 16. Ang. conf. 373. Alex. conf. 92. num. 1.*

III. Competunt Constitutario remedia possessoria, *Ofasc. dec. 133. num. 7. Greg. 437. num. 2. recuperandæ, reintegrandæ, manutenedæ possessionis, Buratt. dec. 318. num. 1. Durand. decis. 84. & 89. n. 1. Rota dec. 599. p. 3.*

1562 **IV.** Per Constitutum probatur Constituentis possessio inter Contrahentes, ejusque hæredes, *Cavalier. dec. 473. num. 2. Greg. dec. 362. num. 1. & 491. num. 10. Et sic probatur possessio contra Constitutarium, ejusque successorem, Rota p. 4. decis. 539. n. 2. Beltran. ad Greg. dec. 362. n. 11.*

V. Vigore constituti potest Constitutus cogi ad actualem realem traditionem, *Rota dec. 242. n. 1. p. 7. recent. Durand. dec. 364. n. 1.*

VI. Potest peti res à singulari successore, *Durand. dec. 49. num. 7. Buratt. decis. 623. num. 3. Nisi sciente, & negligente constitutario, res ad tertium devenerint, Rota dec. 694. n. 8. p. 1. recent.*

1563 **VII.** Per Constitutum probatur Constituentis possessio inter Contrahentes contra eundem, ejusque hæredes, *Caval. decis. 473. num. 2. Greg. decis. 362. num. 1. & decis. 491. num. 10. Et ita etiam probatur possessio contra Constitutarium, ejusve successorem, Rota decis. 539. num. 2. p. 4. Beltran. ad Greg. dec. 362. num. 11. Sed per Constitutum non probatur possessio contrahentium, quasi non sit illius rei possessor. Sed tunc possessio debet aliunde probari, Alex. conf. 10. num. 2. lib. 4. Seraph. dec. 307. num. 6. Rota dec. 404. num. 11. p. 4. recent. Buratt. dec. 761. num. 3.*

Constituto non probatur possessio contra tertium. Nam potest illa amississe.

Constitutum in donatione facit illam inter vivos.

VIII. Constitutum oppositum in donatione reddit illam inter vivos, nisi exprimat causa mortis, *Rota dec. 9. num. 21. p. 7. recent.*

IX. Constitutum, ut accessorium sequitur naturam actus, cui adjicitur, *Rota decis. 549. n. 5. p. 1. divers. Cavalier. dec. 5. n. 6.*

LEMMA XVI.

Quando Constitutum nihil operetur?

1564 **S**i tempore contractus Constitutus non possidebat; vel si possidebat nomine alterius, constitutum nihil operatur, *l. quamvis, 32. §. 1. ibi: Si Conductor rem vendiderit, & eam ab Emptore conduxerit, & utrique mercedes præstiterit prior Locator possessionem per conductorem rectissime retinet. D. de acq. poss. Rota decis. 63. num. 5. p. 5. recent. Buratt. dec. 505. num. 1.*

Quando constitutum post mortem operetur possessionis translationem.

II. Nil operatur, si constituat pro tempore post mortem. Nam tunc etiam carebit possessione, *l. qui universas, 30. §. quod per colonum, ibi: Quod per colonum possideo, hæres meus, nisi ipse nactus sit possessionem, non poterit possidere, l. cum hæredes, Tom. II. Lib. IV.*

33. D. de acquir. poss. Rota dec. 258. num. 3. p. 4. recent. Nisi in constituto dicatur, ex nunc pro tunc possessionem trado, Rota p. 7. recent. dec. 86. n. 18.

III. Nihil operatur constitutum appositum in contractu nullo, *Rota p. 1. divers. decis. 549. num. 5. vel simulato, Rota par. 2. divers. decis. 224. num. 1. Cavalier. decis. 473. num. 3. Buratt. dec. 200. num. 1. & pendente lite nullitatis contractus, constitutum nihil operatur, Soc. lib. 3. conf. 78. n. 7.*

Contractu nullo nihil operatur.

IV. Si ratione statuti requiratur realis, non ficta traditio, *Gratian. dec. 238. num. 6. post Bart. in l. Titia, 134. num. 9. v. Quid si do tibi, D. de verb. oblig. Dec. in l. contractus, D. de reg. jur. coll. 5. v. Et hoc fallit.*

1566

V. Si constituat se possidere rem incertam ratione loci, &c. *l. locus, 26. ibi: Incerta autem pars nec tradit, nec usucapi potest, l. 3. §. incertam, D. de acq. poss. Cavalier. decis. 391. num. 2. Buratt. decis. 220. num. 6. Nisi re incerta deinde certificetur, Buratt. l. cit. num. 7. Ut in constituto omnium bonorum presentium, & futurorum, arg. *l. jure militari, 7. D. de restam. milit. Alex. lib. 6. conf. 85. num. 8. Durand. dec. 49. num. 13.**

VI. Si non absit causa, vel titulus; cui constitutum accedat, arg. *c. accessorium, 42. ibi: Accessorium naturam sequi congruit principalis. De. reg. jur. in 6.*

VII. Si Constitutarius fuit negligens per decem annos in accipiendo realiter actualiter rem ipsam, *Rota p. 1. recent. dec. 634. num. 5. Ridolphim. in pra. xi p. 1. cap. 5. num. 60. §. 21. quando. Qui numerat 36. casus inter alios, si constitutum apponatur à Notario sine expressa voluntate partium; & tunc ait nihil operari, Traj. de jure const. poss. p. 3.*

1567 *Nihil operatur à Notario appositum Constitutum sine partium voluntate.*

LEMMA XVII.

De Remedio l. fin. C. de edicto D. Adr. toll.

Hac lege, Hæres, vel Fideicommissarius ex testamento immittitur in possessionem hæreditatis vacantis possessæ à Testatore, exhibito testamento, ac legitimata persona. Et tunc fit immissio sine citatione, cum clausula, *Dummodò possessio sit vacans, & sine præjudicio possidentium, & habentium meliora jura, Pereg. de fideic. art. 48. num. 55. Cavalier. dec. 167. num. 4. & 46. num. 5. Et ratio est: quia testamentum Jure validum paratam habet executionem, ex hac l. fin. C. de edict. D. Adria. toll. Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 693. Surd. 214. num. 20. Campeg. de dot. par. 5. qu. 111. num. 5. Suarez in l. post rem judicatam, n. 3. §. adde quartum, D. de re. jud.*

1568 *Cui detur l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

De qua immissione Notarius rogatus conficit sollemne instrumentum, *Berous lib. 2. conf. 55. Menoch. l. c. num. 56.*

1569

LEMMA XVIII.

Quæ requirantur ad l. fin.

Exigit quinque. I. Citationem partis, si hæreditas non vacet, *Rota in d. l. fin. n. 16. II. Nè alius legitime bona fide possideat. d. l. fin. ibi: Non autem legitimo modo ab alio detentis. Rota dec. 711. num. 2. p. 1. Cavalier. dec. 316. num. 1. Seraph. dec. 801. n. 1. Contra alium verò possidentem legitime, non summatariè, sed ordinariè litu insistendum, discussis plenariè juribus; possessoris, Seraph. dec. 609. n. 4. Caval. l. c. n. 1. post Bart. in d. l. fin. n. 21.*

1570 *Ad l. fin. requiritur citatio partis. Nè alius possideat.*

III. Requirimus, Testatorem possedisse, vel detinuisse bona illa tempore mortis, *d. l. fin. ubi Glos. v. Fuerunt, Greg. dec. 200. n. 1. Soc. jun. conf. 77. n. 6. c. lib. 1. Et sic cessat hoc remedium in bonis tempore mortis Testatoris à Tertio possessis, d. l. fin. ubi Salyc. n. 18.*

IV. Exigimus, hæredem Jure Civili esse scriptum in testamento nuncupativo solemni, *Menoch. l. c. num. 91. In quo differt à Prætorio interdico Quorum bonorum, Marant. p. 4. dist. 7. n. 2. Cavalier. dec. 316. Rota dec. 135. n. 6. p. 1. recent.*

1571 *Hæres debet esse scriptus in testamento.*

V. Debet constare, Testatorem esse mortuum, arg. *l. 2. §. si dubitetur, D. quemad. test. aper. Nam mors est facti, nec præsumitur, nisi probetur. Et hæres se fundat in Testatoris morte, ex qua vires sumit testamentum, ad Hebræos, 9. num. 6. cap. cum Marta, §. ceterum, de celebr. miss. arg. l. 3. §. fin. l. 4.*

1572

De adm. legat. l. cum hic status, §. penitentiam, D. de donat. inter l. si quis, c. qui testamen. facere poss. Bart. in d. l. fin. n. 44.

Q. An petens immissionem, amittat possessionem?

1573 Petens immissionem factur, se non habere possessionem.

Afirmari in possessione, §. Sequens, instit. de interd. Bald. lib. 1. consil. 186. num. 8. Seraph. dec. 1268. num. 4. Nam possessio solo animo amittitur, l. 3. §. in amittenda, D. de acq. poss. Mant. dec. 20. num. 5. Et qui petit in illam immitti, fatetur se non possidere, Buratt. dec. 201. n. 1. Mant. dec. 33. n. 12.

L E M M A XIX.

Quis nequeat impedire immissionem in possessione, ex in d. l. fin.

1574 Non impedit immissionem.

I. Non possidens, etiamsi habeat titulum, non potest legitime immissioni contradicere; nisi una cum titulo habeat facultatem propria auctoritate, capiendi, Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 833. Rota p. 3. recent. dec. 185. n. 8. & 9. Seraph. dec. 29. num. 1. & dec. 33. num. 2.

II. Possidens sine titulo non resistit legitime immissioni, Coccin. dec. 475. n. 10.

1575 Possidens titulo non iusto.

III. Possidens cum titulo quæsito post mortem testatoris nequit retardare immissionem, Peregr. de fideicom. art. 48. num. 51. Aff. decif. 219. n. 6. Mant. dec. 311. num. 3. nisi à defuncto obtinuerit possessionis titulum, Socc. jun. cons. 77. n. 161. Peregr. l. cit. num. 41.

IV. Habens contra se decretum irritans, non est legitimus contradicitor. Nam tali decreto, titulus, & possessio est fœdata, Rota p. 3. recent. decif. 462. num. 3. Cavaler. dec. 278. n. 10.

1576 Contra decretum iudicis.

V. Carens interesse in causa, legitime non contradicit, Cravett. consil. 184. num. 8. Seraph. dec. 144. num. 1. Rota p. 6. recent. decif. 147. num. 4. Durand. decif. 55. in princ. Et debet docere de suo interesse, ut contradicat, secus repellitur exceptione: Quod sua non interest. Seraph. dec. 145. n. 1.

VI. Fideicommissarius possidens nequit impedire hæredis immissionem volentis detrahere quartam, & æsalienum, l. filiam fratris, 56. D. ad Trebell. l. lineam Margaritarum, 26. ibi: Quæ linea apud legatarium fuerat mortis tempore, quæro: an ea linea hæredi restitui debeat propter legem falcidiam? Respondit, posse hæredem consequi, ut ei restituatur. D. ad l. falc. Jaf. in l. non dubium, C. de legib. Ripa in l. 1. num. 24. D. quor. legat. Boer. decif. 156. num. 2.

1578

Sed si detractio quartæ esset turbida, posset immissio renovari, Cavalc. dec. 573. num. 3. Seraph. dec. 1219. num. 7.

Si tamen fideicommissarius pro indiviso possideat bona defuncti, poterit continuare possessionem, Marrescor. 2. var. cap. 139. num. 36. Possidet enim tunc ad instar Domini; at Dominus à nemine potest expelli.

1579 Ut fideicommissarius.

VII. Idem dicas de legatario volente capere legatum de manu hæredis. Nam potest impedire immissionem hæredis, Rota dec. 255. n. 5. p. 3. recent.

Ut administrator.

VIII. Administrator, cui aliquid debetur, non impedit immissionem hæredis, Seraph. decif. 707. num. 5.

IX. Filius, cui datur quarta, legitime non potest impedire immissionem fideicommissarii, Rota p. 2. recent. dec. 562. n. 2. Buratt. dec. 63. n. 9.

Immissio ex hac l. fin. non retardatur exceptionibus respicientibus possessorium, aut petitorium ordinarium, aut requirentibus altiorem indaginem, Aff. dec. 119. n. 7. Rota p. 1. recent. dec. 1353. n. 11. Greg. dec. 194. n. 22.

1580

Admittitur tamen quævis exceptio, si illicò probetur, Bart. in l. filiam, n. 1. D. ad Trebell. Paris. lib. 3. cons. 53. n. 110. Seraph. dec. 367. n. 4.

In iudicio possessorio ordinario cum contradicatore legitimo, probationes debent esse plenæ, Alex. cons. 130. n. 14. lib. 6. Cognol. in l. imparari num. 171. num. 3. de reg. jur. Quæ probationes non exiguntur deficiente legitimo contradicatore. Nam tunc sunt lævis præjudicii, & possessionis momentaneæ, l. fin. de edicto D. Adr. toll. Cognol. l. c.

L E M M A XX.

De Literis Apostolicis.

Conceditur executio parata literis Apostolicis, c. si quando, §. c. literis, 39. ibi: Mandatum nostrum vos exequi volumus, & mandamus. De rescrip. Idque secundum terminos l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Franc. in cap. licet, n. 7. de præb. in 6. Cavaler. decif. 230. n. 2. Gregor. decif. 221. n. 1. Buratt. dec. 415. num. 1. Et si sint in forma Brevis, cap. si capitulo, §. de concess. præb. in 6. Dummodò sint justificatæ, c. si quando, §. de rescrip. Duran. dec. 59. n. 1. cap. a. ubi Abb. n. 3. de rescript.

1581 Literæ apostolicæ justificatæ debent paratam executionem.

L E M M A XXI.

De Retinenda Possessione.

Ex §. retinendæ.

Postquam visum est de acquisitione possessionis, conservatio eius sequitur, quæ in Cur. Romana dicitur Mandatum de manutenenda, Ridolphin. p. 2. prax. cap. 12. num. 90. Quod iudicium mantentionis est summarissimum, Casr. lib. 2. conf. 3. num. 2. Menoch. de retinen. remed. fin. num. 4. Covarr. pract. cap. 17. n. 1. Rota p. 1. divers. dec. 641. n. 7.

1582

Hodie mantentio non conceditur, nisi parte citata, Confit. Pii V. 117. §. mandata, Puteus dec. 225. lib. 1. Greg. dec. 457. n. 2.

1583

Ad conservandam ergo possessionem sunt introducta varia Interdicta. I. Ut possidetis. II. Utrobi. Primum pro rebus immobilibus; ut earum possessio conservetur, §. vim facit, 11. D. de vi, & vi arm. II. Datur pro rebus mobilibus, l. un. ibi: Hoc interdictum de possessione rerum mobilium locum habet. D. utrobi, cap. Pastoralis, §. de causa possess. & propr. Et potest etiam peti, in futurum caveri, ne possessor molestetur, Specul. tit. de causa poss. & propr. §. hac rubrica, num. 6.

In mantentione pars citatur.

1584

Interdictum Ut possidetis, & Utrobi, competit ei, qui non vi, non clam, non præcario possidet tempore litis contestatæ, l. 1. §. hoc interdictum, ibi: Ut is hoc interdictum vincat, qui nec vi, nec clam, nec præcario, dum super hoc ab adversario inquietatur, possessionem habet. D. Utrobi, l. 1. §. fin. D. uti possid. Hinc ille istis interdictis mantentetur, qui iuste, non vi, non clam, non præcario apud se rem habet, §. sed bodiè hoc tit.

Interdictum uti, & Utrobi.

1585

In hoc iudicio quandoque agit uterque Actor, & Reus; uterque dat libellum. Nam non constat quis actor, quis Reus, Menoch. l. c. remed. 3. n. 759.

In obtinendo interdictum de manutenendo non requiritur titulus; sed solum possessio, l. 1. §. huius autem interdicti, ibi: Denique Prætor possidenti vim fieri vetat. D. uti possid. Et solum est probanda possessio re, in qua quis petit mantenteneri, §. retinendæ, hoc tit. l. 1. §. huius autem, & l. fin. §. creditores, D. uti possid. Seraph. dec. 147. n. 7. Cocc. decif. 14. n. 1. Cavaler. dec. 71. n. 4. Buratt. dec. 378. n. 4. Greg. dec. 359. n. 1. Duran. dec. 208. n. 5.

1586

Tantum probatur possessio rei, in qua quis vult mantenteneri.

Debet etiam probare, se tempore litis contestatæ; vel tempore turbationis possedisse, §. retinendæ, v. Sed interdicti, & §. bodiè, de interd. l. 1. §. interdictum, D. Ut possid. l. 1. D. utrobi. Grabr. de rest. spol. concl. 1. n. 40. Alex. lib. 1. cons. 93. Aff. dec. 395. n. 4. Verall. dec. 198. p. 2. Rota p. 2. divers. decif. 4. n. 11. Cavaler. dec. 241. n. 1.

1587

Tempore turbationis.

* Et ob unum actum, maxime ultimum, possessorium, quod mantentendum esse, affirmat Isfern. cap. 1. de bis, qui feud. dare poss. Fab. Anna cons. 80. n. 15. ex l. item Mela, §. sed si alimenta, D. de alim. & cibar. leg. Nam unicus actus inducit possessionem, vel quali adedque mantentendam, Dec. cons. 117. 124. Menoch. lib. 1. cons. 90. num. 117. Vinc. Anna sing. 96. *

L E M M A XXII.

Quæ probatio possessionis requiratur ad obtinendam Mantentionem!

Ad obtinendas mantentiones in possessione sufficientiunt leves possessionis probationes, Covarr. pract. cap. 17. num. 4. Verall. p. 2. def. 382. Greg. decif. 258. num. 3. ut sunt probationes semiplenæ, Alex. lib. 7. cons. 143. num. 3. Seraph. decif. 524. num. 5. Buratt. dec. 691. num. 3. Qualis est l. Confessio ex-

1588

tra-

trajudicialis, *Rota decif. 4. num. 1. p. 2. divers. II.* Probatio etiam præsumptionibus, & indiciis, *Alex. l.c. Rota p. 3. divers. dec. 375. num. 1.* III. Probatur per testes, etiam de fama, *Alex. l.c. Rota p. 7. recent. dec. 13. num. 1.* satique probat unus testis, qui vidit immiſſionem in possessionem, *Cavalc. dec. 44. n. 3. Duran. dec. 21. nu. 4. Menoch. rem. fin. retinenda poss. num. 34.* Et admittitur, ut testis, Canonicus pro Capitulo, Monachus pro Monasterio, *Buratt. dec. 360. num. 3. Cavalc. dec. 44. num. 4.* Nam, in iudicio possessionis summarissimo Exceptiones contra testes cessant, *Rolan. lib. 4. conf. 8. num. 31. Rota p. 1. divers. dec. 28. num. 4. Cavalc. dec. 44. num. 4.* Et sufficit locatio cum perceptione pensionis, *Bart. in l. qui universas, §. quod per colonum, D. de acq. poss. Felin. in c. inter dilectos, num. 8. de fide instr. Rota 2. p. recent. dec. 217. num. 1.*

Probatur etiam possessio, si de illa constet instrumento, *l. prædia, 48. ubi Bart. num. 1. de acq. poss. l. non idcirco, 12. C. de fide instr. Cavalc. decif. 83. num. 1. Rota p. 2. recent. dec. 363. num. 1. Greg. decif. 268. num. 1.* quæ possessio instrumentaria, etiam per aspectum, & traditionem calami suscepta, manuteneatur, si alius non sit in possessionem, *Rota in antiq. dec. 8. de reb. spol. Cassador. dec. 10. in fin. de præb. Pute. dec. 360. n. 8. lib. 1.*

L E M M A XXIII.

Cui datur manutentio possessionis?

OMni possessori datur . I. illi, qui possidet civiliter solo animo, *l. clam possidere, qui ad nundinas, ibi: Retinet ergo possessionem is; qui ad nundinas abiit, D. acq. poss. Socc. seu lib. 4. conf. 13. n. 3. Puteus lib. 2. dec. 159. num. 2.*

II. Possessori naturali, & etiam pro detentori; donec causa principalis cognoscatur, *l. Atilius Regulus, 27. ubi Casr. n. 5. de donat. Serap. dec. 1471. num. 7. Rota dec. 641. num. 9. p. 1. divers.* Nam ad effectum manutentionis, non iustitia, sed sola instantia attenditur, *Castrenf. in d. l. Atilius, 27. n. 5. Seraph. dec. 582. num. 5. Cavalc. dec. 589. n. 5. Rota dec. 284. n. 11. p. 5. recent.*

III. Datur possessori, donec causa terminetur, *Castrenf. l.c. Caputaq. dec. 347. p. 2. Seraph. dec. 555. n. 9. Greg. dec. 104.*

IV. Prædioni, donec iura discutiantur, *c. in literis, §. de restit. spol. c. licet, 28. de præb. in 6. l. cum fundum, 17. D. de vi, & vi arm. l. si quis ad se fundum, 7. C. ad l. Jul. de vi publ. Buratt. dec. 164. n. 9. Seraph. dec. 582. n. 5. Si non sit notorius Prædionis, *abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 26. de causa poss. & propr. Berous cap. in literis, num. 62. de reb. spol. Additio ad Buratt. l.c. lit. C.**

V. Datur manutentio immisso in possessionem ex decreto Judicis, *l. iuste possidet, 11. l. qui universas, 30. §. item cum Prætor, D. de acq. poss. Cavalc. decif. 42. num. 1.* Et competit tale interdictum, *Né vis fiat et immisso decreto Judicis in possessione l. 1. D. ne vis fiat et, l. officium, 12. D. de re militar. Buratt. dec. 30. num. 11. Durand. dec. 132. num. 3. Menoch. de retin. rem. 1. num. 2.* Intelligas, nisi immiſſus renunciasset commodo iudicationis, & immiſſionis ex primo decreto, *Durand. dec. 132. n. 4.*

VI. Possessor ex causa constituti manuteneatur, *l. quod meo, 18. D. de acq. poss. Buratt. dec. 867. n. 3. Rota p. 7. recent. dec. 114. num. 5.* Et competit hæredi constitutarii, *Duran. dec. 84. num. 9. Cuman. conf. 173. Rota p. 5. recent. dec. 408. n. 1.* Et datur etiam in incorporabilibus ob quasi possessionem: *Bart. in d. l. quod meo, 18. num. 6. Buratt. dec. 275. n. 6. Rota p. 5. recent. dec. 7. n. 5.*

L E M M A XXIV.

Ex duobus quis præferatur in possessionem?

Concurrentibus duobus, præfertur antiquior possessor, secundum *Bart. in l. 1. §. satisfationis, num. 8. C. Ut possid. Ferrett. conf. 5. n. 10. Anchar. conf. 273. num. 1. Menoch. de retin. rem. 3. n. 735. Rota decif. 802. num. 1. p. 5. divers. Gregor. decif. 9. num. 5. Buratt. dec. 139. num. 9.* Idque etiam si possessor antiquior careat titulo, & posterior habeat titulum, *Bald. lib. 1. conf. 240. num. 8. Menoch. loc. cit.*

remed. 3. num. 728. Additio ad Greg. dec. 40. num. 5. Rota 4. p. divers. decif. 188. num. 1. Nam Possessor posterior præsumitur clandestinus, & Injustus, *c. licet causam, 9. de probat. Bart. in l. si duo num. 4. D. Ut possid. Rota p. 1. divers. decif. 27. num. 7.* Intelligas, nisi Posterior sit cum actuali perceptione fructuum, *destinus, nisi actus fructus percipiat. Ridolph. p. 2. c. 11. num. 191.* Et nisi antiquior: puta civilis possessio fuerit amissa, & posterior possessor actu possideat, *Menoch. l.c. n. 727.*

L E M M A XXV.

Casus, in quibus denegatur Manutentio

Denegatur I. Manutentio, quando quis gerit se, ut spoliatus, *l. clam possidere, 6. §. qui ad nundinas, D. de acq. poss. Covarr. præf. c. 17. num. 3. Rota dec. 427. num. 2. p. 3. recent. Buratt. dec. 269. n. 1.* Sed hoc non currit in Ecclesia, cui datur manutentio, etiam si Prælatus gessit se, ut spoliatus. Nam possessio est apud Ecclesiam, cui Prælatus nequit præjudicare, *Verall. dec. 181. num. 8. par. 3. Seraph. ramule, ut dec. 1417. n. 3.*

II. Confessio procuratoris dicens, Dominum spoliatum. Domino non præjudicat; nisi habeat ad hoc speciale mandatum, *Greg. dec. 268. num. 5. & 563. n. 13.*

III. Petenti possessionis reintegrationem denegatur manutentio, *Rota p. 4. recent. dec. 316. num. 5.* Nam fatetur se non possidere; & sic cessat possessio, in qua manuteneri possit.

Intelligas, nisi petat reintegrari quatenus opus sit. Nam tunc, se spoliatum non fatetur, *Greg. dec. 546. num. 13. & dec. 555. num. 1.* Et idem est, si confessio sit dubia. Nam tunc potest intelligi, possidere una, & non alia: puta, possessione naturali; non civili, *Buratt. loc. cit. Rota p. 2. recent. dec. 649. n. 10.*

IV. Denegatur manutentio possidenti nulliter: puta, ex injusto facto Judicis, *Greg. dec. 549. nu. 5. Durand. dec. 220. n. 5.*

V. Denegatur manutentio possessori contra decretum irritans possessionem, *Mant. dec. 40. num. 8. Puteus lib. 2. dec. 379.*

VI. Denegatur manutentio attentanti. Nam attempta ante omnia sunt revocanda, *Puteus lib. 2. decif. 372. Cocc. dec. 392. n. 3.*

VII. Excommunicato non conceditur manutentio, *Rota p. 2. recent. dec. 193. n. 3. Cavalc. dec. 372. num. 2.*

VIII. Ejectis iuste à possessione, auctore Prætoris, *Buratt. decif. 158. num. 4.* Dixi iuste: Nam injuste ejectis à Prætoris, adhuc manutentio conceditur: quasi adhuc possessores: cum animum possidendi non amiserint injusta illa exclusionis, *Buratt. loc. cit. num. 5.*

IX. Denegatur subdito contra Superiorem, *Bart. in l. 1. §. huius aulem interdicti, num. 3. D. uti possid. Verall. dec. 306. num. 4. par. 1.* Nisi subditus doceat etiam iustum. Nam tunc conceditur manutentio, *Rota p. 1. divers. dec. 600. num. 7.*

X. Si possessio sit vitiosa, ei denegatur manutentio, *l. 1. D. uti possid. l. improba, C. de acq. poss. Seraph. dec. 732. n. 5. Rota p. 6. recent. dec. 4. n. 8.*

XI. Possessio Defuncti non transit in hæredem; si ipse hæres possessionem non capiat, *l. cum hæredes, D. de acq. poss. Et nequit in illa à se non capta, manuteneri, Buratt. decif. 312. num. 6. Durand. dec. 62. num. 16.*

XII. Universalis successor: ut hæres, non manutereatur in possessione rei, quæ jam est possessa à singulari, vel alio successore: puta à legatario, vel fideicommissario, *Rota par. 6. recent. dec. 35. n. 4. & dec. 253. num. 30.*

XIII. Si constitutum sit super omnibus bonis manutentio non habet locum. Nam sumus in rebus incertis; in quibus nequit dari possessio: nec ejus manutentio, *l. 3. §. incertum, ubi Bart. D. de acquir. poss. Secus esset, si res præcario supposita esset certa. Nam tunc transferret possessionem, l. quod meo, D. de acq. poss. in qua possessor manuteneri potest, l. & habet, §. penult. D. de præcar. Cavalc. decif. 391. num. 1.*

Qua Exceptio retardet Judicium manutentionis?

De Recuperanda Possessione. Ex §. recuperanda.

1605 Non admittitur exceptio contra decretum manutentionis.

N Ulla, si requirat altiore discussionem. Nam talis reservatur ad merita causae in petitorio judicio, ad quod omnia alia exceptio, respiciens petitorium, reicitur, l. fin. C. quorum bonor. Rota p. 7. recent. dec. 188. num. 11. Durand. dec. 274. n. 5. Nihil enim habet commune proprietatis cum possessione, l. 12. §. nihil, D. de acq. poss. Ergo nec exceptiones judicium petitorii respicientes, debent in possessorio admitti, Covarr. pract. cap. 17. num. 5. Caval. decif. 150. num. 3.

1606 Nisi excommunicatio, & perjurii.

Hinc Exceptio nullitatis domini, nullitatis injustae sententiae ab hoc judicio reicitur, Greg. dec. 9. num. 10. & dec. 549. num. 9. Buratt. dec. 720. num. 5. Cum quo fiat manutentionem retardari perjury, aut excommunicationis exceptione, Greg. dec. 64. n. 2.

Q. Quandiu duret Manutentio in possessorio summarissimo.

1607

R Esp. I. durare usque dum causa petitorii, aut possessorii ordinarii decidatur, l. liberis, in fin. D. de liber. caus. Cofl. conf. 3. num. 2. lib. 3. Covarr. pract. cap. 17. num. 2. si pars adversa nunquam possedit, Mantica dec. 202. num. 2.

1608

II. Revocatur etiam ab eodem Judice si constat certius de alterius possessione, cui deinde manutentio datur, Rota p. 2. recent. dec. 404. num. 4. Seraph. dec. 1295. num. 5. Greg. dec. 275. num. 15. Nam semper praerendus est in possessione, qui melius illam probat, Mantica dec. 202. n. 4.

Q. an a decreto Manutentionis summarissimo detur Appellatio?

1609

N Ega. Dari suspensive, licet detur devolutive, l. 1. C. si de momentan. poss. agat. cap. fin. §. de possessione etiam, 2. q. 6. Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 1. Seraph. dec. 1295. num. 2. Rota decif. 287. num. 7. p. 2. Cavaler. dec. 88. n. 2. Durand. dec. 221. num. 6. * & de communi testatur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 72. n. 6.

Quid faciendum, quando Partes armis de possessione concertant?

1610 Pendente timore armorum manuteneatur possessor.

D istingas, vel potest constare, summaria probatione, quis possideat? vel non? ex eo quia utriusque possessio est valde turbida. Si de Possessore constare potest, talis Possessor manutenendus est: Et turbanti inhibendum, ne molester, Roland. confil. 8. num. 25. lib. 4. Scacc. de appell. q. 17. lim. 6. mem. 8. n. 20. Bald. lib. 9. conf. 244. Capyc. dec. 96. num. 11.

De quo, si non constat possessio sequestratur nomine Curiae.

Si vero nequit dignosci, quis possideat? Tunc sequestratur res una cum fructibus nomine Curiae: puta, S. R. C. & Partibus inhibetur accessus ad rem sequestratam sub poenae Judicis arbitrio, usque ad plenam, & ordinariam cognitionem, & decisionem causae, Capyc. 96. n. 11. Puteus decif. 372. lib. 2. Buratt. dec. 527. num. 2. Bald. in l. ordinarii, num. 9. C. de reivind. Ludov. dec. 20. num. 2.

1611 Judex non devenit ad sequestrum, si secus partes veniunt ad Arma.

Judex autem, ut ad tale sequestrum veniat, nisi periculum sit in mora, debet probare merum armatum, Menoch. de adipisc. rem. 6. num. 15. Scacc. de appell. q. 17. lim. 6. membr. 2. num. 19., Ne detur occasio gratis sequestrandi, cum praedictio partium, & iactura Impensarum in liberando sequestro.

1612 A quo sequestrum non appellatur, probat o metu armorum.

A quo sequestro facto parte audita, imminente, & probata rixa, denegatur appellatio, Alciat. conf. 37. num. 4. lib. 6. num. 2. Scacc. l. c. membr. 2. num. 4. Angel. conf. 107. num. 3. Maran. de ord. Jud. p. 6. ad. 1. princ. 296. Daretur tamen appellatio. I. Si uno clare possidente, Judex deveniret ad sequestrum. l. 1. Cod. de appell. cap. cum cessante, de appell. Scacc. l. c. num. 7. Capyc. l. c. num. 11. Greg. decif. 61. num. 1. II. Si fuisset sequestrum factum, parte non audita, nec probato in actis metu armorum, Marant. l. c. Tusch. lit. 5. conclus. 216. num. 2.

1613

Et Judex sequestrans suspectus recusari potest, & debet, Rota decif. 494. num. 3. pars. 3. lib. 3. divers.

1614

D iscutimus hic interdicta Recuperanda possessionis, qua quis fuit spoliatus. Spoliatus autem dicitur, qui a sua possessione dejectus est, l. 1. §. de jicitur, D. de vi, & vi arm. & tit. C. unde vi. Hoc Interdictum, quo quis recuperat vi amissam possessionem, dicitur Unde vi, ex primis verbis formulae edicti Praetoris.

Interdictum unde vi.

Cui, & contra quos detur?

1615

H oc Interdictum Unde vi, datur spoliato, ejusque haeredi contra vi spoliantem, vel illum, qui spoliium mandavit, aut ratificavit, ejusque haeredem, l. 1. §. de jectis, §. fin. l. 3. §. cum Procurator, l. si plures, D. de vi, & vi arm. cap. cum ad sedem, de restit. spol. cap. notum, 2. q. 1. Afflic. dec. 376. num. 3. Datur etiam contra singulares successores, non ut successores, sed ut possessores, Puteus decif. 29. de restit. spoliat. Seraph. decif. 1262. num. 2. Marescot. 1. var. cap. 59. num. 10.

Datur spoliato adversus spoliantem.

Quot modis Vis ista fieri possit?

1616

V is duplex I. Publica, quae fit armis, l. idem est, D. de vi, & vi arm. & nomine armorum veniunt fustes, lapides, ensis, romphea, framea, &c. tex. hic in fin. & d. l. idem est, & sufficit terror armorum, ut dicatur armis dejectis, etiam si armis non utatur, d. l. idem est.

Vis armis, & sine armis.

II. Vis est privata, quae fit sine armis; quando quis contra voluntatem Domini, rem occupat, licet merum Domino rei non incutiat, l. vis facit, D. de vi, & vi arm.

Qua vis privata.

Item haec Vis est triplex. Prima Expulsiva, qua quis a re sua expelletur. Et tunc spoliato datur Interdictum unde vi. Secunda est vis Ablativa, qua quis aufert bona, & se cum asportat, & datur, non Interdictum unde vi; sed actio furti, vel vi bonorum raptorum, l. 1. §. illud, D. de vi, & vi arm. Tertia est vis Compulsiva, qua in vitus quis cogitur ad aliquid faciendum. Et tunc datur actio Quod metus causa, non Interdictum Unde vi. Licet quandoque adversus omnes possit spoliatus cum aliis actionibus, etiam uti Interdicto Unde vi.

1617 Vis expulsiua, ablativa, compulsiva.

Quantum duret tale Interdictum?

1618

R Esp. Per annum, quo elapso, datur Actio ordinaria furti, rapinae, precarii, l. vi pulsos, 8. C. unde vi.

Durat per Annum.

Sed actio spoliis ex delicto durat 30. vel 40 annis, cap. sed integranda, 3. q. 1. l. sicut, l. omnes, Cod. de praescript. 30. vel 40. ann. Menoch. de recuper. poss. rem. 15. n. 418. Seraph. decif. 1360. n. 3. Rota p. 4. recent. dec. 150. n. 4.

Ex delicto est perpetua actio spoliis.

Qua poena fit contra vi ejicientem aliquem a sua possessione?

1619

S I Vis fiat cum armis, restituit rem possessori, & amittit illius dominium, si res erat Spoliatoris. Si vero res erat alterius, rem, & ejus aestimationem spoliato restituit, l. si quis in tantam, 7. Cod. unde vi, l. 1. tit. 13. lib. 4. recopil. Gomez l. 45. Tauri, n. 187. Molin. disp. 16. n. 9. Si vero fiat sine armis, rem restituit, & ex circumstantiis poterit absolvi, aut puniri arbitrari.

Poena spoliantis.

In Regno ex Const. 1. tit. de possess. non turbanspolians cum re solvit medietatem aestimationis pro poena, si est res propria, amittit illius medietatem.

In Regno.

An Spoliatus fit ante omnia restituendus?

1620

A ffirma, cap. in literis, cap. conquereute, cap. gravis, de restit. spol. cap. licet, de praeb. in 6. cap. nullus, 2. q. 2. l. 1. D. de vi, & vi arm. l. si quis ad se fundum, C. ad l. Jul. de vi publ. l. si coloni, C. de agric. & cens. lib. 11. Rota decif. 15. de restit. spol. in novis. Caval. decif. 54. num. 1. Seraph. decif. 1345. num. 5. Mantica decif. 118. num. 3. Etiam si spoliatus sit Praedo, d. cap. in literis, l. Colonus, l. cum fundum, D. de vi, & vi arm. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 47. §. de acq. poss. Nam in restitutione possessionis tantum inspicitur spoliium illegitime factum, Rota p. 1. divers. dec. 244. num. 2.

Sed quid si notorie constaret dominium inermis spo-

DE PENA TEMERE LITIGANTIUM.

TIT. XVI.

Non sunt laxanæ habentæ temerariis litigantium ingenii, calumniarum officinis. Et tex. hic illorum audaciam tribus pœnis compescit.

I. Pœna Perjuri. Nam lite contestata illos ad præstandum Juramentum calumniæ arctat, l. 1. & 2. l. fin. C. de jure jur. propter cal. & Actor nolens jurare; non auditur, c. fin. §. pœna, de jur. cal. & sunt perjuri, si deinde calumniis foveant injustitiam.

II. Est pœna pecuniaria. Et sunt expensæ etiam Reo absoluto, l. 1. l. 2. l. fin. C. de fructib. & lit. ex. pens. Et in Regno ex. Pragm. 1. de expens. sententia debet etiam expensas continere, §. ecce, hoc tit.

Expensæ per se necessariae ad licem solvuntur, DD. in l. properandum, C. de Jud.

III. Est pœna Infamiae. Nam calumniator Infamis est: Et est etiam Infamis damnatus, ut Fur, ut honorum Raptor, Injuriator, Dolosus, Malus Tutor, Depositarius, Socius, &c. tex. hic in §. ex quibusdam.

Quæ pœnæ evitantur ab illo, qui bona fide credens, bonum jus se habere, litigat. Nam non est temerarius; quod exitur in tex. nostro ad pœnas incurrendas, in quibus semper strictè interpretandum, l. interpretatione, D. de pœn. l. fin. C. qui bon. ced. Et in §. fin. habes, litem à citatione incipere. De quo nos seq. tit.

DE OFFICIO JUDICIS.

TIT. XVII.

Effrenata hominum malitia, nisi Judicis officio contineatur præceps ruit, & vorat hominum innocentiam. Nos post actiones, exceptionesque Actori, ac Reo competentes; sedula veltigatione, rem istam ex sinuosis latebris difficultatum extrahemus. Et I. De Judicis essentia, ac scientia II. De Divisione. II. de ejus officio, varia explicabimus.

LEMMA I.

Quid sit Judex, & ejus scientia.

Judex est Persona publica Jus dicens secundum leges, cap. forus, de verb. signif. Non enim sibi, sed legibus fidere debet, Gram. dec. 47. num. 9. Viv. dec. 206. num. 18. Hinc debet esse doctus, secundum leges Jus dicens, §. superest, hoc tit. §. illi autem, Aurb. de Judic. cap. cum sit ars, de ætate, & qualitat. D. Aug. tr. 10. ferm. 35. num. 299. secus nullitèr judicat, l. si expresum, D. de apper. Coraf. lib. 5. miscell. Jur. cap. 19. Licet non ignorem, Menoch. conf. 18. num. 238. Ceph. cap. 304. num. 27. Decian. lib. 1. conf. 18. num. 15. docentes, Judicem posse esse ignarum, si ei detur Assessor, Consultor, l. 1. D. de off. Assessor. l. 2. D. quod quisque juris. l. 12. l. certi juris, C. de judic. l. expertes, C. de Decur. lib. 10. Quod de Oppidaneis judicibus incunctanter concesserim, cum Hotbom Illust. q. 26. Novar. de gravam. Vassall. lib. 1. grav. 183. Tholof. 47. syntagm. cap. 10. num. 9. Petra ad Rit. M. C. 16. num. 12.

LEMMA II.

Quotplex sit Judex.

Judices alii Ordinarii, alii Delegati. Ordinarii ex proprio officio jurisdictionem habent, Alciat. in rubr. de offic. Ordinar. n. 5. Rebuff. in l. pupillus, ex officio. 239. §. munus publicum, v. Ordinarius, v. Judex, D. de verb. signif.

Judices Ordinarii, alii supremi: ut Papi, Rex, & isti mandare possunt jurisdictionem, l. more majorem, D. de jurisd. omn. Jud.

Alii ab istis officia habent, eisque subsunt, Novella 53. §. perpulchrum, v. paulatim, Gaill. lib. 1. observat. 30. num. 12. Gramm. decif. 46. num. 1. qui alios etiam constituere possunt, si adit tacitus consensus Superiorum, cap. cum contingat, de foro compet.

Delegati sunt, qui nullum habent proprium officium, nullamque jurisdictionem; sed tantum uruntur jurisdictione Delegantis, & hæc est duplex. I. Generalis, & plena, & est ad omnes causas. II. Particularis, & limitata, & est ad quasdam causas.

Isti etiam Delegati dividuntur I. in Commissarios, qui-

spoliantis absque necessitate alicujus probationis in petitorio: puta, si id constaret confessione partis, vel liquida re judicata? tunc Spoliato aliquid restitui, Justitia non patitur, cap. ad decimas, de rest. spol. arg. l. 1. D. de except. dol. Cassad. decif. 1. num. 6. de rest. spol. Rota p. 1. divers. dec. 200. num. 1. Buratt. decif. 488. num. 13. Cavaler. decif. 384. num. 6. Nam à prædione, vel iure res auferenda est; quando delictum est notorium. Et delictum notorium est, quando alterius dominium innotescit.

An Spoliator possit audiri, re non restituta Spoliato?

Affirma, si dominium proprium sit patens, & certum, Gabr. de rest. spol. concl. 1 n. 7. Buratt. dec. 22. n. 6.

Nega, si ex se non pateat; sed sit turbidum, Greg. decif. 500. num. 9. Cocc. decif. 398. num. 1. Bart. in l. cum is, §. Fidejussor, num. 4. D. de condic. indeb. Gabr. loc. cit. num. 45. Seraph. dec. 804. num. 1. Et debet restituere damna, interesse, & rem, eaque perempta, ejus pretium una cum fructibus, etiam perceptibilibus, & perceptis a malæ fidei possessore, Rota decif. 10. de restit. spol. in antiq. Buratt. dec. 642. n. 4. ut supra dicebamus à n. 119. ad 149. Et purgato spolio, poterit audiri, si quid habeat juris in illa re, Coccin. decif. 311. num. 4. Tiraquell. de retract. conven. §. 4. gloss. 6. num. 23. Rota p. 3. recent. decif. 515.

* Sed ebullit Q. An, & quando injustus Possessor defendi valeat in possessione?

Ist. Dominum rei, à Tertio Possessore. Contra Dominum, nega: nam esset fovere peccatum. Adversus Tertium, affirma: nam hic Tertius injustè vult occupare, cui Judex resistere tanquam Invasori debet, & ita indirectè permittit jam possidentem non turbari propria autoritate à Tertio invasore, puniendo, non tuendo. Qua ratione Possessor, etiam Prædo, dicitur in possessione conservandus: hoc est, ab illa non ejiciendus à Tertio injustè invadere volenti, cap. literis, de restit. spol. l. 1. §. qui vi, l. cum fundum, l. colonus, D. de vi, & vi arm.*

Quod nam Spolium sit purgandum.

Quandoque unus alterum spoliat, & spoliatus spoliantem iterum spoliat; tunc quærimus: An hic secundus spolians debeat rem illam restituere, ut possit audiri?

Distinguas. Si hic secundus statim rem reoccupavit. Et tunc non debet istam restituere. Nam non dicitur Spoliatus; sed defensor rei suæ, l. 2. §. cum igitur, l. qui possessionem, D. de vi, & vi arm. cap. olim, de rest. spol.

Si verò post longam temporis intercapedinem recuperet illa bona. Tunc secundus Spoliatus debet rem restituere, nisi clarissimum sit ejus dominium; vel nisi primum spolium fuerit violentum, vel cum armis. Primo enim Invasori resistendum est, cap. 2. cap. fin. de ord. cogn. l. 3. §. cum igitur, l. cum fundum, D. de vi, & vi arm. Greg. dec. 485. num. 12. Rota decif. 27. in fin. de appell. in noviss. Cocc. dec. 97. n. 4.

An à sententia lata in possessorio recuperandæ appellari possit?

Nega. l. un. ubi Glos. v. momento, Bart. num. 1. C. si de moment. poss. Scacc. de appellat. q. 17. lim. 6. membr. 6. num. 1. Marant. de ord. Jud. p. 6. lim. 16. num. 294. Seraph. decif. 452. num. 1. Actori tamen appellare permittitur à sententia possessorii contra se lata, Scacc. loc. cit. num. 76. In Statu verò Ecclesiastico in causa possessorii Actori, & Reo denegatur appellatio, ex Egidiana sanctione, Pontan. lib. 4. de spol. cap. 3. num. 55.

Agendum hic esset in §. 7. & 8. & de §. tertia divisio, ubi de Interdicto Simplicio, & est quo constat, quis sit Actor, quis Reus. Duplici, & est, quo quilibet potest esse Actor, & Reus. De quibus nihil utile. Et in §. fin. habes, dari modò actionem utilem, aboleta Interdictorum solemnitate.

1621 Spolians notoriè De minus non restituit rem Spoliato.

1622 Re non restituta, Spoliator auditur, si ejus deminutione clarum non verò sit turbidum.

Spolium quando purgandum.

1623

1624

1625 Primo Invasori oportet resisti.

1626

1627

1628 Temerarius litigator punitur. Pœna perjurii.

Pecuniaria l. 79. D. de judic.

1629 Infamia.

1630

1631 Judex est persona publica. Jus dicens secundum leges, &c.

Debet esse doctus.

1632 Ordinarius ex officio.

1633

Delegatus aliena exercet jurisdictionem.

1634
Qui Com-
missarii.

quibus committitur aliqua causa; ut testes recipiant, partes audiant, iustitiam faciant, &c.

II. Sunt Auditores, qui præcipuè eliguntur ad partes audiendas, ad examinandas, ad decernendum, ad referendum, *Speculator in rubr. de Auditore, in princip.*

III. Sunt *Rosferendarii*, qui partes audiunt, & concordant, si possunt: At difficultates, quæ concordiam impediunt, scripto iudicis tradunt.

IV. Sunt Arbitri, qui eliguntur, ut de quibusdam controversiis arbitrentur, *l. 1. D. de recept. arbitr.*

Observa, quod delegatio est odiosa, & strictè interpretanda, *cap. 1. de offic. deleg. in 6. Jaf. in l. 2. n. 2. D. si quis in jus vocatus non erit, Bald. in l. unie. C. de mand. princ. Gratian. cap. 176. num. 29.* Nec potest exercere jurisdictionem, nisi præsentato rescripto delegationis, *cap. Pastoralis, in fin. de rescriptis. Rota dec. 6. num. 2. de offic. Deleg. in nov.* Et sit, cui committitur una, non potest cognoscere aliam causam, *cap. prudentiam, 21. de offic. Deleg. Sed de his plenius videas me ad Galup. p. 1. cap. 2. num. 55.*

1635
Delegatus
non exercet
nisi præsentato
rescripto.

L E M M A III.
De iudicis Jurisdictione.

1636
Quid sit ju-
risdictio Ju-
dicis.

Jurisdictionis est potestas in iure dicendo, *l. potestatis, verbo 215. ubi Alciat. num. 7. Cod. de verb. signif.*

Alia Ordinaria; Alia Delegata. Ordinaria officio inhæret. Delegata propria non est; sed alterius vicem gerit.

Quotuplex.

Jurisdictionis est triplex, Merum Imperium, Mixtum Imperium; Minus Imperium, sive Imperiolium. Merum Imperiolium est summa potestas, qua ad bonum commune exercentur illa, quæ sunt universalis Jurisdictionis, ex nobili iudicis officio, *Facchin. 13. contrav. cap. 25. v. Postea querit.* Dicitur Merum Imperium: Quia est separatum à pecuniaria cognitione: hoc est à commodo pecuniario, *infr. de publicis iudicis, in princ.*

Quid merum
Imperium.

Hæc mera jurisdictione, facinorosi plectuntur capite naturali, civili, carcere, &c. estque ad solum publicum bonum.

Pœnæ Meri Imperii ad tria capita reducuntur: sc. ad Mortem, Exilium, & Relegationem, quæ sunt pœnæ capitales, *l. 2. D. de pœn. l. 2. D. de public. iudic. Mysing. conf. 20. num. 11. Hostiens. in cap. veniens, de iurejur. Marcus lib. 1. dec. 911. n. 2.*

Omnes pœnæ pecuniariæ Fisco applicandæ, sunt criminales, & meri Imperii, *Jaf. in d. l. Imperium, num. 9.*

1638
Que pœnæ
sunt meri Im-
perii.

Habens merum Imperium potest tenere fureas erectas, *Socc. in l. Imperium, num. 28. D. de iurisd. omn. Jud. Dec. conf. 249. Mascard. lib. 2. de probat. concl. 946. num. 10. Bal. in l. hoc autem, D. de servit. urb. præd.*

1639
Quid sit
mixtum Im-
perium.

Mixtum Imperium est potestas media; qua exercentur, quæ sunt mediocris, & mediæ Jurisdictionis. Dicitur Mixtum, quia continet illa mediocris mediæ Jurisdictionis Meri Imperii, & respicit commodum pecuniarium. Ad hanc Jurisdictionem spectat mittere in possessionem, dare pupillis tutorem, & punire gravi pœna, excepta mutilatione, & capitali, *l. 1. D. de iurisd. omn. Jud.*

1640
Quid Imper-
iolium.

Minus Imperium; leve Imperium; simplex Jurisdictionis; vel Imperiolium est, quod habet levè corporis coactionem, & competit omnibus iudicibus inferioribus, ac Magistratibus, *cap. si diligenti, de for. compet. l. Magistratus, D. de iurisd. omn. Jud. s. audient, Auth. de defens. Civit.* Cognoscunt enim de levioribus, non de regalibus criminibus, *l. levita, D. de accusat. Bart. in d. l. Imperium.*

L E M M A IV.
De Angariis, & Perangariis.

1641
Quid sit An-
garia, &
Perangaria.

Placet hic adnectere Jurisdictionem, quæ reducitur ad mixtum Imperium. Ac competit quibusdam ex gravissima, & rationabilis causa, supra quibusdam personis, quæ dicuntur Angariæ, & Perangariæ. Habens in alios Angariam, & Perangariam, habet Jurisdictionem circa personas pro exigendis ab illis invitis servitiis. Nam personalitèr

perpetuò servire compellantur.

Angarius, expensis Domini; Perangarius expensis propriis, *Cyn. in l. neminem, C. de sacrosan. Eccles. Afflic. in const. Officiales, ** & alii recentiores, ex quibus illustrat D. Scoppa in Scolis ad contrav. for. Reg. Merl. cent. 1. cap. 83. num. 3.*

Angariare enim, cogere est ad servitia, *l. penult. ibi: Naves eorum angariari posse, D. de privileg. veter. l. maximarum, C. de excus. mun. lib. 10. Montan. de regalib. tit. Angaria, & Perangaria, lib. 1.*

Dixi Servitutem personalem debere esse perpetuam. Nam, si temporanea, est locatio operum, *Matth. 20 Capyc. decis. 168. qui num. 5. ait, non esse Angarios Vassallos, qui præstare tenentur Baronibus, vel Camerarium, Francb. decis. 128. & alii, quos sequitur D. Scoppa d. cap. 83. num. 6.*

Effectus Angariæ.

I. Est, ut nequeat recedere à feudo, sine licentia Domini, *Capyc. loc. cit. Montan. loc. cit. n. 2. in quo differt à Vassallo Burgenti.*

II. Nequit esse testis contra Baronem, vel Militem in causa criminali, vel civili magni momenti, *const. Regni Prosequentes.*

III. Nequit esse Clericus, *constit. Regni Errores eorum.*

IV. Nequit esse Officialis Curie, nec Baronis, *Cap. Regni Idem statumus, quod si Vassalli.*

Q. Qui possit ponere Angarias.

Resp. Neminem, nisi ex justa causa in pœnam alicujus rebellionis; ratione cuius, sicuti omnibus bonis, ita etiam possunt privari libertate, quoad aliqua servitia perpetua, quod potest tantum Rex. Sed sine causa, nemo: cum non conducatur ad bonum commune, quod tantum promovendum est à suprema potestate, *1. Reg. cap. 8. ibi: Pugnabit bella nostra pro nobis, Prag. ad nostras, tit. de Baronibus, Capyc. loc. cit. num. 10. Bald. in l. in quib. C. de fidei-comm. libertatib. ** & vide alia, quæ tradit D. Scoppa d. cap. 83. num. 8. & seq.

1644
Potestas su-
perioris est
ad bonum cõ-
mune pro-
movendum.

L E M M A V.

De Jurisdictione voluntaria, & contentiosa.

Voluntaria jurisdictionis est, quæ exercetur sine figura, & strepitu iudicii, Parte non opponente, *l. emancipati, D. de adopt. Gratian. dec. 98.*

Hæc potest exerceri extrà territorium, *cap. novit, ubi Abb. num. 3. de off. Deleg. l. 2. D. de off. Proconf. Card. in clem. un. de foro comp. Gemin. in cap. si Abbatem, num. 3. in fin. de elect. in 6. Jaf. in l. fin. n. 6. D. de iurisd. omn. Jud.*

Ex quo Episcopus poterit extrà suam Diocesim literas dimissoriales concedere suis subditis, & dare licentiam pro Ordinibus, *Felin. in cap. ex parte col. 3. v. Non obstat, de const. Gemin. in d. cap. si Abbatem Domin. in cap. fin. de off. Ordin. in 6. Gratian. loc. cit. num. 3. qui id etiam extendit ad Vicarium, Bisignet. dec. 5. de offic. Vicar. Boer. decis. 30. num. 6. v. Sed contrarium* & alii, cum quibus illustrat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 98. ** Sunt namque ista voluntariæ Jurisdictionis. Qualis etiam est collatio beneficii, quæ extrà Diocesim potest fieri, *cap. post electionem, 7. de concess. præbend.* Nisi simus in Curia Romana præsentante Papa, *Paulus in prax. Cancellaria, q. 82. licet Mandos. ad Reg. Cancell. 27 q. 2. in fin. velit, tetterurque se vidiisse iudicatum præsentante Papa, Ordinarios beneficia contulisse.* Talis etiam est delegatio, quæ potest fieri ab Episcopo existente in alieno Territorio, *Bart. & Bald. in l. fin. D. de offic. Præf. Urbis, Abb. in c. novit, num. 3. de offi. Deleg.*

1645
Quid sit ju-
risdictio vo-
luntaria, quæ
potest exer-
ceri extra
territorium.

1646
Literæ cõ-
mendatitiæ,
& collatio
beneficii pos-
sunt fieri ex-
tra Diocesi-
m.

Et in istis actis voluntariæ Jurisdictionis creditur iudici, authentico sigillo, attestanti, sive Testium, & Tabellionis subscriptione, *Mascard. p. 1. de probat. conclus. 988. num. 1. Bald. in l. si qua per dione credi-calam. dec. 86 num. 1. Abb. in cap. 2. not. 2. de cler. Pe-regr. Gram. dec. 81. num. 1.*

1647
In volunta-
ria jurisdic-
tione credi-
tur tantum
iudici.

Contentiosa.

Contentiosa Jurisdictionis exercetur, iudice pro Tribunali sedente; quæ nequit extrà Territorium

1649

Contentiosa non exercetur extra territorium Judicantis, nisi fiat sine cognitione causæ.

ritum exerceri, l. 3. D. de off. Præsid. c. Episcopum, 9. q. 2. cap. 2. de consuet. 6. in fin. D. de jurisdictione. omn. Jud. Abb. in cap. novis, num. 3 in fin. de offic. legat. Bald. in l. si ex consensu, num. 10. Cod. de Episc. Aud. Nisi esset contentiosa Jurisdictione, quæ non requiret causæ cognitionem, & effectum fortiretur in sua Diocesi; ut si excommunicatio esset ferenda ex causa aded nota, quæ nullam requireret causæ discussionem. Tunc enim posset ferri ab Episcopo existente in aliena Diocesi, Gonzal. de alter. glos. 62. num. 11. Burgus. de integ. tit. de sentent. excom. S. ubi Prælati, quos citat, & sequitur Gratian. c. 117. num. 8.

Jurisdictione Mobilis, & Mercenaria.

1649 Quæ nobilis, & mercenaria jurisdictione.

EX Jure colligitur, quoniam sit Nobilis, quæ Mercenaria Jurisdictione? Nobilis namque est, quæ bonum commune respicit, nulli actioni famulatur. Idem est, quando Judex ex officio prospicit, ut servetur justitiam ad favorem particularium.

Mercenarium officium est actioni serviens; nec præstatur sine actione.

1650

Judex, sive Nobili, sive Mercenario officio, non potest justitiæ metas transcurrere, licet prudentia manu ducente possit spatium intra limites justitiam, boni, & æqui, expensis meritis partium. Nec debet inficitia, timore, odio, amore, cupiditate profanare sacrum justitiæ templum, Castrens. lib. 1. cons. 180. num. 1. & 2.

Cum Judex judicare teneatur, studere debet, ne injudex, & exlex aliquid faciat.

DE JUDICIIS.

LEMMATA VI.

Quid, & quotuplex sit Judicium?

1651

Judicium est actus legitimus personarum, in judicio contententium, cap. forus, de verb. signif. cap. qualiter, & quando, il. 2. de accus.

Judicii divisio, ab aliis multipliciter sine ordine tradita, ad quatuor causas reducimus, ut facilius retineatur.

Judicium quadruplex

I. Ratione causæ Efficientis. II. Ratione causæ Materialis. III. Ratione causæ Formalis. IV. Ratione Finis.

1652 Seculare Ecclesiasticum.

Ratione causæ Efficientis, Judicium dividitur in Ecclesiasticum, & Seculare. Ecclesiasticum est ab Ecclesiastico: Laicum à Judice laico. Semper ac materia est Sacra, vel persona rei est Ecclesiastica, Judicium est Ecclesiasticum, ex regula. Ad hoc sequitur forum Rei, l. statimus, 32. C. de Episcop. & cler. l. 2. C. de jurisd. omn. Jud. cap. 1. 2. & 4. de for. comp. Vi. de me ad Gallupp. p. 2. cap. 6. num. 98.

Per modum tamen reconventionis Clericus à laico, & laicus ab Ecclesiastico Judice judicatur, Glos. in c. per, v. Super suis, de mutuis petis. cum recepta sententia, quam plenè illustrat D. Scoppa in Scholiis ad contro. for. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 23. Quando autem cesset reconventio? vide Gallupp. in prax. par. 2. cap. 14. num. 9. Reconventio potest peti ante, & post litem contestationem, Auth. & consequenter, C. de sentent. & iusel. Anton. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 1. de fin. 25. & D. Scoppa loc. cit. nu. 17. qui plenè etiam declarat in num. sc. 9.

1653

Judicium Seculare est spectans ad Judicem secularem; Quando Reus, & res est secularis, cap. si clericus, cap. cum sit, de for. compet. Qui laicus nequit esse Judex in causis Ecclesiasticis, Concilium Calcedonense sess. 2. Laici namque spiritualia tractare nequeunt, cap. 2. de judic. cap. Messana, 56. de elect.

II. Divisio ratione materiæ est in Petitorium, & Possessorium. De proprietate Petitorium; de Possessione agit Possessorium; De quo possessorio supra cum de interdicitis dictum est, l. naturaliter, §. 1. D. de acq. poss. cap. cum Joannes, cap. Pastorales, de caus. posses. & propriet.

1654

III. Ratione formæ, Judicium unum Ordinarium, alterum Summarium. In Ordinario proceditur datis terminis, citato, & audito Reo, præstito juramento calumniæ, duplicatis, ac repullis testibus, facta conclusione in causa, &c. Qui ordo, nisi servetur, Tom. II. Lib. IV.

acta corrumpunt, l. prolatam, C. de sent. & interl. cap. in causis de sentent. & re jud.

Summarium est, in quo proceditur de plano sine tot sollempnitatibus, sola facti veritate inspecta, clem. dispendiosam, de Judic. l. nec quidquam, §. de plano, D. de offic. Procons. T. Bolos. 47. syntag. cap. 9. num. 16. Canis. lib. 4. jur. can. tit. 1. de judicio ordinat. & extraordinar.

In Regno proceditur solius facti veritate inspecta, Affl. dec. 95. num. 7. Gramm. decis. 19. nu. 19. Verall. p. 3. dec. 126. Qui ex hoc rectè ajunt, sententiam non conformem libello, valere, ut etiam dicunt alii, quos sequitur D. Scoppa ad contro. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 34. num. 5. In utroque tamen judicio Reus debet audiri; eique dari copia se defendendi, Abb. in cap. bona, 1. num. 5. de elect.

Probationes Judicis summarii non probant in plenario, si sint probationes, quæ uberius, & diligentius discutendæ sunt in plenario: ut probatio per testes: per scripturas, quæ non in summario; sed in ordinario repelli potest, Gratian. cap. 237. num. 24. l. penult. de bis, qui sunt sui, vel alien. jur. cap. veniens, il. 2. de test.

IV. Ratione Finis, Judicium aliud civile, aliud criminale. Criminale, si tendat ad coercendum, ac puniendum Reum; & ad vindictam criminis corporaliter, vel in pecunia applicata poena Fisco. Civile est, si tendat ad satisfactionem partis, ejusque commodum, l. unica, C. quando civilis actio criminali præjud. Alia apud Gallupp. p. 1. in præludis, num. 33.

Q. I. Quid sit Judicium Eremodicum?

De hoc agitur in l. properandum, §. fin autem, & §. cum autem reus, C. de judic. l. & sit, §. ult. D. de min. 25. ann.

Est quando ad instantiam partis condemnatur Reus absens inauditus. Dicitur ab Eremo, tanquam in solitudine dictum Judicium, & rescinditur ad verba parte deinde instante.

Q. II. Quis sit litem concinnator?

Et cavillis, simulatis, politicis, rationibus litem protrahere: concinnare enim est ornate componere; ut Vasa concinnatoria sunt continentia res commestibiles ad ornatum, ad saporem, l. instrumentum, D. de pena legat.

Differt à Redentore litem, qui litem emit pacis sibi prospiciens, de quo in l. ne quicquam, §. nea, adeo, D. de offic. procurator.

Et isti puniuntur, ut malarum artium artifices, l. terminatur, in fin. Cod. de fruct. & lit. expen. l. sub specie, C. de re jud. l. supplicare, in fin. D. ut lit. pend.

DE JUDICE

In Judiciis præcipuum locum obtinet Judex, de quo hic. Judex, ut supra dicebamus, est persona publica jurisdictionem exercens secundum leges; estque competens, vel incompetens.

Incompetens est respectu non subditi, Competens respectu subditi. Sic Judex Ecclesiasticus est incompetentes respectu laicorum; & Laicus respectu Ecclesiasticorum est Jurisdictionis incapax, cap. 1. §. 1. l. Statuimus, 32. C. de Episc. & cler. Trident. sess. 25. cap. 10. de reform. Covarr. pract. cap. 31. num. 2. & nuper D. Scoppa in Scholiis ad contro. personam forens. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 93. num. 6. Cui exemptioni Ecclesiastica persona renunciare nequit, cap. si diligenti: de foro compet. Nam non est particulari, sed totius status privilegium, l. si quis in conscribendo, C. de Episc. & cler.

De hoc Judice Competenti, & Incompetenti, plura ad Gallupp. l. c.

LEMMATA VII.

An Judex possit sine accusatione condemnare aliquem ex privata scientia.

Supremo Judici hanc facultatem tribuit, Covarr. 1. cap. num. 7. in fin. Quia supremus Judex potest legibus derogare; sicuti potest leges condere, & corrigere, l. leges, 9. Cod. de legib. l. 2. C. de veteri Jure test tollere enucl. l. Princeps, 30. ibi: Princeps legibus solus leges.

1655

1656

Probationes summarie non probant in ordinario judicio.

1657

Judicium criminale, & civile.

1658

Judicium eremodicum.

1659

Concinnator litem.

1660

1661

Laicus non est capax jurisdictionis

1662

Supremus Princeps potest leges tollere

tus est, D. de legib. l. penult. D. de arbitr. cap. 2. de regul. jur.

Sed contradicit D. Tb. 3. 2. q. 67. art. 3.

Nobis prima sententia arridet: Quia supposito certo crimine Principi noto; probationes ad nihil aliud deservirent, quam ad vexandos testes, sorte ad obscurandam veritatem, & dandam ansam Reo ad delinquendum: scilicet ad inveniendas falsas probationes pro sua injusta defensione.

1663
Cessante fine, cessat lex.

II. Quia finis legum, & probationum, qui est ad invenire delinquentem, in hoc casu cessat: cum jam Reus notus sit Principi. Ergo debent cessare probationes, cap. cum cessante, de appellat. Cessante enim causa finali, cessat lex, & effectus: ut latissimè, & clarè probavimus 8. Select. qu. Theologol. legal.

1664

Dices. Obstat Act. 25. num. 16. ibi: Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, presentes habent accusatores, locumque defendendi accipiat ad abolenda crimina. Ergo nemo debet condemnari indefensus.

1665
Defensiones admittende quando Reus justè, non quando injustè se defendit.

Resp. Currere dicta, quando saltè dubium est, an quis possit se defendere? non verò quando certo certius est Principi, nullum esse defensionis locum. Tunc enim admittere defensiones, esset dare ansam Reo ad falsos testes, & calumnias struendas: Cum contra veritatem delicti: falsitas tantum adduci possit.

Replicabis. Occisio hominis est ex publica potestate. Ergo debet præcedere publica scientia.

1666

Resp. In Principe præsumi veritatem, quæ sufficit ad crimina plectenda, quando ei certè innotescant: cum cesset finis scientiæ publicæ. Accedit, scientiam Principis præsumi publicam.

Replicabis tertio. Respublica ex testimonio unius, non potest alium condemnare, Deuterbn. 17. num. 1. Ergo nec Princeps Supremus.

1667

Resp. Verum esse, quando est timor condemnandi Innocentem: non verò quando Principi re vera certè constat, aliquem esse Nocentem: tunc enim debet tollere defensionem illicitam contra veritatem ipsi notam: sicuti debet tollere ansam ad peccandam. Et admittere probationes ad defensionem re vera Delinquentis, est scienter admittere falsas, & sic peccaminosas probationes.

L E M M A VIII.

An Judex possit absolvere, quem privatè scit innocentem, sed publicè appareat nocens?

1668

Negat ubi sup. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 3. & Covarr. num. 4. Sed probabiliter oppositum docent alii, cum Lirano in illud Exodi 23. num. 7. ibi: Insonem, & justum non occidas; sequitur Adrianus quodlib. 6. art. 3. Angel. v. Judicare, num. 7. Navarra de restit. lib. 2. cap. 29. dub. 10. Panormit. in cap. Pastoralis, 28. de off. Deleg. Sanc. in select. disp. 44. num. 52. v. Ulterius, Less. lib. 2. cap. 29. dub. 10.

1669
Tribunalis autè æterni non est reus, qui non peccat: ut est innocens.

Probatur hæc secunda sententia Prov. 4. num. 11. ibi: Eratue eos, qui ducuntur ad mortem. Facit text. in cap. cum æterni, de sentent. & re jud. in 6. ubi prohibetur Judicibus illum damnare, quem Tribunalis æterni Reus non est. Accedit text. in cap. qui scandalizaverit, de reg. jur. ibi: Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas deferatur.

1670
Cessat finis probationum, ubi veritas constat.

Probatur II. Quia strepitus ille judiciarius, & publicus ordinatur ad cognoscendam veritatem privatam. Ergo si de innocentate constat ex Judicis scientia; non est ad media attendendum. Nam habito fine non est curandum de mediis. Cessat enim finis adhibendi probationes, quando de re jam constat. Unde veritas debet opinioni præferri. l. regula, §. si facti, in fin. D. de jur. & fact. ignor. §. si quis rem, Inst. de leg.

1671

Dices cum Serra. Obstat text. Deutoron. c. 19. n. 15. ubi dicitur, in ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.

Resp. text. procedere, quando non constat de veritate.

Dices II. Obstat text. in cap. Judices, 3. qu. 7. ubi dicitur, bonus Judex nihil ex arbitrio suo fa-

cit; sed juxta II. & jura pronunciat.

Resp. id currere, quando veritas est ignota. Sed quando est nota, tunc debet imponere pœnas à lege præfixas. Et eodem modo Resp. ad cap. quamvis, 11. q. 3. in cap. si quis 30. q. 5. Illicitas, §. veritas, D. de officio Præfidis.

1672
Leges volunt innocentem absolvendum, & sic arbitrio non utitur.

Dices III. Judex est publica persona. Ergo tenetur sequi publicam scientiam, l. nemo, C. de sent. & interl. Ergo non potest judicare ex sua certa scientia.

1673

Resp. quòd Judex est persona publica ad indagandam veritatem privatam: hoc est, ad probandum, an tale delictum sit factum? Et quando constat delictum esse factum, cessant probationes, & Judex, ut persona publica, potest condemnare illum ex sua certa scientia; nec tenetur admittere probationes in oppositum, quæ sunt falsæ iniquæ. Cum sint contra veritatem, & est absolvendus innocens Juræ Naturæ, cui Jus positivum humanum non prævalet.

L E M M A IX.

An Judex possit expedire causam unius ante aliam, & sumere pecuniam?

Negat si ex officio obligatus sit expedire causam, ratione cujus suscipiat salarium: tunc enim ex eodem officio tenetur eligere causam expediendo, & accipiens à partibus, accipere pro faciando, quod tenetur sine pretio facere, adeoque acciperet sine titulo, nec habet jus vendendi arbitrium ex officio gratis præstandum.

1674

An Judex possit aliquid accipere, si se obliget ad sequendam unam ex duabus opinionibus æquè probabilitibus?

Aliqui asserunt, cum Layman lib. 3. tract. 4. c. 4. num. 9. Less. lib. 2. cap. 14. dub. 9. num. 64. Quia talis obligatio est onus pretio æstimabile, adeoque Jure Naturæ vendibile.

1675

Mihi discutiendum videtur I. an sit licitum, ita se obligare in damnum alterius partis? & quia officium justè, æqualiterque exequendum pro utraque parte; tali obligatione læditur, & quærelis pecunia carentis exponitur non sine periculo infamitæ Judicis. Videtis Tannerum 2. 2. disput. 4. q. 6. dub. 10. num. 290.

Si Judex secularis citat Clericum Ignorans eum esse Clericum, & Clericus non venit ad Judicium; undè Judex procedit contra eum ad condemnationem.

1676

An hoc casu processus teneat.

Respondetur, quòd non tenet, cap. at si Clerici, de judic. cap. si diligenti, de for. comp. & debet revocari processus de facto statim, ac cognoscitur, condemnatum esse Clericum.

Processus sanctus adversus Clericum à laico est nullus.

Nec obstat, quòd sententia lata adversus contumacem teneat; etiam si contumax venisset, suo que adventu Judicem declinasset, cap. si duobus, de appell. l. 2. D. si quis in jus voc. nam ibi Judex erat competens, licet per exceptionem gravaminis potuisset repelli.

1677

L E M M A X.

An Judex, relicta propria possit sequi Conjudicis sententiam, remoto scandalo?

Affirma. Si illam judicet probabilem saltè ab auctoritate. Idque eò prudentius, quòd Doctor, & Pius est Conjudex. Nam prudenter agit, qui Docti, ac Pii sequitur dictamen, l. 1. C. de ver. jur. ecclesian. Debet tamen proponere suam sententiam discutiendam. Nam fortè aliis arridebit, Rovis. conf. 8. n. 10. Ragius sent. 2. tract. 6. dub. 144. n. 3. Barid. de conf. disp. 4. cap. 28. num. 2.

1678

Nec obstat, ei suam probabiliorè videri. Nam potest esse, ut aliis videatur, & sit minus probabilis. Et potest quis sequi receptissimam sententiam, posse sc. quem probabiliorè opinionem sequi. Nam discussionibus hinc inde variis est impossibile scire probabiliorè: Et multò magis certam sententiam. Quod enim unus fatetur, alter negat. Quod unus verum, alii falsum. Rem certam istis, illis dubia videtur. Imò in principiis est tanta discrepantia, & obscuritas: ut dicere hanc, non illam opinionem esse certam, sit ignorare, quid sit opinio, quæ semper est cum

Potest sequi sententiam Conjudicis.

1679

Nequit scribi, que sit Probabilior.

cum formidine de opposito, *Cal. 2. 2. qu. 60. ar. 3.* Ad differentiam scientiæ, cui soli certitudo est essentialis, *Guazzin. lib. 2. defen. 3. c. 26. num. 20. Escob. tract. 6. exam. 6. nu. 14. de Soria par. 2. tract. 2. sess. 1. disp. 2. de Judice. Hurtad. tom. 2. 17. fin. resol. 6. num. 274. Dicastill. 2. de Just. tom. 2. disp. 5. dub. 9. num. 181. Gasp. Hurtad. de Judic. forens. disput. 1. diff. 19. Serra 2. 2. q. 67. art. 3. dub. 2. conc. 7. & alii plures.*

Hæc quando adest opinio probabilis. Nam in dubio, an peccet? debet sequi, quod est necessarium ad non peccandum, & deponere dubium; quod est eligere meliorem partem, quæ in dubiis eligenda est, *l. si fuerit, §. fin. D. de rebus c. juvenis, de sponsal. c. ad Audientiam, de homic. Men. 1. var. q. 9. num. 18.* Sic, si dubitetur à possessore, an res sit tua? facta diligentia, etiam stante speculativo dubio, potest rem sibi practicè retinere. Nam practicè deponit dubium. Et non peccat. Currente regula, in dubiis melior est conditio possidentis, *l. si debitor, D. de pignor. l. is, qui destinavit, D. de rei vind. l. qui accusare, C. de edendo, c. pro possessore, de reg. jur. in 6. l. apud Celsum, §. Marcellus, D. de dol. mal. except. e. in pari, de reg. jur. in 6. Franch. dec. 167. n. 17.*

L E M M A X I.
De Actore, & Accusatore.

Qui in civilibus Actor, *l. qui prior, D. de judic. in criminalibus Accusator nuncupatur, l. 2. D. de accusat.*

Si Actor sit citatus à Reo, Actore non comparente, Reus potest intare, ut Judex causa cognita, illum ad expensas condemnet, quas faciat in comparando, *l. eum quem 79. D. de judic.*

Actor debet inniti veritati, *l. qui accusare, 4. C. de edend. Secus calumniator esset, & deberet omnia damna parti facta restituere S. Tb. 2. 2. qu. 68. art. 3. cap. siquidem, §. 1. 2. q. 3.*

Si Actor desinat, hodie Fiscus prosequitur in criminalibus. Debet tamen dari locus defendendi, nisi constet Reo nullam defensionem competere, *Abbas in cap. dilecti, 6. de judic. Navarr. lib. 2. cap. 3. num. 192. Martin. Navarr. lib. 2. conf. 5. num. 3. de appellat. edit. 2. & in manuali c. 25. num. 2. Gayllus lib. 1. observ. 48.*

Et ad actorem spectat, Reo citato, offerre libellum, ut deliberet, an litigare velit? *Auth. offeratur, C. de litis contest. l. 3. C. de edend. cap. 1. de libelli oblat. Inferenda tamen est in libello causa obligationis: ut peto centum ex mutuo.*

Actor debet probare suum intentum: quia afferenti incubit onus probandi, *l. 2. D. de probat. & ipso non probante. Reus absolvitur. l. Actor, 23. C. de probat. c. inter dilectos, in fin. de fide instrum.*

Postquam Judex adversario porrexit libellum, juxta *l. 1. D. de edend. nisi Reus cedere velit, devenitur ad litis contestationem; quæ dicitur basis judicii, tit. ut lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem.*

Datur etiam alius modus libellandi, qui famosus appellatur, *c. inquisitionis, 21. §. tertia, de accusat.* ut si quis scheda publico vel privato loco posita, Judicem moneat, ut de tali delicto inquirat; non subscripto Denunciatoris nomine, licet alia indicia, vel testes inferantur, & ex tali scheda Judex non procedit, *c. inquisitionis, §. tertia. Imò talis infamatoris, si sciatur punitur, c. quidam, §. q. 1. l. un. C. de famosis libellis.*

Non potest Judex procedere ex inquisitione per proprium officium; nisi præcedat infamia publica criminis, vel nisi crimen perniciem minetur in futurum: ut hæresis, perduellio.

Differ Accusator à Denunciatore. Quia Accusator debet probare, & si deficiat in probationibus, punitur poena talionis, scil. poena alteri calumniato inferenda, *l. ult. C. de accusat. ibi: Cum calumniator ad vindictam poscat similitudo supplicii, l. ult. C. de calumniat. l. ab Imperatore, D. de prævaricat. D. Tb. 2. 2. q. 68. art. 4.* Quæ poena talionis vix est in usu; sed in omnibus solet arbitraria, nisi probetur, quod errore deductus, ad accusandum accesserit, *l. 1. Tom. II. Lib. IV.*

§. 1. D. ad Turpill. Greg. Tholof. lib. 31. syntag. c. 10. Covar. 2. resol. c. 9. n. 1.

Denunciator verò solum debet aperire Judici indicia, quibus ex officio moveri possit ad ulteriorem inquisitionem; non verò tenetur probare crimen. *Vide Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 7.*

Q. An quis teneatur alium accusare?

Alia ratione impediri non potest; nisi denunciatione consulatur bono communi, & accusare tenetur, etiam in conscientia: quia pars debet consulere toti. De criminibus verò non perniciosis, non tenetur accusare, *l. un. C. ut nemo invid. Et quilibet in judicio potest esse accusator, nisi jure id prohibeatur, Glos. in rubr. qui accusare non poss. Vide Clarum in §. fin. q. 14. & 15.*

Quanam sunt personæ, quæ accusare possunt?

I. Licet repellatur ab accusatione, ratione ætatis: Minor anno xiv. & tunc non ipse, sed Tutor possit accusare, *l. 1. & 2. Cod. legitim. person. Standi in judic. l. 1. D. de admin. tut. c. ex parte, de appell. Admittitur tamen in illis casibus, in quibus non requiritur figura judicii: ut in petenda possessione bonorum, l. bonorum quidem C. qui admitti, & in pupillari actione, si commodum spectat ad pupillum, l. multi, D. de pupill. act.*

Si verò sit major 14. anno; sed minor 15. repellitur: quia licet pro eo, tamen contra eum sententia non subsistit. *Vide tamen cap. ex parte de res. spoliat.*

II. In delictis privatis, ad accusandum admittitur, qui suam, vel suorum injuriam prosequitur, *l. fin. ubi Bart. D. de privatis delictis l. is tamen, 11. D. de accusation. l. manifestissimi, C. de furt.*

In publicis verò delictis, quilibet potest accusare, si id ei non sit prohibitum, *l. qui accusare, 8. ubi Bart. D. de accusat. l. qui cætu, §. §. fin. D. ad l. Jul. de vi pub. ubi, si privatus suam injuriam remiserit, extraneus accusare potest de raptu.*

III. Si poena sit Fisco applicanda, etiam in privatis delictis, quilibet recipitur ad accusandum, *Gl. & Bart. in rubr. DD. de popular. action.*

Filiisfam. licet regulariter agere non possint sine Patris consensu, *l. cum non solum, 8. §. 1. in fin. C. de bonis, quæ liber. possunt tamen sine dicto consensu acculare, Bart. in l. inter liberos, 6. §. fin. ubi filiusfam. potest, invito Patre, accusare Uxorem de adulterio, D. ad l. Jul. de adult. & ab ea non recedendum in judicando, voluit Covar. rit. M. Cur. 201. num. 5. Aret. conf. 138.*

Qui non accusat.

I. Clericus non accusat laicum, *c. nullus 2. q. 7.* nisi prosequatur suam, vel suorum injuriam, vel Ecclesiæ, in delictis, in quibus non est imponenda poena sanguinis, *c. sententiam, 9. n. Clerici, vel Monach. Secus accusandus efficeretur irregularis, nisi protestaretur expressè, quod ad vindictam, seu poenam sanguinis non accuset, c. 2. de homicid. n. 6. c. postulati, de homicid.*

II. Laicus non accusat Clericum, *c. cum P. Manconella, de caus. c. clericum 11. q. 1.* Intellige nisi laicus velit accusare ad prosequendam injuriam suam, vel suorum, *Ferret. conf. 183. num. 4. v. Quinto corroboratur, ex c. omnibus, 4. q. 6. c. de cætero, de res. ibi.*

Sed in delictis enormissimis publicis, ut in crimine læsæ Majestatis, laicus accusat Clericum, *c. sanè, 15. q. 3. c. Sacerdotes, & c. oves, 2. q. 7.*

III. Milites non accusant, nisi suam, vel suorum injuriam prosequantur, *c. prohiberi, 2. q. 1. l. non prohibentur, 8. C. qui accus. non poss. l. crimine, C. de accusat. nisi in crimine læsæ Majestatis, Marfil. in l. minores ver. Et subdit etiam, D. de quæst. ex l. nullus, ubi Cyn C. ad l. Jul. Majest.*

IV. Minor defectu ætatis non accusat, *l. 2. §. pupillis, D. de accus. l. ad Rempub. D. de mun. & honor. si tamen sit minor xx. anno, cum autoritate Curatoris, accensat in criminibus exceptuatis: puta, læsæ Majestatis, l. clarum, C. de auctor. præstand. In aliis prosequatur: verò criminibus non accusat, nisi prosequatur suam, tur.*

1680
In dubiis, melior elegitur deponendo dubium practicè.

1681
Melior est conditio possidentis, facta diligentia.

1682
Actor in Civilibus, Accusator in Criminalibus.

1683
Calumniator est, qui non probat.

1684
Reo debet dari locus se defendendi.

1685

1686
Actore non probante Reus absolvitur.

1687
Quæ litis contestatio.

1688
Libellus famosus reicitur.

1689
Judex ut inquirat, debet præcedere infamia.

1690
Quis Accusator, Denunciator.

1691

1692
Accusator, qui secus bono communi consulere nequit.

1693
Quando impubes accuset.

1694

Quilibet prosequitur suam, vel suorum injuriam. Quid in delictis publicis.

1695

Major filius fam. accusat de adulterio uxorem.

1696
Non accusat Clericus laicum.

1697
Nec laicus Clericum.

Nisi in læsæ Majestate.

1698
Nec Miles accusat.

1699
Nec minor, nisi suorum injuriam prosequatur.

vel suorum injuriam, Abb. in e. fin. num. 10. de accusat. & hoc cum Curatoris autoritate, l. ceteris, §. pupillus, ubi. Bart. D. de accusat. l. 2. C. qui accus. non poss. ait tamen Clar. de consuetudine admitti ad accusandum, qui habet xiv. annum completum. Et servari dixit Farinac tom. 1. tract. 2. qu. 12. in fin. & potest probari ex c. si annum, 3. de judic. in 6.

1700
Mulier quædo accuset.

V. Mulier non accusat, l. qui accusare, D. de accusat. c. prohibemur, 2. q. 1. Vide Speculat. tit. de accusationibus ubi enumerat 9. casus, in quibus Mulier accusat; & sunt. I. si prosequatur injuriam suam, vel suorum, l. sororem, 10. C. de his, quib. ut indign. l. si fœmina, 5. C. ad Turpill. II. In crimine læsæ Majestatis. III. In crimine suspecti tutoris, l. 1. §. sequens D. eod. IV. in accusatione falsi testamenti. V. In crimine hæresis. VI. In crimine sacrilegii. VII. In crimine simoniæ. VIII. In dilapidatione bonorum Ecclesiæ. IX. Si accuset occisorem Compatriis sui.

1701
Non accusant infames criminosi.

VI. Infames, & criminosi non accusant, c. infames, 6. q. 1. l. qui accusare, 8. C. de accusat. l. infamem, D. de public. judic. Hinc homicida, falsarius, fur, sacrilegus, raptor, concubinariis, & similes criminosi accusare non possunt, Corrad. in pract. tit. de accusat. n. 12. v. 40. repellitur.

1702
Excommunicatus.

VII. Excommunicatus non potest accusare: quia æquiparatur mortuo, & bannito, Glos. in cap. pastoralis, de accusat. nec potest esse in judicio, c. intellectimus, 7. de Judic. c. pia, de excep. in 6. cap. decernimus, 8. de sentent. excomm.

1703
Inimicus.

VIII. Inimicus non accusat; sicuti nec refert testimonium, l. 3. ubi DD. D. de testib. l. 1. §. praterea, D. de quest. ubi non potest esse testis; & qui testis esse non potest, nec potest esse accusator, cap. super prudentia, 12. q. 2. & ille neque admittitur in criminibus exceptuatis, c. per tuas, 32. de simon. Alex. cons. 12. vol. 4. Quia inimicus, nec in exceptuatis potest esse testis d. cap. per tuas, 32. de simon. Bart. in l. in questionib. D. ad l. Jul. Majest. Et amicus inimici etiam ab accusando repellitur, c. accedens, il. 2. ut lite non contest. Felin. in cap. cum oporteat, v. Nota 6 de accusat. Intelligas nisi perfunctoriè sit amicus, vel vi, aut metu.

1704
Pauperes.

IX. Pauperes non accusant, l. nunnuli 10. D. de accusat si non habeant in bonis 40. aureos. Intellige, nisi pauper sit bonæ famæ, & vitæ.

1705
Unus pro alieno.

X. Nemo accusat alieno nomine, Bart. in l. 2. C. qui accus. Jaf. in l. post dotem, num. 79. D. sol. matr. Undè Syndicus accusat nomine proprio ad utilitatem Universitatis. Tutor nomine proprio ad utilitatem pupilli. Nam accusator se debet subscribere, & obligare ad pœnam talionis. Quæ pœna cum hodie sit sublata, potest quilibet alieno nomine accusare, Farinac. post omnes DD. hic cessat enim finis.

1706
Consanguineus.

XI. Sanguine conjunctus non accusat alterum sanguine conjunctum; frater non accusat fratrem, l. si magnum, 13. ibi: Si magnum, vel capitale crimen, & non leve frater contra fratrem instituit, non solum audiendus non est; sed etiam ex illius pœna plebendus, C. accusat. non poss. In levioribus verò delictis, in crimine læsæ Majestatis, & in prosequenda injuria sua, vel suarum, consanguineus accusat consanguineum, Gias. tit. qui accusare possunt in crimine læsæ Majestatis, q. 3. lib. 2.

1707
Pater fratri, nec è contra.

Hinc filius Patrem non accusat, & è conversò, in iniquum, 17. C. de his qui accusare non possunt, l. qui accusare, 8. D. de accusatione. Nisi filius pareat infidias contra Patrem; nam tunc à Patre accusari potest, l. propter infidias, 14. C. de his, qui accusat. non poss.

1708
Hi nisi repel lantur tenet processus.

Sed si inhabilitatem non opponat, tenet processus, Bart. in l. 1. §. accusationem D. ad Turpill. Aret. in Hi nisi repel cap. 1. de accusat. & inhabilitas, si est de Jure Civili, debet opponi ante litem contestatam; Si verò est de Jure Gentium, vel Naturali, potest opponi etiam post, Bald. in rubr. C. qui accus. non poss. num. 6. col. 3.

1709
Fœmina et lyc. in l. non ignorat officio repell-

Sed Fœmina semper est repellenda ex officio, Sa- lyc. in l. non ignorat, num. 4. C. qui accus. non poss. Prædicti omnes admittuntur pro sua, vel suorum

injuriam accusanda, l. bi tamen omnes, 11. D. de accusat. l. non prohibentur 8. l. non ignorat, 9. l. si crimen, 10. l. de crimine, 12. C. qui accus. non poss. * & in specie nuper ait, D. Scoppa in Scholiis ad controver. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 58. num. 4. post alia, quæ adducit ad Nicolin. in prax. crimin. pag. 21. ex num. 100.

Conjuncti dicuntur usque ad decimum gradum consanguinitatis. Alii videntur usque ad sextum gradum: quia in hoc gradu non cogitur consanguineus ferre testimonium contra consanguineum, l. 2. D. de accusat. Vide Clarum in pract. q. 14.

Qui accusant de nece defuncti. Accusatio de nece defuncti competit consanguineis proximioribus, exclusis remotioribus, l. si plures, 17. D. de accusat. l. 2. §. si simul, ubi Bart. D. de adulter. Et Consanguineus præfertur hæredi: nam injuria facta defuncto; censetur facta consanguineo, l. 2. §. fin. D. ad l. Jul. de adulter. l. quamvis, 19. C. sanguineus eodem.

1710
Accusans necem defuncti con-

Affines etiam possunt accusare mortem defuncti affinis, l. 1. in fin. D. de postulando, l. 2. D. de accusat. Carav. super ritu M. C. 192. num. 2. Et Uxor accusat occisorem Mariti, arg. l. 2. & l. lege Julia, D. de testib. * & vide, quæ cumulat D. Scoppa in Scholiis ad controver. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 16. post alia, quæ dat in Adit. ad Nicolin. in prax. crim. pag. 19. à num. 90. *

Affinis. Uxor.

Difficultas est, si Monachus sit interfectus, cui competat Jus accusandi? Et non Monasterio, sed consanguineis competere, firmat Boer. decis. 121. num. 9. Aretin. in l. pro hærede, §. fin. v. per hæc item Jura, D. de acquir. hæred. Caravit. super ritu 275. num. 33.

1711
Consanguineus necem Monachi.

Nec obstat, quod Monasterium sit loco filii, Glos. in l. si ita quis promiserit, §. ea lege, v. interest, D. de verb. oblig. DD. in Auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. Et quod injuria facta Monaco censetur facta Monasterio, cap. cum desideres §. fin. de sentent. excomm. Nam.

Resp. quod pretium datum pro remissione est pretium sanguinis, l. item apud Labeonem, §. si quis servum, D. de injur. Quod Monasterio competere nequit, c. sententiam sanguinis, Nè Clerici, vel Monachi. Et Monasterium succedit loco filii in ultimis voluntatibus; quod etiam aliqui constanter negant; non in contractibus, Ofsac. decis. Pedemont. 126. n. 20.

1712
Monasterium loco filii.

Fili spurii non accusant, quia sunt infames, l. ex complexu, C. de incest. nupt. Aff. dec. 204. in 1. dub. Et isti habentur, ut extranei; Auth. quib. modis natus- rales offic. sui, §. penult. collat. 7.

1713
Fili spurii non accusant.

* In Regno tamen ad accusandum admittuntur omnes, in quibus ab intestato defertur successio defuncti, ex Prag. 8. de competit. ubi Rovit. cum aliis quos sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crimin. part. 1. cap. 3. num. 1. subdens num. 5. quod ex consuetudine omnes etiam ad accusandum admittuntur; & recipiuntur querelæ fœminarum, & masculorum, & deinde dilceptatur, quis in prosequendo præferatur? ut idem D. Scoppa ait ad Nicolin. loc. cit.

L E M M A XII.

Accusator falsus quomodo puniatur? DE Jure punitur pœna talionis: scil. punitur ea pœna, qua puniendus erat Reus, l. 1. §. calumniatores, D. ad Turpill. l. fin. §. 1. C. de accusat. Exod. falsus pu- cap. 21. Deuteron. 19. Quæ pœna hodie non est in usu niebatur Bart. in l. §. cui, num. 2. D. de accusat. Covar. lib. 2. var. pœna talionis. cap. 9. num. 1.

1714
Accusator falsus puniatur.

Sed est arbitraria, Menoch. de arbitr. casu 322. n. 3. Et non te lateat, Pium V. in Bulla 5. ver. monemus, in 2. p. bullarii, innovare contra calumniatores pœnam talionis. Et in Curia Neapolitana, ritu d. nemo accusat, nisi se obliget sub aliqua certa pœna, Bajard. ad Clarum in pract. q. 89. n. 4.

1715
Hodie arbitraria.

Et nota ex Bald. in l. 2. num. 4. C. de his qui latrones, fuisse decapitatum Perusii aliquem, qui innocentem fecerat decapitari.

Præter supradictas pœnas, calumniator in conscientia tenetur ad omne damnum, l. penult. ubi in conscion- Bart. Cod. de fruct. & litium, expens. Grammat. tia ad dam- decis. num.

Et tenetur ad omne damnum.

decif. 39. Cappella Tholosan. decif. 7.

1716

Licet de fama non condemnatur ad hoc.

De facto tamen accusatores, qui in probationibus deficiunt, vel accusationem desistunt, nunquam condemnantur ad expensas in M. C. in aliis Tribunalibus, Bald. in l. qui crimen, num. 23. C. qui accus. non poss. Grammatic. decif. 39. l. 1. §. calumniatorib. D. ad Turpillian. Et hoc factum est, ne deferantur accusatores, Grammat. sup. addit, solvendas esse expensas, si non præcedentibus judiciis, quis illum accusat.

1717

Excusatur tamen à calumnia, si justa causa ductus accusavit, aut ex errore, l. succumbat, l. i. §. sed non utique, D. ad Turpill. & pœnæ non incurruntur, si accusator semiplenè probet, Alex. cons. 74. nu. 13. lib. 7. Canonistæ in cap. finem litibus, de dolo, & contum.

DE REO.

1718

Reus undè dicatur.

Cum causa alia civilis, alia criminalis, hinc dicitur Reus à Re in civili, a Reatu in criminali causa. De quo Reo quærimus L.

L E M M A XIII.

Anteneatur respondere Judici, juridicè interroganti de crimine, cum discrimine vitæ.

1719

Quanam sit probatio semiplena.

Judex juridicè interrogat, quando delictum est semiplene probatum. Et probatur semiplenè per unum testem omni exceptione majorem: hoc est, si contra testem non possit exceptio opponi. Similiter, si delictum sit semiplenè probatum, præsumptionibus, & indiciis.

1720

Nunc Judici respondendum esse, quando juridicè interrogat, fatetur S. Tho. 2. 2. q. 69. art. 1. Sed negant Spatar. in praxi crimin. tract. 9. c. 789. Navarr. 2. de restit. c. 4. num. 36. Rodrig. tom. 2. q. 16. artic. 3. Less. lib. 2. c. 31. dub. 3. num. 16. Sans. in selectis disp. 43. num. 29. quam opinionem Sylvest. non judicat improbabilem; & Serra 2. 2. qu. 69. art. 1. dub. 1. absolute vocat probabilem.

Reus non tenetur respondere Judi interroganti juridicè.

Nobis placet hæc ultima opinio. I. Quia tollit pericula animarum, & favet Reis; in quo unice insistendum est cum Christo Domino, & Jure: Causæ enim Reorum semper favorabiles sunt.

Afferitur ratio dicti.

Probatur II. quia præceptum, & lex valde difficilis non obligat, cap. exis, dist. 4. Porro præceptum Judicis ligans Reum ad confitendum delictum, est valde difficile. Ergo non obligat. Major est evidens. Consequentia est bona. Minor probatur. Quia difficile est velle aliquem proprio ore contra se ipsum testimonium dicere in causa, ratione cujus morietur, mutilabitur, infamabitur, aut bonorum majorem partem amittet.

1721

Confirmatur. Quia nemo tenetur testificari contra suum consanguineum, l. 24. D. de testib. l. parentes, C. eod. Ergo multò minùs tenetur testificari contra seipsum. Intelligas, nisi necessaria utilitas communitalis obliget, Aubert. res quæ, C. commun. de leg. &c.

1722

Dices. Ergo daretur bellum justum ex utraque parte. Nam Judex justè interrogaret, & Reus justè non responderet.

Resp. Objec. tis.

Resp. cum Pisan. disp. un. ad q. 4. qui concedit dari bellum justum ex utraque parte secundum probabilitatem sententiæ utriusque partis: nam dicit semper sequi opinionem probabilem, sive hujus, sive alterius partis.

1723

Judex ergo præcipit secundum probabilem suam opinionem, & Reus non respondet secundum alterius probabilem opinionem, Reginald. verò rectius tom. 2. lib. 24. c. 10. siff. 3. num. 3. vult, Judices præcipere ad terrorem; & ita Reus posse non respondere.

Dices II. Judex justè interrogat. Ergo habet jus interrogandi. Ergo Reus habet debitum respondendi.

Resp. Reum justè interrogari à Judice secundum probabilem opinionem, quam tamen Reus non tenetur sequi. Sed potest sequi alteram etiam probabilem. Et sic habet debitum respondendi, Lorca 1. 2. tom. 1. disp. 39. Caramuel ad regul. D. Benedicti, disp. 6. art. 2. & 30.

Q. I. An Reus convictus, & confessus teneatur respondere de complice, nulla infamia laborante?

N Ega. Miranda de ord. judicior. tom. 2. qu. 19. c. 11. Tander. 2. 2. disp. 4. q. 4. dub. 4. num. 86. Spatar. in praxi tract. 9. c. 12.

1724

Non tenetur convictus, & confessus facti compitem.

Q. II. An Judex possit interrogare Reum, nullis extantibus indiciis, infamia, &c.

N Ega. Villalobos tom. 1. tract. 14. diff. 10. n. 2. Marfil. cons. 130. num. 34. Cartar. in praxi reor. interrog. lib. 1. c. 2. num. 2. & alii, quos sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. p. 1. c. 27. num. 4. * Et peccare mortalitèr interrogando, docet Pegu. dec. crimin. 37. num. 2. & cum aliis probat D. Scoppa d. cap. 27. num. 5.

1725

Nec potest Reus interrogari sine indiciis.

Q. III. An Reus convictus de uno crimine, possit interrogari de alio, cum quo nulla est connectio; vel de quo Reus non est diffamatus?

N Ega. Et sic convictus de homicidio, non potest interrogari de furto, nisi in loco furti homo inveniatur occisus, Guazzin. in defensa reorum cap. 3. Navarra lib. 2. c. 4. num. 170. Paludan. in 4. dist. 19. q. 4.

1726

Convictus de uno crimine, non interrogatur de alio non connexo

Patet ex l. fin. Cod. de accusat. l. repeti, 16. D. de quest. cap. 1. de confess. cap. Nemini, 11. q. 3. Gram. dec. 28. num. 9. v. Cum regularitèr.

Sed si Reus interrogatus, ubi interrogari nequit, fateatur compitem, talis confessio non probat, ex juribus, & DD. adductis à Sanfelice. dec. 382. num. 1. quem sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crimin. par. 2. formul. 43. num. 19. nec facit indicium ad torturam, Salyc. in l. fin. num. 12. C. de accusat. Gram. loc. cit. num. 19. Boer. dec. 309. num. 1 & alii plures apud Mascard. lib. 1. de probat. concl. 446. num. 3 quia dum quis fatetur se socium criminis, est infamis. Infamis autem non est testis idoneus sufficiens ad torturam, l. 3. §. l. Julia, D. de testib. l. infamem, D. de do publ. judic. c. propterea de testib. cogend.

1727

Et si fateatur compitem cum non potest interrogari, nulla est confessio.

L E M M A XIV.

An Reus possit de socio interrogari?

N Ega, cap. nemini 1. q. 4. ibi: Nemini, præterquam de crimine læsæ Majestatis, de se confessus, super crimine alienum credi oportet, cap. veniens, de testib. Boer. decif. 309 & 319. & alii, cum quibus D. Scoppa ad Sarn. in prax. crimin. part. 2. formul. 43. num. 24. Ex quo fit, socium non admitti; neque ad accusandum, l. filium, D. de liberali causa, l. qui accusare, 8. D. de accusat. Salyc. in l. fin. nu. 12. C. de accusat.

1728

Socius criminis non accusat.

Imò aliqui volunt, nec admitti ad excusandum, Bald. in d. l. quoniam liberi, C. de testib. n. 2. Boer. dec. 319. quod aliis displicet Gamm. voto 3. num. 15. & vot. 21. num. 18. Et ratio est: quia, ad probandam innocentiam admittuntur testes inhabiles, Gamm. dec. 56. n. 16. Capol. cons. 110. n. 3.

1729

Non excusat.

Et excipiens de Societate Criminis, debet dicere, se excipere de asserto socio, sive de asserta societate ab adversario; secùs si exciperet, dicendo, deponentem esse suum socium criminis: videretur se fateri socium: licet cæteroquin regula sit generalis, quod excipiens non fatetur Adversarii intentionem, l. non utique, ubi Bart. de except.

1730

Quomodo excipiantur de socio.

L E M M A XV.

Casus, in quibus potest interrogari de Consocio?

Constituimus regulam generalem. Neminem posse de consocio interrogari, ex l. fin. C. de accusat. Et hoc, ne fortè sub spe veniæ, odio, vel amicitia, alium nominet, d. l. final. & d. l. quoniam liberi. Sunt tamen multi casus, in quibus Rei confessi possunt de sociis interrogari. Et tunc faciunt indicium ad torturam, Boer. decif. 319. Angel. in l. fin. de accusation. * Dummodo tamen alia concurrant, ut ex recepta sententia tradit D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. par. 2. formul. 43. num. 45. & comprobatur in Scholii ad controv. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 51. num. 6. *

Sed quia multi sunt isti casus, & quidam, limitationibus confarcinatis, rem potius confundunt, quam expli-

explicant : pro istis aliam regulam generalem constituo ; Et fit .

II. Regula est : Quotiescumque delicta sunt contra bonum commune , aut multitudinem graviter laedunt , semper licet interrogare de consocio . Quia tunc etiam in conscientia quis tenetur revelare consocios , igitur potest etiam interrogari . Nam tunc interrogatur de eo quod etiam non interrogatus , tenetur revelare , arg. l. congruit , 13. D. de off. Præs. Peguer. dec. crimin. 5. num. 12.

1731 Ad bonum commune , quis potest de socio interrogari.

Subdamus jam casus particulares. Primus est læsa Majestas Divina , & humana . Nam hoc delictum Republicam turbat seditionibus ; & conventiculis , cap. in fidei favorem , 5. de heret. in 6. cap. 1. de confes. Boer. dec. 319. num. 2. Cæpbal. lib. 1. conf. 75. Et in istis criminibus etiam infames probant , l. famosi , 7. l. in quæstionib. 8. C. ad l. Jul. Majest. cap. fin. de testib. cog. Crotus de test. par. 4. num. 29.

1732 Ut in delictis læsæ Majestatis .

Idem dicas de crimine falsæ monetæ . Nam multitudinem lædit , & commercium turbat : Quis enim contrahere vellet cum periculo falsæ pecuniæ ? Salyc. in l. fin. num. 7. C. de accusat. Gramm. decif. 28. num. 10.

1733 Falsæ monetæ .

II. Grassatores viarum possunt de sociis interrogari . Quia hoc crimen turbat publicum commercium , ejusque securitatem . At fit cum sociis regulariter , l. 6. ibi : Hierenarchæ , cum apprehenderint latrones , eos de sociis , D. de custod. reos.

1734 Grassatoris viarum .

III. Assassinus interrogatur de Mandante . Nam est crimen , quod tollit securitatem omnium , & circa omnes : Cum de omnibus rimedium sit in tali casti , Boer. decif. 319. n. 1. Gram. dec. 28. n. 10. l. non ideo minus , C. de accusat.

1735 Assassinii .

IV. Malefici possunt interrogari de consociis : quia est delictum contra omnium salutem ; eò severius plectendum , quo vehementius clandestinè , non palam , lædit , auctore Dæmone , l. fin. C. de malefic. & mathemat. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1311. num. 11.

1736 Maleficii .

V. In occultis delictis , quæ aliter probati nequeunt , admittuntur inhabiles , nē Injustitia dominetur , l. consensus , §. virum etiam , v. servis etiam , C. de repud. c. venient , 38. in fin. il 2. de testib. c. & si Christus , 26. in fin. de jur. jur. Gramm. vot. 3. num. 6. Natta lib. 2. conf. 298. num. 9. Menoch. lib. 2. de arb. cas. 474. num. 36. Mascard. de prob. lib. 1. concl. 1147. num. 3.

1737

VI. In illis criminibus , in quibus vis & violentia socio infertur , admittitur socius ad accusandum . Et depositio est indicium ad torturam . Nam quando violentia infertur ; ille , cui illata est , non dicitur delinquere , l. si uxor , 13. §. si quis , ibi : Quæ vim patitur , non est in ea causa , ut adulterit , vel stupri damnetur , D. ad l. Juliam de adulter. Tirraquell. de penis temperand. causa 36. num. 51. Et non dicitur socius criminis , nisi materialiter , nec est infamis . Et ejus depositio probat . Si verò molestia non est illata , nec violentia , tunc est infamis , & repellitur a testificando , l. cum vir , 31. ibi : Armari jura gladio vultore , ut exquisitis pœnis subdantur infames , C. de adulter. cap. Clerici , de excessib. Prælator. Boer. dec. 319. num. 1. Alex. lib. 4. conf. 157. Gramm. conf. 45. num. 1. Paris. conf. 160. Imò aliqui dicunt , non esse credendum dicenti , se vim passam , Mascard. lib. 3. de probat. concl. 1129. num. 5. Nam allegaret turpitudinem suam , & sic non est audienda , c. inter dilectos , 8. v. attendentes igitur , de don. c. cum super , 8. ibi : Nec ipsi Canonici videbantur tibi hæc opponere posse de jure ; qui se fatentur , se contra statuta præfati Concilii recepisse . De concess. præben. Gram. decif. 40. n. 16. & decif. 28. n. 4.

1738

III. Regula sit : Quotiescumque delictum non potest , aut non solet fieri sine sociis , toties potest de socio sociis , Reus interrogari . Nam tunc est præsumptio si delictum juris , delictum esse commissum cum sociis . Hinc persona timorosa : ut servus foemina , potest interrogari de consociis , l. quicumque , 40. §. fin. C. di serv. fugit. l. penult. l. fin. C. ad l. Jul. Majest.

1739 Interrogatur de socio sociis , Reus interrogari .

l. fin. D. ad exhiben. l. prius , D. ad Syllan. Grammat. dec. 28. num. 10.

L E M M A XVI.

Quomodo interrogandus sit Reus in casibus prædictis ?

Resp. Interrogandum esse in genere , non in specie : An talis sit suus socius sui delicti . Sed debet interrogare : Quisnam est socius ? quia secus esset , non interrogatio , sed suggestio : quæ prohibetur in l. §. qui quæstionem , & §. in causa tributorum , D. de quaest. Imò Clarus in §. fin. qu. 21. v. Retenta igitur in fin. ait , processum factum ex tali suggestione esse nullum , Peguer dec. 5. num. 21. Potest tamen Judex postquam Reus confessus est , se habuisse socios illum monere , ut in specie dicat , Farinac. loc. cit. n. 132. in fin.

1740 Suggestio semper prohibita .

Est nullus processus suggestioni immisus .

L E M M A XVII.

An nominatio Socii in dictis casibus sit indicium ad torturam ?

Resp. quia confitendo crimen est infamis . Et infamis non admittitur sine tortura , l. ob crimen , 21. §. si ea conditio : ibi Sine tormentis testimonio ejus credendum non est , D. de testib.

1741

Undè debet confessio tortura contentis confirmari , Boer. decif. 319. num. 3. Clarus loc. cit. vers. Scias etiam , Menoch. loc. cit. num. 50. * & alii multi , quos dat , & probat D. Scoppa ad Sarn. in prax. crimin. part. 2. formul. 43. num. 27. * Imò , post alios , subdit Farinac. loc. cit. num. 141. dictum socii , etiam in tortura , non esse indicium ad torturam , nisi sit juratum . Undè Judex antequam Reum tradat torturæ , debet illum facere jurare de veritate dicenda , tam quò ad se , quàm quò ad socios , Marfil. in praxi §. diligenter. n. 26.

Nominatio consocii non est indicium ad torturam nisi sit jurata .

Imò alii , præter dictum juratum socii , requirunt alias probationes : puta præsumptiones , & indicia , ut possit Culpatus duci ad torturam , Gram. vot. 3. num. 8. decif. 28. num. 12. & dec. 56. num. 1. * cum aliis , ex quibus latè demonstrat D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. part. 2. for. 43. ex num. 25. & advertit in Scholiis ad Controv. for. R. Merliti. censur. 1. cap. 51. num. 6. adducens quod per Senatam Sabaudicæ probatum tradit Ant. Faber in suo C. lib. 9. tit. 21. de quæstion. definit. 23. * Quia socius criminis etiam in delictis non est omni exceptione major . Cum sit infamis , l. cum vir , 31. C. de adulter. Et infamis regulariter repellitur , l. testium fidos , 13. §. penult. in fin. D. de testib. l. sicut , 4. C. de quæst. Et ita etiam in crimine læsæ Majestatis de quibus refert Ass. par. 1. Conf. Regni 27. n. 34 Gligas de crimine læsæ Majest. lib. 1. tit. Quem , & per quos , 9. 7. n. 2.

1742

Et in tortura confirmata .

Adminicula sunt , inimicitia , fuga nominati ; vel si , cum nominatione socii , habeat contra se testes de auditu . Nam isti testes licet non probent , nisi in casu , l. si arbiter , 28. D. de probat. Faciunt tamen aliquam præsumptionem , Rolan. vol. 2. conf. 28. num. 56.

1743

Vel adsint alia indicia puta , Inimicitia , fuga socii vocati .

Nominatio , nec facit indicium ad torturam , si nominatus sit bonæ famæ : quia bona fama retundit indicium , Peguera dec. 5. n. 31.

Non bonæ famæ .

Quid in Regno ?

Resp. Tres Criminosos sigillatim examinatos deponentes , probare plenè contra Socium criminis , ut probarent duos testes idonei , cap. Reg. Frequens , & effrenata , Francb. decif. 570. 577. Ricc. collect. 3562. * & nuper post alios D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. par. 2. formul. 43. n. 20. & seq. ubi explicat.

1744 In Regno probat triū sociorum nominatio .

L E M M A XVIII.

An sit bona Confessio , quam Judex extorquet fidei promissionibus ?

Resp. Imola conf. 108. Dec. in l. ea est , num. 2. ubi Cagnol. num. 19. D. de reg. jur. Et nequit damnari Reus , si retractet confessionem extracta fraude , dicendo , confessum esse delictum spe futuræ impunitatis , Facchin. lib. 9. controvers. cap. 61.

1745

DE REO CONFESSO.

1746

Reus non condemnatur, nisi confessus, aut convictus aliis probationibus: puta, testibus indicis, &c. l. scilicet cuncti, C. de probat. cap. 1. & cap. primates, 2. q. 1. l. qui sententiam, C. de poen. * juxta illud, quod declarat D. Scoppa in Schollis ad controu. foren. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 54. n. 13. & centur. 2. cap. 20. num. 1.

Quotuplex sit Confessio?

1747 Confessio vera, & interpretativa.

Duplex I. Vera. II. Interpretativa. Vera sit ore proprio, vel alieno: puta, procuratoris. Interpretativa est ex contumacia. Contumax enim pro confessio habetur, cap. decernimus, 3. qu. 9. l. contumacia, 53. D. de re judic.

Confessio est probatio probata, quam sequitur sententia, l. un. C. de confess. l. v. dec. 68. ex l. & quia proinde, 22. §. 1. D. ad l. Aquil.

1748 Prævalet aliis probationibus.

Confessio præfertur aliis probationibus, l. generaliter, 13. C. de non numer. pecun. * & tradunt DD. quos sequitur D. Scoppa ad Arn. in prax. crim. par. 1. cap. 44. num. 1. addens, quod vim habet sententiæ, ex l. 1. D. de confess. & l. un. C. eod. * & prævalet confessioni per instrumentum, Bald. conf. 192. Cravert. conf. 61. num. 3. Nisi sit confessio in tormentis vel calore iracundiæ, l. quidquid, 49. D. de reg. jur. l. Divus, 9. §. ex quibus, D. de questionib. cap. ex litteris, 5. de divortis.

L E M M A XIX.

Quæ confessio sufficit ad condemnationem?

1749

Pontanea confessio sufficit ad condemnationem. Nam in confessum cessant partes Judicis, l. un. C. de confess. l. 1. ubi Bart. ff. de confess. * & luculenter D. Scoppa, qui tamen declarat, ad Sarn. in prax. crimin. part. 1. cap. 44. num. 2. & seq. *

Confessio criminis facta in uno judicio, præjudicat etiam in alio, l. jubemus, 41. ubi Bald. C. de liberali causa.

1750 Debet esse circumstantiis vallata.

Confessio verò debet esse verisimilis, probabilis, possibilis, plana, circumstantiis, & qualitatibus substantialibus munita. Es hoc, ut cognoscat Reus: an rectè interrogetur? & de qua re? & simul cognoscat Judex: an sit vera? an ficta causa doloris? Unde debet constare de corpore delicti, & de instrumento: puta, de gladio, quo quis deliquit, Farinac in prax. tom. 3. par. 3. q. 81. num. 30. Folin. in cap. scelerici, num. 1. ubi Doc. num. 30. de judic. & D. Scoppa post alios d. cap. 44. num. 5.

L E M M A XX.

Reus à quo Judice puniendus?

1751 Quot modis Reus sortitur forum.

Reus sortitur forum, ratione Domicilii, Delicti, Contractus, Resitæ, Originis, Privilegii, Beneficii, cap. fin. de for. compet. l. hares absens, D. de judic. l. fin. D. de accusat. Anb. qua in provincia, C. ubi de crim. agi oportet.

1752 Reus regulariter punitur in loco delicti.

Reus regulariter punitur debet, ubi deliquit, l. si punitur in cui, 7. §. idem Imperator, D. de accusat. Authen. Us loco delicti nulli judicium, §. si qui verò, collat. 10. l. 1. C. ubi de regulariter. crimin. Covarr. pract. c. 11. n. 3. Franch. dec. 37.

1753 Et etiam in loco capturæ.

Hinc aliud aufugiens, si capiatur, remittendus est ad Judicem delicti; si uterque Judex sit sub eodem Domino. Vide Bart. in l. si Dominum, D. de furt. ubi punitur fur captus in loco capturæ; est practicum in Regno, habes in hoc lib. 4. tit. de furtis, num. 58. quia fur deliquit accipiendo, & retinendo.

1754 Si vero, qui alibi deliquit, inveniatur in loco originis, vel domicilii, ibi à Judice puniri potest.

Si verò, qui alibi deliquit, inveniatur in loco originis, vel domicilii, ibi à Judice puniri potest, l. 1. C. ubi de crim. ag. oportet. Facchin. lib. 9. controu. cap. 20. & 21. ne delicta sint impunita. * Sed vide ad hanc rem, quæ uberrimè, & elegantissimè tradit D. Scoppa in Schollis ad controu. foren. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 95.

An Reus semel absolutus, definitivè, ut innocens, de novo possit accusari?

1753 Absolutus non reaccusatur.

Nega, cap. de his, de accusat. l. si cui, 7. §. iisdem, l. libellorum, §. quod si libelli, D. de accus. Nam volenti reaccusare obstat exceptio rei judicata, l. fin. C. de custod. reor. l. 1. C. de except. rei jud. Boer dec. 289. num. 9.

Sed, si Reus sit absolutus in loco delicti, potest iterum accusari in loco originis. Nam una non præjudicat alteri Jurisdictioni. Intellige si non fuit punitus ad mensuram delicti; sed fuit absolutus. Nam si re ipsa æqualem poenam subituisse, iterum illum punire, esset injuria: cum non sit debita, l. de his, 9. ibi: Non potest accusatio replicari, D. de accus. l. licet, in fin. D. nautæ caup. & stabul. Et innocens est, qui satisfecit pro culpa: sicuti non est debitor, qui jam solvit. Si verò poena fuisset diminuta, posset ad æqualitatem per secundam accusationem taxari à Judice, l. raptore, C. de Eptiscop. & cler. Carav. ritu 272. num. 4. v. Etiam si minus, Thesaur. 4. for. q. 55. num. 2. Gramm. dec. 53.

iterum accusari in loco originis. Nam una non præjudicat alteri Jurisdictioni. Intellige si non fuit punitus ad mensuram delicti; sed fuit absolutus. Nam si re ipsa æqualem poenam subituisse, iterum illum punire, esset injuria: cum non sit debita, l. de his, 9. ibi: Non potest accusatio replicari, D. de accus. l. licet, in fin. D. nautæ caup. & stabul. Et innocens est, qui satisfecit pro culpa: sicuti non est debitor, qui jam solvit. Si verò poena fuisset diminuta, posset ad æqualitatem per secundam accusationem taxari à Judice, l. raptore, C. de Eptiscop. & cler. Carav. ritu 272. num. 4. v. Etiam si minus, Thesaur. 4. for. q. 55. num. 2. Gramm. dec. 53.

An absolutus, parte ignorante, possit iterum accusari?

Affirma, l. si cui, §. iisdem, D. de accus. ibi: Res inter alios judicata, alii non debent, sibi tribuere, Bart. in l. maritus, §. si ante, D. de adulter. Rom. sing. 213. l. 4. §. penult. D. de sepulc. viol. An absolutus ab observatione Judicis: scilicet rebus se stantibus, vel sub fidejussione, iterum possit accusari advenientibus aliis probationibus.

Si levis fuit quis punitus, potest suppleri poena.

1755 Reaccusatur, ignorante parte, absolutus.

Affirma. Nam purè non fuit absolutus, Bart. in l. admonendi, ubi Ripa num. 70. D. de jure jur. Thesaur. decis. Pedemont. 81. num. 1. Clarus, §. fin. qu. 64. * & praxim circa absolutionem istam tradit Dom. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. part. 2. formul. 61. à num. 7.

1756 Reaccusatur absolutus observati- ne judicis.

An Reus liberatus per transactionem, possit ab alio accusari?

Affirma. Quia remissio, vel transactio unius alteri non præjudicat, l. 4. §. penult. D. de sepulc. viol. l. qui certu, D. ad l. Jul. de vi publ. l. si maritus, la. 2. §. si negaverit, D. de adult. l. 2. C. de abolit. Covar. 2. var. cap. 10. num. 5.

1757 Transactus cum uno, accusari potest ab alio.

Hinc, non obstante remissione, aut transactione partium, Fiscus potest ex officio accusatum damnare, nisi saltè cum ejusdem Fiscus procuratore sit tractatum. Nam Delinquentes Rempublicam lædunt, l. locatiore, 7. §. quod illicitè, D. de public. & vestig. Et licet possit inuiri, nequit quis Reipublicæ jus remittere, l. penult. C. de pact. Barr. in l. 21. D. ad Syllan. Felin. in cap. nullis, §. iterum, de accus. Carav. ritu 272. num. 223.

An possit iterum accusari Reus definitivè absolutus, qui post sententiam constitetur delictum?

Affirma. Nam tunc veritas præsumpta rei judicata cessat, ipso Reo fatente. Cessat enim præsumptio, quando veritas elucescit, Jaffon in l. admonendi, num. 45. D. de in litem jurand. Innoc. in cap. quia plerique, v. est autem, de immuni. Eccl. Arsin. conf. 69. in fin. Follet. in pract. crim. p. 1. v. Et si consueverunt, num. 4. Fulgos. in l. si confessus, num. 2. D. de cust. & exhib. reis.

1758 Constitens delictum accusatur, licet fuerit absolutus definitivè.

An Reus absolutus ex gratia Principis, parte inaudita, possit iterum accusari?

Si bono communi sit necessarium Reum absolvere puta, ob bonum pacis: potest Princeps aggratiare Reum, l. relegat, 4. l. ad bestias, 31. §. ex provincia, D. de poen. Pereg. de jure Fisci, lib. 5. tit. ob bonum communi. Thesaur. decis. 21. Ofascb. decis. Pedemont. 101. num. 1.

1759 Princeps potest alium aggratiare ob bonum communi.

Nec particularis læsus potest ingemiscere. Nam bona particularia debent bono communi servire. Et Princeps potest tollere jus particularis personæ; si aliter bono communi consulti nequeat, Dec. conf. 520. num. 5. Aff. decis. 361. Farinac. prax. p. 1. q. 6. num. 15.

1760 Parte relucante.

Et in hoc sensu, si gratia sit plena, nequit ab alio iterum accusari, l. 10. cap. sentent. passis, l. 1. §. de qua autem, D. de post. Thes. decis. Pedem. 21. num. 1. Suarez comm. v. Princeps num. 157.

Nec potest iterum accusari.

Si verò gratia non sit ob bonum commune necessaria; sed ob publicam lætitiã, victoriã, &c. Quæ dicitur criminis abolitio, delictum non extinguit, l. abolitio, l. 12. D. ad Turpill. Tunc licet Reus relaxatus parte inaudita nequeat à Ministris Principis ex officio, vinculis detineri: Nam nemo est.

1761 Secus si fuit criminis abolitio ob lætitiã.

Sub fide publica nemo decipitur.

est sub fide publica decipiendus. Pegu. dec. crimin. 39. Tamen instante parte, potest iterum capi, ut nos practicum scimus. Nam Princeps jus suum, non partis, remisit; nec partis jus potest sine causa tollere, l. venditor, l. 1. §. si confiter, ff. commun. praeior. l. fin. cap. si contra jus, l. fallaciter, 3. v. nisi forte, C. de abolit. Menoch. de arbitr. qu. 48. num. 5. Thefaur. dec. Podem. 21. num. 3. vide s. Thom. 2. 2. q. 66. art. 4. ad 4.

1762 Maxime si Reus alius habuit gratias.

Id multo fortius currit, si Delinquens alias obtinuit gratias: tunc enim non praesumitur, nisi id exprimat in rescripto, se velle alia sua beneficia elargiri, nec debet concedere delicti remissionem delinquentibus ex assuetudine, l. 3. de Episc. Aud. Mascard. 2. de prob. concl. 828. Gram. voto 17. num. 11. Bald. in l. nemo, C. de Episc. Aud. Marfil. frug. 378. num. 4. Felin. in ex cap. Postulasti, v. Et per ipsum, de rescript. Clar. quest. 59. v. Debet autem.

Hinc patet ad controversiam decisio. Et simul resolvitur difficultas: An si homicida, data opera, dolo absolvatur, posse iterum accusari?

1763 Reus aggraviatus ad bonum commune, non reatatur dolus.

Nam si est ad bonum commune necessarium nequit: ut si sit agraviatus ad tollendam vexationem commercii. Tunc ex officio agi nequit, ne se deceptum conquaratur sub fide publica. Sed parte laesa instante, potest, & debet damnari. Hoc exigit justitia Commutativa respectu partis laesae, & Vindicativa, cui adhuc non fuit satisfactum. Et Jus Divinum Deuteron. 19. ibi: Moriatur, non miseraris ejus. Apoc. 13. ibi: Qui gladio occidit oportet eum gladio occidi. Roland. cons. 12. n. 30. vol. 3.

Quando Reus torqueri possit?

1764 Praecedentibus indicis, quis torquetur in subsidium plene probationis.

Nequit torqueri, non praecedentibus legitimis indicis, l. 1. l. maritus, l. quaestiois, ff. de quaest. * & pro absoluto docent DD. cum quibus advertit D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. part. i. cap. 41. num. 14. & tunc tantum quando crimina sunt graviora, in quibus poena saltem corporalis imponitur, ut plene per DD. quos sequitur idem D. Scoppa loc. cit. num. 10. * deficientibus aliis probationibus, in subsidium, l. 1. 8. 9. ff. cit. tit. Et aliis probationibus constet plene deliquisse, nequit torqueri: cum cesset torturae finis, * & inventa tantum sit in subsidium, ubi aliter veritas haberi non potest, D. Scoppa post alios loc. cit. num. 8.

Indicium ad torturam debet esse tale, ut delicti praesumptionem faciat, & debet indicium esse probatum per duos testes, l. 1. ff. cit. tit. Canarius tit. de quaestiois. memb. 2. Farin. in prax. crim. tom. 2. p. 1. q. 57. num. 3. * & de veriori, & recepta opinione testatur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. par. 1. cap. 7. num. 6. qui etiam affirmat in Scholiiis ad controuv. for. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 54. num. 15. * Talis est unius testis exceptione innumerabilis depositio, confessio extrajudicialis, non fama publica: nam per hanc, tanquam ex accusatione, solum movetur Judex ad inquirendum; non ad torquendum, cum a tortura non possit incipere, l. 1. l. maritus, ff. de quaest.

An Reus bis torqueri possit?

1765 Reus non torquetur bis sine novo indicio.

Si non est confessus in tortura, nequit amplius torqueri. Nam per torturam fortiter passam, sunt infirmata priora indicia. Si vero in tortura fateatur, & dende non ratificet; tunc possit iterum torqueri. Nam per illam confessionem prima indicia firma remanent, l. unius, 18. §. Reus, l. reperi, ff. de quaest. Boer. dec. 163. num. 19. Salyc. in l. 2. num. 10. C. de custod. reor. Et si post torturam toleratam superveniant alia indicia, adhuc potest torqueri, Gloss. in d. l. reperi. * & vide quae ad rem tradit D. Scoppa in Scholiiis ad controuv. foren. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 19. num. 1. & seq.

An torqueri possit ultra tertiam Vicem?

1766 Ne ter sine gravissima.

Ega. Etiam si confiteatur, & postea neget; dicatque timore tormentorum se confessum fuisse, Farin. loc. cit. q. 38. n. 56. Boer. dec. 163. num. 18. Nisi existant gravissima indicia, Grammat. voto 6. num. 17. Layman de indicis lib. 4. num. 6. cap. 5. num. 10. in fin. * Quod illustrat

D. Scoppa ad Sarn. in prax. crimin. part. 2. formul. 40. a num. 56.

PROCESSUS.

Partibus judicio concertantibus, proceditur ingenti affectu in promovendis meritis causa. Et partes citantur, lis contestatur, articulatur, recipiuntur, repelluntur, publicantur probationes, concluditur in causa, devenitur ad sententiam, appellatur, exequitur. De quibus breviter hic.

1767

DE CITATIONE.

Differt Requisitio a Citatione. Nam citatio fit mandato Judicis legitimi: scilicet competentis; adeoque fit a Superiore inferiori.

1768

At requisitio fit etiam ab inferiore Superiorem requirente de his, ad quae ex officio tenetur. Es debet esse triplex, & humilis tendens ad vincendam Superioris negligentiam, cap. statuimus, 1. ubi Butrius de supplenda neglig. Prael. Hic de Citatione.

Requisitio quid sit.

Quid, & Quotuplex.

Citatio est vocare in jus aliquem Judicis auctoritate, §. omnium, 3. sup. de poena temere litigantium, l. 1. §. i. ff. de edenda, Auth. offeratur, C. de lit. contest. Una Realis, qua Reus capitur. Altera Verbalis, qua parti insinuat Judicis praecceptum ad comparandum in jus.

1769

Citatio quid sit, & quotuplex.

Reus citatus habet 20. dies ad deliberandum: an contendere velit? Auth. Offeratur, ibi: Viginti dierum gaudeat inducis, quibus deliberet, cedat, an contendat? C. de litis contest.

Tempus ad comparandum.

An per citationem inducatur litis contestatio?

Nega, l. un. C. de litis contest. cap. un. de lit. contest. l. amplius non petitur, ff. rem ratam haberi, §. omnium, 3. sup. de poen. temer. litig. Nam contestationem, lis incipit coram Judice. At per citationem sternitur via ad litem inchoandam. Et lis potest non incipere; si pars ostendat sua non interesse; vel opponat exceptiones impediennes litis ingressum: puta, se alterius fori esse, l. 2. ff. de in jus voc. Bart. in l. un. C. de litis contest. Petra ad Rit. 207. num. 12.

1770

Per citationem non contestatur lis.

Quando citatio sit circumducta?

Quis I. potest obtinere, ut libellus Reo intimetur. II. Ut illo intimato instat Actor, ut contra Reum inculetur contumaciae.

1771

Si intra tempus legitimum Actor non curet libellum Reo intimari, vel illo intimato, non instet apud Curiam, ut procedatur ad ulteriora contra Reum, citatio dicitur circumducta: hoc est extincta, ita ac si nunquam facta fuisset, l. post edictum, §. circumducto, D. de judic. l. acta, ff. de re judic. Cap. Latro dec. 69. lib. 1.

Citatio circumducta est extincta.

Dicitur circumducta intra sex menses, si libellus Reo non sit notificatus, nec sint incusatae contumaciae, Ritu 121. & 122. Franch. decis. 132. num. 2.

1772

Si libellus non notificetur Reo inter sex menses.

Si vero a die intimationis, citato Reo, non procedatur eum Actore ad ulteriora, incusando contumacias; intra mensem in hac Civitate? intra duos extra Civitatem. Citatio adhuc est circumducta, prosequatur Aff. decis. 366. num. 4. Petra ad Rit. 122. num. 2. Nicol. in prax. civil. num. 75. Et non attenditur, an mensis sit 31. vel 28. dierum, Franch. decis. 471.

Vel si non ad contumaciam.

Tempus prosequendi quid sit.

EFFECTUS CITATIONIS:

An Citatio inducat litis pendentiam?

Affirma, nisi sit circumducta, l. si quis postea, ff. de jud. l. penult. ff. de jurisd. omn. Jud. Aff. Nisi sit circumducta Gloss. in l. ubi captum, ff. de jud. Mysing. centur. 4. observ. 26. Gratian. cap. 389. num. 12.

1773

Nisi sit circumducta citatio inducit litis pendentiam.

An interruptat praescriptionem?

Affirma. Nam inducit malam fidem in Reo; Nisi sit circumducta: nam tunc censetur perleverare bona fides: cum pars adversa non prosequatur litem, tanquam de sua causa diffidens, novo. Caraz. ritu 123. Sanfel. ad prax. sec. 35. num. 15. Petra ad Rit. 121. num. 4. * & vide tripartitas DD. falanges, quas adducit D. Scoppa in Scholiiis ad controuv. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 24. a num. 8.

1774

Interruptit praescriptio.

An Actor possit uti circumductione citationis .
Nega . Nam aperiretur via fraudibus, mutandi Judicem , & sic Reus tunc potest dicere , litem pendere coram Judice , cujus mandato monitus fuit, de Marin. lib. 1. cap. 54. num. 17. & ad Revert. dec. 87. Petra ad rit. 122. num. 7.

DE LITIS CONTESTATIONE.

* I. Comuni acceptione Contestatio est coram testibus protestari, denunciare aliquid, ut firmitus proponatur, ac tentius audiatur tenacius memoria retineatur, & tollatur ignorantia excusatio, 1. Reg. cap. 8. ibi: Veruntamen contestare eos, & predict. eis jus Regis, ubi de Mendoza num. 9.

II. Contestare coram Deo, & hominibus. Contestare Cælum, & Terram: est illos testes dicendorum vocare; ita ac dicens, sit testis, & contestis Cælum, & Terram. Ita Dominus dixit Moyfi, Exod. 19. cap. 21. ibi: Contestare populum; nè forte velit transcedere terminos. Judic. cap. 7. num. 17. ibi: Contestatur hodie Cælum, & Terram. David. psalm. 80. num. 9. ibi: Audi populus meus, & contestabor te. Apost. ad Ephes. ibi: Contestor vos hodierna die: quia mundus sum à sanguine omnium. Actor. 20. num. 26.

Hinc contestatio est actus judicialis partium citatione vocatarum comparentium coram Judice, & proponentium jura sua animo litigandi. De qua hic.

Contestatio litis quid sit, & quid operetur?

Litis contestatio Jure communi definitur: Principalis negotii apud competentem Judicem narratio, & ad eam secuta responsio animo litigandi, cap. un. de litiis contest. cap. dudum, il 2. de elect. l. rem non novam, 12. §. patroni, v. propositam, C. de jud. l. un. ibi: Lis enim tunc contestata videtur, cum Judex per narrationem negotii causam audire ceperit, C. de litiis contest. Fit ergo litiis contestatio, quando partes coram Judice proponunt jura propria animo litigandi, & ita Judex incipit cognoscere de meritis causæ, ut in l. nihil, C. de procurator.

In Regno lis contestatur datione termini, de Marin. tom. 1. cap. 184. num. 7. Pratus 3. forens. cap. 6. num. 8. Carav. ritu 288. Prag. 1. de ord. Judicior. Francb. decis. 457. Massill. decis. 101. num. 18. * & insinuat D. Scoppa tam in addit. ad Nicol. in prax. civil. pag. 32. num. 190. quam in annot. ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 1. num. 30. Et lite non contestata, processus, & probationes receptæ in Regno valent: quia proceditur facti veritate inspecta, Afflic. decis. 283. col. 2. Cartar. dec. 112. Capyc. dec. 1. Revert. ubi de Marin. dec. 203. num. 1.

Quid operetur?

Litis contestatio operatur multa. I. operatur subjectionem partium apud Judicem; ut nemo deinde possit Judicem declinare; licet ante litiis contestationem possit se tueri exceptione declinatoria, peremptoria, l. ita demum, l. fin. Cod. de excep. l. aperitissimi, C. de judic. Sed ante omnes exceptiones debet constare de legitimo Judice, & personis. Nam in jurisdictione Judicis fundatur judicium, l. quidam referunt, 14. D. de jure codicill.

DE TERMINO.

Jure Communi post contestationem, datur terminus, & Jure Regni, datione termini lis contestatur, ut dictum est supra n. 1778.

Terminus est spatium temporis præfixum partibus ad probandum, l. per intervallum, 5. de judic.

Qui terminus Jure communi est 10. dierum, d. l. per intervallum, Jure Regni 20. dierum, Prag. 8. de ord. Judic. Et si probationes sint in loco distito recipiendæ, est arbitrium, cap. cum sit Romana, de appell. Abb. in cap. 1. num. 1. de dilat. dum modò non excedat tres menses intra, sex extra provinciam, novem ultra maria, l. decrevit, la 1. C. de dilat. Pragm. 7. de ord. Judic. Sed ob temporis injurias, locorum difficiles accessus, testium, aut scripturarum defectum infirmitatem, &c. tempus ad probandum protrahi, æquitate suadente, potest, Gal. Tom. II. Lib. IV.

supp. p. 2. cap. 18. num. 2. Petra ad rit. 69. num. 5., qui citat Affl. decis. 29. Layman. in l. quamvis, col. penul. verb. Fuerit, C. de Decur. lib. 10.

Quos duplex debeat dari terminus?

Resp. Unus Actori scilicet ad probandum, Reo vero ad se defendendum, juxta Confit. Regn. lite legitime contestata, nam quilibet terminus communis est utrique parti, ut ex pluribus inquit D. Scoppa in addit. ad Nicolin. in praxi civ. pag. 33. num. 240. & affirmat in annot. ad Sarn. in prax. civil. p. 1. §. 1. n. 29. * Qui terminus includit positiones, articulo probationes, &c. l. 1. Cod. de dilation. Confit. Regni lite legitime contestata, Pragm. 7. de ord. judic. Prorogari tamen potest ex rationabili licet levi causa, Confit. Regn. in pecuniariis. Et prorogari dicitur, antequam labatur; secus toto elapso reintegrari dicitur per illa verba: Terminus alias datus currat, Bald. in l. Emilius num. 61. de minor. Felin. in cap. cum causis, num. 1. de Jud. del. & alii congesti a Petra loc. cit. num. 6.

An Testes citari in termino, possint examinari post terminum?

Affirma, Jure Communi, Vivius decis. 170. lib. 1. Capell. Tholos. decis. 116. Cartbar. decis. Genuens. 101. num. 2. Nega, Jure Regni Prag. 9. de Judic. Rit. 69. ibi: Examinari debeat fra ipsum terminum, &c. Sed contrario prævalente usu recessit, cum examinentur post terminum, testes in termino citati, Muscatell. lib. 1. prax. par. 5. glos. citari num. 4. Viscont. ad Capyc. dec. 90. Gallup. p. 2. cap. 25. num. 1.

Sed scripturæ publicæ, & privatæ, usque ad prolationem sententiæ possunt produci Gallup. l. 1. c. 29. num. 7. Fontanell. decis. 370. num. 18. lib. 2. Gizzarell. dec. 41. num. 1. Petra ad rit. 87. num. 8. * & alii plures, quos allegat D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 198. num. 9. qui etiam, hanc esse praxim inconcussam in Tribunalibus, ait in annot. ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 19. num. 4.

An omisso termino, processus teneat?

Nega. Jure Communi, l. un. C. de lit. contest. l. rem non novam, C. de Judic. Bart. in l. prolatam, C. de sent. Francb. dec. 221. num. 12. Capyc. Latio dec. 189. num. 2. lib. 2. At in Regno oppositum servatur. Nam sine litiis contestatione, valent receptæ probationes, ut sup. dicebamus. de Marin. 1. quotid. cap. 66. num. 6. Licet ex Rit. M. C. 69. debeat dari terminus in qualibet causa civili, & criminali. Quod potest intelligi parte opponente, cui termino tantum procurator cum speciali mandato renunciare potest, Petra avus de Capyc. dec. 4. Sanfelic. decis. 17. lib. 1. de Marinis lib. 2. cap. 231.

An dies termini computetur in termino?

Nega. l. commodissime, D. de lib. & possib. l. si extraneus, D. de condit. ob caus. cap. susceptum, de rescript. in 6. Non prima ergo; sed ultima dies termini computatur, l. 1. §. quod dicimus, D. de edil. edictis, l. Pater, 30. D. de adult. Rit. 119. Guid. Papa dec. 270. Jaf. in l. 1. num. 2. D. si quis cautionib. Trentacinq. 2. var. tit. de dilation. cap. 1. num. 3. & 12. Guttier. 2. pract. q. 154. * & ita receptum ubique, ostendit D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 124. n. 6. & 7. ac de quolibet termino dicit Pratus pract. obs. n. 40. Fontanell. dec. 409. n. 5.

An in qualibet instantia detur Terminus?

Affirma. DD. in l. prolatam, C. de sent. & interl. omn. jud. Pratus 3. for. cap. 6. n. 6.

DE JURAMENTO CALUMNIÆ, ET POSITIONIBUS.

Deinde præstatur juramentum calumniæ, facta contestatione litis, legitimatis personis, & præstita cautione expensarum, cap. 1. de juram. calumn. l. 1. C. de jurejur. propter calumn. Quod si ab initio fuit omissum, suppletur in qualibet parte litis, cap. 1. de juram. calumn. in 6. Soccin. in cap. calumnie. ultim. num. 26. de juram. calum. Jurant enim partes ad invicem de non calumniando, l. 2. Cod. de jurejur. propter calumniam, §. sed quia verum.

Postea statim recipiuntur Positiones, quæ sunt bre-

Q

1773

1776

1777

Litis contestatio quid sit.

Quando fiat

1778

In Regno dato termino.

1779

Ejus effectus.

Exceptio incompetentiæ alias procedit.

1780

Quid sit terminus.

1781

Quantus sit. Aliquando tamen protrahitur.

1782 Terminus quilibet communis est partibus.

Ex rationabili causa.

1783 Quo elapso etiam testes recipiuntur, sed non in regno.

1784 Omissione termini processus non rumpitur.

Secus in Regno.

1785 Dies termini non computatur in termino.

1786 Qui datur in qualibet instantia.

1787 Post contestationem litis datur juramentum calumnie.

1788
Deinde re-
cipiuntur
positiones.

breves positiones verborum, continentes intentionem, & relevant ab onere probandi, & positiones sunt de substantia processus, *l. affidius, §. ex diverso*, ibi: *Pone inquit in credito, D. de legat. 3. cap. un. de litiis contest.* Fiunt sub hac forma: *Pono te debere mihi mille.* Cui respondetur: *Non credo, ut ponitur, vel Credo ut ponitur.* In quo ly *Credo*, debet exprimi, secus si nihil aliud dicat, quam *Respondeo, ut ponitur.* Censetur delictum, vel debitum confessum; nisi probetur per incuriam Scribæ omis- sum esse ly *Credo*, * & vide quæ scribit *Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 2.*

1789
Postea ar-
ticuli.

Quæ sint
partes sub-
stantialis
libelli pro-
bandæ.

1790
Differentiæ
inter arti-
culos, & po-
sitiones.

1791
Interroga-
tiones qua-
re fiunt?

1792
Responsio-
nes debent
esse juratæ.

1793
Legitima-
re personam
suam est pro-
bare se talē,
qualēm fa-
retur.

1794
Probatio
quid sit.

Alia plena,
alia semi-
plena.

Alia per
testes.

1795
Testis est
rei gestæ
probandæ.

1796

DE ARTICULIS.

Articuli veniunt post positiones. Nam si pars fatetur, quod assertivè ponitur; tunc non requiritur illius probatio, nam contra- confessum, nullæ sunt probationes, *l. 1. D. de confessis.* Articulus est pars substantialis libelli, quæ probanda est. Cum enim in libello ponatur major, minor, & conclusio. Est probanda major, & minor. Et in illa majori, & minori probanda, adhibentur articuli, qui de substantialibus, & à quolibet libelli membro, ac ab eisdem actis sumendi sunt, & advertit *D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 6. num. 8.*

Differant Positiones, ab Articulis. Nam Positiones fiunt assertivè: Pono me soluisse mille Cajo, Articuli verò fiunt non asserendo, sed ut quid probandum. Unde ad hoc cautelam tradit *D. Scoppa*, quam vide in *d. §. 6. num. 10.*

DE INTERROGATORIIS.

Interrogationes fiunt ad fundandum Judicium, *l. 1. D. de interrogat. actio. Castrens. lib. 2. conf. 447. num. 4.* Et interrogatur: An, & ex qua parte sit hæres? & hoc nè facto processu, quando credis te victorem, respondeat Reus, se non esse hæredem, vel illa bona non esse hæreditaria. Vide *Jasonem in l. Judices, num. 7. & 8. C. de Judic.*

Et interroganti respondendum est cum juramento, *l. voluit, l. fin. D. de interrogat. actio.* In S. R. C. verò usus obtinuit, positiones esse loco interrogationis.

DE LEGITIMATIONE PERSONARUM.

Legitimantur personæ: hoc est, probatur, quòd quis sit talis, qualis se esse dicit: purà, quòd sit hæres, Tutor; de quo debet constare in processu; & secus opponitur exceptio legitimatæ personæ.

Lite contestata, data cautione pro expensis, factis articulis, devenitur ad probandum incumbentia. Meritò igitur videamus, quomodò sit procedendum in probationibus, quæ admittendæ, quæ repellendæ, & quomodo.

DE PROBATIONIBUS.

Quid sit, & quotuplex.

Probatio est illatio unius ex alio, *DD. in rub. de probat. cap. forus, de verb. sign.*

Est multiplex: alia plena, alia semiplena. Plena fit, duobus testibus majoribus omni exceptione, vel authenticis scripturis. Semiplena fit, per unum testem omni exceptione majorem; vel per unicam præsumptionem, aut indicium, *l. ubi numerus, D. de testib.*

Inter omnes probationes Principem locum obtinet probatio per testes, quæ usu receptissima, & efficacissima est, de qua fusioem instituamus sermonem.

De probatione per Testes.

Testis est rei gestæ probator. Regulariter nequit produci ante litiis contestationem, *cap. quoniam frequenter, 5. Ut lite non contestata non procedatur ad testium receptionem.*

Quando testis recipitur lite non contestata?

Sunt tamen multi casus, in quibus ante contestationem testes recipiuntur. I. si testes sint in-

firmi, sanio confecti, accessi ad bellum. Tunc enim Testes quæ producuntur ante contestationem liti; nè veritatis doque reci- probatio fortuitis casibus subtrahatur, *cap. quoniam piantur au- frequenter, 5. Ut lite non contest.* ubi numerantur te contesta- lex casus, in quibus testes recipiuntur lite non con- tionem li- testata, *cap. veniens 38. de testib.* ubi in exceptio- tis. nibus declinatoriis testes admittuntur, lite non contestata.

Est tamen intra annum à receptione talium te- Sed infra stium pars convenienda, vel illi denunciandum de annum est tali testium receptione; secus attestations sic re- movenda ceptæ non valent, *d. c. quoniam frequenter, 5. in lis, vel pate- fin. princip.* ubi hujus ratio assignatur; nè fortè hoc facienda de procuratur in fraudem: ut processu temporis defi- postio ad- ciant exceptiones legitimæ ad repellendos testes. versario.

Isti testes, si supervivant, lite contestata, debent de novo audiri, *Dabumader. in pract. civil. c. 102. num. 9.*

Testes citandi, & recipiendi.

Testes producendi, sunt citandi mandato Judi- 1797 cis, concessa competenti dilatione ad venien- Testes ut dum; *cap. induciæ, §. spacium, 3. q. 3. ** & quod in producatur. hac citatione praxis servat, tradit *D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 5. num. 8. & seq.*

Dixi testes esse citandos. Nam si seipios offe- Debent ci- rant, tanquam suspecti repelluntur, *l. quæ omnia, tavi à Judi- 25. §. sed, & si adversarius, D. de procurator. Auth. ce. rogati, C. de testib.*

Sunt producendi sumptibus partis producentis, Sumptibus l. quoniam liberti, 10. C. de testib. producentis

Testes sunt recipiendi altera parte præsentè, *l. si quando, C. de testib.* ibi: *Alterutra parte præsentè, vel contumacitè se absentante, c. 2. de testib. ** Et Coram alte- 1798 proinde debet præcedere ipsius partis citatio ad vi- ra parte. dendum illorum juramenta; *Rit. M. C. 143. & 145. Gallupp. in prax. par. 2. cap. 25. num. 4. ubi Ego in addit. lit. C. quem locum post alios laudat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 231. num. 1. & seq. ubi latè probat, & confirmat ad Sarn. d. §. 5. n. 11.*

An possit cogi ad veritatem dicendam?

Affirma. *tit. Decretal. de testib. cogendis.* Quan- 1799 do verò testes sunt absentes, tunc Judex scribit alteri Judici, ut examinentur in partibus, & ad veritatē dicendam. trasmittantur depositiones, prout observat *Gallupp. juxta praxim, quam insinuat D. Scoppa. d. §. 5. num. 9. & 10.*

De Testium numero.

Testes quoad numerum regularitèr sunt duo, si 1800 sint testes, *l. ubi numerus, 12. D. de test. cap. Debent esse licet universis, de testib.* Quando verò plures requirantur? videas *Speculator. tit. de teste, §. de numero testium, lib. 1.* Et uni regulariter non creditur, *cap. in universis, 23. de testib.* Nam vox unius non probat plenè, *cap. admonere, 33. q. 2. l. jusjurandi, 8. C. de testib. Carena part. 3. de testib. §. 13. nu. 48. cit.*

& alii quos sequitur *D. Scoppa ad Sarn. in prax. crimin. par. 1. cap. 21. num. 5. & seq. & cap. 24. num. 1.* post alia quæ tradit *ad decis. Gratian. observ. 192. & 240. ac in addit. ad Nicol. in prax. civil. pag. 46. num. 140.* Sunt 30. casus, in quibus creditur uni, quos videas apud *Speculatorem loc. cit.*

De Teste Jurato.

IN Judicis non creditur testi in quacumque digni- 1801 tate existenti, nisi juret, *l. jusjurandum, 8. C. de testib. cap. nupèr, cap. tuis questionib. de testib.* Semper ta- men testes jurant.

Laici jurant tactis scripturis, Clerici tacto pectore, *Auth. sed Judex, C. de Episcop. & Cler. l. de unoquoque, D. de re judic. l. nam ita Divus, 39. D. de adopt.* Et pars tunc est citanda ad videndum juramenta testium peremptoriè, *c. 2. de testib.* ut dictum est supra num. 1798.

Testes vero sunt discontinuatim, & disjunctim examinandi, secus non valent eorum dicta, *cap. venerabilis, de testib. cap. nullum, 12. cod. tit. l. nullum, 12. Cod. de testib.*

De Testibus quoad personas, & quis testis omni exceptione major admittatur, quis repellatur?

I. R Elicitur Inimicus capitalis, *cap. repellatur, c. cum oporteat, 19. de accusat. l. si quis, 13. Cod.*

Reicitur à testimo- nio inimi- cus. *Cod. de test. Et hoc etiam in causa hæresis, Farinae. de hæresis, qu. 188. num. 101. Casus Palauis tom. 1. tract. 1. & tract. 4. disp. 8. punct. 19. §. 1. n. 9. Ratio est: quia lex de inimico capitali omnia mala præsumit, Carena p. 3. de testib. tit. 5. §. 1. n. 7.*

Et ejus con- sanguineus, vel amicus. *Inimicus reconciliatus à multo tempore non repellitur, Covarr. præf. c. 18. n. 3.*

1803 *Consanguineus, vel amicus inimici, etiam repellitur, Carena loc. cit. num. 9. nisi inimicitia sit procurata ad finem repellendi testes, Farin. de testib. q. 33. num. 64.*

Mulier. *II. Repellitur Mulier, & quando admittitur: ut in exceptuatis, non est testis major omni exceptione: & tres feminæ non vincunt, cap. super eo, il. 2. de testib. l. ex eo, 18. D. de testib. q. 59. num. 36.*

Consanguineus. *III. Consanguinei in linea recta non deponunt contra Consanguineum in infinitum, l. testis idoneus, 9. l. lege Julia, 4. D. de testib. Et in linea recta hoc currit in infinitum; licet in linea transversali id se extendat tantum ad quartum gradum.*

1804 *IV. Repelluntur Affines: nec Uxor pro Viro, nec contra Virum potest testificari, l. in legibus, 5. de testib. Quod firmatur: quia Amasia pro Amasia fas, & nefas committeret, l. 2. §. cum plausisset, D. de orig. jur. Colleg. Colonien. juridicum loc. cit. num. 23.*

Affinis. *V. Repelluntur domestici, nisi agatur de delicto commisso domi; vel quando veritas aliter haberi nequit, l. etiam, ibi: Domestici testimonii fides improbitur, Cod. de testib.*

Domesticus. *VI. Repelluntur Excommunicati, DD. in cap. veniens; il. 2. de testib. cap. excommunicatus, §. credentes, de hæresis. in 6. Sed in causa hæresis excommunicatus admittitur, cap. in fidei favorem, de hæreticis in 6.*

1805 *VII. Meretrices, & Lenones repelluntur. Nam sunt infames, l. palam, §. non solum. D. de ritu nuptiar. l. Atletas, §. ait Prætor, D. de his, qui no- rant. infam. Et hoc etiam, si desinant delinquere, d. l. palam, §. non solum. Sed in criminibus exceptuatis admittuntur, Gigas de crimine lasa Major. ubi advertit, Juliam Meretricem detexisse conjurationem Catilinæ.*

1806 *VIII. Birruarii reputantur infames, & non pos- sunt testificari, Clarus §. fm. q. 7. v. habe igitur, & in Apparitoribus, à suo Senatu admissum tradit; Ant. Faber in suo C. lib. 4. tit. 25. de testib. defn. 26. nisi deponant se citasse, Præses Aban. de reatib. qu. 13. in fin. v. Ego autem dico.*

Birruarii. *Infames testificari nequeunt, & infames sunt. I. Usurarii, l. improbari, C. ex quib. causis infam. II. Spurii. III. Blasphematores consuetudinarii, Lu- fotes consuetudinarii in ludis prohibitis, Ebriosi, Istriones, Arenarii, Bestiarii, Apostatae à Reli- gione, Fustigati Mascard. de probat. concl. 1356. num. 33. Farinae. de testib. qu. 56. num. 352. & his addunt Decoctos. Tu addas Calumniatores, Pro- ditores, Prodigos; & alios videas apud Farinae. num. 456. loc. cit.*

1807 *Infames.* *Qui dicantur infames*

1808 *Testium ætas in cri- minalibus.* *Major xx. anno in criminalibus, est testis ido- neus, Jure communi, l. in testimonium, 20. D. de testib.*

1809 *Minor xiv. anno in civilibus, etiam si sit proxi- mus pubertati, non est testis idoneus, l. in viti, 19. in fin. D. de testib. Et nequit deferri juramentum, quando minores xiv. deponunt, etiam si veritas ali- ter haberi nequeat, l. qui jurasse, 26. D. de jur. ju- rand. l. 3. §. lege Julia, D. de testib. Et practicum ait Carena loc. cit. §. 10. num. 50. Proximus autem infantie nullo modo potest examinari, Carena l. 6. De Teste quoad auditum.*

1810 *Testis de auditu pro- prio probat.* *Qui deponit, se audisse blasphemiam, probat, Farinae. de testib. q. 69. num. 149. Testes ve- rò de auditu alieno: sc. de auditu auditus non probant, cap. licet, 47. de testib. l. testium, 14. C. de testib. Faciunt tamen levem præsumptionem ad defensionem reorum, & in delictis difficilis proba- tionis, d. cap. licet, 47. Unde in crimine assasinii Tom. II. Lib. IV.*

potest ex testibus de auditu auditus deveniri ad tor- turam, Giurba conf. decisio. 41. num. 3. Sed repel- luntur omnino, si dicant se audivisse ab inimico, vel ab illo, qui à testificatione repelli potest. Nam tunc frustra admittuntur illi, quorum repelluntur Authores, ut ait *lex. in d. cap. licet, 47.*

1811 *Testis de auditu pro- bat, si vox loquentis sit et nota.* *Quod si testis dicat, se cognovisse alium à voce, probat secundum Cuman. in l. 2. §. item Labeo, n. 8. D. de aqua pluval. arc. Intelligas, si notam certè de recenti vocem habeat. Et talis nec est testis omni exceptione major. Unde unus non sufficit ad tor- turam, nec duo ad condemnationem, Ripa cap. 58. num. 1.*

De Teste singulari. *Testes singulares sunt, qui deponunt de diversitate factorum, de quibus ait Bald. in l. jurisju- randi, 8. C. de testib. quia tantum probat unus, quantum mille. Et generale est, testes singulares non convincere, Carena in qq. criminalib. cap. 2. de probat. per testes, num. 17. & ex aliis illustrat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 139. agens de triplici singularitate: nimirum, oblativa, cumu- lativa, & adminicativa, & notat ad Sarn. in prax. crim. par. 1. cap. 24. num. 12.*

1812 *Testes sin- gulares non probant.* *Sed, an probent plures species hæresis Lutheranz, v. g. Dico quod non. Ratio est: quia non potest esse genus, nisi in specie; & species debet esse in individuo. Ergo non potest probari in genere, quod aliquis sit luteranus, nisi plene probetur specialis actus hæresis Lutheranz. Sed, quando testes sunt singulares, nullus actus hæresis plene probatur per duos testes; sed per unum. Et unius testimonio non statur, l. jurisjurandi, 8. C. de testib. Farinae. de testib. qu. 64. num. 207. Morla in Empraria Juris tom. 1. tit. 11. in præjud. n. 51.*

1813 *Abus suc- cessivus pro- bat, per testes singu- lares.* *Intelligas, nisi deponant de actu successivo. Nam tunc testes singulares de tali actu successivo pro- bant plene: ut si quis dicat, se vidisse laicum Ti- tium in Sacristia induentem se vestibus Sacris, alius dicat vidisse dicentem Epistolam, alius consacran- tem, & sic deinceps: tunc isti plures testes singula- res plene probant laicum celebrasse: quia illa di- versitas faciunt unum actum moraliter, in quo om- nes sunt contestes, Casus Palauis tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 15. §. 4. num. 11. Ita duo testes, qui di- cunt se per rimulam vidisse unum post alium, Ti- tium occidi à Cajo, probant. Ricc. in praxi resol. 402. Vivius decis. 24. num. 27.*

1814 *Testes con- trarii, & varii non probant.* *De Testibus variis, & contrariis. Regula est. Testes plures contrarii inter semi- bil probant. Nam ad invicem collisi, se de- struunt, Farinae. de testib. qu. 65. num. 2. arg. cap. impusari, 13. de fide instr. Et dixit Rota dec. 337. num. 5. post ult. conf. Farin. vol. ult. non credi testi vocanti in contestes alium, qui vocatus negat, ita esse. Masfrill. dec. 192. num. 1.*

1815 *Testes con- cordandi.* *Testes contrarii sunt, qui in substantia, non in accidentibus discrepant: puta si unus dicat se vidisse gladio occidere: alius verò dicat, se non recor- dari. Nam isti non sunt contrarii Farinae. loc. cit. num. 10. quem sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. par. 2. formul. 34. num. 17. qui etiam, quis- nam testis varius, aut contrarius dicatur? scribit in addit. ad Nicolin. in prax. crim. pag. 65. lit. P. Di- cta enim testium sunt concordanda, non cavillan- da, cap. cum tu, 16. de testib. Idque ne testes dicantur perjuri, Rota dec. 321. num. 4. par. 2. in recent. & par. 1. decis. 167. num. 15. Intelligas, nisi con- trarietas sit clara, Bald. in l. sed & si, §. sed & si, D. de jurejur. Vide Verall. decis. 270. n. 7. par. 3. Pu- teum dec. 28. lib. 3.*

1816 *Testis pro- bat, si illicò se corrigat.* *Sed quid dicendum: Si unus testis sit contrarius sublime? Dicas probare, si confessum è vestigio seipsum corrigat, secus verò si ex intervallo cap. præterea, 7. de testib. cog. Sed in causa S. Officii etiam ex inter- vallo admittitur ad se corrigendum, contra se, & contra alios, cap. accusatus, 8. §. licet de hæres. in 6. Et Clar. in §. fm. qu. 53. v. Sed quid si testis, ait, ex duabus depositionibus contrariis ejusdem testis,*

standum illi, quæ confirmatur tortura. * Ad quod vide praxim, quam tradit D.Scoppa ad Sarn. d. form. mul. 34. num. 18. & seq.

De Depositionibus negativis.

1818
Negativa deponitio coarctata non vago probat.

DUplex est negativa: una Vaga, altera Coarctata. Vaga est, quæ non est circumstantionata: ut si quis velit probare, se non blasphemasse, & non coarctet depositionem, ad locum, ad tempus, Coarctata est, si velit probare in tali loco, & tempore non blasphemasse. Nunc interroganti: An testis de negativa probet? Dicas, si deponat Negativa vaga, non probare; Probare verò, si deponat Negativa coarctata. Vide l. solam testationem, 13. C. de testib. Farin. de testib. q. 65. n. 121. Verall. dec. 283. p. 3. Affl. decis. 314. Mascard. de probation. conf. 191.

De Teste quoad dicta.

1819
Depositiio debet esse circumstantia examinata.

TEstis, præstito juramento interrogatur sigillatim, cap. cum causam, 37. de testib. cap. 1. de testib. cogen. Et debet examinari, an ira, odio, amicitia, testificetur? cap. licet, 47. ibi: Odio, amore, de testib. l. si quando, C. de testib. l. 1. D. de testib. Et sunt testes interrogandi de facto principali, & de circumstantiis, cap. cum causam, 37. ibi: De singulis circumstantiis prudentes inquirens: v3. de causis, personis, loco, tempore, auditu, visu, scientia, credulitate, fama, & certitudine, cuncta plenè conscribas. De testib. l. 3. D. de testib.

1820
Testis vacillans torquetur potest.

Si testis variet, atque vacillet, dicendo modò uno, modo aliud. Si vilis sit, ad torturam trahi potest, Daumader. in pract. civil. cap. 170. num. 27.

1821
Obscura testis deponitio non probat.

Obscura deponitio testis non probat, Mascard. concl. 1569. num. 6. Unde si dicatur, licet rem ex fama publica: quia mihi dictum est à personis scientibus: quia totus mundus scit: quia ita mihi videtur, non probat; quia sunt deponitioes dubiæ, & res potest se aliter habere, ac ipse credit, Carera par. 3. tit. 6. §. 1. n. 7.

De Examine.

1822
Examen fit in loco iudicis.

EXamen testium debet fieri in loco iudicii, nisi aliud exigat personæ qualitas, Pegna in pract. 5. Offic. lib. 2. c. 3. n. 5.

Observandus modus trepidationis.

Examen inchoari debet à testibus magis distantibus, nè forte aufugiant; & non debent morari in loco examinis ultra 15. dies, Gothofred. in §. ex l. si quando, §. sed eum minorem, C. de testib.

Interpretestis, quando opus est, debet etiam jurare de referendo fideliter testis omnes interrogationes. At debet in examine observari trepidatio, animositas, celeritas, affectatio repentina responsio testis, Præses ab ovo in quest. reatum, cap. 18. num. 29.

De Testium repetitione, & confrontatione.

1823

TEstes examinari in iudicio summario regulariter non probant; nisi examinentur in iudicio plenario parte citata, DD. omnes apud Farin. de testib. qu. 72. num. 87. Intelligas, nisi reus huic repetitioni renuncia verit, DD. in l. fin. ubi Bald. n. 1. C. de test. Guid. Pap. dec. 216.

Testes quoque possunt iterato produci, cap. cum causam, 37. in fin. de testib.

1824
Quando testis repeti potest.

Sed difficultas est: An testis repetendus possit referre ad primum examen? Et an possit petere à Iudice, ut ei legatur prima deponitio?

1825
Depositiio relati va.

Dicas. Jure valere deponitioem relativam, Se. rapin. decis. 270. Bart. in l. eos, 27. D. ad l. Corn. de fals. scacc. de jud. cap. 86. num. 48. num. 1. Debet tamen in hoc attendi qualitas testis. Nam si sit suspectus, non est sic audiendus; nec legendæ sunt ei præteritæ deponitioes: nisi factum sit antiquum, vel memoriã sit labilis. Quod remittitur in arbitrium Iudicis, Seacc. loc. cit. Et si Iudex putet non esse legendas primas deponitioes, & testis obstinate dicat, se stare primis deponitioi, tunc etiam ut sciatur, à quo testis sit corruptus, potest torqueri, l. si quis, 5. D. de judic. l. 11. §. qui sapuit, D. de inter. ad. Vide tamen plura, quæ enucleat D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 219. ex n. 19. & affirmat in addit. ad Nicolin. in prax. civil. ad num. 86. & in annot. ad Sarn. in prax. crimin. par. 1. cap. 32. num. 17. *

Confrontatio Testis, & Rei non est necessaria ad tollendas inimicitias. Et si sit recognoscendus Reus, id fiat per rimulas hostii, Carera. par. 3. tit. 7. §. 5. num. 43.

1826
Confrontatio non facienda.

De probatione per evidentiam facti.

PROBATIO per evidentiam facti est, quando Judici constat evidenter scilicet per visum scelus, & tunc, si cetera adsint, etiam remoto accusatore, potest Iudex ad ultionem procedere. Nam evidentia patratæ sceleris non indiget clamore Accusatoris: ut loquitur lex. in cap. evidentia, 9. de accus. cap. ad nostram, 22. de jur. jur. l. 1. D. de ven. tre inspiciedo.

1827
Evidentia facti.

Et illa quæ Judici per aspectum patent, ut sensus, juvenotus, probationem aliam non requirunt.

De probationibus per literas, scripturas, & instrumenta.

SCRIPTURÆ, aut sunt publicæ, aut privatæ. Publicæ sunt saltem subscriptæ per Tabellionem, Grafiarium, aut per alias publicas personas, aut munitæ authenticis Principum, Ducum, Comitum, aut registra, protoçolla, & acta judiciaria, quæ utrique parti sunt communia. Videas Glos. in l. notiones, §. instrumentorum, D. de verb. signif.

1828
Scripturæ publicæ quæ.

Scripturæ privatæ sunt ab aliquo propria manu subscriptæ, & sigillatæ, de quibus aliqua dicamus, & primo.

De Scripturis publicis.

REGISTRA, Acta judiciaria, Protoçolla facta ab illis personis, quæ habent auctoritatem condendi authenticas scripturas, faciunt plenam probationem, Innoc. in cap. 1. de procurat. & in Auth. si quis in aliquo, C. de edendo. Chyrographa, & alim scripturæ in Archiviis publicis Principum, Civitatum, & in Thesaurariis quiescentia, etiam faciunt plenam probationem, Auth. ad hæc, ubi Bald. C. de fide instrum. Similiter liber rationum Fisci, l. illata, 14. C. de fide instrum. qui probat contra Fiscum.

1829
Probant plena.

Scripturæ, quæ privatis scribuntur propriis manibus coram Iudice, etiam sine testibus, censentur publica instrumenta, & plenam faciunt fidem, coram Iudice in arbitris, 4. ubi Bald. Cod. de arbitris. Vide dice probat. Lanfranc. de instrum. fide, & product. à n. 10.

1830
Scripturæ coram Iudice in arbitris, & produci non probat.

Exemplum instrumenti, non authenticum, si dem non facit, cap. 1. de fide instrum. Creditur tamen exemplari extracto, auctoritate Iudicis, ita, nisi extra ac si esset originale, cap. si instrumentum, in fin. de sum in pub. fide instrum.

Exemplum dem non facit, nisi extra ac si esset originale.

Qui uicit contrariis scripturis, non probat, cap. vitate impusari, 13. de fid. instrum. l. scriptæ, 14. C. de fid. instrum.

Nemo tenetur presentare totum instrumentum, vel privilegium; sed tamen capitulum de quo agitur, c. contingit, 14. C. de fid. instrum.

1831

Delictum per instrumentum non probatur, Quidrad. conf. 99. num. 4. cap. 3. cap. pro scripturam, 3. q. 2. l. fin. C. de accus. quia in criminalibus testes debent coram Iudice venire, l. Iudices, 17. cum Auth. ibi posita, C. de fide instrum. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 460. à n. 2.

Instrumentum non probat delictum.

Hoc currit etiam, si delictum sit commissum præsentè Notario; nam ejus scriptura non probat, Bald. in l. contra negantem, num. 6. vers. quando, Nisi in ipso D. ad l. Aquil. Et hoc etiam si scriptura inveniatur in publico Archivio, Mascard. de probation. lib. 1. tur, ut usu. concl. 460. à num. 14. Quod non currit, quando committitur in contractu, de quo facta est scriptura apud Notarium, Bald. in l. non intelligitur, §. tacita, D. de jur. fisci. Idem est, si de conjugatione sit facta scriptura: tunc enim per scripturam probatur, Joan. Andr. in cap. semel malus, num. 3. de reg. jur. in 6.

1832
Nisi in ipso Notario, non probat.

Similiter scriptura privata probat delictum, si delinquente, vel ipso volente, sit scripta, Felin. cap. cum in Ecclesiis, num. 5. vers. amplius etiam, de privata se. major. & obed. Vide Bald. in l. 1. num. 6. C. de apo. Sta à delictis publ. lib. 10. quod in his, quæ ad officium scribentis spectant: probat contra scribentem; non in aliis: bat. Ut si exactor scribat, se aliquid accepisse, vel non.

1833
Scripturæ private probant delictum.

Si.

Si dabitetur: an Notarius talem scripturam fecerit? vocatur, & ejusdicto statur cum juramento, si quis Decurio, 21. C. ad l. Corn. de fals.

De Privatis Scripturis.

1834 Scriptura privata non probat pro-scribente, si-ue testibus.

Scripturae aliquae sunt ad commodum scribentis; aliae ad commodum alterius, aliae ad commodum scribentis, & alterius. Scripturae ad commodum proprium, nullam pro scribente faciunt fidem, nisi ad sint duo, vel tres testes, argum. l. in exercendis, 15. C. de fid. instrum. ubi eandem vim habent testes, & instrumentum.

1835 Sed contra probat.

Probat verò contra scribentem, etiam sine testibus. Si verò sit facta pro se, & pro alio, tunc probat secundum qualitatem scribentis: puta, Mercatoris. Nam, quae Mercatores conscribunt, probant inter Mercatores, cum quibus negotium geritur pro se, & pro aliis non verò contra alios, qui cum ipsis non contraxerunt, Damaud. in prax. civ. cap. 175. num. 6. qui num. 7. dixit, quòd libri mercatoris perpetuò fidelis apud omnes, maximè si sua manu scripserit; aut si causam apposuerit, cur ita sit, probant apud omnes.

Scriptura privata quotuplex est.

Ut tamen clarius procedamus, scriptura est triplex. I. Apocha, Schedula, Apodyxa. II. est Liber rationum. III. est Epistola absentis ad absentem.

1836 Apodyxa cum testibus plenè probat.

Apodyxa facit plenam probationem, si debitor sua manu fecit scripturam, & id confiteatur, quòd si talis scriptura non habeat subscriptionem debitoris, sed tantum subscriptionem testium, qui debitoris nomine subscripserunt, semiplenam probationem faceret, Damaud. sup. auct. & si contractus, C. de fid. instrum. Nota hic ex l. scripturas, 11. C. qui pot. in pign. §. fin. autem. Si quis ex privata scriptura petat rem sibi obligatam; & alius ex publico instrumento eandem rem sibi obligatam petat; licet posterior in tempore, praefertur ille, qui est ex publica scriptura; nisi in privata sint saltem tres testes. Nam tunc censetur publicè confecta. Tu videas verba in seq. Auct. si quis vult causè deponere. Non solum creditur acceptantis scriptura, sed advocat etiam testes idoneos fide dignos non pauciores, tribus; & subditur non statim ac quis scribit mutuum accepisse & id negat, publicè convincitur per scripturam, nisi ad sint tres testes habiles, qui nisi sint subscripti, dicant, quòd eis praesentibus, confecta sit scriptura. Haec ten.

Privata scriptura anterior tribus testibus praefertur posteriori publica.

1837

Ex quo inferitur in §. fin. ejusdem l. quòd nuda scriptura non sufficit ad probationem.

1838 Non probat si deest causa.

Similiter in l. instrumenta, 5. C. de prob. dicitur, quòd scriptura privata, in qua quis dicit se debere, non adiecta causa: puta, ex mutuo, non probat plenè, nisi ad sint testes.

1839

In scriptura privata ad substantiam contractus, non requiritur lotus, dies, tempus, l. cum tabernam, §. idem qua fuit, D. de pig. Cyn. in l. optimam, C. de contrab. emp. l. publica, D. de pos.

1840 Quot modis possit fieri privata scriptura.

Clarius nota ex Abb. in cap. 2. n. 2. de fide instrum. quòd scriptura privata l. potest fieri absque omni subscriptione partium, & testium. II. cum subscriptione solius partis. III. cum sola subscriptione testium. IV. cum subscriptione testium, & partium.

1841

Si nulla sit subscriptio, nihil probat, nisi accedat partis confessio, d. l. scripturas, nec aliis praedjudicat, d. l. scripturas.

Parte negante scrip-turam pri-vatam ad-ducuntur testes.

Parte negante, possunt adduci testes, qui fuerunt praesentes, quando scribatur apocha, Auct. si quis, C. qui pot. in pign. & testes debent esse tres, si solam deponant de scriptura, Bart. in d. l. scripturas. Si verò etiam deponant de contentis in scriptura, sufficiunt duo, arg. it. in l. in exercendis, C. de fide instrum. l. ubi numerus, D. de test.

1842 Hoc etiam si sit sub-scripta.

Quòd idem dicas in secundo casu, quando scriptura est à partibus subscripta, Abb. sup. num. 3. qui ad tertium caput cum Bart. quando scilicet est sola subscriptio testium, tenet, non esse completam probationem depositione testium, cum possint errare per similitudinem literarum, d. Auct. & si contractus, de fide instr. IV. causa facit plenam probationem de-

positio testium, Bart. apud Abb. sup. num. 3. probant ex dict. Auct. si quis, & ex d. l. instrumenta, 5. C. de probat.

De Epistola dico, quòd si scribens fateatur illam esse suam, probat, l. publica, 26. §. Titius Sempromius, D. de pos. quòd si non fateatur illam esse suam, & habeat sigillum authenticum, etiam probat, l. si qua, 22. C. de Episcop. & Cler. Bart. in l. si publica- nus, §. 1. D. de publ. Sicuti apocha, etiam sine subscriptione testium per solum sigillum authenticum, probat, c. 2. de fid. instr. c. tertio loco, de probat.

Si ista non ad sint, & pars neget, epistolam esse suam, tunc sufficit comparatio literarum, secundum Bart. per tex. in l. comparationes, C. de fid. instrum. qui vult, talem legem tantum mutuum fuisse in apochis; quòd non placet, Abb. in d. cap. 2. n. 8. de fide instr. qui in istis est timor idem falsitatis. Vide Imol. conf. 56. & conf. 122. par. 3.

Liber rationum probat, l. Neseñnius, 35. in fin. D. de neg. gest. c. fin. de success. ab intest.

Contra scribentem etiam facit fidem, Bart. in l. admonendi, D. de jurejur. per tox. in l. quaedam, 9. §. nummularios, D. de edud. Clement. unic. de usur.

Pro scribente tamen non probat, l. rationes, 6. C. de prob. ubi dicitur, quòd rationes Testatoris dicentis, aliquid sibi deberi, non probant plenè, l. exemplo 16. C. de prob. ubi dicitur, perniciosum esse credere scripturae in favorem scribentis, etiam si sit fiscus. Facit etiam, quòd non magis debet credi voci scriptae, quam vivae; sed uni testi non creditur; igitur nec scribenti. Vide tex. in l. omnibus, C. de test.

De probatione per praesumptiones, & indicia.

Efficientibus praedictis, vel simul cum illis, admittuntur praesumptiones, & indicia, l. scienti cuncti, in fin. C. de probat. nam inter caeteras probationis species enumerantur, Matth. de crim. tit. 15. c. 5. & 6. quem sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. p. 1. c. 7. n. 1.

Praesumptio est quodcumque inducens, & praebens opinionem ad aliquid credendum; sic ex cohabitatione personarum suspectarum praesumitur carnale commercium, c. literis, 12. de praesumpt. ubi fuit facta sententia divortii ex violenta fornicationis suspitione.

Gothofred. praesumptionem hoc alio modo definit. Praesumptio est alicujus facti dubii ex quibusdam indicia probatio.

Praesumptio quadruplex est. I. Temeraria, sive levis: & est, quae consurgit ex motivis levissimis, contra regulam, omnia in meliorem partem interpretanda, c. 2. de reg. jur.

II. Praesumptio est Probabilis, & est, quae ex verisimilibus conjecturis inducitur; quae facit semiplenam probationem, c. si quis, 4. de purgat. ammon.

III. Est Violenta, quae ex certis indicia consurgit, d. cap. literis, de praesumpt. Et haec praesumptio dicitur Juris: quia Jus praesumit, ita esse: Vide Auct. si quis es, C. ad l. Jul. de adult. Ita Jus praesumit ignorantiam, ubi scientia non probatur, l. verius, 21. D. de probat. Similiter praesumitur bonus, qui natus est ex bonis parentibus, l. si servus communitis, §. qui mancipia, D. de adit. edict. Malus semel est praesumitur malus in eodem genere, cap. semel, de reg. jur. in 6. Praesumitur viciniam scire facta vicini, c. quosdam, de praesumpt. Quilibet reputatur idoneus, si insufficientia non probetur, c. fin. de praesumpt. Et in nativitate duorum, praesumitur, quòd masculus sit natus priusquam femina, l. si fuerit, §. fin. D. de reb. dub.

IV. Praesumptio dicitur Necessaria, & juris, & de jure. Et haec facit plenam probationem, nec admittit probationem in contrariam. Ita praesumitur, quòd sponsi consentiant in matrimonium, c. de illis, de despons. impub. cap. per tuas de cond. appositis.

His positis. I. Regula sit. In dubiis, delictum non praesumitur; & per allegantem est probandum, l. merito, ubi Glos. D. pro factis, Noer. decis. 217. n. 22.

1843

Epistola quando probet.

1844

Liber ratio-num probat contra scri-bentem.

1845

Non praescribente.

1846

Praesumptio est qualem-cumque; inducens ad cre-dendum ali-quid.

1847

Quotuplex sit. I. Temeraria.

1848

II. Probabilis.

1849

III. Violenta.

1849

1850

IV. Necessaria, hoc est juris, & de jure.

1851

Crotius conf. 82. num. 16. Cephal. conf. 76. num. 23. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 49. num. 1. Unde recte infert, in dubio dicendum, pœnam non esse incurram, arg. *ten. in cap. in pœnis, de reg. jur.* Et verba interpretanda ad delictum excludendum, quando sunt dubia, etiam si indè impropriarentur, *c. nē quis arbitretur, 2. 2. qu. 2. ubi Glos. 1. in fin.* Similiter in dubio interpretatur, consilium datum ad bonum, non ad malum, *Bald. in l. 1. n. 13. C. de serv. fug. ubi Jaf. n. 24.*

II. Regula. *Ex præsumptione, & indicitiis nemo criminaliter condemnari potest, l. absentem, D. de pœn. Glos. in v. damni, Bart. in l. quod Nerva, n. 13. D. de posit. Boer. dec. 164. num. 1. & alii contra Mar. fit. in l. 1. §. item Cornelio, num. 3. D. de questioib. Roman. conf. 7. num. 3.*

In *l. sciant cuncti C. de probat.* habetur, ad condemnandum ex indicitiis requiri, ut indicia sint certa, & luce meridiana clariora, ubi *Bald. n. 4.*

Si præsumptiones verisimiles, & probabiles sint plures, quàm duæ, tunc sufficiunt ad probationem: quia quælibet semiplenè, & simul plene probant, *Farinac. 3. q. 86. n. 14.*

An verò quis condemnari possit ex violenta præsumptione? Negat *Jaf. in l. servum fugitivum, n. 29. D. de serv. fugit. Affirmant alii ex c. asserte, de præsumpt. ubi Abb. num. 6.* Alii tamen volunt, præsumptionem violentam sufficere ad condemnationem in materia civili, non in criminali: quia de civili agebatur in *d. cap. asserte*: scilicet de restituendo puero, *Paul. de Casfr. in d. l. sciant cuncti, n. 4.* qui dicit, quòd licet essent mille indicia, non posset damnari ad pœnam corporalem, sed bene ad pecuniariam. Vide *Osasc. dec. Podem. 79. num. 53. & alios quos adducit D. Scoppa ad Sarn. d. cap. 7. a num. 12.*

Quid, & quoruplex sit indicium?

Et nunc agendum de probatione per indicia, & indicium est signum inducens animum Judicis ad suspicandum, *Capra apud Farin. in pract. crim. tom. 2. q. 36.*

Indicium est duplex. Unum plenum, & indubitatum. Alterum dubitatum, & semiplenum, *Bart. in l. ea quidem, C. de accusat.*

Indicium indubitatum, & plenum est, quòd ardet mentem Judicis ad aliquid credendum; & ubi res potest se asiter haberi, non dicitur indicium indubitatum, *Bart. in l. 1. C. de probat.* & quando indicium est à lege approbatum, dicitur indubitatum; & habes exemplum in *l. si qui, C. de adult.* & in Regno declarat *D. Scoppa ad Sarn. in pract. crim. p. 1. c. 7. num. 12.*

Indicium dubitatum, & semiplenum est præsumptio fortiter movens animum ad aliquid credendum, vel non; sed cum formidine de opposito, *l. cum probatio, D. de prob.*

Præterea indicium dicitur proximum, si tangat veritatem, ut per sensum auditus, aut visus, *Osasc. dec. Podem. 79. num. 19. & exemplificat D. Scoppa d. c. 7. num. 10.*

De Probatione per juramentum.

Christiana Religio præsumat quemlibet veracem, & nunquam falsò juraturum. Hinc admittit juramentum ad probandum. Juramentum triplex. Voluntarium, Necessarium, Judiciale. De quo *sup. num. 562. ad 591.*

De semiplena Probatione, in quibus habeatur.

Postquam dictum est de plena, discutiamus semiplenam probationem. I. Semiplena probatio fit per unum testem, exceptione invulnerabilem, *l. Theopompus, D. de dose præleg. l. 1. §. fin. D. quomad. testam. aperian. l. si duo, D. de jurejur.*

II. Semiplena probatio fit per famam apud Viros honestos, & ex indicitiis apparentibus, non ex plateali rumore, qui plerumque est falsus, *l. in bona fides, C. de reb. cred. c. 2. ubi Gl. 1. de prob.*

III. Fit per scripturam privatam, sive domesticam, cum aliis adminiculis, *l. instrumenta, C. de probat.*

IV. Fit per fugam, *c. nullus, de præsumpt. c. decernimus, 3. q. 9.*

V. Fit per collationem alterius scripturæ, *Auth. de instrum. §. si verò moriatur, collat. 6.*

VI. Judex sumit semiplenam probationem ex præsumptionibus, & indicitiis, ut colligi potest ex dictis. Vide *Glos. in l. bona fides, C. de reb. credis. v. Oportet.*

DE PUBLICATIONE.

Publicatio est actus judicialis, post quem prolantur testium depositiones, *cap. insinuavit, 18. ibi: Si testimonium eorum publicatum non est, cap. causam, 19. ibi: Attestationes publicatae. De testib.* Et quælibet pars potest videre depositiones testium alterius partis; ut possit contra testes opponere, eosque repellere. Quo posito nequeant alii testes adduci *d. cap. 18. & 19. de testib. Clem. fin. de testib. Auth. At qui semel, ibi: Et hoc testificata didicerit: non habebit licentiam, ulterius uti productione testium, C. de probat. Aff. decis. 216. & alii, quos addo ad Gallupp. in pract. par. 2. cap. 26. num. 13. ad quem locum me laudat D. Scoppa in annotat. ad Sarn. in pract. civil. par. 1. §. 7. num. 6. ubi in num. seq. ponit plura juxta praxim hodiernam, post alia, quæ dat in annotat. ad Nicolin. in pract. civil. pag. 63. & seq. Idque factum est ad cavendas fraudes, adducendo testes falsos.*

DE DECLARATIONE CIRCA USUM.

Postquam partes expendunt testificaturas, habent 5. dies pro petenda ad invicem declaratione circa usum testium: scilicet velint uti illi testibus. Qui 5. dies currunt in scripturis à die quo notificantur. Quæ declaratio petitur ad finem arguendi testes, & scripturas, ut falsas, quo probato, utens illis amittit causam, & plectitur, ut falsarius, si est laicus, si clericus, causam amittit in Regno, *Prag. 1. de fals. l. si falsos, 1. D. ad l. Corn. de falsis.* Si declaret nolite uti, adhuc punitur, si ipse falsitatis fuit scriptor, aut consultor, *Gallupp. in pract. part. 2. cap. 27. num. 5. ex cap. inter dilectos, 11. ibi: Illam clausulam apposerit, vel procuraverit, ut ab alio poneretur, vel etiam quod scionter usus fuerit literis sic falsificatis. De excess. Prælat. Et si pars nolit testibus, aut scripturis uti, debet illi renunciare intra 8. dies, ut notavi ad Gallupp. loc. cit. cap. 18. num. 19. post Bart. in l. si falsis, C. de fals. Aff. dec. 189. & nolens declarare; ut pejus in malum ejus pronuncietur, *cap. 2. de confess. in 6.**

Fit hæc declaratio per principalem, non verò per procuratorem; nisi habeat speciale mandatum, ut notò ad Gallupp. d. c. 27. n. 59. & me sequitur *D. Scoppa ad Sarn. in pract. civil. p. 1. §. 12. n. 12. quem vide quoad alia ad rem.*

DE REPULSA.

Expensis testibus, posita declaratione circa usum, non inventis falsis probationibus, devenitur ad illos repellendos, oppositis contra illos exceptionibus, quæ exceptiones replicationibus repelluntur. Et tales dicuntur repulsa repulsæ, quæ petitur intra 8. dies à publicatione, *Ritu 75. posito quòd citatus ad videnda juraamenta testium, fit protestatus contra eos numero tot, & dicenda per eos, Aff. dec. 351. & alii, quos sequitur D. Scoppa ad Sarn. in pract. civil. par. 1. §. 15. n. 8.*

DE CONCLUSIONE IN CAUSA.

Conclusio in causa est, decretum decernens processum, & probationes completas; & fit quando nihil aliud à partibus probari potest. Et sola sententia dicitur. Undè dicitur, paria esse sententiam latam, ac conclusum in causam, *Franch. dec. 216. num. 4. Merlin. for. cent. 2. cap. 23. num. 14. Surd. conf. 150. num. 77. Prælat. ad Mascat. par. 6. glos. Scripturæ, v. Unde cum ad paria; Licet re ipsa potest detur sententia, Ritu 238. Franch. decis. 396. & cap. auditus, 8. ibi: Cum antequàm ad illam litera hujusmodi pervenirent, fuisset super eisdem processibus hinc indè conclusum. De procur. Cujus conclusionis ommissio sententiam non vitiat, de Ma-*

Collatio scripturæ.

1860 Publicatio quid sit.

1861 Utens falsis probationibus, quæ pœna puniatur.

1862 Facienda est per principalem.

1863 Repulsa testium repelluntur.

1864 Conclusio in causa quid sit.

Relicta non vitiat sententiam.

1852 Non sufficit ad condemnationem, indicia, & præsumptiones. Nisi ea sint clarissima.

1853 Violenta præsumptio nemo condemnatur criminaliter.

1854 Indicium quid sit.

Duplex est.

1855 Indubitatum.

Dubitatum.

1856

1857 Juramentum admittitur ad probandum.

1858 Semiplena probat unus testis major omni exceptione. Fama apud viros probos.

1859 Scriptura privata. Fuga.

1865 *Potest in ea reservari potestas producendi scripturas, usq; ad sententiam.*
 Post conclusum petitur terminus ad concomitandum, presentatis notis scripturis. Et tunc recipiuntur novi testes.

vinis 2 tom. cap. 43. Capyc. decis. 1. Si conclusio fiat cum reservatione potestatis producendi scripturas. Tunc usque ad sententiam scripturæ presentari queunt, ut notavi ad Gallup. loc. cit. cap. 29. num. 13. Pragm. cursu dilationum, 11. de ord. Judic. Affl. decis. 271. Petra ad Rit. 82. num. 8. Fontanella decis. 370. num. 18. lib. 2. Gizzarell. decis. 41. num. 1. Quæ reservatio producendi scripturas, ad publicas, & non ad privatas, fidem non facientes, extendit Ursill. ad Affl. decis. 283. Verum, videas Me ad Gallup. loc. cit. ubi cum Gizzarell. decis. 41. n. 1. potest publica, & privata scriptura fidem aliquam faciens, presentari usque ad tempus, quo fertur sententia: nam veritas, non juris solemnitas, inspicitur, Pratus 2. for. cap. 35. n. 39. Kovit. pragm. 13. num. 6. de ord. Jud. & nuper D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 8. num. 2. post multa quæ dicit ad decis. Gratian. obser. 198.

principale decidit. Habens vim definitivæ terminat incidens, vel emergens inter principium, & finem litis, etiam si sit attentatum, ex quo sequitur damnum irreparabile, cap. bone 51. de appellat. Interlocutoria terminat omne aliud incidens emergens, annexum, inter principium, & finem litis, Guid. Pap. q. 11. Capyc. decis. 144. Gloss. in Clem. 1. v. & diffinitiva, de sequest. poss. & fruct. Alex. rub. de re jud. num. 6. & ita sententia lata super exceptionibus discussis est interlocutoria, Capyc. dec. 144.

Afficit personam, nec potest esse de bonis existentibus extra jurisdictionem Judicantis: ut notavi ad Gallup. par. 3. cap. 1. num. 18. cum Gratian. cap. 389. num. 23. mediante tamen personâ, bonâ potest comprehendere, l. magis puro, §. illud queri, D. de reb. eor. l. propter litem, §. licet, D. de excus. tutor.

An sententia lata in contumacia sit interlocutoria?

Affirma. Nam si esset definitiva post decem dies transiret in rem judicatam, nec admitteret purgationem contumaciæ. Et tamen contumacia semper purgari potest, ut notavi ad Gallup. par. 3. cap. 1. num. 23. post Gratian. cap. 119. num. 10. Alex. num. 61. §. hoc indicium; D. si quis Jus dicenti non obtemper.

De requisitis ad sententiæ valorem.

Debet I. ferri ab habente auctoritatem pro Tribunali sedente, causa discussa, personis legitimatis, durante instantia, Caputaque dec. 260 par. 2. Rota decis. 121. num. 2. in noviss. Mascard. de probat. casu 1296. num. 14. Duenn. regul. 186. ampl. Gratian. cap. 153. n. 2. ex cap. ad nostram, de consuet. cap. audita, de restit. spoliat. Quæ omnia colliguntur ex dictis, cum de Exceptionibus contra sententiam, sup. n. 1433. 1480. 1500. & n. 1232. ad 1246.

II. Debet esse conformis Legibus, locorum Constitutionibus, & Ritibus, Borrell. in summ. decis. tit. 14. de consuetud. num. 107. ex cap. sententia, de sent. & re jud. Giurb. decis. 69. num. 23. Masull. ad Capyc. decis. 1. num. 20. Capyc. Latro decis. 30. num. 32. Francb. decis. 238. num. 3. Caravit. rit. 78. num. 10.

III. Debet esse juxta formam à Jure præscriptam cui formæ, si difformis, sententia est nulla. Intellegas, si forma præscribitur, ut essentialis dans esse; non tantum, ut accidentalis, l. Divus, D. de integ. rest. l. Julianus, D. de exhib. l. qui Mævus, D. de cond. & demansr. Et intelligitur forma essentialis, si præcipiatur, & irritatur actus secus factus, ad differentiam accidentalis, qua prohibetur, non irritatur actus aliter factus, Gure. 3. p. q. 15. n. 5. Gramm. decis. 45. num. 3. Rolan. conf. 30. num. 5. Tusch. lit. F. conclus. 415. num. 28. Et in dubio formam præsumi essentialem, volunt Rolan. conf. 43. num. 13. lib. 2. Mattbesil. sing. 130. Quod non est conforme principio. In dubio onera non sunt imponenda, l. altius, D. de ser. & acq. de quo 8. mear. selet. Obligare autem ad aliquid sollemnitatem essentialiter est magis quam accidentaliter obligare, quæ major obligatio, cum sit facti, numquam præsumitur.

IV. Debet ferri parte audita, nec legitime impedita, cap. quareiam, de procur. Covarr. 1. var. cap. 16. num. 9. Gram. decis. 241. num. 1. Surd. decis. 262. num. 16. Et contra indetos, maxime contra Minores est nulla, l. cum minores, C. l. ad ver. rem judic. Menoch. conf. 300. nu. 120. Masrill. decis. 44. num. 2.

V. Debet ferri ad partis petitionem in causa civili, Gloss. in l. properandum, ubi Jas. C. de Judic. Mysfig. cent. 3. observ. 48. Capyc. decis. 11. num. 4. Gomez. tom. 1. var. cap. 3. num. 41. Sed si Judex videat instantiam perire, posse ferre sententiam, notavi ad Gallup. par. 3. cap. 1. num. 21. post Bart. in l. Sejus, D. ad l. falc.

VI. Debet definitiva ferri in scriptis, Rota decis. 474. apud Farinac. par. 2. recent. Trentacing. 2. var. tit. de sent. resol. 12. num. 1.

Habens vim definitivæ terminat omnia, etiam emergentia:

1871 Afficit personam, non rem extra jurisdictionem.

1872 Admittit purgationem contumaciæ.

1873 Requisita sententiæ validæ.

1874 Sententia est conformis legibus.

1875 Sententia difformis à jure quando est nulla.

Forma essentialis, & accidentalis sententiæ.

1876 In dubio non imponitur onus.

1877

1878 Ad petitionem ejus in causa civili.

Definitiva fertur in scriptis.

DE CITATIONE AD SENTENTIAM.

Sequitur conclusionem Citatio partium ad sententiam audiendam; ratione cujus, partes debent se in judicio sistere, l. 1. §. item cum ex edito, D. quæ sentent. sine appell. rescind. Affl. dec. 92. n. 5. de Marin. tom. 1. cap. 45. num. 1. Cujus loco hodie successit citatio ad dicendum peremptoriè, ut scilicet tali die veniat cum suo procuratore ad informandum, & sua jura proponendum coram Judice, Nicolin. prax. civil. num. 128. Ricc. addit. ad prag. 13. num. 9. de ord. Judic. Petra ad Rit. 40. num. 9. Quæ vulgò monitio super expeditione causæ dicitur, ut notat D. Scoppa ad Sarn. in praxi civil. par. 1. §. 9. num. 4. addens num. 5. quod in omnibus judiciis, etiam in summariis, requiritur, nec potest omitti, absque eo, quod sententia nulla sit, ut servari testantur DD. quos adducit idem D. Scoppa ad Nicol. in prax. civil. pag. 66. lit. D.

Primum, & secundum beneficium.

AD impediendam sententiam, primo, & secundo beneficio, datur personis privilegiatis restitutio in integrum, concessa ad probationes alias edendas, post conclusum in causa, Pratus ad Muscatell. gloss. in integrum, l. 1. p. 6. v. Judicat. Auctor, Affl. decis. 35. Bis conceditur in qualibet causa: un de primi, & secundi beneficii non competit. Primum incipit à publicatione parti notificata in causa, in qua sit publicatio; & à conclusionem in causa parti notificata, quando non fiat publicatio in causa, & durat per 30. dies, quibus elapsis, incipiunt alii 30. dies pro petendo secundo beneficio. Et postea neino amplius auditur, Capyc. Latro decis. 91. n. 7. lib. 11. Sauselic. decis. 144. lib. 1. Marcian. tom. 1. disput. 19. num. 14. & alii, quos citat, & sequitur Petra ad Rit. 71. num. 7. in fin. ubi num. 4. observat, primum, & secundum beneficium, dari etiam Clerico pro bonis patrimonialibus concessis ad hoc, ut valeat ascendere ad ordines, post Gizzarell. ad Capyc. Latr. decis. 95. num. 15. Novar. decis. 87. Nec mirum: nam datur, ne mendicare cogatur, Trid. sess. 21. cap. 2. Et etiam debet dari Montibus ereclis pro dotandis puellis, Petra loc. cit. num. 16. in fin. & Senibus, Francb. decis. 608. Staiban. lib. 2. resol. 155. num. 84. Roccus tom. 2. resp. 82. Marcian. lib. 1. disput. 19. num. 9. contra quos oppositum decisum refert Petra loc. cit. num. 15. Vide Me ad Gallup. loc. cit. cap. 31. num. 20. ad 26. quem sequitur D. Scoppa late de his beneficiis agens in annot. ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 16. num. 10.

DE SENTENTIA.

Quid, & quosuplex.

EXpleto ordine processus, auditis partibus, devenitur ad sententiæ pronunciationem, de cujus certitudine sup. num. 1253. hic breviter.

Sententia quid. Sententia est judicialis definitio finem controversiæ imponens, cap. 2. ibi: Jurgantium controversias, celeri sententia terminare. De sentent. & re jud.

Est triplex. I. Definitiva. II. Habens vim definitivæ. III. Interlocutoria. Definitiva negotium

1879

VII. Debet legi per Judicem, l. 2. & fin. Cod. de sent. ex priv. recitan. cap. fin. de re jud. num. 6. Et Neap. legitur per Actuarium, Judice pro Tribunali sedente, Vinc. de Anna sing. 473. Petraritu 37. num. 2. ubi num. 4. ait, valere sententiam sine Judicis subscriptione, si adsit lata lecta, Caputag. decis. 139. part. 3. quæ omnino requiritur pro validitate sententiæ S. C. Afflic. & alii, quos sequitur D. Scoppa in annotat. ad Sarn. in prax. civil. part. 1. §. 9. num. 9.

VIII. Debet justificari ex actis, l. 4. §. condemnatus, D. de re jud. Affl. decis. 28. num. 3. notavi ad Gallupp. p. 3. c. 1. num. 26. & illustrat D. Scoppa d. §. 9. num. 3. & respondeo contentis in libello, l. ut fundus, 18. D. commun. divid. cum aliis juribus, quæ dat idem D. Scoppa, plenè agens, in Scholiis ad controu. for. R. Merlin. cent. 1. cap. 34. num. 1.

An possit ferri Sententia contra Mortuum?

NEga. l. ejus qui in Provincia, D. si cert. petat. l. de qua re, §. final. l. quæsitum, D. de re jud. l. penult. D. quæ sent. sine appell. Capyc. Latro dec. 83. num. 2. tom. 1. Pratus tom. 1. discept. c. 29. num. 1. Franch. dec. 245. Et hoc etiam si mortuus sit civiliter: puta, sit Monachus, Valenz. conf. 155. num. 41. vol. 2. Bart. in l. pater, D. de his, qui sunt sui, Viv. decis. 52. Adeoque concipienda est in procuratorem factum dominum litis per contestationem, vel citandi sunt hæredes, Röv. ad pragm. 1. num. 60. de procur. Franch. l. c. Ricc. coll. 1362. Sed vide Me ad Gallupp. l. c. num. 23. Et neque pro mortuo valere latam sententiam, ait Capyc. Latro dec. 83. num. 5. Gall. observ. 169. num. 16. Amendol. ad Franch. decis. 245. contra Petram ad Capyc. dec. 1. num. 9. pro quo citat l. cum quasi, D. de fidei liber. ejus nepos Petra ad Rit. 234. num. 26.

Quando pro parte possit valere.

Sententia, vel continet unum, vel plura capita. Si unum, cum aliis annexis; tunc in totum tenet, vel corrui, l. in hoc Judicio, D. fam. ercisc. l. etiam, §. 1. D. de min. l. 1. D. si adver. rem jud. Si verò plura non invicem connexa contineat capita, tunc potest à Judice ferri in uno, non in alio capite, pro una, non pro alia summa. Et lata de omni re, subsistit de una, si pro omni re nequeat subsistere: nam tot sunt sententiæ, quot res, summa, capita, d. l. etiam, l. fin. C. quando provoc. non est necess. cap. non solum, de appell. & dicunt Abb. & de Franch. quos sequitur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 12. num. 23. Et partes poterunt ab uno, non ab altero capite appellare, d. l. fin. C. quando prov. non est necess. l. scire debemus, D. de verbor. oblig. Affl. dec. 217. num. 3. Cavaler. dec. 484. nu. 3. Rota dec. 33. num. 7. p. 2. divers. & alii plures, cum quibus inquit D. Scoppa ubi sup. observ. 23. ex n. 32. & observ. 83. num. 11.

Dixi, tot esse sententias, quot sunt res, undè non mirum si una, non altera potest sustineri, vel rejici. Nam una sententia in totum sustineri, vel reprobari debet. Cum partibus careat ob naturam indivisam ei mœuatam à lege, l. si idem, §. fin. D. de jurisd. omn. Jud. l. in hoc judicio, D. fam. ercisc. l. si pupillorum, §. si Prætor, D. de reb. eor. Alii notavi ad Gallupp. l. c. num. 30. ubi plenè de instantia ex insufflatione spiritus.

Intra quantum tempus debeat Sententia proferri post contestationem?

Respond. In Civilibus intra triennium, in Criminalibus intra biennium, & postea lata est nulla, Ritu in cap. 248. licet protraheretur opera Rei, Franch. decis. 250. l. fin. c. ut intra certum tempus, l. properandum, C. de Judic. Trid. sess. 24. c. 20. de reform. Extinguitur enim, itis lapsis terminis, instantia, Tappia dec. 38. Franch. dec. 643. & 250. Guid. Papa dec. 220. num. 3. Affl. decis. 70. num. 4. Cavaler. dec. 21. num. 11. p. 1. Alex. conf. 136. vol. 2. Petra ad Capyc. decis. 11. num. 4. & luculentè Dom. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. par. 1. §. 17. num. 9. & seq.

Scio tamen aliquos velle, instantiam non perimi, si dolo adversarii protrahatur tempus, Gramm.

dec. 69. num. 3. Valer. conf. 21. n. 21. lib. 1. Staib. cent. 2. resol. 134. quorum tamen jura loquuntur in appellationis instantia, Merol. dec. 22. num. 19. Sed negavit Novar. ad pragm. 1. de instant. caus.

Partes nequeunt spatium instantiæ protrahere: nam nequeunt leges tollere, Thesaur. decis. 10. Boer. dec. 283. Ricc. collect. 1350. Glos. in l. 2. §. Sed si Judex, v. Nihil ita, D. de judic. * Sed qualiter possit à partibus prorogari? ex pluribus inquit D. Scoppa ad Nicolin. in prax. civil. pag. 66. n. 9. & advertit ad Sarn. ubi sup. §. 17. num. 13.

Petita tamen spiritus insufflatione, & concessa à Præside S. R. C. reviviscit instantia perempta, & sententia postea lata tenet Franch. dec. 643. Prag. 3. num. 2. de offic. S. R. C. Quæ insufflatio usque ad tertiam vicem potest fieri secundum Ricc. coll. 89. Capyc. decis. 165. Gram. decis. 69. Anna in const. Diva memoria, num. 111. ubi ait plures fieri posse Marin. sid. S. R. C. ad Gram. dec. 69. Ursill. ad Affl. decis. 356. num. 5. & potest fieri D. Scoppa tam ad Nicol. loc. c. à n. 10. quam ad Sarn. pluries. ubi supr. §. 18. num. 13.

Et Insufflatio etiam conceditur, postquam pars opposuit de peremptione instantiæ ita contrà Minad. decis. 5. Alex. vol. 6. conf. 237. n. 13. Gram. dec. 105. num. 116. Sansel. dec. 145. num. 6. tom. 1. docet Capyc. Latro dec. 68. lib. 1. Thor. p. 3. sect. 1. v. Insufflatio spiritus de Marin. ad Revert. dec. 534. num. 3. Nam veritas justitiæ attenditur.

In concedenda autem insufflatione spiritus, pars adversa non citatur, Capyc. decis. 165. Carrar. dec. Genuen. 65. num. 4. & ita receptum testatur D. Scoppa ad Sarn. d. §. 18. num. 15. qui dat alia secundum praxim.

Intra quantum temporis possint opponi Nullitates contra sententiam executivam S. R. C.

Per viam exceptionis, intra sex dies, Pragm. 4. §. 16. de dilat. Per viam actionis executam jam sententia, Jure Communi intra 30. annos, tit. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Bart. in l. si expressim, D. de appell. Jure Regni intra decem annos à die mandati de parendo notificati, Prag. 77. de off. S. R. C. & Pragm. 4. tit. de dilat. Muscatell. par. 1. gloss. nullitatis, num. 12. de Marin. 1. quot. cap. 27. n. 10. Sed requiritur depositum, Sansel. decis. 96. num. 2. & alii quos sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. par. 3. pag. 624. num. 40. & seq. ubi limitat in pauperibus, qui admittuntur ad propositionem nullitatum absque deposito; servata forma quam tradit ibid. par. 1. §. 47. à num. 46. pag. 583.

DE APPELLATIONIBUS.

Lata sententia, Pars potest ab illa, si causam habeat appellare. Et appellatio est provocatio à minori ad majorem Judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi, cap. ut debitus, de appell. Abb. in c. cum ad sedem de rest. spoliat. Affl. dec. 269. dixi à Minori ad Majorem Judicem. Nam à Supremo non datur appellatio; sed reclamatio: ut patet in S. R. C. Pag. 5. de offic. S. R. C. Affl. dec. 231. Franch. dec. 646. n. 1. & ceteri quos dat, & illustrat D. Scoppa in Scholiis ad contr. for. R. Merlin. cent. 2. cap. 88. num. 95. & seq.

Quotuplex sit appellatio?

I. Dividitur Appellatio in Devolutivam, & Suspensivam, & in tantum Devolutivam. Devolutiva, & Suspensiva est, quæ impedit executionem sententiæ, & devolvit causam à Judice à quo ad Judicem ad quem.

Devolutiva tantum est, quæ non impedit executionem sententiæ; sed causa discutienda devolvitur ad Judicem ad quem.

II. Dividitur in appellationem factam coram Judice. Et in factam coram probis testibus extra Curiam, l. 1. §. dies, D. quando appell. fit.

Prima interponitur, quando Curie Judicis vè copia habetur. Secunda quando abest Judex, vel minor appellationis interpositionem impedit; tunc coram probis testibus appellare potest, si nequeat adire Judicem ad quem. Et probetur causa, cur non appellet coram legitimo Judice, Cravett. conf. 240. num.

Instantia quando petit, vel non.

1885

Insufflatio spiritus datur à Præside S. R. C. potest fieri pluries.

1886

Conceditur etiam post oppositionem peremptionis instantiæ, parte non citata.

1887

Nullitates contra sententiam executivam S. C. quando opponantur.

1888

Appellatio quid sit.

1889

Appellatio quotuplex.

1890

Quando appellatio potest coram probis testibus non coram Judice.

1880 Civiliter, vel naturaliter.

Promortuus non valet sententia.

1881 Sententia lata de omni re, subsistit in una, si nequeat in omnibus.

1882 Sententia est indivisa.

1883 Sententia fertur infra triennium à contestata lite in criminalibus, intra biennium in civilibus.

1884

num. 3. *Franch. in c. appellatio, num. 3. de appell. in 6. Dec. in c. fin. num. 4. de appell.* Alia notavi ad *Gallup. p. 3. cap. 3. in fin.*

1891 **Recurfus** III. Datur Recurfus ad Superiorem, qui habet effectum appellationis, *l. non distinguemus, §. cum rem habet quidam, D. de recept. arb. c. licet de elect.* Et quoad vim appellationis, & spatium temporis in proponendo recurfu, appellationis regulam servat, *Boer. dec. 247. Petraritu 258. num. 11.* Denegata appellatione, conceditur Recurfus, *Menoch. 1. de arb. q. 70. num. 24.* & alii communiter, ut apud *D. Scoppa, qui alia tradit, ad decis. Gratian. observ. 51. num. 1.*

Intra quod tempus fit appellandum?

1892 **I**Ntra decem dies continuos a tempore notificationis sententiae latae, *Autb. bodie, C. de appell. c. significaverunt, de rest. c. concertationi, de appell. in 6. c. anteriorum, 2. q. 6. Franc. in c. bona memoria, num. 22. de appell. Vio. dec. 266. Capyc. dec. 139.* & cum recepta sententia, *D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 111. num. 4.* Intra quos satis est appellare, etiam si non obtineatur inhibitoria, *Thorius vor. 12.*

Terminus appellatio- nis currit a die latae sen- tentiae. *tom. 1. Cacher. dec. 142. n. 35. Scacc. de appell. q. 12. licet in S. R. C. decem dies currant a die latae sententiae, Rov. ad prag. 5. de off. S. R. C. Capyc. Latr. consult. 159. num. 1. Affl. dec. 344. num. 4.* Et tempus hoc currit in sententiis interlocutoriis, & definitivis, *Staiban. tom. 1. resol. 76. num. 9.* Nec partium consensu prorogari potest, *Gam. dec. 389. Cacher. dec. 7. num. 6.* Decem dies currunt a die immediate sequenti prolationem, vel notificationem sententiae, *Menoch. lib. 2. praesumpt. 95. num. 6. Carav. ritu 119. Guid. Papa dec. 270.*

1893 **P**ost interpositam appellationem petendi sunt apostoli, siue dimissoriales literae, quae idem sunt, ut declarat *D. Scoppa ad decis. Gratian. observ. 114. n. 3.* Qui petuntur intra sequentes 30. dies, *c. ab eo, de appell. in 6. Guid. Pap. dec. 436. n. 34. Tbolof. 5. sintag. c. 2. n. 50. Rota p. 1. divers. dec. 178.*

Sed apud Regni Curias cessat haec apostolorum petitio, *Carav. ritu 260. num. 11.* Et dantur 50. dies ad praesentandum processum Judici ad quem, praeter decem dies ad appellandum, *Const. Regn. Appellationum tempora, Petra ritu 251. num. 11. Gallup. p. 3. c. 4. n. 30.* & me ad hunc locum sequitur *D. Scoppa d. observ. 114. num. 12.* Qui 50. dies possunt coartari per Judicem ad quem, si sit de majoribus, & *M. C. V. Caravit. rit. 251. num. 56. Capyc. Latro consult. 159. num. 33. tom. 2.* Et elapsis dictis diebus amplius non auditur, si velit praesentare scripturas, & processum, *Surd. consil. 97. Mascard. de probat. concl. 117. n. 9.*

1894 **A**d appellationem prosequendam 50. dies cur- runt, elapsis primis fatalibus. *Et 50. dies currere elapso toto tempore decem- dierum, etiam si prima die fuerit appellatum, ait Puteus dec. 395. lib. 1. Gratian. c. 499. num. 20.* dicens, non currere secundum, nisi elapso integro primo fatali. Sed *Const. Regn. Appellationum tempora, vult currere a die appellationis interpositae, ut loquitur ibi text.* Et sic non elapso toto fatali, aliis non esset a die interpositae appellationis, docueratque *Paulus de Castro in l. si quis heres, 71. D. de acqu. hered. Muscatell. p. 1. gloss. Prosequendam, n. 17.* & aperte demonstrat *D. Scoppa d. observ. 114. num. 13.*

Non in Re- gno. *Posita appellatione ab interlocutoria, Judex a quo procedit, quousque ei inhibeatur; sed si appelletur a definitiva sententia, illico nequit procedere, Thesaur. dec. 49.*

** An Appellatio ab interlocutoria ab uno capite suspendat jurisdictionem Judicis a quo in aliis Capitisbus.*

1895 **D**ist. vel articulus, caput, a quo est appellatum, est, *connexus, cum tota causa principali, vel non.* Si est *connexus* cum tota causa: ut est articulus competendae Judicis, subreptionis, excommunicationis, pacti de non petendo, legitimacionis personae, &c.

Affirma, appellationem suspendero jurisdictionem Judicis a quo in tota causa, *Butr. in c. super eo, 10. num. 1. ubi Abb. num. 2. de app. Alex. cons. 85. n. 9. lib. 1. Paris. lib. 1. cons. 66. n. 13. Boer. decis. 73. n. 6. Tom. II. Lib. IV.*

connexorum enim idem iudicium, excurrens per totam litem.

Si articulus non officiat, nec toti causae connectatur.

Affirma, suspendere jurisdictionem tantum in capite, articulo, a quo appellatum est; nec retardare processum in aliis, *Rota dec. 31. de app. in no- vis, Franch. in c. praeterea, 22. num. 1. de app. Dec. conf. 33. num. 4. & 12. & in c. bona, 51. n. 35. de app.* Sunt enim tot sententiae, quot capita, ita ut nequeat valide inhiberi in articulo non appellato, *Franch. in c. super eo, 10. num. 5. de appell.* & attentata tantum revocentur in capite, a quo est appellatum.

An autem sit iusta praxis inhibendi pro tota causa? pendet ex eo: quia sine appellatione non est causa devoluta ad Judicem ad quem; adeoque ut carens jurisdictione est non Judex, & injuste impediret jurisdictionem Judicis a quo. Tu videas *Scacciam de appell. q. 17. sim. 47. n. 14.*

Tempus prosequendae appellationis.

Est unus annus, & cum causa duplex, *Autb. et quib. C. de tempor. appell. Affl. dec. 78. num. 3.* quibus elapsis, appellationis causa dicitur deserta, *Facob. 1. controv. c. 79. Osase. decis. 28. Capyc. Latro consult. 159. num. 31. tom. 2. Muscatell. par. 2. prax. gloss. fatale, num. 22. & gloss. secundum fatale, n. 17. ubi Pratus n. 23.*

Pro exequenda causa appellationis, Pars citatur ad videndam aperturam processus intra d. 50. dies, *Tappia 3. Juris Regn. num. 2.* Nam processus clausus, & sigillatus mittitur a Judice a quo ad Judicem ad quem; qui aperitur parte citata, *Ritu 263. Muscatell. p. 1. gloss. Iustitiam, Parlador. 2. quotid. c. fin. par. 1.*

In solo S. R. C. mos est semper admittere revisionem causae ex ejusdem actis, etiam post lapsum die- rum 50. *Ursill. ad Affl. dec. 99. num. 2. Ricc. col. lect. 254. Sanfel. decis. 9. lib. 1.* & post alios etiam in testatur *Dom. Scoppa ad Sarn. in prax. civil. part. 1. S. C. etiam §. 11. num. 39.* * Nam iustitia est semper indaganda, post lapsum non obstante lapsu fatalium, *Capyc. Latro dec. 100. fatalium. num. 15. lib. 1.*

Idque etiam si pars praevenerit insistendo, appellationem declarari desertam, *de Marin. ad Revert. dec. 535. n. 3. Affl. dec. 243.* Nisi jam sit declarata deserta: nam tunc amplius non revidetur, *Ricc. causa de- collect. 1734. Danza ad Gramm. decis. 35. num. 32. clarata de- Rov. in prag. 1. num. 19. de appell.* In quo est differencia S. R. C. ab aliis Curias, & si sit M. C. V. revidetur in quibus lapsis fatalibus, nunquam potest revideri ex eisdem actis, *Sanfel. decis. 6. num. 7. lib. 1. Galeoti. lib. 1. controv. 39. num. 37. Gramm. decis. 76. n. 33. Pratus 1. for. cap. 10. num. 9. Tappia in Constit. Appellationum tempora, num. 9. & D. Scoppa loc. cit. num. 41.*

Cujus sumptibus fit producendus processus?

Resp. Appellantis, *Ricc. coll. 4024. part. 9. Ca- vakan. decis. 11. par. 3. Gratian. cap. 121. num. 1. Gturb. decis. 29. num. 1. Mantie. decis. 7. num. 6. Valenz. cons. 84. num. 68.* Sed si altera pars praevenerit, & Judex diminat tempus Appellanti, debet propriis expensis scripturas praesentare, *Cristi- sin. dec. 323.*

An in causa appellationis exigatur libellus, vel nova litis contestatio?

NEga. Sed inchoatur ab apertura processus, *Ritu M. C. V. 253. 254. 255. vide l. 1. §. libello, D. de appell.*

Quando non appellatur suspensus?

Dispersi diximus causas, in quibus denegatur appellatio. Ut I. causa alimentorum, *l. si ne- get, D. de lib. agnosc. Affl. dec. 152. 11.* in causa dotis, *Gratian. decis. 72. Ursill. ad Affl. dec. 216. num. 3.* III. pro qualibet causa, quae est ad succur- rendum agentibus, ut est salarium famulorum, *mentorum; Gratian. decis. 53. num. 2. Sanfel. dec. 132. num. 4. famulorum IV. Solutio expensarum funeris. Redditio compu- torum Administrationis Universitatis, de Marin. ad Revert. decis. 518. num. 1. V. causa Syndicatus, l. nulli, C. quorum appell. Pragm. 1. de Syndic. offic.*

1903

VI. in modica summa : scil. duarum unciarum in M. C. V. non appellatur, Ritu 257. imò in M. C. V. exequitur sententia appellatione non obstante, si sit infra summam duc. 150. Pragm. 3. §. 4. de offic. S. R. C. Francb. decis. 308. Et hoc etiam si multa summa, & diffisis actionibus cumulatæ in eodem libello excedant 150. Nam tot sunt sententiæ, quot summa, Scacc. de appellat. qu. 17. lib. 6. membr. 9. num. 17. Bonadil. 3. lib. polit. cap. 8. num. 222. Thorus vor. 64. num. 63. par. 1. Et attenditur quantitas sententia decisa, non libelli, l. in offerendis, 35. ubi Baur. num. 1. Cod. de appell. Amatus dec. 5. num. 2.

Attenditur quantitas sententiæ non libelli.

1904 Petens 160. nequit minus exigere ad impediendam appellationem.

Pars autem ad impediendam appellationem suspensivam, licet possit petere minus, quam sit debitum; tamen si totum petit, non potest minuse exigere ad impediendam appellationem. Nam esset in alterius partis præjudicium, Marcian. tom. 1. disp. 16. n. 22. Masull. ad Capyc. dec. 17. n. 2. Rov. ad Prag. 3. n. 8. de offic. S. R. C. de Marin. ad Revert. decif. 49. Francb. dec. 141.

DE RE JUDICATA.

Quid sit Res Judicata?

1905 Res judicata quid.

Est Judicialis sententia, quæ nullo Juris remedio ordinario tolli valet, l. 1. 2. D. de re judic. l. res judic. D. de reg. jur.

Ly Judicialis sententia, est genus commune omni sententiæ, sive sit, sive non sit res judicata.

Ly Nullo Juris remedio, &c. est differentia ab aliis sententiis; quæ possunt tolli aliquo remedio ordinario juris: scil. oppositis nullitatibus, petita restitutione in integrum; quibus etiam executio sententiæ retardatur, interposita appellatione, &c. Et hæc res judicata pro veritate habetur, l. ingenium, D. de statu hom. de Marinis 1. quotid. c. 188. n. 3. Surd. dec. 170. num. 15.

Nec placet communis definitio dicentium: Res judicata est sententia, à qua non appellatum intra tempus à Jure præfixum. Nam etiam si fuit appellatum, sententia transit in rem judicatam, si appellatio sit deserta. Et nec est res judicata, si non sit appellatum; sed si adversus sententiam petita restitutio in integrum, aut sint oppositæ nullitates. Unde remanet tantum, esse rem judicatam, sententiam latam, quæ nequit aliquo Juris remedio tolli, nec de ea amplius cognosci valet.

Dixi, Ordinario Juris remedio. Nam extraordinario remedio Principis ex gratia in Jure dispensantis, ut non obstante re judicata, causa, sententia iterum discutiat, non tollit rem esse judicatam, cum leges appetunt ad ea, quæ frequentèr accidunt, l. nam ad ea, D. de legibus.

An per rem judicatam sit extincta prima actio?

1906 Non extinguit res judicata priorem actionem in factum.

Nega. Quia esset novatio, quæ non currit, nisi sit expressa, l. fin. C. de novat. & sic re judicata fiat actio. Imò potius est firmata, l. aliam, C. de dicata pri. novat. Illi enim innititur, l. grecæ, §. etiam, D. de mam, sed pign. l. grecæ, §. 1. D. de fidejuss. Et sic obtinens potest agere actione primævi contractus, & actione in factum, quæ emanat ex re judicata, l. si à te §. 1. D. de except. rei judic. Glos. in l. 1. v. possis, C. de jud. Glos. in l. duobus, D. de except. rei judic. Undè per rem judicatam cumulatæ antiquæ nova Actio, quo casu Novatio cumulativa, non extinctiva solet dici, l. fin. §. & idè, C. de usur. rei jud. l. aliam. 29. Gratian. c. 557. n. 32. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 1. num. 1.

1907 Res judicata stat cum n. 4. antiqua actione

Ex quo Creditor poterit iterum insolidum agere tantum contra unum Debitorem insolidum cum alio obligatum, licet per rem judicatam pro rata Debitor fuisset condemnatus, juxta l. 1. 2. C. si plures una sentent. Nam non agit actione in factum; sed agit prima actione, qua quilibet insolidum tenebatur, Glos. in l. 1. G. de indic. v. possis, Lopez l. 4. tit. 27. par. 3. glos. 3. Cancr. loc. cit. num. 299. Affl. dec. 115. n. 4. Lanfranch. decis. 327. Socc. conf. 27. n. 17. lit. A. Rovit. conf. 58. num. 1. & d. l. cap. si plures una sentent. cond.

1908

Ex quo Creditor poterit iterum insolidum agere tantum contra unum Debitorem insolidum cum alio obligatum, licet per rem judicatam pro rata Debitor fuisset condemnatus, juxta l. 1. 2. C. si plures una sentent. Nam non agit actione in factum; sed agit prima actione, qua quilibet insolidum tenebatur, Glos. in l. 1. G. de indic. v. possis, Lopez l. 4. tit. 27. par. 3. glos. 3. Cancr. loc. cit. num. 299. Affl. dec. 115. n. 4. Lanfranch. decis. 327. Socc. conf. 27. n. 17. lit. A. Rovit. conf. 58. num. 1. & d. l. cap. si plures una sentent. cond.

* Nec obstat exceptionem ex re judicata esse pe-

remptoriam, litis finitæ: adeoque perimere actionem.

Nam est peremptoria adversus condemnatum; ita ut actor condemnatus nequeat amplius agere, nec Reus condemnatus se tueri. At non est peremptoria contra illum, pro quo est res judicata. Nam si est pro Reo, magis firmat ejus jura, & primæ exceptiones competentes; quæ semper opponere valet, si lis iterum intentetur. Si est pro Actore; confirmat ejus antiqua jura, & actiones, & ex ipsa re judicata pullulat pro Actore nova actio in factum ut possit iterum litem monere adversus Reum ejusque hæredes volentes parere, nec solvere debita, l. si à te, §. 1. D. de except. rei judic. *

1909 Exceptio rei judicata contra quem peremptoria.

Interposita appellatione, quando transeat sententia in rem judicatam?

Resp. A tempore, quo sententia confirmatur; & si nihil actum sit per biennium a die appellationis interpositæ, nec prorogata sint fatalia, tunc transit in rem judicatam, ita ac si non fuisset appellatum. Nam appellatio tunc est deserta, Auth. et qui, C. de appell. cap. cum sit Romana, de appell. Clem. si appellationem, eod. tit. Scacc. de appell. q. 14. c. 8. num. 119. Vestr. 3. prax. cap. 5. num. 2. Salgad. par. 3. labyrinth. cap. 1. num. 26.

1910 Transiit sententia in rem judicatam lapsis fatalibus.

An solum indebitum, ratione rei judicatæ, repetatur actione indebiti?

Nega. Nam res judicata est loco tituli, & facit ex albo-nigrum, l. si non sortem, §. hæredi, D. de condit. indeb. l. ingenium, D. de stat. bom. Mascard. de probat. concl. 1296. num. 14. & non censetur indebitum, l. si fidejussor conventus, §. in omnibus, 28. D. mand. ibi: Propter auctoritatem rei judicatæ repetitio cessat. l. 1. C. de cond. indeb. l. elegantèr, §. si post rem judicatam, l. Julianus, D. de cond. indeb. Gratian. c. 417. Fontanell. dec. 175. n. 3.

1911 Indebitum ex re judicata reperitur non conditione indebiti.

An possit indebitum solum, ratione rei judicatæ, repeti conditione sine causa?

Affirma. Nam res judicata supponit, non efficit novam causam. Ergo si res ipsa non extat, vel cessat causa debiti, retinetur acceptum sine causa, & sic repetitur conditione sine causa: vel actione nativa, qua aliàs repeti poterat, non obstante re judicata, l. rem tibi, 21. D. commod. ubi repetitur res commodata actione utili commodati, non obstante re judicata, l. commodato, 17. §. fin. D. eod. ibi: Contrario Judicio: Quæ verba supponunt directam rem judicatam, l. 1. ubi Glos. v. Sed si, d. de re jud. l. si Fullo, D. de condit. sine causa, Cavall. comm. q. 542. Surd. decis. 25. num. 31. Fontanell. decis. 125. num. 7. & 176. num. 16. Capyc. decis. 12. Valasc. conf. 56. num. 6. Paul. in l. elegantèr, num. 9. de condit. indeb. Gratian. cap. 408. Causa enim, ratione cujus lata fuit res judicata, devenit ad non causam, quando constat de veritate: & tunc non impugnatur res judicata; sed quod causa desierit ratione, cujus datur conditio sine causa. Et sic concordantur Jura.

1912 Sed conditione sine causa.

Hinc fit l. si quis non obstante re judicata, conditione sine causa; repetit solum; multò fortius potest retinere nè solvat. Nam cui datur actio, datur exceptio, & retentio, l. per retentionem, C. de usuris, l. 2. C. de fideic. l. 1. C. de re jud. l. 1. §. cui damus, D. de superfic. l. invitus, §. cui damus, D. de reg. jur. Bald. in l. sub specie, 4. n. 3. C. de re jud. Scacc. 2. de judic. cap. 2. num. 121.

Tanquam sine causa ab alio habitum.

II. Creditor graduatus est ante alios per rem judicatam, cedit locum alteri, qui deindè appetit anterior, Paris. conf. 12. num. 66. Ex errore rei judicæ pronunciarunt aliquem priorem, & fertur posteriori ante rogare, l. post. divisionem, C. de juris, & facti ignor. l. 3. §. subtilius, D. de condit. ob caus. l. is, qui putat, per sententiam, D. de acq. hered.

1913 Cui datur actio, datur exceptio.

An res judicata possit variari, alterari, & deperire?

Affirma. Variata, alterata, extincta causa, jure, cui innititur, Ant. Fab. 2. C. tit. 1. def. 8. in fin. & 4. C. tit. 18. def. 15. Sic aucto statu augmentata potest fari.

1914 Re vera Creditor anterior potest fari ante graduato.

1915 Res judicata potest fari.

filii dives fiat, vel facultates desint, l. si cui, de an. legat. l. si instituta, §. de inoffic. test. l. cum unus, in fin. l. alimenta, §. basilica, l. penul. D. de alim. & cib. leg. surd. de alim. tit. 7. q. 42. Farinat. tom. 1. decis. 341.

1916.

Hinc res judicata inhærens rebus mutabilibus mutatur: nec obstat cessante causa, ratione cuius fuit lata, l. si rem meam, D. de except. rei judic. cap. tum ex literis, de in integ. rest. l. ab arbitrio, D. qui satisd. cog. Sic si per sententiam pronunciatum sit, excussioni: nam esse locum, si bona superveniant, cessat, Franch. decis. 221. num. 11. Carroc. de excuss. 3. par. qu. 14. Bart. in l. sed & si parte §. amen- tiam, D. quod cum eo.

1917

Interesse rei judicatæ currit post quatuor menses ad §. pro 300.

Quando currat interesse rei judicatæ. Esp. Post quadrimestre à sententia lata, vel deserta appellatione, l. 1. 2. fin. C. de usur. rei jud. Theaur. decis. 45. num. 3. & sunt quinque pro centenario, Gizz. ad Capyc. Latr. decis. 100. num. 7. Franch. dec. 21. Sanfel. dec. 124. n. 6. lib. 1.

DE EXECUTIONE SENTENTIÆ.

1918

Exequitur post rem judicatam.

Postquam scientia transit in rem judicatam, expediuntur literæ executoriales, l. minor viginti- quinque, D. de minor. cap. cum aliquibus de re judic. arif. 6. polis. 8. Et in S. R. C. etiam sententia, à qua est reclamatum, exequitur, & expeditur mandatum de parendo, Rovit. ad prag. 5. num. 3. de off. S. R. C. Pratus 2 for. cap. 35. num. 41. de Marinis 2. quotid. cap. 278. num. 3. Dummodò Victor cautionem præter etiam parte non instante, de restituenda re executà, si sententia fuerit retractata, Pragm. 5. de offic. S. R. C. & Pragm. 38. de offic. proc. Casar. Franch. decis. 603. Trentacinq. 2. var. resol. 1. de appellat. num. 8. de Marin. 1. quotid. cap. 123. num. 14. & declarat D. Scoppa ad Controv. foren. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 88. num. 101. & latitudine non inventa, res sequestratur, Goffred. in sum. de sequestr. possess. §. generalitèr.

In S. R. C. sententia statim exequitur.

An executio pro alimentis retardari possit appellatione?

1919

Parata executio pro alimentis.

Nega. l. si quis à liberis, §. si vel parens, l. si nuge, D. de lib. agnos. Aff. decis. 152. Fontanel. decis. 296. num. 6. tom. 1. Cujac. 6. observ. cap. 29. Sanfel. decis. 152. lib. 1. Vivius decis. 73. num. 4. cum aliis quos sequitur D. Scoppa ad dec. Gratian. observ. 53. num. 5.

Pro dote pauperis.

Idem dic in sententia data pro dote pauperis viduæ. Nam illa se alere, & nubere potest, Aff. decis. 216. num. 1. Gratian. decis. 72. ubi D. Scoppa in observ. num. 4. dat plures concordantes, & declarat in num. seq.

Qui Judex exequatur rem judicatam ex appellatione?

1920

Resp. Judicem ad quem. Nam confirmat; & ejus fit jurisdictionis causa, l. furti, D. de bis qui not. infam. Franch. decis. 335. Cartar. decis. 10. Ricc. coll. 1464. p. 4. Alex. in l. præcipimus, n. 20. C. de appell. Muscatell. p. 3. prax. glos. reformando, n. 70. Minfing. cent. 6. observ. 24.

Tempus pro executione extraordinarii, exorbitantivè mandati Principis.

1921

Mandatum superioris exorbitans exequitur post mensem.

St mensis, l. si vendicari, C. de pænis & potest expectari secundum mandatum, §. denique, Auth. de mand. Princip. §. & hoc verò, Auth. Ut nulli Judic. cap. si quando, de rescript. c. Pastoralis, de post mensem fid. instr. c. si quando, de offic. Deleg. Sententia S. R. C.

1922

Oppositis in sex dies ta ex executio.

Exequuntur illicò appellatione remota. Mastrill. decis. 158. etiam reclamatione interposita, Aff. decis. 341. num. 3. & 358. * & plenè ex nullitati. D. Scoppa in Scholiis ad Controv. for. Regens Meribus impeditur sententia S. R. C. lantibus, executio retardatur, Pragm. 4. §. 16. de dilat. Gallup. par. 3. cap. 6. ex l. 4. §. condemnatum, D. de re jud. l. 1. D. quando provoc. non est necess. Aff. decis. 283.

Quando fit faciendâ executio?

Resp. In rebus, quæ minùs lædunt Debitorem, & Creditori sunt satis, l. rescripta, 7. C. de prec. Imper. offerend. l. si me, & Titium, D. si cert. pet. l. à Divo Pio, 15. §. in venditione, ibi: In venditione itaque pignorum captorum faciendâ. Primò quidem res mobiles, & animalia capi pignori jubent, non distrabi, quorum pretium si suffecerit, rem bene est, si non suffecerit, etiam soli pignora capi jubent; & distrabi. Quod si nulla moventia sint: à pignoribus soli initium faciunt. Quod si nec, quæ soli sunt, sufficiant: Vel nulla sint pignora soli: tunc pervenietur etiam ad jura, D. de re jud. Et I. Mobilia. II. Se moventia. III. Stabilia. IV. Jura, & illis insufficientibus, persona vinculis mancipatur, Ritu M. C. 134. ubi Petra num. 3. Clar. §. fin. qu. 95. num. 1. Aff. decis. 358. Gallupp. p. 3. cap. 2. num. 5. & ita moderandus est creditoris infrenè arbitrium, de quo l. creditoris arbitrio, D. de distract. pign. Minad. decis. 13. num. 2. nè prohibito vexet debitorem, aliosque creditores variando de re ad rem, de persona ad personam de Marin. 2. quot. cap. 58. vide dicta sup. à num. 525. Et executio secùs facta est nulla, secundùm Aff. loc. cit. annullanda per appellationem, secundùm Franch. dec. 441. n. 1. Gram. dec. 199. n. 6. Hodiern. ad Surd. dec. 173. n. 15. Pratum cent. 1. obser. 43.

1923 Executio fit ordinatè ut minus legum dat debito-

1924

Sunt tamen multi casus, in quibus fit executio realis, & personalis, non prius bonis excussis. I. Si ita conventum sit inter Partes. II. adversùs debitorem Fisci, vel Universitatis, l. nemo, C. de exact. trib. lib. 50. Capyc. Latro decis. 72. num. 12. lib. 1. Pragm. 5. cap. 21. de adm. Univers. III. in liquidatione Instrumenti Guarantigliati, Apochæ Banchi, Obligatione penes acta, Camerali, Cambii, Franch. dec. 271. n. 5. & 200. Capyc. dec. 46. n. 8.

1925 Executio realis, & personalis quando fiat.

Si Res debitoris non inveniatur Emptorem quid faciendum?

Resp. Addici: sc. dari insolutum Creditori pro rata crediti, d. l. à Divo Pio, 15. §. si pignor. Et tunc est veluti emptor, l. si prædium, C. de evict. Alia circa executionem in feudo, quæ ultimo loco fit, videas apud Gallupp. p. 3. c. 2. à num. 9. Rovit. in prag. 8. n. 7. de feud.

1926

DE PUBLICIS JUDICIIS.

TIT. XVIII.

Privatis Publica adiciamus. De istis namque agitur, quando audis Judicia publica.

LEMMA I.

Quid, & quotuplex sit iudicium publicum?

Ex §. 1.

Publici Judicii Nomen ex eo suppullulavit: quia in illis cuique datur Jus accusandi, tex. bic, & in §. sequens, de susp. ius. Cum autem hoc Jus accusandi datum sit omnibus contra delicta, quæ bonum commune devaltant, vel quæ, publica vindictam dicuntur Judicia; quæ hujusmodi crimina plectunt, l. Senatus, D. de accus. Gloss. in l. 3. D. de sepul. viol.

1927 Judicium publicum ad vindictam agit.

Licet tamen omnibus Jus accusandi in istis permitteretur; Verùm ad cavendam confusionem, certis tantummodò personis hæc accusatio modò conceditur, in quibusdam delictis, tex. bic, ibi: Plerumque.

I. In crimine Suppositi partus, solis Parentibus datur actio, l. 2. D. ad l. Corn. de fals.

1928 Non omnes semper accusant.

II. In Crimine Adulterii, l. quamvis, C. ad l. Jul. de adult.

III. Non agit iudicio publico, pupillus, Miles, Magistratus, Infamis, Filius, Libertus, & alii, de quibus in l. qui accusare, D. de accus.

Judicium publicum tripliciter capi potest. I. Latissime, pro quovis Judicio ad publicam vindictam, & utilitatem facto, l. 1. D. de publ. ind. l. quod Senatus, D. de injur.

1929 I. Tribus modis rapti po-

II. Potest sumi largè, pro iudicio, in quo quilibet popularis accusat, d. l. quod Senatus, & Barr. R a dat

dat regulam in l. 1. D. ad. Ut omne iudicium, non respiciens offensam persona particularis sit publicum, & tunc quilibet de populo potest accusare sicut est delictum blasphemie, herese, &c.

III. Strictè sunt publica iudicia illa, de quibus in l. 1. & l. infamem, 7. D. hoc tit. Quæ delicta infamia plectuntur, d. l. infamem, 7.

1930

II. Divisio: Alia iudicia publica sunt capitalia. Alia non capitalia. Capitalia plectuntur morte naturali, vel civili. Non capitalia sunt, quando talis poena cessat, licet imponatur alia poena corporalis, infamiae, vel pecuniaria Fisco applicanda: l. publicorum, 2. D. hoc tit. l. cognitionum, §. estimatio, D. de var. & extraord. cogn.

An Accusatus de aliquo crimine possit, pendente accusatione, Accusantem querelare?

1931

N. Egà. l. is, qui revers. D. de publ. iud. l. 2. §. qui hoc dicit, D. de adult. l. 2. C. qui accus. non poss. Accusatus cap. neganda, il 2. 3. q. 11. Rit. M. C. V. 193. Cap. Regni, 258. Clar. §. fin. qu. 14. num. 127. Imò nec possunt accusari, Pater, Mater, Sorores, Fratres, Filii Accusantis ab Accusato, ejus Uxore, Fratre, Filio, Patre, Matre, Rit. 193. Prag. 1. de accus. Nisi eadem die ad invicem se accusaverint, Rit. 193. in fin. Et praefertur in expeditione prima accusatio; ita ut nec ad instantiam Fisci possit, illa pendente, procedi in secunda, Gram. dec. 53.

Dicamus hic breviter de istis delictis speciatim, & primò.

DE CRIMINE LESÆ MAJESTATIS.

L E M M A II.

Ex §. Publica.

1932

C Rimen Lesæ Majestatis sacrilegio proximum, l. 1. D. ad l. Jul. Majest. est idem ac Perduellio, Gloss. in l. fin. vers. perduellionis, D. ad l. Jul. Majest. Afflic. tit. quæ sint regal. v. & bonum committentium, num. 99.

Quid sit?

1933

E St Delictum publicum contra Principis, vel Reipublicæ Majestatem, l. 1. D. ad l. Jul. Majest. Tacit. lib. 1. ann. cap. 72. Cic. lib. 1. ad Herennium.

Ly Delictum est genus. Ly Publicum est ad differentiam privati Delicti. Et est publicum. I. Quia quivis accusat Delinquentem, §. 1. hoc tit. II. Quia turbat statum publicum, & inter publica flagitia numeratur in l. 1. D. de publ. iudic.

Ly Principis, &c. Majestatem, est ad differentiam cæterorum criminum.

Quibus Legibus magis detestatum.

1934

I. L Ex XII. Tabularum, l. 9. ubi perduellis erat concitans hostem; vel tradens hosti Civem, morte puniendus, l. 3. D. ad l. Jul. Majest.

II. De tali crimine plenius Cornelius Sylla, à Cujus nomine dicta est Lex Cornelia Majestatis, Cicer. in Pisonem, & Augustinus lib. de legibus, cap. 41.

III. A Julio Casaro addente plura, dicta est ad L. Juliam Majestatis. Cui sequentes Imperatores alia addidere circa spretum Imperium. Ex quibus multiplex criminis inspectio.

* Quoruplex?

1935

I. D Ividitur in Simplex, & Qualificatum. Simplex est tangens aliquam Majestatem sine recurfu ad hostes: puta, cussio Monetæ, carcerum fractio l. 2. Cod. de fals. moneta, l. unic. Cod. de privat. carcer.

Qualificatum est perduellio, qua recurritur ad hostes, Arma sumuntur contra Principem, Republicam, Conventiculis, Consilio, Auxilio, Conspiratione l. 1. §. 1. l. 3. l. 4. l. ultim. D. ad l. Juliam Majest. Hinc quatuor species distinguit Jacobus Gothofred. in l. quisquis, cap. 1. C. ad l. Jul. Majest.

1936

I. Perduellionis, quæ est directè contra Principem, vel Republicam, & dicitur per se in primo capite l. 1. l. 3. D. ad l. Jul. Majest. & dictum crimen Impietatis: quia contra Patrem Patriæ Sacrilegii: quia contra personam Sacro oleo perfusam, orationi-

bus coronatam, specialique lege tutam, l. 1. D. ad l. Jul. Majest. Tacit. lib. 6. ann. cap. 47. Julius Capitolinus de Marco Antonio.

II. Violationis debitæ reverentiæ Principis, facto, dicto, scripto, statuis conspurcatis, l. 6. l. 7. D. ad l. Jul. Majest. Imò Nero puniebat Aspersionem, vel tediosè audiens ejus Poemata, Philostrates lib. de vita Apollonii.

Turbatæ publicæ Potestatis, Jurisdictionis, cu- dendo monetam, &c.

IV. Offensæ Majestatis communicatæ, sicut à Lege ad honorem, & Principis securitatem: ut est occisio Magistratus, Officialis, principi proximi, vel intuitu officii, l. 1. §. 1. D. ad l. Jul. Majest. l. quisquis, C. ad l. Jul. Majest. *

Adversus quos committatur.

C Ommittitur l. contra Papam, cap. in primis, §. de persona, 2. q. 1. Boer. tract. de sedit. q. 6. num. 17.

II. Adversus Imperatorem, l. quisquis, C. ad l. Jul. Majest. ex proem. Instit. in princip. ibi: Imperatoriam Majestatem.

III. Contra Regem, l. 1. C. ut nemo privatus.

IV. Adversus Senatores, Ministros, & Consiliarios à latere Principis, dist. l. quisquis, Cap. decif. 130 num. 11. Cuman. in l. 1. num. 11. D. ad l. Jul. Majest.

V. Adversus Cardinalem: Quia est Consiliarius Papæ, c. felicis, de poen. in 6.

VI. Ita delinquit occidens Magistratum, d. l. 1. ubi Angel. num. 7. D. ad l. Jul. Majest. Gram. decif. 6. num. 7.

VII. Occidens Praefides Provinciarum intuitu officii, non ob particulares inimiciàs Bald. in c. 1. num. 7. ubi Felin. num. 17. de offic. Deleg. Capyc. loc. cit. num. 7.

VIII. Adversus Legatos Principis, Bald. in c. 1. ubi Felin. num. 7. de offic. Deleg. Et laedentes istos sunt excommunicati, c. si quis dist. 94 c. nobilissimus, dist. 97. Dextan lib. 7. c. 5. n. 13.

Qui delinquant in Majestatem?

I. D Elinquant in Majestatem, qui Patriam offendunt, l. fallaciter, in fin. ibi: Aut patria oppugnata, vel prodita, C. de abolit. Angel. in l. 1. n. 7. D. ad l. Jul. Majest.

II. Subditi, Bart. in l. 1. v. item nota, quod non subditus, D. ad l. Jul. Majest. Clem. Pastoralis, §. denique, de sent. & re jud. ubi Imol. n. 21.

Difficilas est de Clerico. Et negat committere hoc crimen, Bellam. in cap. vergentis, de heret. licet sit excommunicatus, omni honore privandus, ac exilio plectendus à superiore, Diaz. in practic. crimin. can. c. 116. * Sed vide D. Scoppa, qui pluribus adductis de hoc tractat in Schottis ad Controv. for. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 33.

Hinc Subditus transiuga ad hostes delinquit in Majestatem, Bart. in l. 1. cit. tit. ex l. 2. ibi: aut privatus ad hostes profugerit, D. ad l. Jul. Majest. Gram. dec. 11. num. 6.

III. Delinquit in Majestatem, qui auxilium, vel consilium hostibus dolosè præstat, l. 1. D. ad l. Jul. Majest. ubi Albertic. num. 2.

IV. Delinquit in Majestatem Rebellis, Conspirans, Conjurans, conventicula, & seditiones faciens in Principem, l. quisquis, C. ad l. Jul. Majest.

Conjuratio est multorum contra Unum juratio. Conspiratio est plurium conventio adversus Principem. Seditio est seorsum itio contra Principem. Jo: Andr. in cap. decet, de imm.

V. Delinquit in Majestatem Fabricans falsam monetam, l. 2. ibi Obnoxii Majestatis, C. falsa mon. D. Scoppa ubi supr. c. 26. num. 2. Et moneta falsari potest in forma? in materia, in pondere, Bald. in l. fin. C. de falsa moneta: ubi punitur talis delinquens, poena mortis, & combustionis, ibi: Flammarum exustionibus mancipetur. Et bona confiscantur una cum domo in qua fabricabatur: dummodò Dominus domus propè habita verit, l. 1. §. domus, & l. 2. C. de falsa moneta, & vide alia, quæ eleganter scribit, D. Scoppa d. cap. 26.

Pena

1937
Committitur contra Papam.
Imperatorè.

1938
Consiliariis à latere.

1939
Legatum.

1940
Delinquant in Majestatem.

Offendens Patriam.

Subditus.

1941

1942

Rebellis.

1943

Falsificans monetam.

Pœna istorum.

- 1944 **Punitur.** I. **E**st mortis naturalis, *l. quisquis, in princ. C. ad l. Jul. Majest. Cap. dec. 130. n. 18.*
- II. Est pœna infamiz, *Declan. 7. crim. cap. 30. n. 27. Archid. in c. felicitis, n. 13. in fin. v. infamis, ubi Jo. Andr. num. 2. de pœn.*
- III. Delentur ejus insignia, & memoria damnatur, *cap. si quis laicus, 22. q. 5. Bart. in l. 2. de operib. publ.*

DE CONFISCATIONE RERUM.

- 1945 **IV. R**ei læsæ Majestatis confiscationis ignominia etiam multantur, *l. quisquis, 5. C. ad l. Jul. Majest. cap. cum secundum leges, de heret. in 6. cum adductis à D. Scoppa ad contrav. Reg. Merlin. cent. 2. cap. 21. num. 2. De qua quærimus I.*

An confiscatis omnibus mobilibus, se moventibus, & stabilibus, veniant jura, & actiones?

- 1946 **Confiscatis mobilibus, et immobilibus, non veniunt jura.** **N**Ega, *l. quam Tuberonis, §. in peculio, D. de re jud. ubi in distractione rerum distinguuntur jura ultimo loco vendenda à mobilibus, & stabilibus prius distrahendis. Ergò sunt diversæ speciei jura à bonis mobilibus, & immobilibus, nec ad invicem inferuntur, maxime in pœnalibus, l. respiciendum, l. interpretationem, D. de pœn. Clar. §. fin. q. 78. n. 9. Peregr. 5. de jure Fisci, tit. 1. num. 46. Barb. in l. si constante, 25. §. fin. num. 2. D. sol. matr.*

An publicatis bonis veniant jura, & actiones?

- 1947 **Publicatis bonis, veniunt jura.** **A**ffirma. Nam nomine bonorum comprehenduntur, *l. si ademptis, 5. C. de sentent. pass. l. bonorum, D. de verb. signif. Surd. de alim. tit. 8. priv. 59. num. 22. & ita publicantur bona læsæ Majestatis Rei, d. cap. cum secundum.*

- 1648 **Futura non confiscantur.** **F**utura possunt dici I. *Contingentia post confiscationem.* II. *Futura absoluta, hoc est, quæ erunt.*

- 1949 **Nunc dico I.** tantum comprehendendi præsentia tempore delicti, ejusque perseverantia, *l. si mandavero, 22. §. is cuius, D. mand. ibi: Publicatis bonis quidquid postea acquiritur, non sequitur Fiscum, l. 1. D. de pœn. ibi: Eam causam sustinere, quam sustinisset, si eo tempore esset sententiam passus, cum deliquisset. Bursar. cons. 289. num. 10. vol. 3. Gust. 2. pract. q. 39. num. 6.*

Dices. Obstat l. ejus qui, 8. §. 2. D. de testam. ibi: Bona quoque, quæ tunc habuit, cum damnaretur, publicabuntur. Ergò publicantur bona habita, non tantum tempore delicti; sed etiam tempore sententiz, ut vult Clar. §. fin. q. 78. num. 24. Curt. sen. cons. 59. num. 13.

- 1950 **Judex declarat pœnã juris.** **R**esp. text. probare nostram sententiam; cum dicat, publicari bona habita, cum damnaretur. Damnatur autem pro tempore delicti à lege, *d. l. quisquis, d. cap. cum secundum leges.* Non à Judice, qui declarat: non imponit legis pœnam incursum. Nec Judex ipse Reum damnat.

An publicetur bona futura ante delictum debita sub conditione, quæ retrotrahatur.

- 1951 **Purificata conditione per retrotrahentur præsentia.** **A**ffirma, *l. inter socerum, 26. in fin. D. de pact. dot.* Nam purificata conditione censentur præsentia tempore delicti per illam retrotractionem conditionis, *l. potior, 11. D. qui pot. in pign. l. si filius fam. in princ. D. de verb. oblig. l. perinde, D. si cert. pet. Bald. in l. fin. num. 15. C. de contrab. empt.*

- 1952 **Et sic transferuntur ad Fiscum activè, & passivè.** **Q**uæ autem sint conditiones, quæ retrotrahuntur ad tempus præteritum, patet ex dictis esse. I. debita ex contractu conditionali, *§. ex conditionali, Inst. de verb. oblig. quæ transferuntur ad Fiscum activè, & passivè. Cum Fiscus cum onere acquirit bona, l. non possunt, 11. D. de jure fisc. l. ex facto, D. ad Trebell.*

Sed quid, si conditio sit protestativa: putà, si alter promisit mille Cajo Reo, si ierit Romam. An Fiscus possit petere illa mille?

Difficultas est; Quia conditio protestativa non retrotrahitur, l. qui balneum, 9. l. potior, 11. D. qui pot. in pign.

Et Fiscus non deberi: quia Reus conditioni non paruit, rectè docent Bald. in d. l. fin. num. 15. Alex. in d. si marito, 32. num. 2. D. sol. matr. Nig illa conditio protestativa sit hujusmodi, ut possit per Fiscum impleri: putà, si eundem sortiatur effectum à stipulante intentum, sive à Reo, sive à Fiscu impleretur conditio. Nam semper conditio transit ad hæredes, quibus insi ab illis specificè, vel ad eundem finem impleri possit, l. in facto, 59. §. Fiscus, ibi: Fiscus eisdem rem. quoad conditionibus parere debet, quibus persona, à qua eundem effectum, quod relictum est, pervenit, D. de condit. factum.

& demonstr. Covar. pract. cap. 39. num. 2. Si autem ità impleri nequeat; nec ad Fiscum transire potest; Suarez, v. Confiscatio, num. 264. Nec obstat l. quoties, 14. fin. D. de nov. ubi bona conditionalia non confiscantur. Nam ibi tantum dicitur, non posse fieri novationem à persona deportata; licet Fiscu sit quæsitæ obligatio ex conditione casuali. Nam ad novandum requiritur Testator, vel ejus verus hæres; l. novatio, 24. D. de novat. Et talis non est Fiscus capiens viventis bona.

II. Retrotrahuntur omnia conditionalia debita hæredi adeunti titulo hæreditario, §. hæres, & purè, Inst. de hæred. inst. Secus Testator decederet partim intestatus, contra l. jus nostrum, D. de reg. jur.

An legata futura, conditione post. debitum verificata, publicentur?

- 1953 **Conditio potestativa transit ad hæredes, & ad Fiscum, quibus impletur, saltem quoad eundem effectum.** **N**Ega. Nam non retrotrahuntur legata, fideicommissa, cum substitutionibus conditionalia, & incipiunt deberi à momento purificationis, *l. substitutio, 42. D. de aqu. rer. dom. Substitutio. l. 1. §. servi, D. ad syll. l. si cum hæres, 4. D. quand. dies leg. l. legato sub conditione, 41. D. de condit. & purificata demonstr. l. un. §. fin. autem sub conditione, C. de caduc. conditione. toll. Et ipsa Fiscu non debentur, si conditio post delictum verificetur, Bart. in l. quod traditum, 86. ubi Imol. num. 4. D. de cond. & demonstr. Bald. in l. etiam, num. 4. C. ad l. falcid. Dec. cons. 235. num. 5. vol. 2. Pinell. de bonis maternis, p. 1. num. 3.*

An hæreditas delata non adita confiscetur?

- 1954 **Conditio potestativa transit ad hæredes, & ad Fiscum, quibus impletur, saltem quoad eundem effectum.** **N**Ega. Nam non est hæreditas non adita sub dominio Rei hæredis. Ergò nec transit ad Jus delibet Fiscum, sicut nec transfret ad alios hæredes Rei, *randi an l. un. C. de his, qui ante apert. tab. l. 1. §. in novissimis, Cod. de caduc. toll. Capoll. cons. 58. num. 23. Fiscum? d. Peregr. de jure Fisci tit. 1. num. 95. de Bened. incap. Ragnutius, v. Et uxorem, decis. 5. n. 282.*

Et Jus adeundi non publicatur. Cum non sit in bonis, l. pretia rerum, D. ad l. falcid. contèd. Vasqu. 1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 169. cap. 3. num. 22. in fin.

Sed, quid in hærede suo?

- 1955 **Conditio potestativa transit ad hæredes, & ad Fiscum, quibus impletur, saltem quoad eundem effectum.** **C**um hæres suis hæreditatis dominium sine hæres suos additione habeat; sicuti illa non repudiata ad transmittit alios hæredes; ad Fiscum transfret: *Jafon. in l. si ad Fiscum. quis mihi bona, §. servus, D. de acqu. hæred. De qua transmissione lib. 2.*

An Fiscus revocet illa, quæ Reus non vult acquirere, nõ Fiscu quærantur?

- 1956 **Conditio potestativa transit ad hæredes, & ad Fiscum, quibus impletur, saltem quoad eundem effectum.** **N**Ega. *l. cum quidam, 26. ibi: Non videtur in fraudem Fisci pactum, quod acquisitum non est, D. revocat re. de jure Fisci, l. non fraudatur, 177. D. de reg. jur. l. qui autem, 6. D. quæ in fraud. cred. Si enim id non est in fraudem creditorum habentium hypothecam, & agentium de vitando damno, d. l. qui autem, 6. Multò minus erit in fraudem Fisci agentis pro lucro, & in quo pœna semper restringenda, qui creditoribus postponitur; l. 1. C. de pœnis Fisc. cred. pref. lib. 10. Franch. dec. 101. num. 5.*

Nec obstat l. in fraudem, 43. D. de jur. Fisc. Nam ibi tantum dicitur, in fraudem agere distrahens bona, sive alteri dominium quærat, sive non, & hoc indicant illa verba: Idemque juris est, & si non quærat: hoc est, & si non quærat dominium ei, cui in fraudem Fisci res alienatur: fraus enim est velle minuere substantiam, licet re ipsa non minuat. Sicut punitur amissione rei emphyteuta, qui rem illam distrahit, licet dominium non transferat, Tello in l. 4. Tauri, num. 64.

Sed quid si hæres suus repudiet hæreditatem, nõ Fisco quæatur?

Confiscatis bonis Patris, quod peculium filii publicetur?

1961 A Fisco non petitur hæreditas repudiata, ad hoc, ut ei non quæatur.

Dicas, nec à Fisco revocari posse. Nam, postquam ei fuit permessa repudiatio hæreditatis à lege; censetur non acquisivisse nec continuasse dominium hæreditatis repudiatæ. Secus remaneret semper hæres, etiam post repudiationem: cum semel hæres semper sit hæres; & sic cum ipse non habuerit dominium, posita repudiatione, quæ retrahitur, Fiscus non potest bona illa repudiata revocare, per quæ patet resolutio ad l. si fratris, C. de jur. delib. l. in suis, D. de suis, & leg. hæred. Mol. to. 1. tract. 2. disput. 18. Gom. 1. var. cap. 9. n. 22. Gust. de pact. in prin. n. 24. contra Ancher. conf. 101.

Ob delictum filii fam. quidnam confiscari possit? An Peculium Profectitium?

1962 Nullum peculium filii confiscatur Non profectitium.

N Ega. l. 3. §. sed verum, D. de min. l. si Filius, 3. C. de bonis præscript. Nam non est de bonis filii fam. l. certum, D. de fam. erisc. Ang. in l. si filius, num. 3. de damn. infest. ubi Imol. Boer. dec. 7. in fin. Capell. Tholof. decis. 110. n. 8. Peregr. loc. cit. n. 125. & l. in peculium, D. de sent. & re jud. l. 3. §. idem scribit, D. de pecul. * & cum aliis affirmat D. Scoppa in annot. ad Sarn. in prax. crim. p. 1. cap. 34. n. 16. * Intelligas nisi Pater sit in culpa.

An Adventitium confiscetur?

1963 Non adventitium.

N Ega. Et Patri remanet consolidatum cum proprietate. Nam nec Filius potest tale peculium alienare in contractu, l. si filius, 3. C. de bonis profcrip. l. fin. §. filii autem, C. de bon. qua lib. Ergo nec ex delicto, Mol. 4. de primog. cap. fin. num. 8. Et si hoc peculium nequit ad extraneos hæredes transire, l. penul. C. qui restit. facer. Ergo nec ad Fiscum; ad quem nequit transire, quod ad hæredem non potest, Ruin. conf. 23. num. 24. Peregr. loc. cit. num. 89. Suarez in l. post rem judicatam, notab. l. 3. num. 5. D. de re jud. Boer. loc. cit. Capell. Thol. loc. cit. & alii plures apud Marant. part. 6. prax. act. ult. num. 35. Gomez. 2. var. c. 13. num. 14. Idque etiam, si Pater careat illius usufructu, Ruin. vol. 3. conf. 24. num. 7. Socc. jun. conf. 77. num. 10. vol. 2. & post alios probat D. Scoppa ad Sarn. d. cap. 34. num. 13. Quod in læsæ Majestatis delicto vim obtinere nequit, l. quisquis, §. C. ad l. Jul. Majest. Peregr. loc. cit. n. 128. Menoch. de recup. rem. 9. n. 84.

1964 Quod nec ad extraneos hæredes transire potest. 1965 Scio tamen alios probabiliter velle, publicari proprietatem, Obav. decis. Pedem. 94. num. 9. Et si delictum sit in Majestate, etiam usufructum: quia illico ob capitis diminutionem cessat patria potestas cum omni jure civili, §. cum autem, Inst. quib. mod. jus patr. potest. toll. Simachus de catb. instit. tit. 9. num. 12. Quod de usufructu in re post, non ante delictum perleverans intelligit Mol. tom. 1. de Jus. disp. 229.

An Castrensæ, vel quasi confiscetur?

1966 Nec Castrensæ, vel quasi publicatur.

N Ega, l. si filius, 3. ubi Odofr. Cyn. Bart. Bald. Alber. Ang. num. 1. Fulgos. num. 2. C. de bonis præscript. ibi: Si filius suus, cum esset in potestate, in insulam deportari meruit, peculium ejus, neque quod in castris acquisivit, vel quod et militanti donasti, aufertur sibi debet, Glos. in l. 1. v. Supplicii D. de bon. damnat. Covarr. 3. var. cap. 8. num. 7. Suarez loc. cit. num. 2. Costa in l. qui duos, §. cum in bello, v. Patris, num. 11. D. de reb. dub. & alii multi quos sequitur D. Scoppa dans rationem in annot. ad Sarn. d. cap. 34. num. 17. Contra Roman. in l. si finita, §. si de vestigalibus, num. 15. D. de damn. infest. Dec. in l. 3. §. filius, n. 4. D. quod quisque jur. probabiliter subtinentes oppositum.

An legitima filii delinquentis publicetur Patre vivo?

1967 Nec legitima, vivo patre.

N Ega. Nam tunc filio non debet, l. 1. §. impuberi, D. de coll. bon. l. si qua pœna 7. ubi Bald. num. 3. D. de his qui sunt sui, vel alien. jur. Farin. som. 1. prax. tit. de delictis, q. 24. num. 16. Ex quo nulla bona filii delinquentis confiscantur favore Patris, Sanch. 2. declar. sap. 14. num. 4. in med. ubi innumeros citat.

I. Non publicatur peculium profectitium, l. 3. §. sed usura, in fin. D. de min. ibi: Aliquo casu peculium ad filium spectat: ut puta, si patris ejus bona à Fisco propter debitum pecuniarum occupata sunt. Nam peculium ejus ex Constitutione D. Claudii separatur. Nam filius habet illius administrationem, qua non debet privari sine ejus culpa, l. Testamento Centurio, D. de manum. testam. Caldas in l. si minorem, v. Læsi, num. 119. C. de integ. rest. Bart. in l. si finita, 15. num. 12. D. de damn. infest. ubi Alex. num. 44. Imol. num. 55. Rom. num. 16. Et l. 1. §. quandiu servus, v. Sed & si morte, C. quando actio de pecul. annal. sit, tantum, ait, ex peculio solvendum æs alienum, sive sit apud Fiscum, sive apud hæredem, nec dicit publicandum esse.

1969 Nullum peculium publicatur, bonis patris confiscatis.

II. Adventitium non publicatur, si Pater delinquens capite minuat. Nam morte civili finitur usufructus, §. finitur Inst. de usufr. Si verò retineatur à Patre delinquente patria potestas: tunc retinetur usufructus, qui nequit transire ad personam alterius. Sed, durante vita Rei usufructuarii, Fiscus commoditatem, & fructus percipit, ad quos Reus ab initio, non successivè, tantum jus habet, l. si postulaverit, §. jubet, D. ad l. Jul. de adult. ibi: Usufructus ad publicum incipiat pertinere. Cynus in l. corruptionem, 16. in fin. Cod. de usufruct. Surd. de alim. tit. 8. priv. 59. num. 22.

1970

1971 Pater retinens patriam potestatem, retinet usufructum in bonis filii.

An ob delictum unius confiscentur bona alterius Conjugis: ut arræ, &c.

N Ega, cap. decrevit, de hæret. in 6. l. si marito, D. solut. matr. l. si quis, 9. C. de bon. profcrip. Pœna autem suam debet tenere authorem, l. sancimus, C. de pœn. Dos autem ob delictum Uxoris, constante matrimonio non confiscatur, nisi ob delictum læsæ Majestatis, Violentæ, Parricidii, Veneficii, Homicidii; l. quinque legibus, D. de bon. damnat. Bart. in l. si constante, 25. §. fin. num. ult. D. sol. matr. ubi Rom. num. 9. Sed adhuc tunc fructus debent ad subtinenda onera matrimonii, quod Uxoris delicto, remanet firmum, suadet ex l. dotis fra. Uxor, D. de jur. dot. & l. pro oneribus, C. de jur. dot. * non amittit Et è converso nec ob delictum Viri confiscantur bona dotalia, ut quoad dotem, antefatum, & alia, dat jura, & DD. D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. p. 1. c. 34. num. 22.

1972

Ob delictum unius non confiscantur bona alterius conjugis.

Ceteræ pœnæ Reliæ Majestatis.

V. E Juidem domus devastatur, si delictum sit in primo capite, absque spe reatificationionis, Affl. loc. cit. num. ex cap. Felicitis, de pœn. in 6. Id non currit, si domus sit communis cum alio non delinquente, Affl. loc. cit. ut si domus sit hypothecata pro dote, vel sit pars dotis, Gand. tit. de bonis malefactorum, tit. 3. Ang. de malefic. v. & ei bis bona, num. 10. Sicuti enim ex contractu res obligata pro dote nequit alienari; ita nec pro delicto, l. lex Julia, l. Julianus, l. sed nec libertas, D. de fundo dotal.

1973

Delinquentis domus devastatur.

VI. Delinquens amittit omnia beneficia Juris Civilis, §. cum autem, Inst. quib. mod. jus patr. potest. solvitur. Et sic amittit etiam omnia privilegia & jura municipalia, ac Patriam potestatem, cap. careat, 3. q. 9. Capyc. decis. 130. num. 61. Ang. in l. si cum dotam, §. si mulier, D. sol. matr. Et nequit facere testamentum, nec esse hæres, Affl. loc. cit. n. 31. Gigas de crim. læsæ Majest. qu. 28. Et debitor ei scienter solvens, non liberatur, l. Majestas, ibi: Nec rectè ei solvit debitor, C. ad l. Jul. Majest. Angel. in l. meminisse, C. eod.

1974

Auferuntur Jura.

Pœna filii ob hoc delictum Patris.

R egulariter filius non tenetur pro Patris delicto, l. sancimus, l. crimen, D. de pœn. l. 2. §. in filiis, D. de Decurion. Sed ob enormissimum Majestatis flagitium filius pro Patre punitur, l. quis delictum patris vita, d. l. quisquis, Gram. conf. 13. n. 5. l. quod si nobis, §. si quis mancipia, D. de adl. edict. D. Greg. bomil. 20. in Evang. Metamorph.

1975

Filius ob hoc patris delictum punitur.

Qui

Qui vivet in foliis venit à radicibus humor.

Et Patris in filios transeunt cum semine mores.

1977 **In bonis.** Unde filii ex testamento, & ab intestato etiam legitima privantur, una cum successione, d.l. quisquis, §. filii verò, ubi Gothofred. num. 4. In sol. in Clement. Pastoralis, num. 52. de sent. & re jud. Cap. poll. conf. crim. 17. num. 41. Cujus oppositum docuit Joan. de Lignano in d. Clem. Pastoralis.

1978 **In fama.** II. Filius privatur feudo etiam antiquo, & ex pacto, & providentia, Affl. loc. cit. Peregr. 3. de jur. ff. cit. 9. num. 2.

III. Est infamis d.l. quisquis, licet emancipatus, d. §. filii verò, ibi: Infamia eos Paterna semper committitur. Et hoc etiam, si filii sint naturales, Cyn. in d.l. quisquis, n. 9. q. 4.

1979 **Pater, non punitur ob delictum filii.** Non tamen filius privatur bonis maternis titulo donationis inter vivos: Nam hoc non habet ex ultima voluntate, l. verba contraxere, D. de verb. signif. Paris. lib. 3. conf. 69. num. 20. Nec privatur Castrensi, Quali Castrensi, aut Adventicio peculio, Decian. lib. 7. crim. cap. 41. num. 23. Nec beneficio Ecclesiastico, Gloss. in cap. satis perversum, d. ff. 56. Pater verò non punitur pro crimine læsæ Majestatis filii, Salyc. in dist. l. quisquis, num. 8. v. vel dic magis, C. ad l. Jul. Majest. Nec Uxor prolæa Majestate Mariti flagitiosæ, Gloss. in d.l. quisquis. Est enim lex pœnalis non extendenda ultra casus expressos, nec ad proximos Cognatos, Igneus in l. fin. num. 44. D. ad Syll. ex l. interpretatione, D. de pœn. l. fin. C. qui bonis ced. e. odio, de reg. jur. in 6. Bes. de crim. læsæ Majest. n. 56 v. plerumque.

1980 **Nec filius tendi ad filios vult, ob Patris delictum, ex consuetudine.** Imò ex consuetudine, l. quisquis amplius non ex tendi ad filios vult, Ang. in l. fallaciter, num. 4. C. ob Patris delictum. Rolan. conf. 74. num. 20. a qua consuetudine non recedendum dixit Farin. sup. q. 116. §. 3. num. 146.

Excusatur Reus.

1981 **I. Si ignoraverit offensum esse Principem. II. Si ex metu aliqua facit contra Principem: sic Civitates vi ab honestis occupare non delinquunt in Majestatem, Ancharan. in Clement. Pastoralis, num. 4. v. Circa hoc dicit, de sent. & re jud. Cuman. in l. 1. num. 2. D. ad l. Jul. Majest. Bald. conf. 36. lib. 4. III. Causa defensionis inculpatæ, Clement. un. de homicid. IV. Cessante dolo. Nam sine dolo malo non datur hoc flagitium, l. 4. D. ad l. Jul. Majest.**

Quomodo procedatur in tali crimine?

1982 **In læsa Majestate pro-** proceditur neglecta figura Judicii, solius veritatis diligentissima inquisitione, l. famosi, D. ad l. Jul. Majest. Foller. in pract. crimin. v. Item quod ceditur sola commissio, num. 91. II. In hoc crimine tantum Principes; vel ab ipso Delegatus procedit Affl. tit. qua sunt regalia, v. Et bona committentium, n. 18. & 46. III. Desisti ab accusatione nequit, l. fallaciter, C. de abolit. Ang. in accusationis, C. de accus.

1983 **IV. In istis causis repellitur Advocatus, licet possit admitti ex licentia Principis, cap. felicitis, de pœnis, in 9. Affl. loc. cit. qu. 118. num. 29. Supplicans pro hujusmodi Reo est infamis, d.l. quisquis, §. denique. V. Accusatore non probante, Reus non absolvitur, nisi suam innocentiam patefaciat, l. §. quis alicui C. ad l. Jul. Majest. l. ubi, C. de falsis. Ad accusandum admittuntur inhabiles, l. famosi, D. ad l. Jul. Majest. VI. Quilibet tenetur eos revelare: & sub generali indulgentia non comprehenditur hoc delictum. Nam cum sit crimen speciale, specialiter debet exprimi, c. in generali de reg. jur. in 6. Farin. loc. cit. num. 36.**

DE DELICTO CARNIS.

Ex §. Item lex Julia.

1984 **Hic insurgunt Jura, gladio vultore contra Carnis delicta, alia juxta, alia contra naturam.** Hic insurgunt Jura, gladio vultore contra Flagitiosos pro delicto, quod honestè nominari nequit. Nos breviter notamus, aliqua esse juxta, aliqua contra naturam. Juxta sunt, ex quibus potest sequi prolis procreatio. Contra sunt, ex quibus soboles nasci nequit. Primi generis sunt Fornicatio, Concubinitus, Raptus, Stuprum, Incestus, Sacrilegus Congressus, & Adulterium. Contra naturam sunt cœtera.

Fornicatio.

1985 **Fornicatio est congressus liberi cum libera. Dicitur à fornicibus: id est locis abditis, à frequentia Populi remotis, Monach. de arbitr. cas. 289. Jure divino num. 6. Largè sumitur pro quovis damnato congressu, cap. lex illa, 36. qu. 1. D. Thom. in 4. dist. 4. Est interdicta Divino præcepto, 1. ad Corintb. 6. ibi: Fugite fornicationem. Ad Ephef. 5. ibi: Fornicatio nec nominetur in vobis, cap. fornicarii, dist. 34. Clem. ad no. cap. nemo, 32. q. 4.**

Est ergò mortale peccatum fornicatio, Jure Divino prohibita; & sic à nulla humana potestate dispensabili.

Clericus fornicantes deponendi sunt, cap. à multis, de et. & qualis. Aret. in cap. cum non ab homine, de judic. Sed peccatum mitiori pœna puniri, vult Gl. in cap. Maximianus, d. 81. v. Removeantur, Imol. rici fornicatio in cap. ac si Clerici, num. 14. de judic. & totum cantis. in Judicis arbitrium remittit, Abb. in d. cap. at si Clerici.

Clericus incorrigibilis potest etiam beneficiis privari, c. si autem, de cohabit. Cler. & mulier.

Laico nulla est imposita pœna in foro externo; sed posse arbitrariè puniri laicum, vult, Abb. in cap. Clericorum, de cohabit. Cler. & Clar. in §. fornicatio, num. 3.

De Concubinato.

1986 **Concubinitus est peccatum mortale, Apoc. 21. Ad Eph. 5. c. interdixit, d. 32.**

Est congressus liberi cum libera, domi retenta, ut uxor perpetua. Si verò retineatur ad tempus, est largè concubinitus, §. si quis autem, Auth. quib. mod. naturalis. offic. sui, l. Massuerius, D. de us. gloss. & Bar. in l. concubina: D. de concub. licet Jure Canonico non requiratur, ut retineatur domi, Trid. sess. 25. cap. 14. de reform.

De Raptu.

1987 **Raptus est abductio Mulieris de loco ad locum libidinis causa, Clar. in pract. §. raptus. Est peccatum mortale, cap. raptores, 36. qu. 2. Et hoc crimen morte punitur, text. hic, & in l. 1. C. de rapt. virg. Idque fortius, si rapiat monialem, §. penult. Auth. de SS. Episcop. l. si quis in hoc genus, C. de Episcop. & Cler. Et bona cognoscentis monialem Monasterio applicantur, Marsi in l. 1. num. 56. C. de rapt. virg. Et raptor laicus est excommunicatus ipso jure, excommunicatione non reservata: Clericusque à gradu cadit, Trid. sess. 24. cap. 5. de reformat.**

De Stupro.

1988 **Stuprum est Virginis, aut Viduæ honestæ, & invitæ defloratio, text. hic in §. item lex Julia, cap. cum ergò, 31. q. 6. cap. lex ista, 36. qu. 1. Punitur publicatione dimidiæ partis bonorum. Et si Reus sit humilis persona, flagellatione, text. hic, in §. item lex Julia, v. sed eadem lex.**

Stuprator ducit, vel dotat Stupratam, Ansb. in cap. 1. num. 4. de adult. Clar. §. stuprum, num. 3. v. sed quicquid sit, Menoch. 2. de arbitr. casu 278. num. 19. contra Salyc. in l. cum qui duas, num. 3. C. de adulter.

De Adulterio.

1989 **Adulterium est alieni thori violatio, c. non macaberis, 32. qu. 6. l. 2. §. fin. C. ad l. Juliam de adulter. Gloss. in l. quamvis, la. 2. vers. Sacrilegos, C. cit. tit.**

Adulter, & Adultera, morte Jure Divino, & Civili puniebatur, Levit. 20. Daniel. 13. & mors erat lapidatio, l. quamvis, la. 2. in fin. C. ad l. Jul. de adulter.

Jure Auth. verberatur, detruditurque in Monasterium, Viro petenti restituenda intra biennium; secus perpetuo injbi penitentiam agat, §. Adultera verò, Auth. ut nulli judicium, cap. gaudemus, de convers. conjug. Auth. sed bodie, C. ad l. Jul. de Adulter.

Adulter, & Adultera est infamis, l. 2. §. miles D. de his qui nascunt infam.

Clericus adulter deponitur, c. si quis Clericus, c. Romanus dist. 81.

Mu-

1993 **Vi oppressa non punitur**
 Mulier verò vi oppressa non punitur, l. si uxor, §. si quis planè, D. de adult. l. si adiffimè, C. eod. cap. ita, 32. q. 5.

Hoc delictum probatur præsumptionibus, & conjecturis, quoad faciendum divortium, *Anch. in cap. ex litteris num. 2. de præsumpt.* quoad pœnam verò criminalem, probationes debent esse clarissimæ, *Mascard. de probation. conclus. 17. num. 5. Abb. in cap. literis, in fin. vers. ultra alios quæro de præsumption.*

Extranei in hoc crimine non accusant, l. quamvis, la 2. vers. solummodò, & §. extraneos, C. ad l. Jul. de adult. Ubi prius acculat Maritus, deinde Pater, frater, &c.

De Lenocinio.

1994 **Quid sit.**

Leno est, qui quæstuiarias scæminas, Uxores, Ancillas, aliasvè habet, & Caupto, aut Stabularius, qui id promovent, l. athletas, §. ait Prætor, D. de his, qui not. infam. §. mariti lenocinium, §. plebitur, D. ad l. Jul. de adult. Gloss. in l. crimen, vers. non qui suspectam, C. ad l. Jul. de adulter.

Locus domum suam Lenoni, illam amittit, & pecuniariè punitur, *Auth. de Lenonib. §. præconizamus, v. si quis autem patitur, collat. 2.*

1995 **Pœna Lenonis.**

Adversus Lenones proceditur sine accusatore, *Gloss. in l. crimen, v. Nam, qui suspectam, C. ad l. Jul. de Adult. & est pœna ultimi supplicii, d. §. præconizamus; licet hodiè ob Nationum diversos mores, sit arbitraria, Clar. in §. fin. qu. 68. num. 24. v. Lenones d. l. athletas, ait Prætor, ubi sunt etiam infames: & in Regno Lenones morte puniuntur, ex Pragmas. sub tit. de Lenonib. Bajard. ad Clar. qu. 68. num. 61.*

De Incestu.

1996 **Quid sit.**

Qua pœna puniatur.

Incestus est congressus cum consanguinea, vel affine, cap. lex illa, §. ergò, 36. qu. 1. Et punitur pœna adulterii, l. miles, §. militem, D. de adult. Committitur cum illis, quibus interdictum est matrimonium, in recta, & transversali linea, tit. C. de incest. nupt. cap. 1. & fin. de consang. & affinit. l. fin. D. de ritu nupt. l. si quis viduam, D. de quæst. Tbes. decis. Pedem. 100. n. 1. Quam aliqui volunt esse mortem, l. quamvis, C. ad l. Jul. de adult. Alber. in l. si adulterium, §. stuprum, n. 5. D. cit. tit. Alii deportationem, l. si quis Viduam, D. de quæst. Alex. lib. 6. conf. 229. n. 15. & aliqui arbitrariam, Bald. lib. 5. conf. 429 in fin.

1997 **Cum adulterio magis punitur.**

Incestus cum Adulterio, morte punitur, secundum *Gloss. in l. si adulterium cum incestu, v. si adulterium, D. ad l. Jul. de adult. Corn. lib. 4. conf. 19. n. 2.* Sed mitiore alii exigunt arbitrariam: ex l. si quis Viduam, D. de quæst.

Pœna Clerici.

Clericus incestuosus adulter privatur beneficiis, deponitur, & decennalem agit pœnitentiam, cap. si quis Presbyter, c. si quis Sacerdos, c. si quis Clericus, 81. dist.

1998

Laicus incestuosus est excommunicatus, c. Clericale, de excessib. Prælat. c. 1. de consang. & affinit. c. si quis cum Matre, c. si quis cum duabus, 33. q. 2. Clar. §. incestus, n. 7. v. præterea.

DE DELICTIS NATURÆ EXOSIS.

Ex §. Item lex Julia, 4.

1999 **Congressus contra naturam.**

Missio congressu sacrilego inter voventes locum habens, de quo qu. 4. mearum selectarum. Flagitium quod honestè nominari nequit, l. cum vir, C. ad l. Jul. de adult. cuius dictum ad id ponderat D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. part. 1. cap. 12. an. se num. 1. reddit hominem infamem, d. l. cum Vir, & morte punitur, ex d. l. cum Vir, cum §. præterea, *Auth. ut non luxur. contra naturam.* & ex omnium legum sententia, ut notat D. Scoppa l. c. n. 4. qui dat alia ad materiam.

DE HOMICIDIO.

Ex §. Item lex Cornelia, 5.

2000 **Quid sit homicidium?**

Homicidium est Violenta separatio animæ à corpore. Li Violenta, est ad differentiam mortis per causas intrinsecas, sive sit febris, sive extinctio

humidi radicalis; quod non dicitur homicidium; & dicitur ab homine, & cædo, l. qui cædem, D. de sicar. Olim dicebatur Parricidium, quati paris hominis occisio, l. 3. §. deinceps, D. de orig. jur.

Homicida est quovis modo interficiens, veneno, fame, gladio, suffocatione, &c. l. qua actione, §. occisum, D. ad l. Aquil. Punitur homicidia. I. morte naturali, l. 3. §. partiantur, ibi: Homicida, parricidæque quod fecit semper expectet. C. de Episc. aud. text. hic cum aliis Juribus, quæ cumulat D. Scoppa ad Controv. for. Reg. Merlin cent. 1. c. 66. n. 16. Itaut rejiciatur Statutum plectens pœna pecuniaria homicidas. Nam venalem redderet hominis vitam, *Hofiens. in cap. 2. num. 2. vers. Consuetudinem, de delict. puer.*

Hæredes verò possunt agere ad damna, & interesse, quod lucrari potuit occisus, l. qua actione, ibi: Quod minus ex operis, D. ad l. Aquil. l. ex hac lege, ibi: Operarum amissarum, D. si quatuor. paup. fecit. dic. ubi Alber. num. 1. Masil. sing. 575. * & alii quos sequitur D. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. p. 1. cap. 3. num. 7.

II. Clericus homicida deponitur, cap. tua, de pœnis, cap. sicut dignum, il. 1. §. Clericos de homic. ac detruditur perpetuò in Monasterium, cap. tua, de pœnis, cap. si Episcopus, dist. 50. Sed acriori modo pœnis puniendus. Et hodie in Urbe damnatur ad trirèmes, *Farinac. tom. 4. prax. qu. 119. in spec. 3. num. 55.*

III. Est irregularis, cap. si quis omnem, l. quæst. 7.

IV. Privatur beneficiis, & fit inhabilis ad alia obtinenda, cap. Clericus, ne Cler. vel Monach. c. ex litteris, de excess. Prælat. Trid. sess. 14. cap. 7. de ref. itaut Episcopus hodie nequeat dispensare, licet olim potuerit, cap. 2. in fin. de Cleric. pugn. in duello. Pendente tamen lite de homicidio, potest resignare beneficium, etiam post conclusum in causa, & etiam post sententiam, appellatione interposita, cap. dudum, il. 2. de elect. Rebuff. in praxi benef. tit. de mod. amitt. benef. num. 13. Et hoc, licet resignatio sit ad favorem tertix personæ, *Paris. de resign. lib. 3. qu. 16. num. 57. Addit. ad Capell. Tbol. decis. 430. Covarr. in Clem. si furiosus, par. 1. §. 3. n. 7.* Nisi ad illius titulum sit ordinatus, *Trid. sess. 21. cap. 2.* Nam tunc requiritur licentia Papæ, *Ludov. decis. 441.* licet posset in conscientia permutare in æquale, non in foro fori, inconsulto Papa, *Ricc. dec. 17. p. 1. Grattan. c. 159. Cavall. com. q. 527. de Marin. tom. 1. cap. 57. num. 3.* Cessat enim finis prohibitionis.

Intelligas, nisi sit amissum ipso jure beneficium: ut accidit in Clerico assassino, vel occidente Conbeneficiatum, vel Prælatum Ecclesiæ, c. 1. de homic. in 6. c. in quibusdam, de pœnis.

Unum tamen hic est valdè observandum, non posse Clericum privari beneficio, ad cuius titulum est ordinatus; licet in flagitium incidat: ut in homicidium, ratione cujus esset beneficiis spoliandus, si aliunde se alere nequeat. Nam id esset, cogere illum ad moriendum, vel mendicandum, cum Ordinis dedecore, quod a *Trid. sess. 24. cap. 2.* prohibetur, *Caval. qu. 527. num. 2.* Et ita decisum testatur *Ricc. par. 1. decis. 185. de Marinis 1. quotidian. cap. 37. num. 9.*

DE PARRICIDIO.

Ex §. alia detndè, 6.

Parentis occisio olim multabatur verberibus usque ad sanguinis effusionem; & Occisor culeo inclusus cum Simia, Vipera, Gallo, Cane in flumen mare demergebatur, vel bestiis subiciebatur, l. penul. D. ad l. Pomp. de parricid. l. 1. C. de his, qui Paren. vel lib. occiderunt, text. hic.

Recedente, usu prævalente, ista pœna. I. ultimo supplicio multatur infamis Parricidia, *Alex. ad Bart. in l. 3. D. ad l. Pomp. de parricid.*

II. Caret sepultura, l. 1. ibi: Terra mortuo auferatur. C. de his, qui Paren. occid. Bona tamen non confiscantur, *J. Parricidit, D. ad l. Pomp. de parricid.*

III. Pri-

2008

III. Privatur hæreditate Patris occisi; sicuti etiam quivis privatur hæreditate defuncti à se occisi, l. cum ratio, §. fin. D. de bonis damn. l. is consequenter, §. 1. D. fam. ercisc. l. sororem, l. hæreditas, D. de his, quib. ut indign. Sed ante sententiam est dominus, l. is consequenter, l. 1. D. de fam. ercisc. Bald. in l. sororem, num. 4. C. de his, quib. ut indign.

2009

Pœna Uxorivida.

Ita etiam Maritus privatur lucro dotis Uxoris à se occisæ, l. si ab hostib. §. si Vir, D. solut. matrim. Idemque est si ex ejus negligentia, non adhibitis medicamentis, Uxor moriatur, Gloss. in d. l. si ab hostibus, §. si Vir uxorem, verb. Lucrifacere, l. Gracchus, §. Sed si legis, Cod. ad leg. Cornel. de Adulter.

DE ASSASSINIO.

2010

Assassinium qualiter puniatur.

A ssassinus est, qui suscepta pecunia alium occidit.

I. Punitur morte; potestque à quolibet impunè occidi, cap. pro humani, §. cum igitur, & §. sacri, de homicid. Covar. 2. resolut. cap. 20. num. 10. v. 4. eadem ratione, Corradus in pract. de Assasin. num. 3.

II. Punitur excommunicatione; ejusque bona conceduntur occupantibus, & possunt confiscari, dist. cap. pro humani, Marfil. consil. 105. num. 26.

III. Privatur omni successione; quæ transmittitur ad proximiores, Decian. lib. 9. cap. 30. num. 46.

2011

Quomodo probetur? Scoppa ad Merlin. to. 1. cap. 54. nu. 13.

IV. Testes in crimine Assassinii recipiuntur, parte non citata, lite non contestata: & de auditu faciunt iudicium ad torturam, Joann. Andr. in dist. cap. pro humani, num. 7. ubi Gemina num. 9. Marfil. in pract. crimina. §. examinanda, num. 28. Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 137. num. 4. Proceditur contra Assassinium non servato ordine Juris, denegata appellatione, d. cap. pro humani, in fin. dummodò consister de qualitate assassinii; cujus Reus ubique capere potest, etiam in Ecclesia, servatis de Jure servandis, Gabriel. lib. 7. conclus. 1. num. 18. D. Scoppa ad Controvers. forens. Reg. Merlin. centur. 1. cap. 40. num. 2.

DE HOMICIDIO PRODITORIO.

2012 Proditor punitur pœna mortis. Durus amicorum injurias patitur.

D irissimis multandum pœnis facinus, Charitatis officio, sanguinem fudens, S. Ambros. in Luc. 22. num. 48. Nec mirum, si omni, etiam Ecclesiarum immunitate orbetur. Orbi insensissimum Flagitium. Quod blanditiarum venocinio periculosiùs, & atrocius inest, venenat, ferit. Sanè inhumanum est, humanitatis pignore, amicitie prætextu, impiè, perniciosèque sævire. Undè rectè Proverb. 3. dicitur: Nè moliaris amico tuo malum. Cum ille in te habeat fiduciam, Psal. 14. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Tu verò homo unanimis dux meus, &c.

Sanguine ergò expiandum crimen specie amicitie armatum.

DE OCCIDENTE SE IPSUM.

2013

Pœna occidentis seipsum.

S i se occidat metu pœnæ, conscientie patrati flagitii, rumpitur ejus testamentum, cum legatis, excepto relicto pro sepultura, quod debetur, licet inibi non sepeliatur: & bona confiscantur, l. fin. ubi Alberic. num. 2. Bartol. num. 3. D. de bonis eorum, qui sibi mor. Bald. in l. 1. num. 1. C. eodem, l. cum filius, §. repetundarum, D. de legat. 2.

2014

Evitat has pœnas, impatientia doloris, aut vitæ tædio se occidens, l. final. §. si quis autem, D. de bonis eorum, &c. Eiusque hæredes admittuntur ad probandum, defunctum conscientia criminis, se non occidisse, d. l. final. §. fin. ubi Bart. num. 4.

Quomodo, & quando Vulnerans, ut homicida, puniatur?

V ulnus unum Lethale, alterum non Lethale. Lethale est, si gravi difficultate mors evadatur, Boer decif. 223. num. 3.

2015

Non Lethale mortem non infert secundum canones medicinæ, Capolla cons. 28. num. 2. Vulnerans læthalitèr, ut homicida punitur, etiam si desit, addit imperitus Medicus, vel ex intervallo mors sequatur, Odofr. in l. qui occidit, §. fin. D. ad l. Aquiliam, Salycet. in l. 1. num. 3. Cod. de emen. ser. Signoret. consil. 63. num. 2. & alii, cum quibus declarat Dom. Scoppa ad Sarn. in prax. crim. part. 2. formul. 2. num. 6.

Quotnam sit vulnus lethale, vel non lethale.

2016

In dubio: An vulnus fuerit lethale? si Medicus fuit imperitus, vel negligens, aut ægrotus Medico fuit inobediens, comedendo, bibendo nociva, aut incantationibus utendo, non præsumitur decessisse ex vulnere, Bald. in l. si ab hostibus, §. si Vir, num. 1. D. solut. matrim.

Quid in dubio?

2017

In dubio enim ad benigniora declinandum, l. final. Cod. qui bon. ceden. l. interpretatio, D. de pœnis. Et tunc vulnerans, ut homicida non plectitur, l. qui occidit, §. fin. l. si ex plagis, D. ad l. Aquiliam, Felin. in cap. presbyterum, num. 1. de homicid. Grammat. vote 24. num. 9. Si verò de Medici sufficientia constat, nec alia causa probetur, præsumitur mortuus ex vulnere, tanquam effectus ex sua causa, Boer. loc. cit. num. 8. §. homicidium. num. 63.

Ad benigniora declinandum.

Intra quot temporis decedere præsumitur mortuus ex vulnere?

2018

Paucos dies requirit Abb. in dist. cap. Presbyterum, num. 3. Multi triduum, ex cap. si qua femina, dist. 50. Bald. lib. 2. consil. 138. num. 1. Mascard. lib. 2. conclus. 1973. num. 1. Quinque dies exigit Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 275. verb. Aliqui. Otto requiruntur, ex cap. continebantur, de homicid. cap. 2. de Cler. percurs. Cæpoll. consil. 40. num. 19. Marfil. in l. final. num. 14. de Sicar. Quadraginta dies petit Angel. in l. 1. num. 1. de emendat. servor. Grammat. cons. 49. num. 5. Annum alii apud Menoch. loc. citat. Alii ad arbitrium Judicis confugiunt, Mascard. loc. cit. concl. 1034. num. 6. in fin. qui adhibet consilium Medici non suspecti, Clar. §. homicidium, num. 34. verb. Scias autem.

Qui præsumatur decedere ex vulnere, & quando? Caramel fund. 43. axiom. 16.

Sed quid, si convalescit, & decedat?

S i ex alia causa, quæ assignari debet, re infirmetur post triduum, non præsumitur tunc decessisse ex vulnere, Ancharan. consil. 283. num. 2. Corn. lib. 2. consil. 195. num. 8.

2019

DE FALSARIO.

Ex §. Item lex Cornelia de falsis.

D E hoc supra num. 596. ad 605. Scribentes, recitantes falsum instrumentum ex dolo, puniuntur pœna legis Corneliæ de falsis, l. nec exemplum, Cod. ad leg. Cornel. de fals. quæ in servum est ultimum supplicium in liberum de portatio, Aubert. Bona damnatorum, Cod. de bonis damnator. Qua pœna puniatur.

2020

Puniatur falsarius, mutans nomen.

I. Mutans nomen suum, l. fin. Cod. de Assess.

II. Recipiens pecuniam, ut dicat falsum testimonium.

